3495

Presented to

Pac. Theol. Semy

Lebanon.

BY THE

American Swedenborg Printing and Publishing Society,

OF THE CITY OF NEW YORK.

Incorporated A. D. 1850, for the Printing, Publishing, and Circulating
of the Theological Works of Emanuel Swedenborg,
for Charitable and Missionary purposes.

APOCALYPSIS

EXPLICATA SECUNDUM SENSUM SPIRITUALEM

UBI REVELANTUR ARCANA

quae ibi praedicta et hactenus recondita fuerunt

VOL. VI

Index Rerum

TUM

Index Locorum Scripturae Sacrae

ADORNATI AB EDITORE

NEW YORK

AMERICAN SWEDENBORG PRINTING AND PUBLISHING SOCIETY

20 COOPER UNION

MDCCCLXXXV

Property of
CBPac
Please return to
Graduate Theological
Union Library

BX
8712
A3
1884
v. 6

KZ59
Swarthmore
v. 6

INDEX RERUM IN EXPLICATIONE SUPER APOCALYPSIN.

NUNC PRIMUM LATINE ADORNATUS.

Abaddon.—Quod significatio "Abaddon" in lingua Hebraica sit *perditio*, similiter "Apollyon" in lingua Graeca; proinde perditio veri et boni, ubi de illis agitur (n. 563).

Unde est quod sensuale hominis, quod est ultimum vitae intellectualis ejus, dicatur "Perditio" seu "Abaddon" et "Apollyon" (n. 563).

Abditum.—Quod per "abditum" significetur interius apud hominem (n. 455[*b*]).

Abel.—Per "Abelem," in sensu spirituali, intelliguntur illi qui in bono charitatis sunt, et abstracte a persona ipsum illud bonum (n. 329[*g*], 391[*e*], 427[*a*]).

Per "Abelem" significatur amor caelestis; seu, quod idem, bonum conjunctum vero (n. 817[*b*]).

Separatio veri a bono significatur per necem Abelis a Caino (n. 817[*b*]).

Abies.—Quod per "abietes" significetur perceptivum naturalis hominis (n. 654[*b*]).

Per "abietes" (*Esai.* xxxvii. 24) significantur vera ecclesiae spiritualis externa (n. 405[*e*]).

"Abies" est verum naturale superius (n. 730[*c*]).

Ablactatus.—Per "sugentem" et "ablactatum" significantur qui in bono innocentiae sunt (n. 581[*a*]).

Abnegare.—"Abnegare se ipsum" est rejicere mala quae ex proprio (n. 122).

"Abnegare se" est non duci a semet sed a Domino; ac abnegat se qui fugit et aversatur mala quia peccata sunt (n. 864).

"Abnegare omnes facultates suas" (*Luc.* xiv. 33) est nihil intelligentiae et sapientiae sibi tribuere; et qui id non facit, non potest instrui a Domino, hoc est, discipulus Ipsius esse (n. 236[*b*]).

Quod "non negare," cum de fide, sit constans esse (n. 136).

Abominatio.—Quod "abominationes" sint profanationes boni (n. 1045, 1047).

Per "abominationes Hierosolymae" (*Ezech.* xvi. 2, et seq.) intelliguntur adulterationes veri ac boni doctrinae ex Verbo (n. 827[*b*]).

Abrahamus.—Per "Abrahamum" in supremo sensu intelligitur Dominus, et in sensu respectivo regnum Domini caeleste, et ecclesia caelestis (n. 340[*d*]).

Per "Abrahamum" intelligitur Dominus quoad Divinum caeleste, per "Isacum" quoad Divinum spirituale, et per "Jacobum" quoad Divinum naturale (n. 696[*d*], 768[*c*]).

Per "semen Abrahami" significatur Divinum Verum caeleste (n. 768[*c*]).

Quod Judaei "semen Abrahami" essent, significat quod verum ecclesiae, quod est Verbum, apud illos esset (n. 768[*c*]).

Absentia.—(*Vide* ***Praesentia.***)

Absinthium.—Quod "absinthium" ex amaritudine significet verum mixtum falso mali (n. 519[*a*]).

Quod Judaei in malis et inde falsis fuerint ex se et ex suo corde, significatur per quod "Jehovah cibet eos absinthio, et potet aquis fellis" (*Jer.* xxiii. 15); tribuitur enim Jehovae, hoc est, Domino, malum et falsum quae tamen sunt ipsius hominis (n. 519[*a*]).

Abyssus.—"Abyssi" quas "dat in thesauris" (*Ps.* xxxiii. 6, 7), significant scientifica sensualia quae sunt communissima et ultima naturalis hominis, et in quibus simul sunt vera interiora seu superiora (n. 275[*b*]).

"Abyssus" aut "mare" significat scientificum et cognitivum in communi quod in naturali homine, et cognitiones veri quae inibi sunt (n. 372[*b*], 518[*b*]).

Per "abyssos" significantur exteriora vera (n. 374[*c*]).

Ubi dicitur quod "judicia Jehovae sint sicut abyssus magna" (*Ps.* xxxvi. 7 [*B. A.* 6]), per "abyssum" significantur vera in communi, quae vera fidei vocantur (n. 405[*d*]).

Per "abyssum jacentem infra" (*Deutr.* xxxiii. 13) significantur spiritualia naturalia (n. 405[*f*]).

Per "puteum abyssi" (*Apoc.* ix. 1, 2) significatur infernum ubi et unde falsa mali (n. 535, 536, 537[*a*], 538, 539).

Per "abyssos" quoque significantur ultima caeli, ubi et unde cognitiones veri, quae sunt vera naturalis hominis (n. 538[*c*]).

Praeterea per "abyssos" etiam significantur Divina vera in copia, et arcana Sapientiae Divinae (n. 538[*c*]).

Quod "abyssi" et "maria" sint ipsum naturale ubi scientifica sunt (n. 650[*b*]).

Per "abyssum magnam" (*Ps.* xxxvi. 7 [*B. A.* 6]) significatur Divinum Verum (n. 946).

Quod "ascendere ex abysso" (*Apoc.* xvii. 8), cum de Verbo apud illos qui ex Babylonia, sit recipi et agnosci pro Divino ex forma (n. 1055).

Accendere.—(*Videatur* **Ardere.**)

Accumbere. }
Cubare. }
Discumbere. } "Discumbere in regno Dei" (*Luc.* xiii. 29), "cum Abrahamo, Isaco, et Jacobo" (*Matth.* viii. 11), est conjungi Domino, et consociari inter se per amorem (n. 252). (*Videatur* **Cena.**)

"Cubans inter sarcinas" (*Gen.* xlix. 14) significat vitam inter opera (n. 445).

Accusare. }
Accusator. } —Per "accusatorem" significatur impugnator, objurgator, et increpator (n. 746[*a*]).

Quod "accusare" sit impugnare, et inde objurgare et litigare (n. 747).

Quod "accusans coram Deo" (*Apoc.* xii. 10) sit ex Verbo (n. 747).

Acetum.—Per "acetum" significatur verum mixtum falsis (n. 386[*e*], 519[*a*], 627[*c*]).

Actio et reactio.—Actio et reactio facit omnem conjunctionem, et actio et mera passio nullam (n. 616).

De agente seu activo, de passivo quod etiam est reactivum seu reciprocum (n. 616).

Erit activum et reactivum ut fiat appropriatio: activum est a Domino; etiam reactivum, sed hoc apparet sicut ab homine: sicut ex proprio vitae suae id agere debet; causa (n. 616).

Aculeus.—Quod "aculei" (*Apoc.* ix. 10) sint astutiae et calliditates ad persuadendum falsa (n. 560).

In specie per "aculeos" significantur falsa interiora, quae sunt ex scientificis et fallaciis sensuum (n. 560).

Quod "extrahere aculeis" (*Amos* iv. 2) significet abducere a veris per scientifica ex Verbo et e mundo, false applicata (n. 560).

(*Videatur etiam Esai.* xli. 15, n. 405[*h*].)

Acupictum. }
Acupictura. } —"Acupicturae" sunt scientificum et cognitivum (n. 281[*a*], 242[*d*], 275[*a*], 619[*b*]).

"Vestes acupicturae" sunt cognitiones veri (n. 395[*d*]).

Per "byssum in acupictura ex Aegypto" (*Ezech.* xxvii. 7) significantur cognitiones boni et veri (n. 1143); scientificum ex vero spirituali (n. 654[*f*]); scientia talium quae ecclesiae sunt (n. 576).

Per "glomeres hyacinthini et acupictum" (*Ezech.* xxvii. 24) significantur omnia vera spiritualia et naturalia (n. 576).

"In acupictis adducetur regi" (*Ps.* xlv. 15 [*B. A.* 14]), significat apparentias veri, quales sunt in sensu litterae Verbi (n. 863[*b*], 195[*b*]).

Acutum.—Quod "acutum" significet accuratum, exquisitum, et prorsus (n. 908).

Adam.—Per "Adamum" et ejus uxorem intelligitur Ecclesia Antiquissima, quae fuit ecclesia caelestis (n. 364[*b*], 617[*c*]). (*Vide* ***Ecclesia, Lapsus.***)

Rubrum in lingua Hebraica dicitur *adam;* inde est nomen *Adamo*, et quoque *Edomo;* et inde quoque homo vocatur *adam*, humus *adama*, et rubinus *odam* (n. 364).

Adamah et Zeboim.—Per "Adamam et Zeboim" (*Deutr.* xxix. 22) significantur cognitiones mali et falsi (n. 653[*b*]).

Adeps. —"Adeps" in sacrificiis significabat Divinum Bonum (n. 329[*d*]).

Pinguedo. Per "adipem" (*Ezech.* xxxix. 19) significatur omne bonum caeli

Pinguis. et ecclesiae (n. 1159).

Saginatum. Per "adipem" (*Ezech.* xxxix. 19) significantur interiora bona, et per "sanguinem" interiora vera, quae manifestata sunt a Domino quando in mundum venit, et appropriata illis qui Ipsum receperunt (n. 617[*d*]).

Quod ante adventum Domini in mundum prohibitum fuerit edere adipem et bibere sanguinem, causa (n. 617[*d*]).

Quod "pinguedo" significet bonum et illa quae boni sunt, ita faustitates et gaudia (n. 1159).

Quod "pinguedines" significent bona amoris, et quoque jucunda amoris (n. 252[*a*], 329[*d*]).

Quod "pinguia" significent bona et inde fausta, causa (n. 1159).

"Saginatum" et "pingue" significet bonum (n. 279[*a*]).

"Adipe et pinguedine saturari animam" (*Ps.* lxiii. 6 [*B. A.* 5]) significat bono amoris et inde gaudio impleri (n. 1159).

Per "pingue et opulentum" (*Esai.* xxx. 23) significatur plenum bono amoris et veris inde (n. 644[*c*]).

Per "convivium pinguedinum, pinguedinum medullatarum" (*Esai.* xxv. 6) significatur bonum tam naturale quam spirituale, cum gaudio cordis (n. 1159).

"Pingues et virides esse" (*Ps.* xcii. 15 [*B. A.* 14]) significat in bonis et veris doctrinae esse (n. 1159).

"Deliciari in pinguedine" (*Esai.* lv. 2) significat jucundari ex bono (n. 617[*b*]).

In opposito sensu, per "pingues" significantur illi qui ad bonum nauseant, et qui nimium illud contemnunt et rejiciunt (n. 1159).

(*Dicta Scripturae Sacrae explicata videantur*, n. 167, 252[*a*], 279[*a*], 314[*b*], 329[*d*], 357[*b*], 365[*f*], 374[*c*], 617[*b,d*], 619[*b*], 644[*c*], 1159.)

Adhaerere.—"Adhaerere" est vox boni amoris, quoniam qui amat is adhaeret (n. 696[*b*]).

Admah.—(*Vide* ***Adamah.***)

Adorare.—Quod "adorare" sit agnoscere et colere sicut Divinum, et inde recipere in doctrina quae pro ecclesia (n. 789, 805[*a*]); quod sit agnoscere pro certo (n. 790[*a*], 821[*a*]); agnoscere et credere (n. 833, 885); agnoscere in corde et colere (n. 821[*a*], 876, 945).

Per "adorare Deum" (*Apoc.* vii. 11) significatur gratiarum actio quod tot salvati sint (n. 463), ac testificatio humiliationis cordis per vera ex bono amoris (n. 463); tum adoratio ex humiliatione cordis (n. 1207).

"Ut non adorarent daemonia" (*Apoc.* ix. 20) significat ne colerent suasmet cupiditates (n. 586): "ut non adorarent idola aurea et argentea et aenea et lapidea et lignea" significat ne colerent doctrinalia falsa, quae ex propria intelligentia, faventia amoribus corporis et mundi (n. 586).

Per "adorare draconem qui dedit potestatem bestiae" (*Apoc.* xiii. 4), intelligitur agnitio salvationis et justificationis per solam fidem, firmatam et corroboratam per inventos conjunctionis modos, et inde receptam in doctrina (n. 789): per "adorare bestiam" intelligitur agnitio ratiocini-

orum per quae discordantia cum Verbo apparenter submota est (n. 790[*a*]).

"Omnes gentes venient et adorabunt coram Te" (*Apoc.* xv. 4) significat quod omnes qui in bono amoris et charitatis sunt, agnoscent Divinum Domini (n. 945). (*Videatur* ***Colere.***)

"Adoraverunt Deum sedentem super throno" (*Apoc.* xix. 4) significat adorationem Domini, cui omnis potentia in caelis et in terris, hic ex humiliatione cordis (n. 1207).

Adstare.—"Angelus adstitit" (*Apoc.* xi. 1):—"Adstare" hic est voluntas, quia in mundo spirituali cogitatio cum intentione et voluntate videndi alterum, loquendi cum illo, et mandatum ei dandi, facit ut praesens sit, hoc est, ut adstet (n. 628).

Adulterium. }
Adultero. }
Adulteror. }
Moechari. } —Explicatio praecepti "Non adulteraberis" (n. 981–1010).
Adulteria correspondent adulterationibus boni, et scortationes falsificationibus veri (n. 237[*b*]).
Per omnis generis adulteria in sensu spirituali intelliguntur omnia genera adulterationum boni et falsificationum veri, seu profanationes (n. 235, 410[*c*]).

"Adulterare" et "moechari" pro pervertere vera (n. 141[*b*], 164).

Per "adulteria" et per "scortationes" significantur in genere adulterationes boni et falsificationes veri (n. 376[*g*], 410[*c*], 695[*d*]). (*Videatur* ***Scortatio.***)

Per "adulterium" significatur conjunctio falsi et mali (n. 618, 1007).

Conjunctiones veri cum affectionibus mere naturalibus correspondent scortationibus et adulteriis varii generis, et quoque in sensu spirituali per varia scortationum et adulteriorum genera in Verbo intelliguntur (n. 511).

Quid adulterium (n. 1010).

Per "adulterium" intelligitur ubi amor ejus, qui vocatur amor adulterii, regnat, sive sit intra matrimonia sive sit extra illa; et per "conjugium" intelligitur ubi amor ejus, qui vocatur amor conjugialis, regnat (n. 988).

Quod infernum et rejectio omnium ecclesiae in Verbi sensu spirituali intelligantur per "adulteria" et "scortationes" (n. 981).

Quod quantum homo adulterium amat, tantum removeat se a caelo; consequenter quod adulteria claudant caelum et aperiant infernum (n. 982).

Quod adulterium sit infernum, et inde abominatio (n. 1005).

Quia adulterium est infernum, sequitur quod nisi homo abstineat ab adulteriis, ac fugiat et aversetur illa ut infernalia, praecludat sibi caelum, nec recipiat aliquantillum influxum inde (n. 982).

Qui abstinet ab adulteriis ex alia causa quam quod sint peccata, et contra Deum, usque est adulter (n. 1009).

Infernum est ex adulteriis, quia adulterium est ex conjugio mali et falsi (n. 988, 991).

Quod amor adulterii sit ignis ex impuris incensus, qui brevi deflagrat, et vertitur in frigus, ac in aversationem correspondentem odio (n. 992).

Per "semen adulteri" (*Esai.* lvii. 3) significantur falsa ex Verbo adulterato (n. 768[*e*]).

Sciendum est quod sint adulteria plus et minus infernalia et abominabilia (n. 1006).

De sphaera adulterii (n. 1007).

Varia adulteriorum genera (n. 1006).

Quod adulteria minus abhorreantur apud Christianos quam apud gentiles, causa (n. 1008).

Adurere. }
Adustio. }
Combustio. } —"Adustio" significat insaniam ex fastu propriae intelligentiae quae est stultitia (n. 637[*b*]).
Per "adustionem loco pulchritudinis" (*Esai.* iii. 24) significatur stultitia loco intelligentiae (n. 637[*b*]).

Quod "combustio" sit damnatio et punitio malorum ex amoribus terrestrium et corporeorum scaturientium (n. 1173).
"Ire per ignem et non aduri, et flamma non accendi" (*Esai.* xliii. 2), significat quod mala et cupiditates ex illis oriundae non nociturae sint (n. 504[e]).

Advenire. }
Adventus Domini. } —Adventus Domini est revelatio Ipsius ac Divini Veri quod
Venire. } ab Ipso, in Verbo per sensum internum: alibi quam in Verbo Dominus non Se revelat, nec aliter ibi quam per sensum internum (n. 36).

Per "adventum Domini" (*Matth.* xxiv. 3, 30, 42; *Joh.* xxi. 22) ibi non intelligitur adventus Ipsius in persona, sed quod tunc revelaturus sit Se in Verbo, quod Ipse sit Jehovah, Dominus caeli et terrae, et quod adoraturi sint Ipsum solum omnes qui in Nova Ipsius Ecclesia, quae per "Novam Hierosolymam" intelligitur, erunt; ob quem finem etiam nunc aperuit sensum internum seu spiritualem Verbi, in quo sensu ubivis agitur de Domino (n. 870).

Per "adventum Domini et consummationem saeculi" (*Matth.* xxiv. 3; *Marc.* xiii. 4; *Luc.* xxi. 7) significatur principium ecclesiae novae et finis ecclesiae prioris; per "adventum Domini" principium ecclesiae novae, et per "consummationem saeculi" finis ecclesiae veteris (n. 706[b]).

Quod Dominus in mundum venerit, tres causae (n. 806).

"Adventus Domini" in Verbo significat visitationem. Visitatio est exploratio hominis post mortem qualis est, antequam judicatur (n. 144).

Per "Non scitis qua hora Dominus vester venturus" (*Matth.* xxiv. 42, 44) non modo intelligitur quod ignores tempus mortis, sed etiam tunc statum vitae mansurum in aeternum; nam qualis est status vitae anteactae hominis usque ad finem, talis manet homo in aeternum (n. 194, 193[a], 870).

Per "venire" in spirituali sensu intelligitur appropinquare visu, ita attendere (n. 354).

"Venire ad Dominum" est facere praecepta Ipsius (n. 386[g]).

Adytum.—Per "adytum," ubi arca, repraesentabatur caelum intimum seu tertium, tum ecclesia apud illos qui in intimis sunt, quae ecclesia vocatur caelestis (n. 630[b]).

"Adytum Templi" significabat intimum caeli et ecclesiae (n. 277[b]).

Per "adytum" significabatur ubi Dominus (n. 638[b]).

"Adytum Templi," ubi arca, similiter ut in Tentorio conventus, repraesentavit Dominum quoad Divinum Verum, et inde tertium caelum, ubi angeli conjuncti sunt Domino per amorem in Ipsum, ac inde Divinum Verum inscriptum cordibus suis habent (n. 700[g]).

Aedificare.—Per "aedificare domum" (*Deutr.* xx. 5) significatur instaurare ecclesiam (n. 734[c]).

"Ipse aedificabit urbem meam" (*Esai.* xlv. 13) significat quod Dominus doctrinam veri restituet (n. 706[c], 811[c]).

"Aedificare Hierosolymam" (*Dan.* ix. 25) est instaurare ecclesiam (n. 375[j], 684[e]).

"Aedifica muros Hierosolymae" (*Ps.* li. 20 [*B. A.* 18]), significat restaurare ecclesiam . . . docendo in veris doctrinae (n. 391[e]).

"Dicens de civitatibus Jehudae, Aedificabimini" (*Esai.* xliv. 26) significat restaurationem ecclesiae et doctrinae (n. 538[a]).

Cum Domus Jehovae aedificaretur, lapide integro advecto aedificata est, et mallei et secures, aliqua instrumenta ferri, non audita circa domum cum aedificaretur, ne veris doctrinae, religionis, et inde cultui, aliquid ex propria intelligentia accederet, et consequenter inesset (n. 585[b]).

"Aedificare domos et habitare" (*Esai.* lxv. 21) significat interiora mentis implere bonis caeli et ecclesiae, et per id frui vita caelesti (n. 617[b]).

Per "Longinqui venient et aedificabunt in Templo Jehovae" (*Sach.* vi. 15)

significatur, qui prius rémoti fuerunt a veris et bonis ecclesiae, quod accedent ad ecclesiam (n. 355[*b*]).

"Aedificare excelsum, altum, suggestum seu fornicem in capite omnis viae, et in omni platea" (*Ezech.* xvi. 25, 31), pro pervertere vera et bona fidei, et perversa colere (n. 652[*c*]).

"Architecti" seu "aedificantes" (*Ps.* cxviii. 22; *Matth.* xxi. 42; *Marc.* xii. 10; *Luc.* xx. 17) sunt illi qui ab ecclesia quae rejecit Dominum, et cum Ipso omne Divinum Verum (n. 417[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae explicata videantur*, n. 212, 220[*b*], 223[*b*], 294[*b*], 355[*b*], 375[*e*(viii.)], 391[*e*], 392[*e*], 403[*d*], 411[*d*], 417[*b*], 431[*b*], 514[*a*], 538[*a*], 585[*b*], 617[*b*], 652[*c*], 654[*f*], 684[*c,e*], 695[*c*], 700[*d*], 706[*c*], 724[*c*], 734[*c*], 811[*c*], 840, 918, 922[*c*].)

Aeger. } —Per "Mortibus aegris morientur, ita ut non plangantur neque sepe-
Aegre. } liantur" (*Jer.* xvi. 4), significatur condemnatio ad infernum prop-
Aegritudo. } ter dira falsa (n. 659[*e*]).
Aegrotus. } Per "aegre loquentem" (*Marc.* vii. 32) significantur qui aegre in confessione Domini et veri ecclesiae sunt (n. 455[*c*]).

"Aegrotus" significat illos qui transgressi sunt et peccaverunt; quapropter Dominus dixit aegroto ad piscinam Bethesdae, "Ecce sanus factus es; ne pecca amplius, ne quid pejus tibi fiat" (n. 163).

Quod aegroti sanati sint per fidem in Dominum, tres causae (n. 815[*b*]).

Aegyptius. } —"Terra Aegypti" est mens naturalis (n. 386[*d*]).
Aegyptus. } Quoniam per "Aegyptum" significatur naturalis homo in utroque sensu, nempe tam conjunctus cum spirituali homine quam separatus ab illo, ita in sensu bono et in sensu malo, ideo per "Aegyptum" quoque significantur varia quae sunt naturalis hominis, quae in genere se referunt ad cognitiones et scientifica; nam vera et falsa naturalis hominis vocantur cognitiones et scientifica (n. 654[*a*], 355[*g*]).

Quia per "Aegyptum" in lato sensu significatur naturalis homo, ideo per "Aegyptum" etiam significatur scientificum verum et scientificum falsum (n. 654[*a*]).

Per "Aegyptum" significatur fides, quoniam fides est veri ac verum est fidei; unde fides conjuncta charitati etiam significatur per "Aegyptum" in bono sensu, at fides separata a charitate in malo sensu (n. 654[*a*]).

"Aegyptus" significat scientiam tam spiritualium quam naturalium (n. 559); tum scientifica ecclesiae (n. 235).

"Aegyptus" (*Esai.* lii. 4) significat scientifica et cognitiones, sed quales sunt ex sensu litterae Verbi (n. 328[*d*], 313[*b*]).

Per "Aegyptum" significatur intellectus naturalis Verbi (n. 846).

"Aegyptus" est naturalis homo cui lux est e mundo (n. 654[*b*]).

Per "Aegyptum" quam Jehovah congregabit ex populis quo dispersi fuerunt (*Ezech.* xxix. 13) significatur ecclesia apud illos qui in morali vita ex naturali lumine sunt (n. 654[*e*]).

Per "acupicturam ex Aegypto" (*Ezech.* xxvii. 7) significatur scientia talium quae ecclesiae sunt (n. 576).

Josephus cum Christo recens nato profectus in Aegyptum (*Matth.* ii. 14, 15), per quod significabatur prima instructio Domini (n. 654[*d*]): inde abivit (vers. 19).

Per "Venient pingues ex Aegypto" (*Ps.* lxviii. 32 [*B. A.* 31]) intelliguntur gentes qui in affectione sciendi vera (n. 654[*e*]); tum quoque illi qui in scientia rerum spiritualium sunt, qui accessuri ad regnum Domini, quia in luce ex spirituali homine sunt (n. 627[*b*]): per hoc etiam significatur quod naturalis homo, quando subjugatus est, subministret scientifica concordantia (n. 439).

Per "Vitem ex Aegypto proficisci fecisti" intelligitur ecclesia spiritualis, quae incipit apud hominem per scientifica et cognitiones in naturali homine (n. 405[*c*]): intelliguntur etiam filii Israelis, quia repraesentaverunt ecclesiam spiritualem; commoratio quorum in Aegypto repraesentabat

primam initiationem in res ecclesiae; nam "Aegyptus" significabat scientifica inservientia rebus ecclesiae (n. 518[*b*], 569[*b*]).
Aegyptus, quando Josephus erat dominus ibi, repraesentabat ecclesiam quae in cognitionibus veri et boni, et in scientiis confirmantibus; at cum incipiebant filios Israelis odio habere et male tractare, tunc repraesentabat Aegyptus ecclesiam destructam, in qua mere falsa (n. 448[*c*]).
Dicuntur "ascendere e terra Aegypti" qui e naturalibus facti sunt spirituales (n. 730[*d*]).
"Desertum terrae Aegypti" est status naturalis hominis ante regenerationem (n. 730[*d*]).
Per "Aegyptum" significatur naturalis homo qualis est a nativitate, quod nempe in meris falsis ex malo; "primogenita" ejus sunt quae primaria; destructio horum, dum regeneratur, intelligitur per quod "percusserit Aegyptum in primogenitis eorum" (n. 401[*d*]).
Per "Aegyptum" significatur naturalis homo quoad scientificum ejus, seu scientificum quod naturalis hominis; intelliguntur scientifica omnis generis, sive applicata ad confirmandum vera, sive ad falsificandum vera et ad confirmandum falsa (n. 141[*b*], 195[*b*], 223[*c*], 240[*b*], 275[*a*], 313[*b*], 340[*d*], 355[*g*], 386[*e*], 391[*d*], 401[*c*], 403[*e*], 405[*c*], 410[*c*], 431[*b*], 439, 440[*a*], 513[*a*], 518[*b,d,e*], 532, 538[*a*], 543[*c*], 654[*a–l*], 706[*a*], 730[*d*], 827).
Apud Aegyptios repraesentativa prae ceteris populis nota fuerunt (n. 650[*d*]).
Per "Super Aegypto . . quando vir nititur" (*Esai.* xxxvi. 6) intelligitur naturalis homo separatus a spirituali, et illius scientificum (n. 627[*b*], 653[*a*], 654[*a*], 746[*b*]).
Cum Pharao non voluit dimittere populum Israelem, per "Aegyptios" significabantur mere naturales homines (n. 503[*a*]).
Per "Aegyptum" significantur vera falsificata et versa in magica (n. 141[*b*]).
Per "terminum Aegypti" significantur extrema naturalis hominis, quae sunt sensualia (n. 391[*d*]).
Per "regem Aegypti," et per "multitudinem ejus" significatur naturalis homo cum scientificis ibi (n. 650[*d*]); per "equos Pharaonis" significantur imaginaria, quae ex fallaciis sensuum, quae sunt scientifica ex intellectuali perverso, applicata ad confirmandum falsa; per "currus ejus," doctrinalia falsi; et per "equites," ratiocinia inde: per "rotam curruum" significatur facultas ratiocinandi (n. 654[*b*], 355[*g*]).
Per "flumen Aegypti" significatur intelligentia comparata per scientifica: quod flumen factum sit "sanguis," significat quod illa ex meris falsis (n. 513[*a*]).
Per "scortationem in Aegypto" intelligitur falsificatio veri ex naturali homine, quae fit per fallacias, apparentias, et scientifica (n. 1029[*e*]).
"Jehovah equitans super levi nube et veniens in Aegyptum" (*Esai.* xix. 1) significat visitationem naturalis hominis ex Divino Vero naturali spirituali (n. 654[*h*]).
"Plagae Aegypti" significabant mutationes quae praecedunt ante ultimum judicium (n. 503[*a*]).
Per "Mare Suph" significatur scientificum verum (n. 518[*b*]), at in opposito sensu damnatio et infernum (n. 400[*c*], 654[*f*]).
(*Vide* **Antiqua Ecclesia.**)
(*Dicta Scripturae Sacrae explicata videantur*, n. 141[*b*], 193[*b*], 195[*b*], 223[*c*], 235, 240[*b*], 275[*a*], 279[*b*], 313[*b*], 328[*d*], 340[*d*], 355[*g*], 386[*e*], 388[*c*], 391[*d*], 400[*c*], 401[*c,d*], 403[*e*], 405[*c*], 406[*b,c*], 410[*c*], 419[*e*], 431[*b*], 439, 440[*a*], 448[*c*], 503[*a*], 513[*a*], 514[*c*], 518[*b,d,e*], 532, 538[*a*], 540[*b*], 543[*c*], 548, 555[*b*], 559, 569[*a,c*], 576, 577[*a*], 585[*b*], 594, 601[*a*] 624[*c*], 627[*b*], 633[*b*], 650[*d*], 653[*a*], 654[*a,b,d–g*], 659[*a*], 706[*a*], 724[*d*], 727[*b*], 730[*d*], 734[*d*], 746[*b*], 799[*b*], 811[*b*], 827, 962, 1029[*e*], 1100[*c*].)

Aequilibrium.—Ubivis in mundo spirituali est aequilibrium inter caelum et inter infernum; et ubi aequilibrium ibi continue agunt binae vires contra se: una agit et altera reagit (n. 573[*b*]).

Qui in medio est, inter bonum et malum, in aequilibrio est; et qui in aequilibrio is potest facili opera et sicut sua sponte se vertere huc illuc (n. 938).

Omnes angeli, spiritus et homines in aequilibrio inter bonum et malum et inde inter verum et falsum a Domino tenentur, ob causam ut sint in libero (n. 1043).

Aer.—Quod "aer" significet cogitationem, est quia respiratio, quae fit per aerem, correspondet cogitationi quae intellectus (n. 1012).

Quod ultima phiala effusa sit "in aerem" (*Apoc.* xvi. 17) est quia omnia hominis desinunt in ejus cogitationem (n. 1012).

Quod "obscuratus sit sol et aer a fumo putei" (*Apoc.* ix. 2) significat quod lux veri a Domino caligo facta sit per falsa infernalia. Quod etiam dicatur quod "aer obscuratus sit," est quia intelligitur lux veri, aer enim lucet a sole (n. 541).

Aerumna. } —Per "aerumnam" significatur infractio veri per falsa, et quo-
Aerumnosus. } que nulla cohaerentia (n. 237[*a*]): jactura omnis intellectus veri (n. 237[*a*]).

Aes. }
Aes levigatum. } —Per "chalcolibanum," seu "aes levigatum," significatur bo-
Chalcolibanum. } num naturale (n. 69): chalcolibanum est aes levigatum micans ex quodam igneo, et "aes" in Verbo significat bonum naturale, quod est bonum ultimum, quod est justum et sincerum moralis vitae (n. 70, 279[*a*], 1147): per "aes" significatur bonum (n. 275[*b*], 430[*c*]): bonum naturale, seu bonum in ultimis (n. 176, 279[*a*], 355[*c*], 391[*f*], 405[*d*], 411[*b*], 438, 491, 587[*a*], 650[*d*]); externum ecclesiae, quod in se est naturale (n. 70): quae sensus litterae Verbi sunt significantur per "aes," "stannum," "ferrum" et "plumbum," quia per illa significantur bona et vera naturalis hominis, pro quo homine sunt illa Verbi quae continentur in sensu litterae ejus (n. 540[*b*]).

"Vasa aeris" sunt scientifica boni naturalis (n. 70); vera boni naturalis (n. 355[*c*]); scientia boni in naturali homine (n. 750[*e*]).

Per "muros aeris" (*Jer.* i. 18) significatur bonum tutans (n. 219).

Per "montes aeris" (*Zach.* vi. 1) significatur bonum amoris in naturali homine (n. 355[*b*]).

Per "serpentem aeneum" (*Num.* xxi. 4–10) significatur Divinum sensuale Domini (n. 70, 581[*b*]).

(*Videatur etiam* n. 316[*b*]).

Aestuare. } —"Aestuare" (*Jer.* li. 39) significat incalescentiam et concupiscen-
Aestus. } tiam falsificandi vera et adulterandi bona (n. 481).

Per "aestum" significatur falsum ex concupiscentiis; nam cum homo in aestu est, hoc est, cum aestuat a calore, tunc concupiscit potum ut aestus sedetur; et per "potari" et "bibere" significatur haurire vera, et in opposito sensu haurire falsa (n. 481, 982). "Aestuare aestu magno" significat cupiditatem adulterandi vera et bona Verbi (n. 983).

"Aestum per umbram nubis . . . reprimet" (*Esai.* xxv. 5) significat quod tuturus a concupiscentia falsi (n. 481).

"Aestus et sol" significant incalescentiam a principiis falsi et amore mali (n. 386[*g*]).

Quoniam "sol" significat Divinum Amorem, inde etiam "aestus" significat flagrans desiderium ad verum, ut *Esai.* xviii. 4, et *Zach.* viii. 2, ubi aestus attribuitur Jehovae, hoc est Domino (n. 481).

"Et quando videritis austrum spirantem" (*Luc.* xii. 55) significat praedicationem de adventu Ipsius; "dicitur quod aestus erit" significat quod tunc influxus Divini Boni: eadem illa etiam significant contentiones et pugnas veri ex bono cum falsis ex malo, nam "imber" et "aestus" etiam significant contentiones et pugnas illas (n. 644[*c*]).

Per "aestum" (*Apoc.* xvi. 8) significatur concupiscentia falsi et ad falsum (n. 982).
(*Videatur* **Calor.**)

Aeternitas. } —"Aeternum" est Divinum quoad *existere* (n. 870). (*Vide* **Esse**
Aeternum. } **et Existere.**)

Qui ex spatio et ex tempore cogitat de Infinito ac Aeterno, is in errores labitur (n. 870).
Per "Dispersi sunt montes aeternitatis" (*Habak.* iii. 6) significatur quod perierit ecclesia caelestis qualis fuerat apud antiquissimos (n. 629[*b*]).
Ecclesia Antiquissima intelligitur per "dies aeternitatis" (*Deutr.* xxxii. 7) (n. 431[*b*]).
Per "gaudium aeternitatis super capite eorum" (*Esai.* xxxv. 10) intelligitur felicitas aeterna (n. 328[*c*]).
"Jehovah erit tibi in lucem aeternitatis" (*Esai.* lx. 20) significat quod in aeternum erunt in veris ex bono amoris (n. 401[*c*]).
"Jehudah in aeternum sedebit, et Hierosolyma in generationem et generationem" (*Joel* iv. [*B. A.* iii.] 20) significat quod Verbum et inde doctrina genuini veri permansura sint in aeternum apud illos qui in amore in Dominum sunt (n. 433[*c*]).
Ex "Sole" (*Ps.* lxxxix. 37, 38 [*B. A.* 36, 37]) praedicatur aeternitas quoad Divinum Bonum, et ex "Luna" quoad Divinum Verum (n. 684[*c*]).
(*Vide etiam* n. 386[*d*], 403[*e*], 410[*c*].)

Aether.—"Veritas Jehovae usque ad aetheres" significat quod Divina Lux pertineat usque ad caelum supremum, ubi est in summo gradu (n. 541).
Per "Vocem dederunt aetheres," seu nubes superiores (*Ps.* lxxvii. 18 [*B. A.* 17]), intelligitur influxus e caelis (n. 594[*d*]); intelliguntur quoque vera ex sensu spirituali Verbi (n. 273).

Aethiopia. }
Aethiops. }
Cusch. } —Ubi dictum est "Aethiopia accelerabit manus suas Deo" (*Ps.*
Cuschii. } lxviii. 32 [*B. A.* 31]), per "Aethiopiam" intelligitur naturalis
Kusch. } homo quoad cognitiones boni et veri (n. 439): per "Aethiopiam" ibi intelliguntur illi qui in cognitionibus veri et boni, qui accessuri ad regnum Domini, quia in luce ex spirituali homine sunt (n. 627[*b*]): per "Cushum" (Aethiopiam) significantur qui ex jucundo naturalis hominis hauriunt vera (n. 654[*e*]).

Per "Cushum" significatur externum seu naturale quoad cultum, quae cum absque interno spirituali sunt, etiam absque vero et bono sunt (n. 532).
Per "Cushios" (*Zeph.* ii. 12) significantur illi qui quidem in falsis sunt, sed non in falsis mali; et abstracte falsa, sed non falsa mali (n. 406[*d*]).
Per "Cushum" (*Esai.* xx. 3, 5) significantur fallaciae sensuum (n. 240[*b*]).
Per terram "quae trans flumina Cuschi" (*Esai.* xviii. 1) significatur ecclesia quoad ipsas cognitiones ex sensu litterae Verbi, quae falsificatae (n. 304[*d*]).
"Num convertet Aethiops cutem suam?" (*Jer.* xiii. 23) significat quod malum non possit mutare naturam suam: "Aethiops" est malum in sua forma, quia totus niger; et "cutis," quia est extremum hominis et correspondet ejus sensuali, est natura ejus (n. 780[*b*]).

Affectio.—"Affectio" dicitur de amore in suo continuo, est enim affectio continuum amoris (n. 444[*a*], 547).
Affectio quae est voluntatis facit omnem intellectum qui est apud homines (n. 547). (*Videatur* **Amor.**)

Affinitas.—Quod nomina consanguinitatum et affinitatum significent spiritualia quae se referunt ad nativitatem spiritualem, quae est regeneratio (n. 166).

Afflictio. }
Afflictus. } —Per "tribulationes" et "afflictiones," cum illae dicuntur de bonis,
Affligere. } in spirituali sensu intelliguntur tentationes (n. 474).
Per "afflictionem" significatur infestatio a falsis (n. 47, 164).
Per "afflictionem" significatur infestatio a malis et falsis (n. 365[*b*]).
Per "afflictionem" significatur infestatio et tentatio illorum qui in affectione veri spirituali sunt ab illis qui in falsis (n. 124).

Quod Dominus "afflictus sit" (*Esai.* liii. 7) significat gravitatem tentationum (n. 813).

Per "afflictionem" (*Apoc.* ii. 9) intelligitur anxietas ex desiderio cognoscendi vera (n. 117).

Per "afflictum" (*Esai.* lviii. 10) significatur desideráns verum (n. 750[*e*]).

Ecclesia dicitur "afflicta spiritu" (*Esai.* liv. 6) cum in dolore ex affectione seu desiderio ad vera (n. 555[*a*]).

"Afflicta et procellis jactata" (*Esai.* liv. 11) dicitur a falsis (n. 717[*a*]).

Per "afflictionem meam" (*Gen.* xxix. 32) significatur status perveniendi ad bonum (n. 434[*a*]).

Affluentia.—"Affluentiam maris sugere" (*Deutr.* xxxiii. 19) significat ex Verbo haurire vera doctrinae, et inde intelligentiam (n. 445).

Africa.—Angeli, cum nominatur "Africa," percipiunt orientem (n. 21).

Ager.—Per "terram" significatur ecclesia ex gente et populo ibi, et per "agrum" ecclesia ex semente et ex receptione seminum (n. 388[*f*]): quod "ager" sit ecclesia (n. 131[*b*], 355[*d*], 372[*b*], 374[*b*], 375[*e*(viii.)], 417[*a*], 721[*c*], 911[*c*]): "ager" est ecclesia ubi verum primum implantatur, dein crescit, et demum fit doctrinae (n. 863[*b*]): per "agrum" intelligitur ecclesia quoad receptionem et procreationem veri et boni (n. 374[*b*]): per "agros" significantur omnia bona et vera ecclesiae (n. 411[*f*]): per "agrum" intelligitur ecclesia et ejus doctrina (n. 840): per "agrum desiderii" (*Jer.* xii. 10) intelligitur ecclesia quoad doctrinam (n. 730[*b*]): per "vineam" (*Jer.* xii. 10) intelligitur ecclesia quoad vera, per "agrum" ecclesia quoad bonum (n. 388[*b*]): per "agrum" in quo seminatum est semen bonum (*Matth.* xiii.) intelligitur mundus spiritualis et ecclesia ubi sunt tam boni quam mali (n. 426).

Per "agrum" qui "exultabit" (*Ps.* xcvi. 12) significatur bonum ecclesiae (n. 326[*c*]).

Per "agrum bonum" in quo vitis plantata est (*Ezech.* xvii. 8) significatur ecclesia quoad bonum charitatis (n. 281[*a*]).

Per "semen agri" intelligitur verum Verbi (n. 543[*c*]).

"Serere agros" est instrui et recipere vera (n. 386[*d*], 426, 650[*b*], 911[*a*]).

"Proventus agrorum" sunt omnia ecclesiae (n. 411[*c*], 314[*b*], 374[*c*], 375[*e*(viii.)], 619[*b*]).

Quod "agri non facient fructum" (*Hab.* iii. 17) significat quod nulla nutritio spiritualis (n. 403[*b*]); per "agrum" hic significatur ipsa ecclesia apud hominem (n. 638[*c*]).

"Arbor agri" significat cognitiones veri (n. 365[*e*], 730[*b*]).

Per "herbam agri" significatur verum et bonum ecclesia (n. 304[*b*], 644[*c*]).

Per "germen agri" (*Gen.* xix. 25) significatur verum ecclesiae nascens (n. 578).

Per "bestias agrorum" significantur voluntaria quae sunt affectionum (n. 513[*b*], 730[*b*], 1100[*b*]).

In Verbo probe distinguitur inter "bestias" et "feras;" et per "bestias" significantur affectiones naturalis hominis quae sunt ejus voluntatis, et per "feras" affectiones naturalis hominis quae sunt ejus intellectus (n. 650[*b*], 730[*b*], 1100[*b*]). (*Videatur* ***Bestia.***)

Per "feram agri" significantur affectiones naturalis hominis quae sunt ejus intellectus (n. 650[*b*], 730[*b*], 1100[*b*]).

Per "feras agrorum" in sensu spirituali intelliguntur gentes quae in bono vitae sunt (n. 650[*b*], 388[*e*]).

Per "feram agri" quae Dominum honorabit (*Esai.* xliii. 19) significantur qui modo ex memoria sciunt vera et bona (n. 518[*a*]).

Per "feram agri" in sensu opposito significantur cupiditates quae destruunt affectiones bonas (n. 388[*b–e*], 781[*d*]). (*Videatur* ***Fera.***)

Per "esse in agro" (*Matth.* xxiv. 40) significatur esse intra ecclesiam (n. 810, 163, 555[*b*]).

Per "agros silvae" in quibus Dominus invenitur (*Ps.* cxxxii. 6) significantur illa quae sensus naturalis Verbi sunt, ita quae sensus litterae (n. 700[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae explicata videantur*, n. 131[*b*], 163, 223[*c*], 281[*a*], 304[*b*,*e*], 314[*b*], 326[*c*], 329[*d*], 355[*d*], 357[*d*], 365[*e*], 372[*b*], 374[*b*–*d*], 375[*e*(viii.)], 386[*d*], 388[*b*–*f*], 400[*c*], 403[*b*], 411[*c*,*f*], 417[*a*], 426, 483[*a*], 507, 513[*b*], 518[*a*], 519[*b*], 543[*c*], 555[*b*], 578, 619[*b*], 632, 638[*c*], 644[*c*], 650[*a*,*b*,*e*], 654[*i*], 700[*b*], 721[*b*,*c*], 730[*b*], 781[*d*], 810, 840, 863[*b*], 911[*a*–*c*], 1100[*b*].)

Agnus.—Quoniam per "agnum" significatur innocentia, quae in se spectata est amor in Dominum, ideo per "Agnum" in supremo sensu significatur Dominus quoad Divinum Humanum, nam Dominus quoad illud erat ipsa Innocentia (n. 314[*c*], 220[*a*], 313[*a*], 314[*a*], 319, 328[*b*], 337, 456, 748, 816, 850[*a*], 864, 888, 1219).

Per "Agnum" significatur Divinum Humanum Domini, hic (*Apoc.* xiv. 10) Divinum procedens a Domino, quod est Divinum Bonum unitum Divino Vero in caelis; hic itaque Divinum Bonum, quia una cum "sanctis angelis" dicitur, per quos significantur Divina vera a Domino (n. 888).

Per "Agnum" intelligitur Dominus quoad Divinum Verum, et ejus receptio (n. 297, 343, 460, 482, 936).

In sensu litterae Verbi, per "Sanguinem Agni" intelligitur passio crucis; sed in sensu interno seu spirituali intelligitur Divinum Verum procedens a Domino (n. 476, 329[*f*], 748).

"Sequentes Agnum quocunque vadit" sunt illi qui adjuncti Domino per agnitionem Divini Humani Ipsius, et per vitam secundum praecepta Ipsius (n. 864).

"Primitiae Deo et Agno" sunt qui se dederunt Domino et adoptati ab Ipso (n. 865).

"Agnus vincit" illos qui ab Ipso per Verbum instrui et duci volunt (n. 1072).

Per "agnos quos in brachium suum colliget" Dominus (*Esai.* xl. 11) significantur qui in amore in Ipsum sunt; et hic amor in se spectatus innocentia est (n. 314[*b*]).

"Agnus" significat innocentiam, seu illos qui innocentes sunt (n. 314[*b*]).

Bona et inde vera caelestia, in quibus sunt angeli in tertio caelo, significantur per "agnos" (n. 817[*e*], 9, 67).

"Edere agnos de grege" (*Amos* vi. 4) significat haurire cognitiones boni interni seu spiritualis hominis (n. 279[*a*]).

Per "Canebant canticum Mosis servi Dei, et canticum Agni" (*Apoc.* xv. 3) significatur agnitio et confessio praeceptorum quae in Verbo utriusque Testamenti, tum agnitio et confessio Divini Domini in Humano Ipsius (n. 936).

(*Videantur etiam articuli* n. 412[*a*], 780[*b*], 806, 816, 850[*a*,*d*], 1225.)

Agricola.—"Agricola" significat hominem ecclesiae, quia "ager" significat ecclesiam quoad implantationem veri (n. 652[*c*]. *Conf.* 374[*b*], 922[*c*]).

Per "agricolas" significantur docentes (n. 644[*b*]).

Per "agricolas" (*Joel* i. 11) significantur qui in bono ecclesiae sunt, per "vinitores" illi qui in veris (n. 911[*b*]).

Aharon.—Per Aharonem ut Summum Sacerdotem repraesentabatur Dominus quoad Divinum Bonum (n. 375[*h*,*l*], 502[*a*]); quoad bonum amoris, et quoad opus salvationis (n. 734[*d*]); et quoad sacerdotium (n. 717[*b*]).

Moses et Aharon repraesentabant Dominum quoad Legem, quae est Verbum (n. 727[*b*]).

Per "Aharonem" ut Summum Sacerdotem significatur bonum amoris in Dominum (n. 431[*a*], 502[*a*]).

Per filios Aharonis repraesentabatur Dominus quoad Divinum Verum ex Divino Bono procedens (n. 375[*h*], 502[*a*]).

Vestes Aharonis repraesentabant talia quae procedunt ex Divino Amore (n. 427[*b*]).

Per vestes Aharonis et filiorum ejus repraesentabantur spiritualia (n. 375[*h*]).

Vestes Aharonis in genere repraesentabant regnum spirituale, hoc enim in caelis investit regnum caeleste (n. 717[*b*]): regnum spirituale dicitur ubi recipitur Divinum Verum; quare Divinum Verum per "vestes Aharonis" in genere significatur (n. 717[*b*]).

Per "ephodum Aharonis" significatur Divinum Verum in ultimis: per "duodecim lapides" in pectorali ephodi significata sunt Divina vera in ultimis (n. 717[*b*]).

Sub duodecim lapidibus pretiosis erant nomina tribuum, seu duodecim filiorum Israelis (n. 431[*a*], 717[*b*]).

Quod baculus Aharonis floruerit et produxerit amygdalas, causa (n. 727[*b*]).

Baculus Aharonis repraesentabat et inde significabat verum ex bono amoris (n. 727[*b*]).

Per "domum Aharonis" significantur omnes qui in bono amoris sunt (n. 696[*c*]).

Per "semen Aharonis" intelliguntur qui in affectione genuini veri sunt, quod a bono caelesti (n. 768[*d*]).

Ahola. } ***Aholiba.*** } —(*Videantur* ***Ohola, Oholiba.***)

Ai. } ***Aja.*** } —"Ai" significat doctrinam veri (n. 435[*b*]); cognitiones boni, et in opposito sensu confirmationes mali (n. 655[*a*]).

Ajalon.—Quod dicatur "sol stetisse in Gibeone, et luna in valle Ajalonis" (*Jos.* x. 12, 13) significabat quod ecclesia prorsus vastata fuerit quoad omne bonum et verum (n. 401[*d*]): hoc erat propheticum; hoc miraculum, si prorsus ita factum fuisset, invertisset universam mundi naturam, quod non faciunt reliqua miracula in Verbo; quin usque quod lux illis e caelo data sit, lux sicut solis in Gibeone, et lux sicut lunae in valle Ajalonis, non dubitandum est (n. 401[*d*]).

Ala. } ***Alata.*** } —Per "alas" significantur vera spiritualia (n. 558).

Per "alas" cum de Domino significatur Divinum spirituale (n. 283[*c*]): "alae Jehovae" significant vera spiritualia (n. 799[*b*]).

"Alae cheruborum" (*Ezech.* i., iii., x.) significant Divinum spirituale quod est Divinum Verum Domini in regno Ipsius caelesti (n. 283[*c*]); per "alas cheruborum" significatur Divinum spirituale quod descendit ex Divino caelesti, in quo est tertium caelum, in secundum, ac recipitur ibi (n. 700[*g*]).

"Alae Jehovae" in quibus sanitas, significant verum ex bono amoris (n. 283[*b*]): "sanitas in alis" significat verum fidei (n. 279[*a*]).

"Vectus super alis venti" (*Ps.* xviii. 11 [*B. A.* 10]; 2 *Sam.* xxii. 11) significat omnipraesentiam Domini in mundo naturali (n. 282, 283[*b*], 285): "alae venti" hic sunt Divinum Verum in ultimis (n. 419[*d*]): proinde etiam significatur illustratio, nam ubi Dominus praesens est, ibi est illustratio (n. 529).

"Ambulare super alis venti" (*Ps.* civ. 3) significat super sensum spiritualem qui in sensu litterali (n. 283[*b*]).

Divinum Verum in ultimis quod illustratur, significatur per "alas venti:" "alae venti" sunt spiritualia Verbi: "ambulare super alis venti" significat vitam homini ex influxu spirituali (n. 594[*b*]).

"Confidere in latibulo alarum" Jehovae (*Ps.* lxi. 5 [*B. A.* 4]) significat in Divinis veris esse (n. 799[*b*]). (*Conf.* "In umbra alarum," n. 283[*b*].)

Per "omnem avem cujuscunque alae" (*Ezech.* xvii. 23) significantur intellectualia quae ex spiritualibus veris (n. 283[*c*]): per "avem omnis

alae" (*Ezech.* xxxix. 17) significatur spirituale verum in omni complexu (n. 329[*d*]).
Per "avem alatam" (*Deutr.* iv. 17) significatur intellectus veri spiritualis (n. 282).
"Ala columbae" (*Ps.* lv. 7 [*B. A.* 6]) significat affectionem veri spiritualis (n. 282).
"Ascendere ala sicut aquilae" (*Esai.* xl. 31) est in lucem caeli, ita in intelligentiam (n. 281[*b*], 283[*b*]).
Ubi dicitur "Num per intelligentiam tuam volat accipiter, et expandit alas suas versus austrum?" (*Hiob.* xxxix. 26,) per id significatur inducere semet in lucem intelligentiae (n. 281[*b*]).

Per "vocem alarum locustarum" (*Apoc.* ix. 9) significantur ratiocinationes sicut ex veris doctrinae ex Verbo intellectis (n. 558).
Quod alae quatuor, quales avibus, essent super tergo tertiae bestiae, quae sicut pardus (*Dan.* vii. 6), significat ratiocinia discordantia (n. 780[*b*]).

"Terra inumbrata alis" (*Esai.* xviii. 1) est ecclesia quae in caligine est quoad Divina vera (n. 304[*d*]).
Per "Ligavit ventus in alis" (*Hos.* iv. 19) significatur ratiocinatio ex fallaciis (n. 283[*e*], 419[*e*]).
"Cades, tu et omnes alae tuae" (*Ezech.* xxxix. 4) significat quod cultus externus separatus ab interno, cum suis doctrinalibus et falsis, periturus sit (n. 388[*c*]).

Alae (quae *vestimenta*).—Per "alam pallii" significatur Divinum Verum in ultimis, seu omne in communi (n. 395[*c*], 329[*f*]).
Per "apprehendere alam viri Judaei" (*Sach.* viii. 23) intelligitur desiderium sciendi verum (n. 433[*d*]).
Alapa.—Ubi dicitur "Quicunque impegerit tibi alapam in dextram tuam maxillam" (*Matt.* v. 39), per "alapam infligere" significatur damnum inferre (n. 556[*b*]).
Alata.—Per "avem alatam" (*Deutr.* iv. 17) significatur intellectus veri spiritualis (n. 282).
(*Videatur* ***Ala.***)
Albedo. }—Quod "albedo" et "candor" sit verum ex transparentia lucis (n. 67).
Albus. }"Albedo" et "candor" significant Divinum Verum in sua luce (n. 196).
Quod "album" in Verbo dicatur de veris, est quia Divinum Verum est lux caeli, et ex luce caeli est album et candidum (n. 196, 395[*a*], 905).
In prophetico Israelis (*Gen.* xlix. 12), per "Albus dentes prae lacte" significatur Divina Intelligentia quae ex Divino Vero (n. 364[*b*]): "albus dentibus a lacte" etiam significat quod Humanum externum seu naturale non sit nisi Bonum Veri (n. 433[*a*]): tum quoque significat quod sensuale Domini fuerit Divinum Verum ex Divino Bono (n. 556[*c*]).
Per "Albi erant prae nive, et candidi prae lacte" (*Thren.* iv. 7), significatur Verum Boni a Divino Humano Domini (n. 364[*b*], 372[*b*]).
"Album" significat genuinum, et praedicatur de veris (n. 243, 196).
Per "Dealbarunt stolas suas" (*Apoc.* vii. 14) significatur exuere falsa et induere vera, "album" enim et "albari" praedicatur de veris (n. 476).
Per "nubem albam" significatur Divinum Verum in ultimis, quale est Verbum in sensu litterae, cui sensus spiritualis inest (n. 905).
Per quod agri "albi sint ad messem jam jam" (*Joh.* iv. 35), significatur quod nova ecclesia quae a Domino instet (n. 695[*c*]).
"Vestes albae" sunt vera induentia, quae in specie sunt vera scientifica et cognitiones (n. 271, 395[*a*], 457).
Per "Equum album" significatur intellectus veri ex Verbo (n. 355[*a*]).
Alere.—"Ut ibi alant eam" (*Apoc.* xii. 6, 12) significat sustentare vitam et crescere (n. 732, 761).
Alga.—"Alga alligata capiti meo" (*Jon.* ii. 6 [*B. A.* 5]) significat quod Dominus vinctus sit per falsa (n. 538[*b*]).

Alienigena. } —"Alienigena" (*Zeph.* i. 8) significat illos qui extra ecclesiam sunt,
Alienus. } et non agnoscunt ecclesiae vera (n. 195[*b*]).
Alius. } "Alieni," a quibus accipitur tributum (*Matth.* xvii. 25, 26), sunt naturales; hi sunt servi, et inde intelliguntur per "tributarios" (n. 513[*d*]).

Per "virum alienigenam" et "alienum," ex quibus non poneretur rex (*Deutr.* xvii. 15), significatur qui non ab ecclesia est (n. 746[*d*]): etiam significatur religiosum non concordans, tum falsum in quo non bonum (n. 654[*h*]).

Quod in ultimo tempore ecclesiae "alius cingeret" Petrum (*Joh.* xxi. 18), significat quod non vera scirent aliunde quam quia dicta ab alio, et sic quod in statu servo essent; ita quod agnoscenda pro veris illa quae alius dictat et ipse non videt, ut fit hodie cum religioso de sola fide (n. 9, 195[*b*], 820[*b*]).

Qui docent, ita qui colligunt et congregant, non sunt discipuli, sed Dominus; nam quos discipuli ad ecclesiam converterunt, Dominus per angelos, hoc est, per Divina vera ex Verbo, praeparavit ad recipiendum: haec intelliguntur (*Joh.* iv. 37) per quod "alius sit qui seminat et alius qui metit," etc. (n. 911[*c*]).

Per "Deum alienum" intelliguntur vera Verbi falsificata, quae in se sunt falsa (n. 717[*d*]).

"Dii alii" sunt falsa doctrinae (n. 585[*b*]).

"Alieni" sunt falsa (n. 388[*c*], 518[*d*]); sunt falsa quae destruunt vera (n. 537[*b*], 811[*b*]); sunt falsa mali (n. 654[*g*]); sunt falsa ex malo (n. 481).

"Aquae alienae" sunt falsa (n. 411[*f*]).

"Alienigenae" sunt falsa mali (n. 850[*d*]); sunt falsa doctrinae (n. 811[*b*]).

"Vanitates alienigenarum" (*Jer.* viii. 19) significant falsa religionis (n. 587[*c*]).

"Filii alienigenae" sunt falsa (n. 376[*c*], 724[*c*]).

"Servire diis aliis" significat falsa cultus (n. 652[*d*]).

"Suffire diis aliis" significat cultum ex falsis doctrinae (n. 585[*b*]).

Suffitus "ex igne alieno" repraesentabat cultum ex amore alio quam Divino (n. 496, 504[*d*]).

Per "virum alienum, qui non ex semine Aharonis" (*Num.* xvii. 5 [*B. A.* xvi. 40]), significatur falsum doctrinae (n. 768[*d*]).

Ubi dicitur "Non aedificabunt ut alius inhabitet" (*Esai.* lxv. 22), per "alium" significatur falsum et malum destruens verum et bonum (n. 617[*b*]).

Ubi dicitur "Ne vir alius initiet domum" (*Deutr.* xx. 5) significatur ne falsa et mala se conjungant bono (n. 734[*c*]).

Alimentum.—Per "alimentum" significantur bonum et verum ex quibus nutritio (n. 750[*e*]).

Allelujah.—(*Videatur* ***Hallelujah.***)

Allidi.—"Arcus illorum juvenes allident" (*Esai.* xiii. 18) significat quod falsa doctrinae destruent omnem intellectum veri (n. 710[*c*]).

"Infantes ejus allisi sunt ad caput omnium platearum" significat quod vera primum nascentia et vivificata dispergentur et peribunt (n. 652[*d*]).

Aloe.—"Myrrha" significat bonum ultimi gradus, "aloe" bonum secundi, et "kesia" bonum tertii (n. 684[*b*]).

Alpha et Omega.—"Alpha et Omega" est primus et ultimus, seu in primis et in ultimis (n. 41).

Altare.—In Ecclesia Judaica erant duo quae in supremo sensu significabant Divinum Humanum Domini, nempe altare et templum; altare Divinum Humanum quoad Divinum Bonum, templum quoad Divinum Verum procedens ex illo Bono. Ipse Dominus in supremo sensu significatur per "altare," aliunde enim non est aliquod sanctum; quia cultus in Ecclesia Judaica principaliter constabat in holocaustis et sacrificiis, per

"altare" significabatur ipsum Divinum a quo, et hoc Divinum est Divinum Humanum Domini (n. 391[c], 329[g], 608[b], 629[a], 915, 978).
Quia "ignis altaris" significat Divinum Amorem, ideo mandatum est quod ex illo igne accenderentur lucernae in Tentorio conventus, et quod ex eodem desumerent in thuribulis et suffirent (n. 391[c]).
Quoniam per "altare" in supremo sensu significatur Divinum Humanum Domini, ideo etiam per "altare" significatur caelum et ecclesia; nam caelum angelicum in se spectatum est ex Divino quod procedit ex Divino Humano Domini (n. 391[c], 630[c]).
Altare cum holocaustis et sacrificiis super eo repraesentavit et inde significavit omnem cultum ex bono amoris et inde veris (n. 329[c], 223[c], 490, 491): "holocausta" (*Esai.* liv. 7) significant cultum ex bono amoris, et "sacrificia" cultum ex veris quae ex illo bono (n. 391[e]).
Duo altaria apud filios Israelis erant, unum pro holocaustis, alterum pro suffitionibus: per "altare holocausti" significabatur cultus ex bono amoris caelestis, et per "altare suffitus" cultus ex bono amoris spiritualis (n. 324[a]): altare holocausti erat repraesentativum Domini et cultus Ejus ex bono caelesti; et altare suffimenti, quod vocabatur altare aureum, erat repraesentativum Domini et cultus Ejus ex bono spirituali (n. 490, 567): altare suffitus erat repraesentativum auditionis et receptionis omnium cultus quae ex amore et charitate a Domino (n. 316[d]).
Per "altare Jehovae in medio terrae Aegypti" (*Esai.* xix. 18) significatur cultus ex bono charitatis (n. 654[b], 391[e]).
Per altare quod Moses aedificavit infra Montem Sinai (*Exod.* xxiv. 4) significabatur bonum ecclesiae (n. 430[b]).
Conjunctio utriusque ecclesiae, nempe externae et internae, repraesentabatur per altare quod filii Reubenis, Gadis, et Menassis aedificabant juxta Jordanem (*Jos.* xxii. 9 ad finem); altare illud significabat cultum communem utriusque ecclesiae, et sic conjunctionem (n. 434[c]).
Altare factum est vel ex ligno, vel ex humo, vel ex lapidibus integris super quos non moveretur ferrum, et quoque circumdatum est aere. Quod factum sit ex ligno erat causa quia "lignum" significat bonum; similiter quod ex humo, nam "humus" simile significat; quod ex lapidibus integris erat causa quia illi lapides significabant vera formata ex bono seu bonum in forma; quod circumdatum fuerit aere, significabat quod repraesentaret bonum undequaque, "aes" enim significabat bonum in externis (n. 391[f], 585[b]); per "altare" significatur bonum ecclesiae; ac per "lapides" ejus vera (n. 430[b]).

"Circumdare altare Jehovae" (*Ps.* xxvi. 6) significat conjunctionem cum Domino per cultum ex bono amoris (n. 391[d]).

Quia "cornua" altaris holocausti et altaris suffimenti erant altarium illorum ultima, ideo significabant Divinum quoad omnipotentiam: cornua, quae ex altaribus illis prodibant et exstabant, significabant omnia illorum quoad potentiam (n. 567).
Quod cornua ex ipso altari essent, significabat quod vera, quae cornua repraesentabant, procedent ex bono amoris quod ipsum altare repraesentabat, omne enim verum est ex bono (n. 316[d]).
Per "ligare festum funibus usque ad cornua altaris" (*Ps.* cxviii. 27) significatur conjungere omnia cultus (n. 391[e]).
Per "munus offerre super altari" (*Matth.* v. 22) significatur cultus ex bono amoris et charitatis (n. 325[b], 391[e], 444[b], 746[f]).
In prophetico Mosis de Levi, ubi dicitur "Ponent suffitum in nasum tuum, et holocaustum super altare tuum" (*Deutr.* xxxiii. 10), per "suffitum" significatur cultus ex bono spirituali, et per "holocaustum super altare" significatur cultus ex bono caelesti (n. 324[d]).
"Dare sanguinem super altare" (*Levit.* xvii. 11) significat cultum ex Divino Vero (n. 750[g]).

Per "altaria opus manuum suarum" (*Esai.* xvii. 8) intelligitur cultus ex proprio amore, ex quo mala vitae (n. 391[*g*]).

Cultus ex malis, cum ecclesia est "vitis vacua" (*Hos.* x. 1), intelligitur per "altaria" quae multiplicat (n. 391[*g*]): "multiplicare altaria ad peccandum" (*Hos.* viii. 11) significat pervertere cultum per falsa, et "facere altaria ad peccandum" significat pervertere cultum per mala (n. 391[*g*]).

Per "ponere altaria, altaria ad suffiendum Baali" (*Jer.* xi. 13, 17) significatur cultus ex amore sui et ex amore mundi (n. 324[*e*], 652[*c*]).

Per quod occiderint Sachariam "inter templum et altare" (*Matth.* xxiii. 35) significatur in sensu spirituali omnimoda rejectio Domini; nam "templum" significat Dominum quoad Divinum Verum, at "altare" Ipsum quoad Divinum Bonum (n. 329[*g*]): "interfici inter altare et templum" (*Luc.* xi. 51) est exstinguere omne bonum et omne verum in cultu (n. 391[*e*]).

Quod vastata sit ecclesia quoad omnia bona, significatur (*Thren.* ii. 7) per "Deseruit Dominus altare suum" (n. 391[*d*]).

Per "altaria Bethelis" (*Amos* iii. 14) significatur cultus ex malo; et per "cornua altaris," quae exscindentur, significantur falsa ejus mali (n. 316[*d*], 391[*g*]): quod prorsus nullus cultus esset, significatur (1 *Regum*, xii. 26 ad fin.) per quod "altare diffinderetur et cinis effunderetur" (n. 391[*h*]).

Altissimus. *Altitudo.* —Quia Dominus in intimo est, dicitur "Altissimus" et "habitare in altissimis" (n. 1025).

Altum. *Altus.* Per "Verba contra Altissimum loquetur, et sanctos altissimorum atteret" (*Dan.* vii. 25) intelliguntur falsa destruentia vera ecclesiae; "sancti altissimorum" in sensu abstracto significant Divina vera (n. 610).

"Altissimum posuisti habitaculum tuum; non incurret in te malum, et non plaga appropinquabit" (*Ps.* xci. 9, 10) significat remotionem et tutationem a malis et a falsis mali (n. 799[*b*]).

Per "Gloria in altissimis" (*Luc.* xix. 38) intelligitur Divinum Verum illisqui in caelo a Domino (n. 365[*b*]).

"Ego Primogenitum dabo Ipsum, altum regibus terrae" (*Ps.* lxxxix. 28 [*B. A.* 27]) significat quod sit supra omne bonum et verum caeli et ecclesiae (n. 684[*c*]).

"Altitudo" est internum (n. 374[*b*]).

Cum angelus metiebatur singula templi quoad longitudinem, latitudinem et altitudinem, per "altitudinem" significabantur gradus boni et veri a supremis seu intimis ad infima seu ultima (n. 627[*a*]).

Per "latitudinem" significatur ecclesiae verum, per "longitudinem" ecclesiae bonum, et per "altitudinem" utrumque quoad gradus (n. 629[*a*]).

Per "altitudinem arboris in medio terrae magnam" (*Dan.* iv. 7) significatur extensio perceptionis et inde sapientiae (n. 650[*d*]).

Per "altitudines agri" (*Judic.* v. 18) significantur interiora quae sunt spiritualis hominis, ex quibus naturalis homo pugnat (n. 447); seu interiora ecclesiae, ex quibus pugna (n. 439).

"In monte altitudinis Israelis plantabo illum" (*Ezech.* xvii. 23) significat in bono spirituali, quod est bonum charitatis (n. 1100[*b*]).

Fastus propriae intelligentiae ex scientia intelligitur (*Ezech.* xxxi. 10) per quod "Pharao elatus sit altitudine," et quod "elatum sit cor ejus altitudine" (n. 654[*g*]).

Per "Languescent, altitudo populi terrae" (*Esai.* xxiv. 4) significatur fastus propriae intelligentiae (n. 741[*d*]).

Facere "manu alta" (*Num.* xv. 30) significat facere contra praecepta Dei ex proposito (n. 778[*c*]).

Per "Ortum ab alto" (*Luc.* i. 79) intelligitur Dominus (n. 365[*b*]).

"Alta fieri prae omnibus arboribus agri" (*Ezech.* xxxi. 5) significat ex cognitionibus veri et boni immensum crescens (n. 388[*c*]).

Qui "super monte alto" (*Esai.* xxx. 25) sunt qui in bono amoris in Dominum (n. 401[*c*], 405[*b*]).
Per "Effundetur super vos spiritus ex alto" (*Esai.* xxxii. 15) significatur influxus e caelo in illos (n. 730[*c*]).
Per "ascendere montem altum" (*Esai.* xl. 9) significatur evangelizatio ex bono amoris (n. 850[*b*]).
"Omnis magnificus et altus" (*Esai.* ii. 12) sunt qui in amore sui et mundi (n. 410[*b*]. *Conf.* 514[*b*]).
Per "facere excelsum et altum in omni platea et super omni capite viae" (*Ezech.* xvi. 24, 25) significatur cultus ex malis et falsis doctrinae (n. 652[*c*]).

Alveus.—Per "alveos et valles" (*Ezech.* vi. 3) significantur exteriora seu naturalia ecclesiae (n. 405[*g*]): "Alvei aquarum" (2 *Sam.* xxii. 16) sunt vera ecclesiae (n. 741[*d*]).

Amalek.—Per "Amalekum" significantur illa falsa mali quae ecclesiae vera et bona continue infestant (n. 734[*c*]).

Amare. }
Diligere. } —Per "amare" intelligitur simile quod per "facere," nam qui amat is facit: amare enim est velle, et quisque vult quod interius amat; et velle est facere, quisque enim facit quod vult quando potest; factum etiam non est nisi voluntas in actu (n. 785[*b*]).
(*Videatur* ***Amor.***)

Amaricare. }
Amaritudo. }
Amarum. } —Per "amarum" in Verbo intelligitur injucundum, sed hoc cum variatione secundum qualitates illorum de quibus praedicatur (n. 522).
Per "amarum," cum de absinthio, significatur falsificatum per commixtionem veri cum falsis mali: sed aliud injucundum significat "amarum" quod non ex herbis nec ex fructibus; hoc "amarum" significat dolorem mentis et anxietatem ex pluribus causis (n. 522).
"Amarum" seu amaritudo" significat injucundum ex adulterato vero; et inde "amaricare" significat injucundum reddere (n. 618).
Dulce fit amarum et inde injucundum per admixtionem cum aliquo tetro; inde est amaritudo absinthii, fellis, myrrhae (n. 618).
Gustus amari est spiritibus ex vero boni adulterato, at gustus amari hominibus ex commixtione dulcis et tetri (n. 618).
Per "amaritudines" (*Hos.* xii. 15) significantur perversiones Verbi et inde falsitates, ex quibus injucunda (n. 624[*c*]).
"Aquae amarae" (*Exod.* xv. 23) sunt illa quae apparenter vera sunt, at trahunt a falsis (n. 1145, 618).
"Uvae fellis ac botri amaritudinum" (*Deutr.* xxxii. 32) significant mala ex diris falsis (n. 433[*e*], 519[*b*], 618, 918).
Per "pulmentum," in quod miserunt colocynthidas amaras (2 *Reg.* 38–41), significatur Verbum falsificatum (n. 618).
Per quod "amara erit sicera bibentibus eam" (*Esai.* xxiv. 9) significatur quod aversaturi omnia quae concordant cum veris (n. 376[*d*], 618).
"Satiavit Me amaritudinibus, inebriavit Me absinthio" (*Thren.* iii. 15) significat quod Dominus non aliud in ecclesia, quae tunc erat apud Judaeos, invenerit quam falsa et falsificata vera (n. 519[*a*]).

Amasii. }
Amatores. } —Per "amasios" qui "in captivitatem abibunt" (*Jerem.* xxii. 22) intelliguntur vera ecclesiae (n. 811[*b*]): per "amasios" etiam significantur jucunda amorum sui et mundi, et inde jucunda malorum (n. 419[*e*]).
Per "Ivit post amasios suos" (*Hos.* ii. 15 [*B. A.* 13]) intelligitur ire post illa quae naturalis hominis sunt et amantur, nempe cupiditates et inde falsitates (n. 730[*d*]).
Per "Abhorrebunt te amatores" (*Jerem.* iv. 30) intelliguntur qui in amore mali sunt (n. 750[*f*]).

Amaziah.—Per Amaziam, sacerdotem Bethelis, repraesentabatur ecclesia perversa (n. 624[*c*]).

Ambulare.—Per "ambulare" significatur esse, vivere, et agere (n. 97, 163, 196, 239[*b*], 414, 422[*c*], 430[*c*], 453[*b*], 514[*d*], 526[*b*], 588, 594[*b*], 750[*f*], 787, 820[*b*], 1008).

Per "ambulare," cum de Domino, significatur ipsa Vita (n. 97, 588, 594[*b*]).

"Ambulare super alis venti" (*Ps.* civ. 3) significat vitam ex influxu spirituali; "ambulare" significat vivere, et cum de Domino, ipsam Vitam; "alae venti" sunt spiritualia Verbi (n. 594[*b*]).

"Ambulatio Domini super mari" significabat praesentiam et influxum Domini in ultima caeli et ecclesiae, et inde illis qui in ultimis caeli vita ex Divino (n. 514[*d*]).

"Ambulans in medio septem candelabrorum aureorum" (*Apoc.* i. 1) significat quod a Domino sit vita omnibus in novo caelo et in nova ecclesia (n. 97).

Ipsa unitio Divini Domini cum Divino Humano Ipsius, quae facta in mundo, intelligitur (*Malach.* ii. 5) per "In rectitudine ambulavit Mecum" (n. 365[*d*]).

Quia per "ambulare" significatur vivere, ideo dicitur "ambulare in nomine Jehovae Dei nostri;" "ambulare coram Deo in luce viventium;" "ambulare in omnibus viis Ipsius;" "ambulare in viis Ipsius omnibus diebus;" "ambulare coram Ipso in veritate;" "ambulare in rectitudine;" "ambulare in pace et in rectitudine" (n. 97): "ambulare super via" (n. 355[*f*]): "ambulare in albis (n. 196): "ambulare post Dominum toto corde" (n. 787): "ambulare in justitiis" (n. 453[*b*]): "ambulare ad lucem" (n. 422[*c*]): "ambulare in die" (n. 430[*c*]): "ambulare in statutis Domini" (n. 388[*b*]): "ambulare integer" (n. 799[*b*]): "ambulare in medio lapidum ignis" (n. 717[*c*]): "ambulare in caliginibus;" "ambulare in tenebris" (n. 526[*b*], 864): "ambulare in valle umbrosa" n. 727[*a*]): "non ambulare in consilio impiorum" (n. 687[*b*]): "non nudus ambulare" (n. 1008).

Quod "ambulare" significet vivere, et cum de Domino, ipsam Vitam, est ex apparentiis in mundo spirituali; ibi omnes ambulant secundum suam vitam, mali non aliis viis quam quae ducunt ad infernum, boni autem non aliis viis quam quae ducunt ad caelum; quare cognoscuntur ibi omnes spiritus ex viis quas ambulant (n. 97).

Amen.—Per *amen* in lingua Hebraea significatur veritas (n. 34).

Per "Amen" in supremo sensu significatur Dominus quoad Divinum Verum ex Divino Bono (n. 464, 1208).

"Amen" significat veritatem; et quia omnis veritas quae veritas est Divina, ideo "amen," cum dicitur in Verbo, significat Divinam confirmationem (n. 34, 40, 85, 228, 348, 1208).

Quia Dominus erat ipsum Divinum Verum, cum fuit in mundo, ideo Dominus toties dixit "Amen" (n. 34, 228).

Quando aliquis loquitur Divinum verum ex corde, tunc Dominus confirmat id; aliunde non potest venire confirmatio: hoc significatur per "Amen" in fine Orationis (n. 469).

Per "amen" significatur veritas fidei, et ipsa fides (n. 348).

Amicire.—Per "amiciri" (*Apoc.* xix. 8) significatur in veris (n. 1222).

Per "amicire filias Israelis dibapho," et per "imponere ornatum auri super vestem" (2 *Sam.* i. 24) significatur impertiri intelligentiam et sapientiam illis qui in affectione veri spirituali sunt (n. 195[*b*]).

(*Vide* ***Induere, Vestire.***)

Amicus.—Quod illi non servi sint sed amici seu liberi, qui recipiunt Divinum Verum doctrina et vita a Domino, docetur ab Ipso, *Joh.* xv. 14 (n. 409[*d*]).

Per "parentes, fratres, cognatos et amicos" (*Luc.* xxi. 16) intelliguntur qui ab eadem ecclesia sunt, sed in malis et falsis (n. 813).

(*Vide* ***Amor.***)

Ammon.—Per "Moabum" significatur adulteratio boni ecclesiae, et per "Ammonem" falsificatio veri ecclesiae (n. 410[*c*]).

Per "filios Ammonis" significantur qui falsificant vera ecclesiae (n. 653[b] 435).
Per "filios Ammonis" significantur qui in bono naturali sunt, et falsificant vera ecclesiae (n. 637[b]).
Amoenum.—"Amoena" dicitur de terra (*Gen.* xlix. 15) (n. 445): de cithara, (*Ps.* lxxxi. 3 [*B. A.* 2]) (n. 448[c]).
Amor. } —(*Vide* ***Amare.***)
Dilectio. }
Ipsum Divinum a quo omnia est Divinus Amor (n. 295[b]).
Amor est ipsa vita hominis et Divinus Amor est ex quo omnium vita (n. 423).
Quod "diligi," cum a Domino, sit quod praesens sit, est quia dilectio seu amor facit conjunctionem et inde praesentiam (n. 213).
Nemo in caelo est, et in caelum venit, nisi qui agnoscit Dominum et amat Ipsum. Amare Ipsum non est amare Ipsum quoad Personam, sed vivere secundum praecepta Ipsius (n. 433[a], 1099).
Amare et facere unum sunt; quare ubi in Verbo dicitur "amare" intelligitur facere, et ubi dicitur "facere" etiam intelligitur amare; nam quod amo hoc facio (n. 1099, 785[b]).
"Affectio" dicitur de amore in suo continuo, est enim affectio continuum amoris (n. 444[a], 547). (*Vide* ***Affectio.***)
Affectio naturalis pro fine habet se et mundum; at affectio spiritualis pro fine habet Dominum, caelum, et vitam aeternam (n. 444[a]).
Sunt bini amores qui faciunt caelum seu ecclesiam, amor in Dominum et amor erga proximum seu charitas.
Amor in Dominum est qui vocatur amor caelestis, et amor erga proximum, qui est charitas, est qui vocatur amor spiritualis (n. 154).
Amor residet in voluntate hominis, nam quod homo amat hoc quoque vult (n. 154).
Divinus Amor caelestis facit regnum caeleste, et Divinus Amor spiritualis facit regnum spirituale; at sciendum est quod Divinus Amor Domini in caelis dicatur caelestis et spiritualis a receptione illius ab angelis, et non ex eo quod ille in se divisus sit (n. 496).
Amor spiritualis existit ab amore caelesti, sicut effectus a sua causa efficiente, et sicut verum a bono; nam bonum amoris spiritualis in sua essentia est verum boni amoris caelestis (n. 496).
Amor erga proximum derivatur ex amore in Dominum, sicut posterius a suo priori, aut sicut exterius a suo interiori; verbo, sicut effectus a sua causa efficiente (n. 707).
Amor in Dominum est amare et velle illa quae Domini sunt, ita illa quae Dominus in Verbo praeceperat; et amor erga proximum est ex illo velle facere, ita consistens in usibus praestandis, qui sunt effectus (n. 707).
Quod amor fiat spiritualis per vera ex Verbo, quantum homo agnoscit illa, ac intellectu videt illa (n. 832).
Quisque fit suus amor per velle et facere secundum ejus intelligere et scire (n. 832).
Qui in affectione veri spirituali sunt, perficiuntur intelligentia et sapientia in aeternum (n. 867).

De amore conjugiali et de ejus origine (n. 983, 990, 991).
Amor vere conjugialis in sua prima essentia est amor in Dominum a Domino (n. 996); est etiam innocentia (n. 996); est pax (n. 997); homini tanta et talis intelligentia et sapientia est, quantus et qualis est amor conjugialis apud illum (n. 998); ex amore vere conjugiali est potentia et tutela contra inferna; et inde pax (n. 999).
Illi qui in amore vere conjugiali sunt, post mortem redeunt in juventutem et adolescentiam (n. 1000).
Ex amore conjugiali est omnis pulchritudo angelis (n. 1001).
Amor vere conjugialis non dari potest quam inter duos (n. 1004).

Dantur in caelis conjuges qui in tali amore conjugiali sunt ut ambo possint esse una caro (n. 1004).

Amores sui et mundi sunt radices ex quibus omnis generis et omnis speciei mala et falsa propullulant et nascuntur (n. 584, 653[a], 982, 1022).
Amor sui est amor mere corporeus; unde scaturit (n. 512).
Malum spirituale, quod per amorem mundi significatur, est in sua essentia falsum, sicut bonum spirituale est in sua essentia verum (n. 576).
Amor dominandi super caelum et simul super mundum dicitur amor diabolicus (n. 1126).

Amorum tempus.—(*Vide* ***Tempus Amorum.***)
Amorah.—(*Vide* ***Gomorrha.***)
Amygdala.—"Amygdalae" significant bona vitae (n. 431[a]): per "amygdalas" significantur bona charitatis (n. 444[a], 727[b]).

Baculus Aharonis floruit et produxit amygdalas, quia ejus baculus repraesentabat et inde significabat verum ex bono amoris; et verum ex bono amoris unice producit fructum qui est bonum charitatis, et hoc bonum significatur per "amygdalas" (n. 727[b]).

Anakim.—(*Vide* ***Rephaim.***)
Anataria.—(*Vide* ***Platea.***)
Andreas.—Per "Andream" significatur obedientia fidei (n. 821[a]).
Angelus.—Per "angelum" in Verbo in sensu proximo intelligitur integra societas angelica; in sensu communi autem per "angelum" significatur omnis qui recipit Divinum Verum doctrina et vita; at in supremo sensu per "angelum" significatur aliquod Divinum quod procedit a Domino, in specie Divinum Verum (n. 422[a], 593, 971, 307).

Per "Angelum" in supremo sensu significatur Dominus Ipse (n. 130[a], 422[a], 528, 529, 593, 701[b], 606).
Per "Angelum" et per "Angelum foederis" significatur Humanum Ipsius (n. 328[c], 242[d], 408[b], 412[b]).
Per "Angelum" significatur Dominus quoad Verbum (n. 593, 628); quoad Divinum Verum (n. 130[a], 504[b], 529, 593, 687[a], 701[b]); similiter per "Angelum Jehovae" (n. 205, 444[b]); tum Divinum a Domino procedens (n. 417[a]).

Per "angelum" in Verbo non aliud intelligitur quam bonum et verum quod a Domino apud angelum et hominem (n. 90, 422[a], 806, 869, 909).
Per "angelos" intelliguntur Divina vera quae a Domino (n. 130[b], 200, 412[b], 504[b], 650[g], 687[a,c], 735, 869, 888, 897, 928).
Quicquid angeli locuti sunt ad homines in Verbo, non illi locuti sunt, sed Dominus per illos; quare etiam angeli qui locuti sunt passim ibi vocantur "Jehovah" (n. 473).
Angeli dicuntur "dii" a receptione Divini Veri a Domino (n. 220[a], 624[e], 639, 688, 726, 991).
Dum angeli Divina vera loquuntur, non ex se loquuntur, sed ex Domino; quod ita sit non modo sciunt sed etiam percipiunt angeli (n. 131[b], 473).
Omnes angeli qui in universo caelo sunt fuerunt homines; qui credunt quod angeli immediate creati sint, maxime falluntur (n. 897, 275[b]).

Universum caelum angelicum coram Domino est sicut unus homo, aut sicut unus angelus; similiter unaquaevis societas caeli: quapropter per "angelum" in Verbo non intelligitur unus angelus, sed integra societas angelica, ut per "Michaelem," "Gabrielem," "Raphaelem" (n. 302, 90, 307, 422[a], 490, 593, 735).
Societates caelorum vocantur angeli, et unaquaevis vocatur angelus; et quoque societas, cum apparet e longinquo et quando sistitur videnda ut unum, apparet ut unus angelus (n. 90).

Quod nullus angelus sit ex se angelus, et quod tantum angelus sit quantum Divinum a Domino recipit (n. 130[a], 219, 735, 800, 869, 897); angeli

non sunt angeli ex proprio illorum, sed ex Divino Bono et Divino Vero quae recipiunt (n. 313[a], 735, 800, 850[a], 869, 897).
Quia fuerunt homines, angelis sunt propria, qualia hominibus, quae non sunt nisi quam mala; sed quia dum homines in mundo vixerunt a Domino regenerati sunt, ideo possunt detineri a malis et inde falsis; itaque videtur sicut in bonis sint a se, sed usque sciunt et percipiunt quod hoc sit illis a Domino (n. 897).
Quod Jehovah "faciat angelos suos spiritus" est quod recipientes Divini Veri; quod "faciat ministros suos ignem flammantem" est quod recipientes Divini Boni (n. 155).
Angeli nihil potentiae ex se habent, sed omnis potentia est Domino per Divinum suum Verum (n. 130[a]).
Omnis felicitas et beatitudo est angelis ex bono et vero quae recipiunt a Domino (n. 480).

Divinum Bonum et Divinum Verum, quae duo unita procedunt a Domino, ab angelis recipiuntur varie: illi qui plus recipiunt Divinum Bonum quam Divinum Verum, constituunt regnum caeleste Domini, et dicuntur angeli caelestes, ac in Verbo vocantur "justi;" at illi qui recipiunt plus Divinum Verum quam Divinum Bonum constituunt regnum spirituale Domini, ac dicuntur angeli spirituales, et in Verbo vocantur "sancti" (n. 204[a], 1215).
Sunt quoque angeli intermedii, qui vocantur angeli caelestes spirituales (n. 831).
In intimo seu tertio caelo sunt angeli qui in bonis vitae ex affectione caelesti sunt; in medio seu secundo caelo sunt qui in bonis vitae ex affectione spirituali sunt; ac in ultimo seu primo caelo qui in bonis operibus ex obedientia sunt (n. 445); angeli caelestes in amore in Dominum sunt ex receptione Divini Boni ab Ipso; angeli spirituales in amore in Dominum sunt ex receptione Divini Veri ab Ipso (n. 831); qui in tertio caelo sunt, in amore in Dominum sunt; qui in secundo, in charitate erga proximum (n. 313[a], 445, 828, 831).
Angeli caelestes non primum admittunt vera in memoriam, sed statim in voluntatem, et per actus in vitam; illi tales sunt ut vitae suae inscripta vera possideant: illi angeli tertii caeli fiunt qui leges vitae ex Verbo hauriunt, ac vivunt secundum illas, et qui colunt Dominum: non loquuntur de Divinis veris, sed solum volunt et faciunt illa (n. 826, 831, 834, 902): at quia usque angeli caelestes perficiuntur sapientia per auditionem, ideo sunt angeli intermedii, qui vocantur angeli caelestes spirituales, qui praedicant et docent vera in templis illorum, quae vocantur Domus Dei, et sunt ex ligno (n. 831).
Angeli spirituales per aliam viam reformantur et regenerantur, ac fiunt angeli, quam angeli caelestes; spirituales enim primum admittunt vera in memoriam, et inde in intellectum, qui sic ab illis formatur; et tunc quantum afficiuntur Divinis veris spiritualiter, hoc est, propter illa, tum propter vitam secundum illa, tantum perficiuntur; hi loquuntur Divina vera, quia inscripta etiam sunt memoriae apud eos, et cogitatio ex memoria loquitur: at spirituales angeli non admittunt aliquod verum in memoriam et inde in intellectum apud se nisi videant illud (n. 831).
Angeli sunt in intelligentia et sapientia ineffabili prae homine (n. 275[b]).
Perceptio est angelis tertii seu intimi caeli, illustratio intellectus est angelis secundi et ultimi caeli; distinguuntur per id, quod perceptio sit confirmatio plena ex influxu a Domino, illustratio autem intellectus est visus spiritualis (n. 307, 1183).
Angeli primi seu ultimi caeli sunt in amore spirituali naturali, qui proprie vocatur charitas erga proximum. Hi angeli, quia paene similes sunt hominibus in mundo quoad intellectum, et quia sunt naturales, non habent intellectum, nisi parum, elevatum supra suum in mundo; quare

non vident vera in luce, sicut angeli secundi caeli, sed recipiunt, agnoscunt et credunt illa ex doctrina in qua, antequam intromittuntur in caelum, instruuntur (n. 834).

Angeli, qui in sensu Verbi interno sunt, non vident sensum litterae, nec sciunt aliquid de illo, sed modo sensum internum (n. 17).

Omnes in caelo habitant secundum plagas (n. 401[*e*]).

Angeli secundi caeli etiam sicut angeli tertii caeli habitant distincti in societates; at horum societates sunt supra illorum (n. 831).

Dominus in caelo ubi angeli caelestes sunt, apparet ut Sol; et in caelo ubi angeli spirituales sunt, ut Luna (n. 401[*a–c*], 412[*b*], 525, 527, 1124).

Quando apparet Dominus in caelo coram angelis, tunc apparet extra Solem (n. 401[*b*]); sed tunc sub forma angelica; implet enim angelum suo visu et sic sua praesentia e longinquo, et hoc in variis locis; at ubivis accommodate ad bonum amoris et fidei apud illos ubi apparet (n. 412[*d*]).

Dominus aspicit angelos in fronte, ac angeli Dominum per oculos (n. 427[*a*]): Dominus unumquemvis spectat a facie et non ab occipitio; inde angeli caeli Dominum continue ante faciem habent (n. 1112).

Non est aliquis archangelus in caelis: sunt quidem angeli superiores et inferiores, tum sapientiores, magis et minus; et quoque in societatibus angelorum sunt moderatores reliquis ibi praefecti; sed usque non sunt archangeli sub quorum obedientia ex aliquo arbitrio stant (n. 735).

Omnes ideae cogitationis angelorum et spirituum vertuntur in varia repraesentativa extra illos (n. 513[*a*]).

Angeli qui in amore in Dominum sunt, habitant super montibus; et qui in amore erga proximum, super collibus (n. 400[*b*], 405[*a*]).

Angeli tertii caeli apparent coram angelis inferiorum caelorum sicut infantes, quidam sicut pueri, et omnes sicut simplices, tum etiam nudi (n. 828).

Omnes in caelis vestiuntur secundum vera, ac vera inferiora correspondent vestibus: quia caeli inferiores in his veris sunt, ideo vestes angelorum in superioribus caelis correspondent illis (n. 271, 195[*c*], 395[*a*], 412[*b*]).

Angeli spirituales vestibus ex bysso et serico, in genere splendentibus, induti sunt (n. 831).

Quod etiam angeli obvelentur tenui correspondente nube, ne laedantur ab influxu propiori Divini Domini (n. 80).

Facies apud angelos sunt formae affectionum eorum (n. 381).

Angelis in caelis non sunt nomina sicut hominibus in terris, sed sunt illis nomina functionum illorum, et in genere datur cuivis nomen ex quali ejus (n. 735).

(*Scripturae Sacrae de "Angelis" dicta, plurimis in articulis explicantur.* Index Locorum Scripturae Sacrae *adeatur.*)

Anguis.—Per "morsum anguis" (*Amos* v. 19) significatur falsificatio, hic ex dominio interiori falsi ex malo (n. 781[*d*]).

Angulare. } —"Lapis anguli" significat omne Divinum Verum super quo fun-
Angulus. } datur caelum et ecclesia; et quia fundamentum est ultimum cui incumbit domus seu templum, ideo significat omnia (n. 417[*b*]).

Quia per "lapidem anguli" significatur omne Divinum Verum super quo fundatur ecclesia, ideo quoque significatur Dominus quoad Divinum Humanum, quia omne Divinum Verum ab illo procedit (n. 417[*b*]).

"Lapis anguli" (*Hiob.* xxxviii. 6) est verum naturalis hominis quod vocatur verum scientificum, super quo fundatur verum spiritualis hominis seu verum spirituale (n. 629[*b*]).

Aegyptus vocatur "angularis lapis tribuum" (*Esai.* xix. 13), per "tribus"

enim significantur omnia vera et bona ecclesiae in complexu, et per "angularem lapidem" significatur fundamentum eorum (n. 654[*f*]).
Per "angularem" (*Sach.* x. 4) significatur verum tutans (n. 355[*f*]).

Per "abscissos anguli" (*Jer.* ix. 25 [*B. A.* 26]) significantur qui in ecclesiae ultimis separatis ab interioribus sunt; interiora sunt spiritualia; ita qui solum in sensualibus, quae ultima naturalis hominis sunt (n. 417[*b*]).
"Anguli Moabi" (*Num.* xxiv. 17) sunt adulterationes Verbi et inde ecclesiae et cultus (n. 417[*b*]).

Per "quatuor angulos" (*Apoc.* vii. 1) intelliguntur plagae mundi spiritualis (n. 417[*a*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae de "Angulis" videantur* n. 417.)

Angustia.—"Angustia" et "oppressio" (*Esai.* xxx. 20) significant status tentationum (n. 600[*b*]).
"In angustia temporum" (*Dan.* ix. 25) significat aegre et difficulter (n. 684[*e*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae, cum explicatione, videantur* n. 304[*f*], 328[*d*], 386[*c*], 600[*b*], 654[*g*], 684[*e*], 693, 706[*d*], 721[*b,c*].)

Anima.—(1.) "Anima" in genere significat hominem: (2.) "anima" in specie significat vitam corporis: (3.) per "animam" significatur vita spiritus hominis, quae vocatur vita spiritualis ejus: (4.) per "animam" significatur vita intellectus hominis, inde fides et intellectus: (5.) per "animam" etiam significatur Divinum Verum: (6.) quoniam per "animam," ubi de Domino, significatur Divinum Verum, inde per "animam" etiam significatur vita spiritualis ex vero: (7.) per "animam viventem" significatur vita in communi (n. 750[*b–h*]).
Quia Divinum procedens a Domino facit vitam omnium, ideo illud per "animam" in caelesti sensu significatur (n. 750[*h*]).
Jehovah dicitur "jurare per animam suam" (*Jer.* li. 14) quando confirmat per Divinum suum Verum; "jurare" enim significat confirmare, et "anima Jehovae" Divinum Verum (n. 750[*f*]).
Ubicumque in Verbo dicitur "anima et cor," per "animam" significatur vita intellectus, tum vita fidei, nam "anima" praedicatur de respiratione; et per "cor" significatur vita voluntatis, tum vita amoris (n. 622[*b*], 696[*b*], 745, 750[*a*]): per "animam" in Verbo significatur vita fidei (n. 328[*d*], 622[*b*], 696[*b*]): per "animam" significatur verum doctrinae et fidei (n. 696[*b*]).
"Anima hominis" (*Ezech.* xxvii. 13) est verum vitae (n. 70): tum scientia veri in naturali homine (n. 750[*e*]): etiam scientifica inservientia (n. 1156).
"Anima vitarum" et "anima vivens" est vita spiritualis (n. 419[*b*]).
"Anima appetens" (*Esai.* xxix. 8) significat fidem falsi ex non intellecto vero (n. 750[*e*]).

De anima bestiarum (n. 1201).
Sciendum est quod animae bestiarum non sint spirituales in eo gradu in quo sunt animae hominum; differentia (n. 1201).

De anima vegetativa (n. 1203).

(*Dicta Scripturae Sacrae de "Anima" videantur explicata* n. 70, 294[*b*], 304[*f*], 328[*d*], 355[*c*], 365[*e*], 386[*c,d*], 409[*b*], 419[*b*], 443[*b*], 447, 448[*d*], 513[*a*], 617[*b*], 622[*a*], 654[*e*], 706[*d*], 721[*a,c*], 750[*b–h*], 768[*b*], 900, 1156.)

Animal.—"Animal" significat animam viventem (n. 388[*e*]). (*Vide* ***Bestia*** *et* ***Fera.***)

Omnia animalia quae sacrificabantur, significabant varia genera bonorum ecclesiae (n. 279[*b*]).

Omnia animalia quae comedenda significant affectiones bonas (n. 388[*e*]); illa quae ex armento erant, significabant affectiones boni et veri in externo seu naturali homine; et illa quae ex grege, affectiones boni et veri in interno seu spirituali homine: quae ex grege erant agni, caprae, oves, arietes, hirci; et quae ex armento erant boves, juvenci, vituli (n. 279[*a*]).

Per "animalia quae gradiuntur super terra" significantur affectiones boni ex quibus sapientia; et per "aves" significantur affectiones veri ex quibus intelligentia (n. 282, 513[*d*]).

"Quatuor animalia" (*Apoc.* v. 8) significant in specie tertium seu intimum caelum (n. 322, 462, 954). (*Vide* **Cherubi.**)

Animalia in caelo, in mundo spirituum, et in inferno, qualia (n. 1200).

Quoniam trahunt existentiam suam ex affectionibus angelorum caeli et ex cupiditatibus spirituum inferni, sequitur quod affectiones naturales et cupiditates sint animae illorum (n. 1200).

Quod sint binae formae communes, spiritualis et naturalis; spiritualis qualis est animalium, et naturalis qualis est vegetabilium (n. 1204, 1208).

Unde forma animalis (n. 1208).

Bestiae et ferae quarum animae affectiones malae sunt, non sunt ex principio creatae, sed ortae sunt cum inferno (n. 1201).

Annulus.—Per "annulum super manum" (*Luc.* xv. 22) significatur conjunctio veri et boni in interno seu spirituali homine (n. 279[*a*]).

Annus.—Per "tres annos" (*Luc.* xiii. 7) significatur tota periodus (n. 403[*e*]).

Per "annos quadraginta" intelligitur integra periodus vastationis ecclesiae, et quoque integra duratio tentationum (n. 654[*e*]).

Per "diem vindictae et annum retributionum" (*Esai.* xxxiv. 8) significatur adventus Domini, ac ultimum judicium tunc ab Ipso factum (n. 578, 850[*d*]).

Per "annum siccitatis" (*Jer.* xvii. 8) intelligitur status jacturae et deprivationis veri (n. 481).

Per "annum beneplaciti Jehovae" (*Esai.* lxi. 2) significatur tempus et status hominum ecclesiae quando ex amore opitulandi (n. 295[*c*]).

Per "Annum supra annum commovebimini confidentes" (*Esai.* xxxii. 10), significatur quod vera apud illos successive et in omni statu diminuantur (n. 919).

Per "annos generationis et generationis" (*Deutr.* xxxii. 7) intelligitur Ecclesia Antiqua, quae fuit post diluvium et fuit spiritualis (n. 431[*b*]).

Antemurale.—Per "antemurale" (*Esai.* xxvi. 1) significantur vera tutantia (n. 223[*b*]).

"Ponere cor ad antemurale Zionis" (*Ps.* xlviii. 14 [*B. A.* 13]) significat amare vera exteriora tutantia ecclesiam caelestem contra falsa (n. 453[*b*].

Exterior homo, cum illis quae ibi, quae sunt scientifica et jucunda naturalia, est instar antemuralis seu munimenti interiori homini, quia extra et ante hunc est et protegit (n. 365[*f*]).

Antipas.—Quod "Antipas martyr fidelis" (*Apoc.* ii. 13) significet illos qui odio habentur propter agnitionem Divini Humani Domini, est quia Antipas quidam eo tempore ideo occisus est; quapropter per illum intelliguntur omnes qui ideo odio habentur (n. 137).

Antiquus. } ***Antiquissimus.*** } —"Antiquum" dicitur de genuino, quoniam genuina vera apud antiquos (n. 617[*b*]).

Per "Antiquum dierum" intelligitur Dominus ab aeterno (n. 67, 195[*c*], 336[*b*]).

Per "Antiquum dierum" intelligitur Dominus quoad Divinum Bonum seu Divinum Amorem, qui "Antiquus dierum" dicitur ex tempore

antiquissimo, quando ecclesia caelestis erat, quae in amore in Dominum fuit (n. 504[a]).

Ecclesia Antiquissima fuit ecclesia caelestis (n. 617[c]).
Antiquissimi prae posteris colebant Deum visibilem sub Humana forma (n. 1116).
Ecclesia Antiqua per multum orbis Asiatici fuit extensa (n. 391[h], 422[d]).
Haec ecclesia erat repraesentativa, repraesentabantur enim in singulis cultus et in singulis statutis eorum spiritualia et caelestia, quae sunt interna ecclesiae, ac in supremo sensu Ipse Dominus; haec repraesentativa cultus et statutorum permanserunt apud plures usque ad adventum Domini, et inde cognitio de adventu Ipsius (n. 422[d], 391[h]).
Antiquis fuerunt scientiae correspondentiarum, repraesentationum, influxuum, ac de caelo et inferno, quae imprimis comprehendebant cognitiones veri et boni ecclesiae, ac illis inserviebant (n. 514[b]).
Inter eos qui ab Antiqua Ecclesia fuerunt, erant etiam Aegyptii; sed hi quia applicuerunt repraesentativa ad magica, ecclesia illa apud eos exstincta fuit (n. 391[h]).
Antiqua Ecclesia ignoravit sacrificia, et aspexit illa, quando ab Ebero instituta, sicut abominanda, quod nempe vellent placare Deum per caedem diversorum animalium, et sic per sanguinem (n. 391[h]).
Antiqui in adorationibus verterunt facies suas ad orientem solis; ac sua templa aedificarunt sic ut anteriora, ubi adytum, spectarent orientem; quod etiam hodie fit ex usu vetusto (n. 422[d]).

Quod etiam antiquis fuerit Verbum tam Propheticum quam Historicum, hodie disperditum, constat apud *Mosen* (*Num.* xxi.), ubi memorantur ejus prophetica quae ibi vocata sunt *Enuntiata*, et historica quae vocata *Bella Jehovae* (n. 734[c], 401[d]). (*Vide* **Jaschar.**)

Per "serpentem antiquum" (*Apoc.* xii. 9) significantur sensuales; hic, quod inde sensuales facti a quibus omnia Verbi et ecclesiae perversa sunt. Serpens vocatur "antiquus" ex eo, quod tales fuerint olim a quibus omnia Verbi et ecclesiae perversa sunt (n. 739[a]).

Antistes.—Per "praefectos et antistites" (*Jerem.* li. 23) significantur principia falsi et mali (n. 863[a]). (*Vide* **Praefectus.**)

(*Videantur articuli*, n. 114, 250[c], 443[a], 538[b], 714[b], 802[a], 810, 863[a], 1019, 1063, 1130, 1134.)

Anxietas.—"Anxietas" (*Esai.* v. 30) significat malum (n. 601[b]).

Aper.—"Aper e silva" (*Ps.* lxxx. 14 [*B. A.* 13]) significat cupiditates malos naturalis hominis (n. 388[b]).

Aperire. }
Apertio. } —"Aperire puteum abyssi" (*Apoc.* ix. 2) significat communicationem et conjunctionem cum infernis (n. 537[a]).
Apertura. }
Inferna non aperiuntur nisi quando intrant spiritus mali (n. 537[a]).
Homo vel aperit sibi caelum, vel aperit sibi infernum (n. 1094).
Per "apertionem oris" (*Ezech.* xxix. 21) intelligitur praedicatio veri (n. 316[a]).
"Aperire" et "claudere" (*Esai.* xxii. 22) in genere significat salvare (n. 206).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 140, 152, 206, 208[a,b], 239[b], 250[a], 294[b], 295[c], 303, 304[a], 306, 311, 316[a], 352, 355[a], 361, 369, 378, 390, 399, 422[c], 448[d], 483[a,b], 486, 518[a], 537[a,b], 599, 644[c], 659[c,d], 675[c], 699, 710[d], 730[c], 739[b], 741[a], 764, 797, 811[d], 813, 899[b,c].)

Apis.—Per "apem in terra Aschuris" (*Esai.* vii. 18) significantur ratiocinia falsa ex scientificis false applicatis, quia apes exsugunt et trahunt sua ex floribus; ita rationale ex scientificis naturalis hominis (n. 410[c]).
Simson in cadavere leonis invenit examen apum et mel (*Judic.* xiv. 8); per quod significabatur quod postquam fides, quae separata a charitate, dissipata est, loco ejus succedat bonum charitatis (n. 619[c]).

Apocalypsis.—In *Apocalypsi* non agitur de successivis statibus ecclesiae a principio ad finem, sed solum de statu caeli et ecclesiae circa finem, quando ultimum judicium; ita de ultimis temporibus (n. 5, 39, 258).

In Libro Prophetico qui *Apocalypsis* vocatur, agitur de illis qui in Nova Hierosolyma erunt, et de illis qui non erunt, ac non de successivis statibus ecclesiae (n. 224).

Apollyon.—(*Vide* ***Abaddon.***)

Apostoli.—Duodecim nominati sunt "apostoli," ex eo quod *missi* sint ad docendum de Domino et de regno Ipsius (n. 100).

Per "prophetas" et per "apostolos" intelliguntur qui missi sunt ad docendum vera; sed per "prophetas" illi qui in Veteri Testamento, et per "apostolos" illi qui in Novo (n. 100).

Duodecim apostoli Domini omnes simul repraesentaverunt ecclesiam, et quisque eorum aliquod essentiale ecclesiae (n. 430[*b*], 39).

Per "duodecim apostolos" significantur omnia vera ex bono (n. 431[*b*], 8, 9, 270, 910).

Per "apostolos" significantur illi qui docent vera ecclesiae; et abstracte a personis, ipsa vera quae docentur (n. 100, 1179).

Apparentiae. } ***Apparere.*** }—De apparentiis in mundo spirituali, tam realibus quam non realibus (n. 553, 369, 395).

Apparentiae omnes quae in caelis existunt sunt reales, quia sunt correspondentiae (n. 553).

Sunt etiam apparentiae ex phantasia, quae non sunt reales sed fallaces (n. 553).

In genere quicquid apparet in caelo apparet prorsus sicut tale quod in mundo nostro materiali ex triplici ejus regno existit. Sed usque differentia est haec, quod illa quae in caelo apparent ex origine spirituali sint, at ea quae in nostro mundo apparent ex origine materiali sint (n. 926).

Magnifica quae in caelis apparent angelis prorsus secundum sapientiam apud illos, sunt enim correspondentiae: sapientia est illis secundum receptionem Divini Veri, non modo doctrina sed etiam vita (n. 874).

Quicquid in intimo caelo auditur, cogitatur, et percipitur a Domino, hoc cum descendit per caelum medium ad ultimum vertitur in apparentias (n. 369).

Appendere.—"Appendere in libra montes, et colles in lancibus" (*Esai.* xl. 12) significat aestimare et ordinare secundum quale bonorum amoris et bonum charitatis (n. 373): tum significat subordinare et aequilibrare omnia (n. 629[*b*]).

Per "appensus in trutina" (*Dan.* v. 27) significatur aestimatio secundum quale, ac judicium (n. 373).

Apponere.—"Appone cor tuum ad semitam, viam eas" (*Jerem.* xxxi. 21), significat affectionem veri ducentis ad vitam (n. 219).

Apprehendere.—(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 601[*b*], 701[*b*], 721[*b*,*c*], 724[*d*].)

Appropinquare.—Per "Beatus quem eligis, et appropinquare facis" (*Ps.* lxv. 5 [*B. A.* 4]), significatur affectio seu amor spiritualis, nam quantum in illo amore seu in illa affectione est, tantum est apud Dominum; quisque enim appropinquat secundum illum amorem (n. 630[*c*]).

"Appropinquate gentes ad audiendum" (*Esai.* xxxiv. 1) significat conjungi per amorem (n. 331[*a*]).

"Redimet in pace animam meam, ne appropinquent mihi" (*Ps.* lv. 19), significat remotionem malorum et falsorum (n. 365[*e*]).

Aquae.—Per "aquas" significantur vera (n. 71, 118, 183[*b*], *et alibi pluribus in locis, quae citata infra videantur*).

Per "aquam" ac per "aquam viventem" significatur Divinum Verum a Domino (n. 183[*b*], 422[*c*], 483[*a*], 518[*a*,*d*], 854): tum Verbum, ubi sunt vera (n. 376[*b*]).

Per "aquas" significantur Divina vera in ultimis (n. 71, 261, 419[*d*]): vera

Verbi (n. 275[b], 419[c], 455[b], 840, 1033, 1076): vera doctrinae e Verbo (n. 629[b], 644): tum vera fidei (n. 71, 118, 240[b]): et omnia vera quae apud angelos caeli (n. 1215): et quoque cognitiones boni et veri (n. 281[a]): ita vera Verbi et inde sancta ecclesiae (n. 1033).

Per "aquam" significatur verum affectione, et per "frigidam" (*Matth.* x. 42) verum obedientia (n. 695[b]).

"Stagnum aquarum" et "scaturigo aquarum" (*Esai.* xli. 18) significant bonum quia verum; omne enim bonum spirituale, quod est bonum ecclesiae, comparatur per vera (n. 304[d]).

Per "haurire aquas" significatur ad discendum vera (n. 532); per "bibere aquas" significatur discere et recipere vera (n. 632).

Per "abluere aquis" significatur purificatio per vera fidei (n. 163, 375[b]).

Per "aquam et spiritum" intelliguntur vera et vita secundum illa (n. 236[a]). (*Vide* **Baptismus.**)

Quod in mundo spirituali etiam vera appareant sicut aquae (n. 538[a]).

Per "aquas" in sensu opposito significantur falsa (n. 355[g], 455[b], 538[a], 644[d], 695[d], 763): seu vera falsificata et profanata (n. 1076).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 71, 84, 118, 119, 126, 131[a], 179, 183[b], 261, 273, 275[b], 281[a], 283[b,c], 304[c,e,f], 329[e,f], 342[b], 355[a,g], 364[b], 372[b], 374[c], 375[e(viii.)], 376[b,e], 386[d], 391[g], 395[b], 401[d], 405[b], 411[c], 419[c,d], 422[c], 433[c,e], 444[b], 453[b], 455[b], 458[b], 475[a,b], 481, 483[a,b], 513[a,c], 514[c], 518[a–d], 537[a], 587[b,c], 594[b,d], 600[b], 617[e], 622[a], 624[b], 629[b], 644[c], 645, 650[e], 652[c], 654[b,g], 695[b,d], 710[a], 721[a], 724[c], 727[a], 730[b–d], 840, 854, 876, 960[b], 969, 971, 996, 1033, 1145, 1215. *In sensu opposito*:—n. 177, 304[c], 329[f], 401[d], 405[h], 434[d], 447, 504[e], 518[d,e], 521, 537[b], 540[b], 618, 632, 644[d], 650[e], 654[j], 695[d], 700[c], 730[b], 763, 887, 1000, 1076, 1145.)

Aquaeductus.—Per "Aquaeductus suos emisit ad omnes arbores agri" (*Ezech.* xxxi. 4) significatur multiplicatio cognitionum veri (n. 518[b]).

Aquila.—Per "aquilam" repraesenta est (*Apoc.* iv. 7) Divina intelligentia, et significatur intelligentia quae est custodiae et providentiae Domini (n. 278[a], et 281[a], 283[b], 370).

Per "aquilam" significatur intelligentia vera, et in sensu opposito intelligentia falsa quae est ex proprio hominis; haec intelligentia est ratiocinatio ex falsis (n. 281[b]): tum per "aquilás" significantur qui in veris et qui in falsis, ita qui in intelligentia vera et qui in intelligentia falsa (n. 281[b], 410[b]).

Per "alas duas aquilae magnae" quae datae sunt mulieri (*Apoc.* xii. 14) significantur intelligentia et circumspectio spiritualis quae a Domino dantur illis qui ab Nova Ecclesia: tum significatur intellectus veri; nam omnes qui ab illa ecclesia sunt intellectum illustratum habent ex quo videre possunt verum ex luce veri (n. 759).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 281[a,b], 283[b], 355[d], 410[b], 759.)

Ar.—Urbs "Ar" in terra Moabi (*Esai.* xv. 1) significat doctrinam illorum qui in veris ex naturali homine (n. 652[c]).

(*Videatur* **Moabus.**)

Arabia. ***Arabs.*** ***Kedar.***—"Arabia" significat ecclesiam quae in veris ex bono est (n. 799[b]). "Kedar" seu "Arabia" (*Esai.* xxi. 13, seq.) significat illos qui in cognitionibus boni sunt, et abstracte ipsas illas cognitiones (n. 357[b], 734[b]).

Per "Arabiam et principes Kedar" (*Ezech.* xxvii. 21), qui "negotiatores," significantur qui in veris et bonis ex cognitionibus sunt (n. 314[b]).

Per "Arabiam" et "Chazorem" (*Ierem.* xlix. 28–33) significantur cognitiones boni et veri (n. 417[b], 422[d]).

Qui ex Arabia dicti sunt "filii orientis;" et per "filios orientis" in Verbo significantur cognitiones boni et veri (n. 422[*d*]).

Per "Arabiam" et per "Nebaioth" (*Esai.* lx. 7) significantur spiritualia (n. 391[*c*]): per "pecora Arabiae" quae congregabuntur, significantur cognitiones veri et boni (n. 282).

Quod Antiqua Ecclesia fuerit extensa per Arabiam (n. 391[*h*]).

Per "Arabiam" (*Esai.* xlii. 11) significatur naturalis homo, nam Arabs in deserto est naturalis homo (n. 405[*b*]).

"Arabia" (*Jerem.* ii. 10) est ubi qui naturaliter vivunt in bonis, nempe secundum religiosum suum (n. 406[*d*]).

"Arabs in deserto" (*Jerem.* iii. 2) est qui sicut latro in deserto occidit et deprivat (n. 730[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 282, 314[*b*], 357[*b*], 391[*c,h*], 405[*b*], 406[*d*], 417[*b*], 422[*d*], 730[*b*], 734[*b*], 799[*b*], 1029[*e*].)

Aram.—(*Videatur* ***Syria.***)

Aranea.—Per "telas araneae" (*Esai.* lix. 5) significantur dolosa falsa (n. 581[*a*]).

Arare.—"Arare ad serendum" (*Esai.* xxviii. 24) significat discere (n. 374[*c*]).

"Num arabit bobus?" (*Amos* vi. 12) significat num aliqua perceptio boni (n. 355[*g*]): per "Num arabit bobus?" significatur quod non detur voluntas boni ubi falsum mali (n. 519[*a*]).

Per "Attinget arans metentem, et calcans uvas distrahentem semen" (*Amos* ix. 13) significatur quod qui recipit bonum et verum etiam usum seu fructum facturus sit (n. 376[*b*]).

(*Vide* ***Ligo.***)

Arbitrium.—Per quod "vinciret principes ad arbitrium, et seniores illius erudiret" (*Ps.* cv. 22) intelligitur quod Dominus ex Divino suo detineat caelos a falsis et teneat in veris, et sic det illis intelligentiam et sapientiam (n. 448[*d*]).

Arbor.—Per "arborem" in Verbo significatur cognitio et perceptio veri et boni, proinde homo in quo illae sunt (n. 481); homo ecclesiae, ac in universali sensu ipsa ecclesia (n. 518[*b*], 650[*e*], 1100[*b,c*]).

Per "arbores" intelliguntur perceptiones et cognitiones (n. 518[*b*]).

Per "arbores" significantur interiora hominis quae mentis et animi ejus sunt; et per illa quae super arboribus, ut folia et fructus, talia quae ex illis (n. 109, 420): "frondes" et "folia" sunt illa quae sunt cognitionum veri et boni, ac "fructus" ipsa bona vitae (n. 109).

Arbores pulcherrimae et fructiferae correspondent interioribus angelorum et spirituum qui in bono amoris et inde in sapientia sunt; arbores minus pulchrae et fructiferae, illis qui in bono fidei; at arbores solum foliaceae et absque fructibus, illis qui modo in cognitionibus veri sunt; ac arbores tetrae cum fructibus malignis, illis qui in cognitionibus sunt et in malo vitae (n. 109, 545).

"Arbores" significant perceptiones ubi de caelesti homine agitur, et cognitiones ubi de spirituali (n. 654[*b*]).

Per "arborem vitae" (in primis capitibus *Geneseos*) significatur bonum amoris in Dominum, et inde gaudium caeleste, quae erant illis qui tunc ab ecclesia; et per "arborem scientiae" significatur jucundum cognitionum absque alio usu quam ut audiant docti et captent famam eruditionis solum propter honorem aut lucrum (n. 109): per "arborem vitarum" significatur perceptio a Domino, et per "arborem scientiae boni et mali" perceptio a mundo, quae tamen in Se est modo cognitio et scientia (n. 739[*b*], 617[*c*], 131[*b*], 280[*c*]).

Per "folia" significantur vera ex sensu litterae Verbi (n. 386[*h*]).

"Emittere radices" (*Jerem.* xvii. 7) significat extensionem intelligentiae a spirituali homine in naturalem (n. 481).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 109, 131[*b*], 212, 239[*b*],

277[a], 280[c], 304[f], 326[c], 375, 391[g], 403[b], 405[b], 411[f], 420, 426, 430[b], 458[b], 481, 503[b], 504[e], 518[a,b], 545, 617[c], 629[b], 650[d], 654[b,g], 730[c], 739[a,b], 933, 1100[b].)

Arca.—Per "Testimonium seu Legem in arca" significatur Ipse Dominus (n. 283[d]).

Per "arcam" significabatur Divinum caeleste procedens a Domino, ex Lege seu Testimonio quod in illa (n. 336).

Per "arcam," ex Lege in ea, repraesentatus est Dominus quoad Divinum Verum; et inde per illam significatum est Divinum Verum procedens a Domino (n. 700[d]).

Per "propitiatorium" significatur auditio et receptio omnium cultus quae ex bono amoris, et tunc expiatio (n. 283[d]).

Per "arcam," in qua Testimonium seu Lex, repraesentabatur caelum intimum seu tertium (n. 277[b]); et per "arcam" significatur caelum intimum seu supremum (n. 283[d]).

Ubi fuit arca ibi fuit Jehovah seu Dominus (n. 700[b]).

De miraculis factis per arcam (n. 700).

Archangeli.—In caelis sunt quidem angeli superiores et inferiores, tum sapientiores, magis et minus, et quoque in societatibus angelorum moderatores reliquis ibi praefecti; sed usque non sunt archangeli sub quorum obedientia ex aliquo arbitrio stant; tale regimen non datur in caelis (n. 735).

Architectonica ars. }
Architectus. } —In caelo spirituali ars in sua arte est, imprimis architectonica; ex illo caelo trahunt plures artes in mundo suas leges et harmonias, unde pulchritudines (n. 831).

Per "architectos" (*Ps.* cxviii. 22) intelliguntur illi qui ab ecclesia quae rejecit Dominum, et cum Ipso omne Divinum Verum (n. 417[b]).

Architriclinus.—Per "architriclinum" (*Joh.* ii. 8, 9) intelliguntur qui in cognitionibus veri sunt (n. 376[e]).

Arcus.—(*Vide* ***Telum*** *et* ***Sagitta.***)

Per "arcum" significatur doctrina pugnans, in utroque sensu; nempe doctrina falsi pugnantis contra verum, ac veri contra falsum (n. 238, 272, 278[c], 281[b], 355[f], 357[a–d], 433[b], 734[b], 866).

"Arcus" significat doctrinam charitatis et fidei, ex qua pugnatur contra mala et falsa, ac dissipantur illa (n. 356, 357[a–d], 358).

Per "arcum aeneum" significatur doctrina charitatis (n. 357[b]), vel doctrina boni vitae (n. 734[b]).

Doctrina ex veris significatur per "pharetram," quia per "arcum" (n. 724[c]).

"Sagittae," "jacula" et "tela" significant vera doctrinae quae pugnant (n. 357[a], 684[b], 866).

In opposito sensu, per "arcum" significatur falsum doctrinae (n. 710[c]).

(*Dicta Scripturae Sacrae explicata videantur*, n. 238, 242[d], 272, 281[b], 354[a,f], 356, 357[a–d], 365[f], 433[b], 734[b], 1100[b].)

Arcus in nube. }
Iris. } —Per "arcum in nube" seu "iridem" significatur Divinum Verum spirituale translucens per Divinum Verum naturale, quae translucentia fit ab illis qui per Divinum Verum ac per vitam secundum illud reformantur et regenerantur a Domino; ipsa translucentia etiam in caelis apparet ut iris (n. 595).

Quod "iris" significet Divinum Verum interius, quale est Verbum in sensu spirituali, est quia lux caeli, similiter ac lux mundi, secundum incidentiam in objecta, et inibi modificationem, sistat variegationes colorum, et quoque irides (n. 595).

"Arcus in nube" (*Gen.* ix. 13) significat regenerationem, quae fit per Divinum Verum et per vitam secundum illud; et inde est quod ille arcus assumptus sit in signum foederis (n. 701[d]).

Ardere. }
Accendere. }
Comburere. } ---(*Videatur* ***Ignis.***) Per "ardere sicut lampas" (*Apoc.* viii. 10) significatur ex amore proprio falsificari; "ardere" dicitur de amore proprio, quia "ignis" significat illum (n. 517).
Combustio. }
Incendere. } "Incendere" (*Ezech.* xxxix. 9) significat consumere per mala (n. 257).

Per "comburi" significatur perire ex falsis mali (n. 504[*e*], 506); tum per ignem inferni (n. 1083).

Per "comburi igne" intelligitur poena profanationis sanctorum ecclesiae (n. 1083).

(*Dicta Scripturae Sacrae explicata videantur*, n. 131[*b*], 240[*b*], 257, 274, 304[*b*], 315[*b*], 357[*d*], 374[*d*], 405[*g,h*], 411[*e*], 426, 449[*b*], 496, 504[*e*], 506, 507, 510, 517, 539[*b*], 555[*d*], 578, 587[*d*], 652[*d*], 653[*b*], 675[*b*], 695[*d*], 741[*d*], 811[*d*], 911[*a*], 1029[*e*], 1083, 1126, 1131, 1173.)

Area. }
Area frumenti. } —Per "aream" et "torcular" similia significantur quae per "frumentum" et "vinum," quia collectio eorum ibi (n. 376[*d*]): "frumentum," ex quo panis, significat omne quod spiritualiter nutrit, et "area" significat ubi illud collectum est, ita Verbum (n. 695[*d*]): "area" est Verbum quoad bona charitatis (n. 695[*d*]: "area" est doctrina ecclesiae (n. 543[*c*]).

Ubi a Domino dicitur "Perpurgabit aream suam" (*Matth.* iii. 12), per "aream" intelligitur ubi separatio fit (n. 374[*d*]).

Arena.—Per "arenam maris" (*Jerem.* xxxiii. 22) significantur cognitiones in naturali homine (n. 444[*b*]).

"Qui aedificavit domum super arena" (*Matth.* vii. 26) significat illos qui in fide separata a charitate sunt (n. 212).

Per "arenam" intelligitur Divinum Verum receptum modo in memoria et inde aliquantum in cogitatione, et inde sparsum et inconnexum, quia interpolatum a falsis, et falsificatum per ideas (n. 644[*d*]).

(*Videatur etiam* n. 771, et 811[*a*].)

Argentum.—(*Vide* ***Aurum.***) "Aurum" in Verbo significat bonum caeleste, quod est bonum intimum; "argentum" significat verum ejus, quod est bonum spirituale (n. 70, 242[*d,e*]): "aurum" significat bonum interni hominis, et "argentum" ejus verum (n. 176).

Per "argentum" significatur Divinum Verum (n. 502[*a*]); verum ex Verbo (n. 458[*b*], 540[*b*]); verum boni (n. 195[*b*], 617[*b*]); verum ex bono (n. 447, 502[*a*]).

Per "argentum extensum ex Tharschischo" (*Jer.* x. 9), significantur vera Verbi in sensu litterae Verbi (n. 585[*b*]).

Per "argentum eorum et aurum eorum cum illis" (*Esai.* lx. 9), significantur cognitiones veri et boni (n. 242[*d*]).

Per "argentum" significatur verum a Divino; "purificatum septies" (*Ps.* xii. 7 [*B. A.* 8]) significat prorsus et plene purum (n. 257).

Per "aurum" in opposito sensu in Verbo significatur malum amoris sui, et per "argentum" falsum inde (n. 242[*e*], 617[*b*], 1141).

Saeculum Argenteum fuit tempus Antiquae Ecclesiae, quae spiritualis homo, quia tunc regnabat verum ex bono amoris seu bonum spirituale, et inde intelligentia (n. 70, 176).

(*Dicta Scripturae Sacrae explicata videantur*, n. 70, 176, 236[*b*], 242[*d,e*], 257, 279[*b*], 328[*d*], 357[*e*], 374[*c,d*], 376[*b,d*], 411[*b*], 433[*c*], 439, 447, 458[*b*], 514[*b*], 537[*b*], 539[*b*], 540[*b*], 576, 585[*b*], 587, 617[*b*], 622[*b*], 627[*b*], 654[*h,i*], 700[*e*], 710[*c*], 750[*e*], 799[*b*], 811[*b*], 827[*b*], 840, 887, 1140, 1145, 1186.)

Argilla. }
Lutum. } —(*Videatur* ***Caenum.***)
"Lutum" est ultimum Divinum formans; "inungere id super oculos

caeci" (*Joh.* ix. 6) est per id dare intellectum veri (n. 239[*b*]): "lutum" significat bonum ex quo verum, ita bonum formans (n. 239[*b*]).
Ubi dicitur de Jehovah, "Calcasti mare equis tuis, lutum aquarum multarum" (*Hab.* iii. 15), "lutum" significat ultimum ex quo et in quo, et "aquae" significant vera (n. 355[*a*]).
"Argilla luti" significat naturale bonum (n. 411[*b*]).
Per "lutum ex sputo" significatur sensuale verum, quale est in Verbo pro sensualibus qui modo vident illa quae coram sensibus externis apparent (n. 475[*b*]).
In sensu opposito, per "argillam" significatur bonum adulteratum (n. 411[*b*]).
Per "lutum" (*Ps.* lxix. 15 [*B. A.* 14]) significatur malum falsi (n. 537[*b*]).
Per "argillam luti" (*Dan.* ii. 43) significatur falsum quod ex propria intelligentia (n. 237[*b*]).
Per "caenum luti" (*Ps.* xl. 3 [*B. A.* 2]) significatur malum vitae (n. 666).

Arguere.—Per "arguere et castigare," cum de illis qui bonum comparant et per id recipiunt vera, significatur in tentationes admittere (n. 246).

Arefacere. } ***Arescere.*** } ***Ariditas.*** } ***Aridum.*** }—(*Videantur* ***Siccitas, Exsiccatio, Exsiccari.***)
"Effundere fluenta super aridam" (*Esai.* xliv. 3) significat dare intelligentiam illis qui in desiderio veri ex bono sunt (n. 518[*a*]).
Per "dare fluvios aridam" (*Ezech.* xxx. 12) significatur quod nulla amplius cognitio et apperceptio veri (n. 518[*d*]).
Per "terram siccitatum" (*Hosch.* xiii. 5) significatur status absque veris (n. 780).
Per "terram ariditatis" (*Ezech.* xix. 13) significatur ecclesia ubi non bonum, et per "terram sitis" ubi non verum (n. 504[*e*], 730[*b*]); "ariditas" dicitur de carentia boni, quia ex adustione (n. 730[*b*]).
"Annus siccitatis" (*Jerem.* xvii. 8) significat statum jacturae et deprivationis veri (n. 481).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 131[*b*], 288[*b*], 386[*e*], 403[*e*], 405[*h*], 411[*e*], 418[*b*], 419[*b,f*], 513[*a*], 518[*a,d*], 600[*b*], 627[*b*], 714[*c*], 727[*a*], 911[*a*].)

Ariani.—Quod Sociniani et Ariani, qui tametsi non negant Dominum usque negant Divinum Ipsius, extra caelum sint, et non ab ulla societate angelica recipi possint; causa (n. 778[*b*]).

Aries.—Per "arietes" significantur bona interna (n. 391[*c*]); bona spiritualia (n. 336[*b*]; bona charitatis (n. 405[*c*]): "aries" significat fidem conjunctam charitati, ita charitatem (n. 632).
Per "arietes Nebaioth," qui ministrabunt (*Esai.* lx. 7), significantur vera quae vitam ex affectione spirituali ducunt (n. 282).
Per "arietem" (*Dan.* viii. 2) significatur bonum charitatis et inde fides (n. 316[*c*]); tum significantur qui in fide ex charitate (n. 817[*e*]); ac qui in veris doctrinae quia in bono vitae (n. 734[*e*]).
Offerre "cum suffimento arietes" (*Ps.* lxvi. 15) significat cultum ex bono amoris spiritualis (n. 324[*d*]).
Per "agnos," "arietes," et "hircos" (*Esai.* xxxiv. 6), significantur tres gradus boni innocentiae (n. 314[*b*]).
Per "arietem" pro holocausto (*Levit.* xvi. 5) ex correspondentia significatur naturalis homo quoad bonum charitatis (n. 730[*e*]).

Arma belli.—(*Videatur* ***Bellum.***)
Omnia "arma belli" significant talia per quae pugnae spirituales fiunt; sive talia quae pugnae et tutelae sunt contra infernalia; sive vera doctrinae e Verbo per quae pugnatur contra mala et falsa, et per quae est tutatio a malis falsi (n. 734[*b,c*], 257, 357, 557).
In opposito sensu, "gladius" et "hasta" sunt falsa ex malo pugnantia contra vera ex bono (n. 734[*b*], 357[*c*]).

Per "comburere arma" (*Ezech.* xxxix. 9) significatur exstirpare falsa omnis generis (n. 357[*d*]).

(*Videantur* **Arcus, Baculus manus, Clipeus, Galea, Gladius, Hasta, Jaculum, Lancea, Lorica, Machaera, Romphaea, Sagitta, Scutum, Telum, Thorax.**)

Armageddon.—Per "Armageddon" (*Apoc.* xvi. 16) significatur amor honoris, imperii, et supereminentiae; per "Megiddonem" etiam (2 *Reg.* xxix. 29, 30; 2 *Chron.* xxxv. 22; *Sach.* xii. 11) hic amor significatur (n. 1010).

Armentum.—Per "gregem," nempe per "agnos," "haedos," "capras," "oves," "arietes," significantur spiritualia; et per "armenta," quae sunt "juvenci," "boves," "vaccae," "cameli," naturalia ex spiritualibus (n. 650[*a*], 279[*a*], 453[*b*]): per "gregem" significantur in genere omnia spiritualia apud hominem, per "armentum" omnia naturalia apud illum quae spiritualibus correspondent (n. 1100[*b*]): "bestiae ex armento" sunt affectiones exteriores, et "bestiae ex grege" sunt affectiones interiores (n. 710[*d*]): "grex et armentum" sunt vera et bona interna et externa (n. 403[*c*]); tum vera et bona spiritualia et naturalia (n. 724[*e*], 911[*c*], 513[*b*]): "filii gregis" sunt vera spiritualia, et "filii armenti" sunt vera naturalia (n. 374[*b*]).

Armilla.—"Armillae," "torques," "monile," "inaures," "corona," sunt insignia per quae significantur spiritualia varii generis. "Armillae" sunt vera et bona ecclesiae (n. 195[*b*]): "armillae super manus" (*Ezech.* xvi. 11) significant in specie vera ex bono (n. 242[*d*]).

"Corona" in proeliis (2 *Sam.* i. 10) tunc erat insigne pugnae, et "armilla super brachio" insigne potentiae, utriusque contra mala et falsa: per "armillam super brachio" significatur potentia veri ex bono (n. 358).

Aroer.—Per "Damascum" et per "Aroerem" (de quibus *Esai.*, cap. xvii.) significantur cognitiones veri et boni quae ecclesiae, quod deperditae sint (n. 911[*b*]).

Aromata.—Per "aromata" significantur vera quae grata quia ex bono (n. 242[*d*], 281[*a*]).

Per "aromata" cum quibus oleum unctionis sanctitatis praeparatum est (*Exod.* xxx. 23, 24), quae erant myrrha nobilis, cinnamomum aromaticum, calamus odoratus, et casia, significabatur Divina sapientia (n. 1150).

Ars architectonica.—(*Videatur* **Architectonica ars.**)

Artifex.—Per "artificem omnis artis" (*Apoc.* xviii. 22) intelligitur omne quod intellectus est, inde sapientia, intelligentia, et scientia (n. 1186).

In sensu opposito, per "artificem" intelligitur qui doctrinale fingit et format ex propria intelligentia (n. 587[*b*]); tum cui ex propria intelligentia dos confirmandi et falsificandi est (n. 1145); et in sensu abstracto, tale doctrinae, religionis et cultus, quod ex propria intelligentia (n. 585[*b*]).

Arundo.—(*Videantur* **Baculus, Calamus, Virga.**)

Per "calamum" seu "arundinem" (1 *Reg.* xiv. 15) significatur verum sensualis hominis, quod est ultimum; et id verum, quando separatur a luce spiritualis hominis, est falsum (n. 627[*b*]).

Quod "habitatores Aegypti fuerint baculus arundinis domui Israelis" (*Ezech.* xxix. 6) significat fiduciam super scientificis sensualis hominis, quae sunt fallaciae apud homines ecclesiae (n. 654[*i*]).

Per "feram arundinis" (*Ps.* lxviii. 31 [*B. A.* 30, *in margine*]) significatur scientificum naturalis hominis pervertens bona et vera ecclesiae (n. 439); naturalis homo separatus a spirituali (n. 627[*b*]), quoniam naturalis homo separatus a spirituali fertur in falsa omnis generis, et nocet (n. 388[*c*]).

Arvum.—Per "silvam arvi" (2 *Reg.* xix. 23 [*B. A.* 23, *in margine*]) significantur scientifica (n. 654[*b*]).

Asasel.—Quomodo a Domino removeri potest infernum quod est in naturali

homine, repraesentatum est per hircum "Asasel" vocatum, ejectum in desertum (n. 730[e]).

Ascendere.—Per "ascendere" (*Apoc.* iv. 1), cum de auditione a Divino, significatur elevatio mentis et attentio (n. 263).

Per "ascendere in caelum" (*Apoc.* xi. 12) significatur separatio a malis, et quoque tutela (n. 669, 670).

In *Apocalypsi*, ubi dicitur, "Fumus cruciatus illorum ascendet in saecula saeculorum" (cap. xiv. 11), per "ascendere" significatur obstipare et profluere (n. 889).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 130[a], 263, 304[b,c,f], 328[e], 355[d,e], 365[e], 388[b], 392[e], 405[d,e], 411[e], 418[b], 421, 422[a,c], 433[c,e], 494, 518[e], 537[a], 538[b], 539[a], 555[b], 569[c], 578, 587[c], 624[c], 644[b,c], 650[a], 653[b], 654[e,h], 659[c], 669, 670, 727[a], 730[d], 734[d], 773, 774, 814, 815[a], 850[b], 863[a], 889, 899[c], 1029[d], 1055, 1175, 1204.)

Ascher.—Quod Ascher dictus sit ex beato seu beatitudine (n. 438).

Quod per "Ascherem" in supremo sensu significetur aeternitas, in interno felicitas vitae ex beato affectionum quae sunt amoris et charitatis, et in externo jucundum naturale inde (n. 438).

Per "Ascherem" in regno Domini seu in ecclesia significatur beatum affectionum spiritualium et inde affectio ipsa spiritualis (n. 438 et 70); seu charitas erga proximum, quae est ipsum spirituale internum eorum qui in secundo seu medio caelo sunt (n. 441).

Per "Ascherem" significatur affectio veri spiritualis, quae unum facit cum charitate erga proximum (n. 438).

Aschur. ***Assyria.*** ***Assyrius.*** —"Terra Assyriae" est ecclesia quoad rationale verum (n. 601[a]).

Per "Aschurem" in Verbo intelliguntur illi qui per cognitiones boni et veri rationales facti sunt, ita quibus mens illustrata e caelo; tum ipsum rationale hominum ecclesiae (n. 110, 131[b], 195[b], 313[b], 518[b], 654[b,e], 706[c], 923, 1100[c]).

Per "Aschurem" significatur intellectus rationalis Verbi (n. 846).

Per "Aschurem cedrum in Libano" (*Ezech.* xxxi. 3) significatur rationale quod ex scientificis ab una parte et ab influxu veri spiritualis ab altera (n. 650[d]).

Aschur vocatur "opus manuum Jehovae" quia rationale (quod intelligitur per "Aschurem") reformatur apud hominem (n. 585[b]).

Per "Aschurem" significantur vera rationalia, tum in opposito sensu falsa (n. 827[b]).

Per "regem Aschuris" intelligitur rationale in utroque sensu (n. 240[b]).

Per "Assyriam" in sensu opposito significatur naturalis homo ex falsis ratiocinans (n. 654[i]).

Per "Assyrios" significantur ratiocinia per quae falsificata sunt vera (n. 355[f]; tum qui ex falsis et fallaciis ratiocinantur contra vera et bona ecclesiae ex propria intelligentia, ita ex amore sui (n. 504[d]).

Per "Aschurem," et per "regem Aschuris," significatur rationale quod ex proprio (n. 355[f]); rationale perversum (n. 405[e], 411[e], 518[d,e], 706[c]); ratiocinatio de veris ecclesiae ex propria intelligentia (n. 372[b], 375[e(viii.)]); ratiocinatio ex scientificis naturalis hominis (n. 811[b]); ratiocinatio ex naturali et sensuali homine, ac scientifico quod ibi est (n. 388[c]); ratiocinatio ex falsis contra vera (n. 141[b], 304[d], 328[d], 419[e], 514[c], 538[a], 569[e], 650[f], 923).

"Superbia Aschuris" significat propriam intelligentiam, quae est rationalis perversi (n. 518[d]); propriam intelligentiam ex qua ratiocinatio (n. 538[a]); ratiocinia ex fastu propriae intelligentiae (n. 654[e]).

Per "scortationes cum filiis Aschuris" significatur falsificatio veri ex rationali homine, quae fit per ratiocinationes et per sophistica ex fallaciis, apparentiis, et scientificis (n. 1029[e]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 110, 131[*b*], 141[*b*], 195[*b*], 240[*b*], 275[*b*], 304[*b*], 313[*b*], 340[*d*], 355[*f*], 375[*e*(viii.)], 388[*c*,*f*], 405[*e*], 410[*c*], 419[*e*], 504[*c*], 518[*b*,*d*], 532, 569[*a*–*c*], 576, 585[*b*], 601[*a*], 637[*a*], 650[*d*,*f*], 654[*b*,*e*,*i*,*j*,*l*,*m*], 659[*a*], 706[*c*], 724[*d*], 727[*b*], 778[*e*], 827[*b*], 923, 962, 1029[*e*], 1100[*b*,*c*].)

Asia.—In antiquis temporibus, et quoque antiquissimis, ecclesia fuit in Asia (n. 21). Angeli, cum nominatur Asia, percipiunt meridiem; et quia per "meridiem" significatur lux intelligentiae clara, ideo per "Asiam" illa lux significatur (n. 21, 58).

Asinus. ***Asina.*** ***Asinaria.*** ***Asellus.*** —Per "asinum" significatur verum naturalis hominis (n. 537). "Asinae albae" (*Judic.* v. 10) significant rationale quoad bonum (n. 355[*f*]). Sedere super asino et super pullo asinae erat insigne summi judicis et regis (n. 31[*b*]); qui non scit quid per "equum," "mulum," et "pullum asinae" in sensu repraesentativo significatur, credet quod Domini equitatio super pullo asinae significaverit miseriam et humiliationem; sed significabat magnificentiam regiam (n. 31[*b*]).

"Alligat ad vitem asellum suum" (*Gen.* xlix. ii.) significat ecclesiam externam et ejus vera a Domino; "et ad vitem praestantem filium asinae suae" significat ecclesiam internam et ejus vera a Domino (n. 433[*a*]).

Per "asinum osseum" (*Gen.* xlix. 14), significatur servitium infimum (n. 445).

Per "asinos" (*Esai.* xxx. 6) significantur quae sensualis hominis (n. 654[*g*]).

"Caro asinorum" (*Ezech.* xxiii. 20) est proprium voluntarium (n. 654[*l*]).

Per "expedire ut suspendatur mola asinaria ad collum" (*Matth.* xviii. 6), significatur quod melius sit ei ut non sciverit aliquod bonum et verum, sed malum et falsum; hoc est "mola asinaria" (n. 1182).

Arcanum de "asina" super qua Bileamus equitavit (n. 140).

(*Videatur* ***Onager.***)

Asmodaea.—"Daemonia Asmodaea" (n. 1003). (*Videatur Tobit* iii. 17.)

Aspectus.—(*Videatur* ***Aspicere, et Videre.***)

Aspergere. ***Aspersio.*** —Purificatio externorum ecclesiae repraesentabatur (*Num.* viii. 6, 7) per aspersionem "aquae expiationis" (n. 475[*a*]).

Quod "Jehovah percutiet domum magnam aspersionibus" (*Amos* vi. 11) significat falsificationem veri multam apud eruditos; per "aspersiones" hic significantur vera destructa per falsa (n. 519[*a*]).

Aspicere.—Per "aspicere" significatur perceptio (n. 354, 371).

Dominus aspicit angelos in fronte, ac angeli Dominum per oculos (n. 427[*a*], 852[*a*]).

(*Videatur* ***Videre, et Spectare.***)

Aspis.—(*Videatur* ***Serpens.***)

Per "aspidem super semitam" (*Gen.* xlix. 17) significatur sensuale quoad verum et quoad bonum (n. 355[*b*]).

Per dracones" et "aspides" significantur sensualia quae ultima naturalis hominis, plena nefandis malis et ea confirmantibus falsis (n. 714[*c*]).

Per "venenum aspidum" significatur falsum (n. 519[*b*]).

Per "fel aspidum" significatur bonum malo commixtum (n. 519[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae, in quibus "aspis" varias voces Hebraicas interpretatur, explicata videantur*, n. 355[*b*], 433[*e*], 519[*b*], 581[*a*], 632, 714[*c*]).

Asser.—Per "Asserem tuum fecerunt ex ebore" (*Ezech.* xxvii. 6), significatur illud intellectus ex quo ducitur, quod est rationale (n. 1146).

Assus.—Dominus per esum ostendit et confirmavit quod totum Humanum Ipsius usque ad ultima ejus glorificatum, hoc est, Divinum factum sit, per id, quod comederit coram illis piscis assi partem et de favo apiario; "piscis assus" significat verum boni naturalis et sensualis hominis, et favus apiarius bonum veri ejusdem (n. 619[*b*]).

Astra.—Per "signa in . . . astris" (*Luc.* xxi. 25) significantur cognitiones boni et veri (n. 175[*b*]).
(*Videatur* ***Stella.***)

Astutus.—Serpens "astutus prae omni fera agri" dicitur (*Gen.* iii. 1), quia homo ex sensuali ratiocinatur ex fallaciis, et ex jucundis amorum mundi et corporis, et quidem solerter et astute (n. 739[*b*]); astutia hominum Ecclesiae Antiquissimae in ratiocinando de Divinis ex sensuali describitur per ratiocinationem serpentis cum uxore Adami, ex qua decepti sunt (n. 581[*a*]).

Ater. } —(*Videatur* ***Niger.***)
Atrare. } "Atror" est falsum mali (n. 412[*f*]).
Atror. } Caeli dicuntur "atrati" quando non influit a Domino per caelum ali-
Atrum. } qua affectio et perceptio veri (n. 372[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 304[*b*], 372, 400[*b*], 401[*c*], 412[*f*], 526[*a*], 714[*c*].)

Athanasii Symbolum. } —(*De hoc Symbolo seu Fide videatur*, n. 1091–1094,
Fides Symbolica Athanasiana. } 1096–1100, 1102–1104, 1106–1109, 1111, 1112, 1114–1116, 1118–1122, 1124–1127, 1129–1131, 1133–1136, 1138, 1139, 1141–1148, 1150–1156, 1158–1160, 1162–1168, 1170.) (*Vid.* ***Symbolum.***)

Atmosphaera.—Ex sole mundi, ut ex suo fonte, exiverunt aurae et atmosphaerae, quae aetheres et aeres vocantur; unde proxime circum illum est purus aether, et remotius ab illo aetheres minus puri, et tandem aeres; sed hi et illi circum tellures. Illi aetheres et aeres volumatim actae dant calorem, at singillatim modificatae dant lucem (n. 726; *cf.* n. 944).

Ex Domino ut Sole emanaverunt aurae et atmosphaerae, sed spirituales, quia ex Divino Amore qui facit illum Solem. Aurae et atmosphaerae illae spirituales quae proximae Domino ut Soli sunt, purissimae sunt; at per gradus remotae, sunt per gradus minus et minus purae. Illae aurae seu atmosphaerae, quae spirituales sunt quia ex Domino ut Sole exstiterunt, communiter actae sistunt calorem, et singillatim modificatae sistunt lucem; ille calor qui in sua essentia est amor, et illa lux quae in sua essentia est sapientia, in specie vocantur Divinum Verum; ac illa simul cum auris, quae quoque spirituales sunt, vocantur Divinum procedens: ex his caeli creati sunt et quoque mundi (n. 726; *cf.* n. 944).

In mundo spirituali, illi quibus tertius vitae gradus apertus est, qui in tertio seu intimo caelo sunt, in atmosphaera pura sicut aetherea sunt; illi autem quibus modo secundus gradus apertus est, qui in secundo seu medio caelo sunt, in atmosphaera sicut aerea sunt; at illi quibus modo primus gradus apertus est, qui in primo seu ultimo sunt, in atmosphaera sicut aquea, tenui, et pura (n. 538[*a*], 594[*a*], 832, 870, 1287).

Atmosphaera sicut crasse aquea, vergens vel ad nigrum vel ad rubrum, correspondet cogitationi naturali in qua nihil spirituale est; quae cogitatio est illis qui sunt in infernis ubi falsa regnant (n. 538[*a*]).

De origine formae naturalis in qua sunt omnia vegetabilia, ex conatu et inde fluxu virium naturalium quae sunt atmosphaerae et vocantur aetheres, quibus ille conatus inest ex determinatione virium spiritualium (n. 1208).

Atrium.—Per "atrium extra templum" significatur ipse introitus in caelum et in ecclesiam, in quo sunt illi qui in caelum introducuntur; et per "atrium intra templum" repraesentabatur caelum ultimum; simile est cum ecclesia, ut et cum Verbo et cum cultu; nam per "atrium extra templum" significatur externum Verbi, hoc est, Verbum quale est in sensu naturali qui pro mundo, per quem sensum introducitur homo in sensum ejus spiritualem (n. 630).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 283[*c*], 391[*d*], 422[*c*], 458[*b*], 630, 631, 714[*c*].)

Attractio. } —Homini bono post mortem conversio faciei ad Dominum est per-
Impulsio. } petua, et sicut attractio ad Ipsum ut ad centrum commune; sed quia secundum Divinum ordinem est quod ubi attractio ibi debeat esse impulsio, ideo secundum Divinum ordinem est ut apud hominem etiam sit impulsio; quae tametsi ibi est a Domino usque apparet sicut foret ab homine, et apparentia facit ut sit sicut hominis (n. 646).

Attriti.—"Attriti et egeni" sunt qui in falsis ex ignorantia et inde non in bonis (n. 721[*b*]).

Audire. }
Auditus. } —Illa quae intrant per sensum auditus intrant in intellectum et
Auscultare. } simul in voluntatem; quare per "auditum" significatur perceptio
Exaudire. } et obedientia (n. 14).

Per "audire aliquem" intelligitur percipere; per "audire alicui" intelligitur obedire, ut et per "audiens esse;" ac utrumque per "auscultare" (n. 14); per "audire aliquem" significatur intelligere, per "audire alicui" significatur obedire, et utrumque per "auscultare" (n. 808; *conf.* n. 249).

Per "exaudire" (*Hos.* ii. 21) intelligitur obedire et recipere (n. 375[*e*(viii.)]).

Quod "audire" significet perceptionem quae ex voluntate boni, et inde obedientiam, est quia loquela intrat aurem simul cum sono, ac vera loquelae intrant intellectum et inde cogitationem, ac soni voluntatem et inde affectionem (n. 588).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 14, 48, 55, 108, 249, 261, 304[*b*], 323[*b*], 365[*e,g*], 419[*c*], 443[*a*], 529, 567, 574, 588, 629[*c*], 710[*a*], 734[*e*], 746[*f*], 808, 863[*b*], 897, 899[*b*].)

Auferre.—Intercedit tempus antequam spiritus in suas societates veniunt, ex causa praecipue ut praeparentur, secundum Domini verba apud *Matthaeum*, "Quicunque habet dabitur ei ut abundantius habeat; quicunque non habet, etiam quod habet auferetur ab eo" (xiii. 12; cap. xxv. 29); haec mora etiam fit ob illam causam, ut affectiones componantur et redigantur ad amorem regnantem (n. 413[*a*]).

Aulaea. } —"Aulaea" sunt vera naturalia ex origine spirituali; ac facere et
Cortinae. } texere illa est docere (n. 654[*h*]).

Per "cortinas tentoriorum tuorum" (*Esai.* liv. 2) significantur vera ex bono amoris (n. 799[*b*]).

Aura.—(*Videatur* ***Atmosphaera.***)

Auris. } —Aures correspondent auscultationi et obedientiae (n. 427[*a*]).
Inaures. } Per "aures" significatur obedientia (n. 1081). (*Videatur* ***Audire.***)

Per "auriculam dextram" (*Exod.* xxix. 20) significatur perceptivum veri ex bono (n. 298[*c*]); per "auriculam auris dextrae" significatur obedientia ex perceptione (n. 600[*c*]).

Per "aures apertas" a Domino, significatur perceptio veri et obedientia (n. 455[*c*]).

Quod auris servi "perforaretur ad januam" (*Exod.* xxi. 8) significabat perpetuam obedientiam et servitutem (n. 208[*b*]).

Illi qui in spirituali mundo sunt in provincia auris, sunt obedientiae ex perceptione; provincia auris est in axe caeli (n. 14).

Monilia et inaures sunt repraesentativa perceptionis et obedientiae (n. 195[*b*], 272, 577[*a*], 600[*b,c*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae alia videantur explicata*, n. 239[*b*], 329[*f*].)

Aurum. } —Per "aurum" significatur bonum interni hominis (n. 176); bonum
Obryzum. } caeleste, quod est bonum intimum (n. 70); bonum amoris (n. 195[*b*]); bonum ex Verbo (n. 458[*b*]).

Per "aurum exploratum igne" (*Apoc.* iii. 18) intelligitur bonum amoris (n. 238); genuinum bonum (n. 242[*a*,*d*]).
Per "aurum optimum Ophiris" (*Ps.* xlv. 10 [*B. A.* 9]), significatur bonum amoris in Dominum (n. 684[*b*]).
Per "aurum Schebae" (*Ps.* lxxii. 15) intelligitur bonum amoris in quod Dominus ducit per cognitiones (n. 242[*e*]); "aurum Schebae" est bonum charitatis (n. 329[*e*]).
Per "aurum ex Uphaso" (*Jerem.* x. 9) significatur bonum Verbi in sensu litterae (n. 585[*b*]).
Ubi dicitur "Desiderabilia prae auro et prae obryzo multo" (*Ps.* xix. 11 [*B. A.* 10]), "aurum" est bonum caeleste, "obryzum" est bonum spirituale (n. 619[*b*]).
Ubi agitur de vastatione ecclesiae (*Thren.* iv. 1), per "aurum" quod obscuratum, et "obryzum optimum" quod mutatum, significantur bona ecclesiae (n. 242[*d*]).
Ubi dicitur "aurum, thus, et myrrha" (*Matth.* ii. 11), per "aurum" significatur bonum caeleste, per "thus" bonum spirituale, et per "myrrham" bonum naturale (n. 324[*d*]).
Ubi dicitur "Idola aurea et argentea et aenea et lapidea et lignea" (*Apoc.* ix. 20), per "aurum" significatur bonum spirituale, et per "argentum" verum spirituale; quando doctrinale falsum confirmatur per spiritualia Verbi, tunc fit illud "idolum aureum" et "idolum argenteum" (n. 587[*b*]).
Per "aurum et argentum in thesauris" (*Ezech.* xxviii. 4) significantur cognitiones; per "aurum in thesauris" cognitiones boni, et per "argentum in thesauris" cognitiones veri (n. 236[*b*]).
"Flavedo auri" (*Ps.* lxviii. 14 [*B. A.* 15]) significat bonum spirituale ex quo vera (n. 283[*b*]).

Per "aurum" in opposito sensu in Verbo significatur malum amoris sui, et per "argentum" falsum inde (n. 242[*e*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata* n. 62, 65, 176, 195[*b*], 236[*b*], 238, 242[*a*,*d*,*e*], 253[*b*], 277[*b*], 279[*b*], 283[*b*], 324[*c*], 329[*e*], 340[*a*], 376[*d*], 411[*b*], 427[*b*], 491, 514[*b*], 553, 577[*a*], 587[*a*,*d*], 619[*b*], 627[*b*], 684[*b*], 700[*a*], 827[*b*], 863[*b*], 907, 952, 1029[*b*], 1043, 1120, 1141, 1167.)

Auster.—Per "austrum" significatur lux intelligentiae (n. 281[*b*]).
(*Videatur quoque* n. 644[*c*].)

Autumnus.—Per "fructus autumni" significantur bona ecclesiae, propter quae lamentatio (n. 376[*c*], 919).

Aven.—"Perdentur excelsa Aven" (*Hosch.* x. 8), significat quod destruentur principia falsi et inde ratiocinationes (n. 391[*g*]).

Aversio. }—(*Videatur* **Conversio.**)
Avertere. } (*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 357[*b*], 405[*c*,*h*], 684[*c*], 701[*c*], 780[*b*].)

Avis. }—Per "aves caeli" significantur intellectualia et rationalia in utroque
Volucris. } sensu (n. 280[*b*], 281[*a*], 282, 388[*f*], 400[*c*], 513[*b*]): per "aves" significantur affectiones veri ex quibus intelligentia (n. 282): per "avem alatam" significatur intellectus veri spiritualis, et per "volare versus caelum" (*Deutr.* iv. 17) significatur circumspectio quae est intelligentiae in Divinis (n. 282): per "avem omnis alae" significatur spirituale verum in omni complexu (n. 329[*d*]); tum jucundum boni et veri spiritualis hominis (n. 388[*e*]).
"Penna" significat bonum spirituale ex quo vera (n. 383[*b*]).

Per "aves" significantur rationalia, intellectualia, cogitationes, ideae, ratiocinia; et in sensu opposito significantur fallaciae ex sensuali homine, tum ratiocinia ex falsis contra vera, et quoque ipsa falsa, pejora et noxiora secundum avium immundarum genera et species; falsa destruentia vera imprimis per aves rapaces. Sciendum est quod sint plura genera falso-

rum, et quod singula illorum per sua genera avium significentur, quae enumerantur apud *Mosen* (*Levit.* xi. 13, seq.; et *Deutr.* xiv. 11–20), ac nominantur passim in Verbo; sicut aquilae, milvi, hic corvi, ululae, plateae, ardeae, noctuae, bubones, dracones, et aliae (n. 1100[*a*,*d*]).

Per "avem abominationum" (*Dan.* ix. 57) significatur fides sola, ita separata a charitate (n. 684[*e*]).

"Avis Zabuah" (*Jerem.* xii. 9) significat ratiocinationes ex falsis (n. 650[*f*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 280[*b*], 281[*a*], 282, 283[*b*], 304[*b*], 329[*d*], 342[*c*], 355[*b*], 357[*d*], 386[*b*], 388[*c*,*e*,*f*], 601[*a*], 650[*a–e*], 654[*e*,*g*,*i*], 659[*e*], 684[*e*], 701[*d*], 1100.)

Avolare.—Per "avolare" significatur dissipari (n. 710[*a*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 282, 543[*c*], 710[*a*], 721[*b*], 1100[*c*].)

Azal.—"Azal" (*Sach.* xiv. 5) significat separationem et liberationem (n. 405[*d*]).

Azazel.—(*Videatur* **Asasel.**)

Baal.—Per "Baalem," cui Isabel servivit, et cui erexit altare, significatur cultus ex malis amoris sui et mundi (n. 160).

Per "ponere altaria, altaria ad suffiendum Baali" (*Jerem.* xi. 13), significatur cultus ex amore sui et ex amore mundi (n. 324[*e*], 652[*c*]).

Per "deos alios" et per "Baalem," quos coluerunt, significantur falsa mali (n. 644[*b*]).

Per "baales et amasios" (*Hosch.* ii. 13) significantur illa quae, naturalis hominis sunt et amantur, nempe cupiditates et inde falsitates (n. 730[*d*]); conjunctio cum Domino per affectiones veri, rejectis cupiditatibus e naturali homine, significatur (vers. 16) per "In die illo vocabis Me Marite mi, et non vocabis amplius Me Baal mi" (n. 730[*d*]).

BaalJehudae.—"BaalJehudae" (2 *Sam.* vi. 2) significavit ultimum ecclesiae, quod vocatur naturale ejus (n. 700[*f*]).

BaalPeor.—Per "BaalPeorem" significatur adulteratio boni (n. 655[*b*], 140).

Babel.
Babylon.
Babylonia.
Babylonici.
—(*Videantur* **Chaldaea, Belschazar, Nebuchadnezar, Lucifer.**) Per "Nebuchadnezarem" ut regem Babelis in initio significatur ecclesia caelestis et ejus incrementum usque ad sapientiae fastigium. Per "caput" statuae visae ab ipso in somnio, quod erat ex auro, significatur ecclesia caelestis, quae est omnium primaria: quod illa ecclesia per "regem Babelis" in principio significetur, est quia ecclesia, quae postea fit Babel seu Babylonia, incohat a cultu Domini et ex amore in Ipsum, et tunc apud illos regnat zelus extendendi et perficiendi illam per sancta bona et vera caeli, at hoc ex causa adhuc latente, quae est amor dominandi, qui tamen non erumpit nisi successive (n. 650[*d*]).

"Babel" in principio est ecclesia quae in zelo pro Domino, pro bono amoris et pro veris fidei, tametsi intus in zelo pastorum ejus latet ignis dominandi per sancta ecclesiae super omnes quos sibi possunt subjicere. Inde est quod Babel dicatur "Lucifer, filius aurorae" (*Esai.* xiv. 12); propterea etiam rex ejus vocatur "rex regum," in cujus manum data sunt omnia (*Dan.* ii. 37); et quoque vocatur "caput statuae" quod est aurum (*Dan.* ii. 38); tum etiam "arbor in medio terrae, altitudine magna" (*Dan.* iv. 7, 19 [*B. A.* 10, 22]): Babel in initio etiam intellecta est per "leonem cui alae aquilae," et qui dein apparuit sicut homo, et ei cor hominis datum (*Dan.* vii. 4): et vocatur "ornamentum regnorum, et decus magnificentiae Chaldaeorum" (*Esai.* xiii. 19); et memoratur (*Ps.* lxxxvii. 4) inter "cognoscentes Jehovam" (n. 1029[*d*]).

Omnis ecclesia in principio suo est in amore faciendi bona, et in amore sciendi vera; at temporis tractu devastatur illa quoad bona et quoad vera, usque adeo ut amplius non sit aliquod bonum nec aliquod verum in ecclesia. Devastatur primum per amorem imperandi per sancta, et successive super animas hominum et tandem super caelum et super Ipsum Dominum; hoc in *Apocalypsi* describitur per "Babylonem," et per "meretricem sedentem super bestia coccinea" (n. 879).

In genere sciendum est quod omnis ecclesia in principio sit sicut virgo, sed progressu temporis fiat meretrix; per gradus enim intrat in vitam mali, et inde amplectitur doctrinam falsi, sicut per gradus incipit amare semet et mundum: et tunc ab ecclesia fit vel Babylonia vel Philisthaea; Babylonia ab illis qui se super omnia amant, et Philisthaea ab illis qui mundum super omnia amant (n. 1029[*e*]).

Quod ecclesia prima post diluvium Babylonia facta fuisset nisi Dominus per dispersionem religionis illorum conatum impedivisset, repraesentatur et significatur per "turrim" quae pertingeret usque in caelum, quam posteri Noachi ingressi sunt aedificare (n. 1029[*e*]).

Quod "Babylonia" in fine suo parum dissimilis sit gentilismis antiquorum (n. 1029[*a*]).

Non quod cultus illorum idololatricus in mundo, cum ipsis, destruendus sit, hic enim permansurus, verum non ut cultus alicujus ecclesiae, sed ut cultus paganismi (n. 1029[*d*]; *conf.* n. 880).

Ex illis autem qui non papam, nec sanctos et sculptilia adoraverunt, sed Dominum, Nova Ecclesia a Domino colligitur (n. 1029[*d*]).

Per "Babylonem" in *Apocalypsi* intelligitur ecclesia apud Pontificios, quoniam per "Babylonem" significatur amor imperandi super caelum et super terram per sancta ecclesiae, et ille amor principaliter apud Pontificios dominans est (n. 1021).

Per "Babyloniam" seu per "Babelem" in Verbo intelligitur amor dominii super orbem terrarum, tum super caelum, et super Ipsum Dominum (n. 1029[*c*]).

Per "Babelem" significatur dominium per sancta ecclesiae super caelum et super animas hominum (n. 960[*a*]).

"Babel" significat illos qui sanctis abutuntur ad dominandum (n. 601[*b*]).

Per "Babelem" significatur adulteratio Verbi et profanatio (n. 724[*e*]).

Per "Babylonem" significantur illi qui profanarunt sancta caeli et ecclesiae per dominationen assumptam super illa (n. 1097); ac qui ipsum Verbum vilipendunt (n. 1200).

"Babylonici" super sancta caeli et ecclesiae tandem sibi jus vindicant (n. 650[*d*]); sunt quoque qui Divinam potestatem in se transtulerunt (n. 879).

Per "Chaldaeos" significatur profanatio et adulteratio veri doctrinae ex Verbo; et per "habitatores Babelis," profanatio et adulteratio boni amoris (n. 653[*a*]).

Per "Babelem" intelliguntur qui per mala destruunt bona, et per "Chaldaeos" qui per falsa destruunt vera (n. 514[*c*]).

Per "regem Babelis," juxta Euphratem (*Jerem.* xlvi. 2), a quo exercitus regis Aegypti superatus est, intelligitur rationalis spiritualis homo (n. 557).

Per "regem Babelis" significatur profanatio veri (n. 540[*b*], 659[*e*]).

Per "regem Babelis" (*Jerem.* xlix. 30) significatur malum et falsum vastans (n. 417[*b*]).

Per "filiam Babelis" significatur profanatio boni, ac per "filiam Chaldaeorum" profanatio veri, utraque ex eo, quod Divinis bonis ac veris, quae in Verbo et ex Verbo, utantur pro mediis imperandi: unde ipsi "Babylonici" et "Chaldaei" spectant se, quia imperium suum, ut

fines, et sancta ecclesiae ex Verbo ut media; ita non spectant Dominum, et non Ipsius dominium, ut finem, nec proximum et amorem erga illum (n. 687[*b*]).

Per "mare Babelis" (*Jerem.* li. 42) significantur traditiones quae sunt adulterationes ex Verbo (n. 275[*b*]).

Per "fluvios Babelis" (*Ps.* cxxxvii. 1) significantur falsa (n. 518[*e*]).

"Concubitus amorum cum filiis Babelis" (*Ezech.* xxiii. 17) est profanatio boni (n. 141[*b*]).

Per "scortationem" cum filiis Babelis et cum Chaldaeis significatur adulteratio boni et profanatio veri (n. 1029[*e*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae de "Babele" videantur explicata*, n. 131[*a*], 141[*b*], 275[*b*], 304[*d*], 355[*d*], 357[*c*], 373, 374[*b*], 376[*d*], 405[*e*], 417[*b*], 481, 510, 514[*c*], 518, 557, 569[*c*], 587[*c*], 589, 601[*b*], 650[*d*], 653[*b*], 654[*l*], 697, 714[*c*], 724[*e*], 730[*b*], 811[*a,b*], 911[*b*], 960[*a*], 1029, 1037.)

(*Dicta de "Babylone" videantur*, n. 316[*c*], 877, 879, 880, 923, 1021, 1032, 1037, 1091, 1094, 1097, 1134, 1143, 1183, 1200.)

(*De "Babylonia,"* n. 650[*d*], 1029, 1080.)

(*De "Babylonicis,"* n. 650[*d*], 687[*b*].)

Baccae.—Per "duas oleas et baccas olivas" (*Sach.* iv. 11, 12), significantur bona caelestia, quae sunt amoris in Dominum et amoris erga fratrem et socium (n. 638[*b*]).

Quod cognitiones veri et boni quae ecclesiae deperditae sint, describitur (*Esai.* xvii. 5, 6) per quod "relinquentur racemationes sicut in decussione oleae tres baccae in capite rami, quatuor quinque in capite fructiferae" (n. 911[*b*]).

Baculus.—("Baculus," *in opere hoc, saepissime interpretatur vocem Hebraeam* matteh; *rarius, voces* mish'eneth, shebhet, makkel, *et* mish'an; *tum vocem Graecam*, 'rabdos.)

(*Videantur* ***Ligna, Sceptrum, Scipio, et Virga.***)

Miracula facta sunt per extensionem baculi, quia "baculus" ex correspondentia significabat potentiam Domini per Divinum Verum (n. 727[*a*]).

Quod "virga" et "baculus" significent potentiam, et quidem potentiam Divini Veri, est praecipue inde, quia termites aut rami ex arboribus erant, et illi significabant cognitiones veri et boni, quae sunt vera naturalis hominis; et quia etiam suffulciebant corpus, significabant potentiam: et adhuc magis virga ferrea, quia "ferrum" similiter significat verum naturalis hominis, et ex duritie potentiam cui non resisti potest (n. 727[*a*]).

"Virga tua et baculus tuus consolabuntur me" (*Ps.* xxiii. 4), significat quod Divinum Verum spirituale una cum Divino Vero naturali tutaturum sit, quia illis potentia: "virga" (*shibhteka*) est Divinum Verum spirituale, "baculus" (*mish'anteka*) Divinum Verum naturale, utrumque simul quoad potentiam tutandi (n. 727[*a*]).

"Baculus (*matteh*) roboris" (*Jerem.* xlviii. 17) est Divinum Verum in naturali sensu, et "baculus (*makkel*) decoris" est illud in spirituali (n. 727[*a*]).

"Israel baculus (*shebhet*) hereditatis Ipsius" (*Jerem.* li. 19) significat ecclesiam in qua est Divinum Verum et ejus potentia contra falsa (n. 727[*a*]).

Ubi de fonte in Beer dicitur (*Num.* xxi. 18), "Foderunt principes, effoderunt primores populi, per Legislatorem, baculis suis" (*mish'anotham*), per "baculos" significantur potentia et vires mentis, hic a Domino per Verbum, quia dicitur "per Legislatorem" (n. 537[*a*]); tum intellectus in Divinis veris illustratus (n. 727[*a*]).

Quoniam "baculus" significat potentiam Divini Veri, etiam significat

potentiam resistendi falsis et malis: per "removere omnem baculum (*mish'an*) panis et omnem baculum (*mish'an*) aquae" (*Esai.* iii. 1), significatur auferre omne bonum et verum ecclesiae, quibus ablatis non est amplius aliqua potentia resistendi malis et falsis (n. 727[*b*]): "removere omnem baculum panis et omnem scipionem aquae" significat omne bonum amoris et verum fidei; "baculus" et "scipio" sunt potentiae, et inde omnia vitae spiritualis (n. 433[*e*]).

Sciendum est quod "tribus" eadem voce qua "baculus" dicatur: inde per "duodecim baculos" similia quae per "duodecim tribus" significantur (n. 727[*b*]).

Quod baculus (*matteh*) Aharonis floruerit et produxerit amygdalas, erat quia ejus baculus repraesentabat et inde significabat verum ex bono amoris (n. 727[*b*]).

"Virga" et "baculus" in opposito sensu etiam significant potentiam falsi infernalis, et inde falsum infernale quoad potentiam (n. 727[*b*]).

"Baculus (*shebhet*) impietatis" (*Ps.* cxxv. 3) significat potentiam falsi ex malo (n. 727[*b*]).

"Niti super baculo (*mish'eneth*) calami contusi" (*Esai.* xxxvi. 6), significat confidere suaemet potentiae percipiendi vera, et de illis ex proprio ratiocinandi (n. 627[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 176, 376[*g*], 386[*b*], 431[*a*], 433[*e*], 518[*d*], 537[*a*], 627, 654[*e,i,m*], 727.)

Bajulare.—"Isaschar .... inclinabit humerum suum ad bajulandum, et erit tributo serviens" (*Gen.* xlix. 14, 15) significat quod usque omni opera laboret ut mereatur (n. 445).

Balacus.—"Tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balacum objicere scandalum coram filiis Israelis" (*Apoc.* ii. 14), sunt illi qui quoad intellectum illustrati sunt et docent vera, sed usque amant dolo perdere illos qui ab ecclesia (n. 140).

Balaena.—Per "balaenas" significantur scientifica naturalis hominis in communi (n. 650[*b*]).

Pharao vocatur "cetus magnus" (*Ezech.* xxix. 3), per "cetum" enim, seu "balaenam," significatur scientificum in communi (n. 513[*a*]); seu in omni complexu (n. 388[*e*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 342[*b*], 388[*e*], 455[*b*], 483[*b*], 513[*a*], 514[*c*], 650[*b*].)

Balbus.—Per "balbos," quorum "lingua velox erit ad loquendum" (*Esai.* xxxii. 4), intelliguntur qui aegre possunt capere vera ecclesiae (n. 455[*b*]).

Balsamum.—Per "balsamum" significantur vera quae ex bono grata sunt, nam omnia vera quae ex bono in caelo percipiuntur fragrantia et inde grata (n. 375[*e*(viii.)], 433[*c*], 619[*b*]).

"Ascende, Gilead; et sume balsamum, filia Aegypti" (*Jerem.* xlvi. 11), significat vera sensus litterae Verbi: per "[sumere] balsamum" significatur applicatio et inde falsi confirmatio (n. 654[*h*]).

Baptisma. }
Baptismus. }
Baptizare. }
Baptizatio. } —Quod lavationes in ecclesiis institutae fuerint, et postea loco illarum baptizationes, quae tamen modo ritus repraesentativi et significativi sunt, erat causa ut caelum conjungeretur cum humano genere, et in specie cum homine ecclesiae; tunc enim caelum conjungitur homini quando homo in ultimis est, hoc est, in talibus in mundo quoad naturalem suum hominem, ac in talibus quae in caelo sunt quoad spiritualem suum hominem; aliter non dari potest conjunctio: ob illam causam est quod Baptizatio instituta sit, et quoque Sancta Cena, tum quod Verbum conscriptum sit per talia quae in mundo sunt, et quod ei sensus spiritualis insit in quo sunt talia quae in caelo sunt (n. 475[*b*]).

Qui credit quod Baptismus aliquid ad salvationem hominis conferat, nisi is simul sit in veris ecclesiae et in vita secundum illa, multum fallitur; nam baptizatio est externum, quod absque interno nihil facit ad salvationem, sed facit ubi externum conjunctum est interno; internum Baptismi est ut per vera ex Verbo ac per vitam secundum illa a Domino removeantur falsa et mala, et sic homo regeneretur (n. 475[*b*]).

Baptismus repraesentabat et significabat purificationem a malis et falsis, et quoque regenerationem per Verbum a Domino (n. 724[*b*]).

Quod Baptismus non sit regeneratio, sed quod per "aquam et spiritum" intelligantur vera et vita secundum illa (n. 236[*b*]).

"Baptizare" significat regenerare: "spiritus sanctus" significat Divinum Verum, et "ignis" Divinum Bonum (n. 71, 183[*c*], 374[*d*], 504[*a*]).

Nisi repraesentativum purificationis a falsis et malis, per baptisma Johannis, praeparaverit gentem Judaicam ad receptionem Domini, gens illa a praesentia Ipsius Divini morbis omnis generis periisset (n. 724[*b*]).

Similis est differentia inter baptismum quo baptizabatur Dominus (*Marc.* x. 38, 39), et baptismum quo baptizabuntur homines, ut inter glorificationem et regenerationem (n. 893).

Barak.—(*Videatur* ***Debora.***)

Per "Barakum et Deboram" significatur verum boni (n. 447).

Barba.—Per "crinem capitis et barbae" significatur ultimum vitae hominis, quod sensuale corporeum vocatur (n. 66, 417[*a*]); per "caput" significatur intimum, per "barbam" ultimum (n. 375[*e*(viii.)]).

Vetitum fuit Aharoni et filiis ejus radere capita sua, ac angulum barbae (*Levit.* x. 6; xxi. 5); per "barbam" significatur ultimum rationalis hominis; et per quod "non raderent barbam," significatur ne deprivarent se rationali; nam quando ultimum aufertur, etiam interius perit (n. 577[*b*]).

Quod David "apprehenderit barbam ursi" (1 *Sam.* xvii. 35), involvit arcanum quod quidem aperiri potest, sed vix comprehendi: "barba" significat Divinum Verum in ultimis, in quo ipsa potentia ejus consistit; quod Verum etiam mali qui in falsis sunt ore quidem ferunt, sed illo abutuntur ad destruendum; quo tamen ablato, non amplius illis aliqua potentia est; quare ursum occidit et leonem percussit; sed de hac re, alibi plura (n. 781[*c*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 66, 375[*e*(viii.)], 417[*a*], 419[*e*], 569[*c*], 577[*b*], 637[*b*], 781[*c*].)

Barbarus.—Per "populum profunditatum labii" et per "barbarum lingua" (*Esai.* xxxiii. 19), similia significantur quae per "populos profundi labii et graves lingua" (*Ezech.* iii. 5, 6); et per hos significantur illi qui in doctrina non intelligibili, et inde in religione abstrusa, cujus dogmata non perceptibilia sunt (n. 455[*b*]).

Baschan.—Per "Baschanem" significatur externum ecclesiae, ita naturale; erat enim Baschan extra terram Canaanem ubi ecclesia (n. 163).

Per "Scharonem," "Baschanem" et "Carmelem" (*Esai.* xxxiii. 9) significatur ecclesia quoad cognitiones boni et veri ex Verbi sensu naturali (n. 730[*b*]).

Quod "pascent in Carmele et Baschane, et in monte Ephraimi et Gileade" (*Jerem.* l. 19) significat quod ducendi a Domino ac instruendi in bono charitatis (n. 433[*c*]).

Per "montem Baschanis" (*Ps.* lxviii. 16, 19) significatur bonum voluntarium quale est apud illos qui in externis ecclesiae sunt; per "colles" montis illius significantur bona actu (n. 405[*c*]).

Per "cedros Libani" et per "quercus Baschanis" (*Esai.* ii. 13) significatur fastus ex propria intelligentia, fastus interior per "cedros Libani," et exterior per "quercus Baschanis" (n. 410[*b*]): per "cedros Libani"

significantur qui ex propria intelligentia se jactant; et per "quercus Baschanis," qui ex scientia (n. 514[c]).
Per "saginatos Baschanis" (*Ezech.* xxxix. 18) significantur bona naturalis hominis ex origine spirituali (n. 650[e]; *conf.* n. 674[c]).
Per "vaccas Baschanis in monte Samariae" (*Amos* iv. 1) intelliguntur qui abundant cognitionibus quia habent Verbum et prophetas (n. 513[c]).
"Adeps agnorum, arietum Baschanis, et hircorum" (*Deutr.* xxxii. 14), significat bona innocentiae trium graduum (n. 314[b]).

Basiliscus.—"E radice serpentis exibit basiliscus" (*Esai.* xiv. 29), significat quod ex sensuali homine exsurget dogma destruens omne verum; "radix serpentis" est sensuale, quod est ultimum vitae hominis, et "basiliscus" est destructio omnis veri (n. 817[d]): quod sola fides, seu fides separata a charitate, destruat omne bonum et verum ecclesiae, intelligitur per "A radice serpentis exibit basiliscus;" "radix serpentis" est principium illud falsum, et "basiliscus" est destructio boni et veri ecclesiae per illud (n. 386[b], 727[b]): seductio multorum per sophismata, quibus illa fides confirmatur, describitur per quod "e radice serpentis exibit basiliscus, cujus fructus prester volans" (n. 581[b]).
Per "foramen viperae" et "speluncam basilisci" (*Esai.* xi. 8) intelliguntur inferna in quibus dolosi et astuti spiritus sunt; apparent etiam introitus ad illa sicut furva foramina, ac intus sicut speluncae (n. 581[a]): illi qui inibi sunt, dum spectantur in luce caeli, apparent sicut monstra varii generis, et quoque sicut ferae; illi qui in infernis sunt ubi tales qui contra innocentiam dolose agunt, apparent sicut viperae; et illi qui contra bonum amoris, sicut basilisci; et quia "sugens," seu infans lactens, significat bonum innocentiae, ideo dicitur, "Ludet sugens super foramine viperae;" et quia "ablactatus," seu infans cessans lactare, significat bonum amoris; ideo dicitur, "et super speluncam basilisci ablactatus manum suam impellet" (n. 410[c]).

Basis.—"Jehovah fundavit terram super basibus suis" (*Ps.* civ. 5) significat quod ecclesiam apud hominem, cum suis terminis et clausuris (n. 405[d]): "bases" sunt cognitiones veri et boni (n. 275[b]); per "bases terrae" (1 *Sam.* ii. 8) significantur vera exteriora, qualia sunt sensus litterae Verbi, nam super illis fundantur vera interiora (n. 741[c], 304[c]): per "Super quid bases ejus demersae sunt, et quis jecit lapidem anguli ejus?" (*Hiob.* xxxviii. 6) significatur fundatio ecclesiae apud hominem super illis quae in naturali homine (n. 629[b]).

Bathus.—Per "bathum" (*Esai.* v. 10) simile significatur quod per "vinum," nempe verum ex bono (n. 675[b]).

Beatificare. } —Quod Ascher dictus sit ex *beato* seu *beatitudine*, constat non
Beatitudo. } modo ex significatione nominis illius in lingua Hebraea, sed etiam
Beatus. } ex dictis de illo cum natus; dixit enim Leah, "In beatitudine mea, quia beatificabunt me filiae" (*Gen.* xxx. 13): per "filias," quae beatificabunt, significantur affectiones veri spirituales quae faciunt ecclesiam, ex quibus omnis beatitudo interna quae caelestis; in qua beatitudine sunt illi qui in charitate erga proximum sunt (n. 438).
Cessante dolore, post tentationes, successit beatitudo per vera ex bono: omnis enim beatitudo angelis est per vera ex bono, seu per affectionem veri spiritualem (n. 484).
Qui in Divinis veris sunt, in vita caeli sunt, proinde in beatitudine aeterna (n. 484).
"Beati" sunt qui in caelo sunt, et in caelum venturi sunt (n. 1225).
"Beatus" (*Apoc.* xvi. 15) significat in felici statu esse (n. 1006).
Quod "beatus" (*Apoc.* i. 3) significet illos in quibus caelum, constat ex significatione "beati," quod sit qui in aeternum felix est, ita in quo est caelum; beatitudo quae non aeterna est, vocatur quidem beatitudo, sed

usque non est, transit enim; et quod transit, respective ad id quod non transit, est sicut nihil (n. 12).

Per "Beati omnes confidentes in Ipso" (*Ps.* ii. 12), significatur salvatio per amorem et fidem in Dominum (n. 684[*b*]); tum quod salventur qui fidem in Ipsum habent (n. 850[*a*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 12, 388[*d*], 411[*f*], 438, 484, 684[*b*], 724[*c*], 850[*a*], 899[*a*], 1006, 1225.)

Beelzebub. } —Quod Beelzebul dicatur "Satanas" (*Matth.* xii. 24, 26), et non
Beelzebul. } Diabolus, est quia per "Beelzebulem," qui fuerat deus Ekronis, intelligitur deus omnium falsorum; nam *Beelzebul*, si interpreteris, est Dominus muscarum; et "muscae" significant falsa sensualis hominis, ita falsa omnis generis: inde est quod Beelzebul dicatur "Satanas" (n. 740[*b*]).

Beer. } —(*Videantur* ***Fons et Puteus.***)
Beerscheba. } *Beer* in lingua originali significat puteum; et "puteus" in spirituali sensu significat Verbum et doctrinam ex Verbo (n. 537[*a*], 727[*a*]): similiter "Beerscheba," quae in historicis Verbi pluries nominatur.

Per "omnes tribus Israelis, a Dane usque ad Beerschebam," significantur omnia vera et bona ecclesiae ab ultimis ad prima (n. 417[*b*]).

Behemoth.—Ubi agitur de behemoth et de leviathane (*Hiob.* cap. xl. et xli.), per utrumque significatur naturalis homo; per "behemoth," ille quoad bona, quae vocantur jucunda amoris naturalis; et per "leviathanem," ille quoad vera, quae vocantur scientifica et cognitiones, ex quibus lumen naturale (n. 455[*b*]).

Per "behemoth" (*Hiob.* xl. 15) intelligitur simile quod per "bestiam" in Verbo, nempe affectiones naturales quae sunt homini (n. 507).

Belial.—Quod "non addet amplius per Jehudam transire belial, omnis exscindetur" (*Nah.* ii. 1 [*B. A.* i. 15]) significat quod non malum apud illos, quia in Domino (n. 433[*b*]).

Bellum.—Per "bella" in Verbo significantur bella spiritualia; ac bella spiritualia sunt verorum contra falsa ac falsorum contra vera (n. 131[*a*], 64, 357[*b*], 375[*e*(ii.)], 386[*c*], 650[*a*], 671, 684[*e*], 734, 802[*a*]).

Per "bellum" *Sach.* x. 3) significatur pugna contra falsa et mala, et destructio eorum (n. 355[*f*]).

Quia "bella" in Verbo bella spiritualia significant, ideo etiam omnia arma belli significant aliqua specialia pugnae spiritualis (n. 131[*a*]). (*Vide* ***Arma belli.***)

Per "virum belli" significatur verum ex bono quod destruit falsum (n. 355[*a*]; *conf.* n. 433[*e*], 538[*b*], 617[*d*], 652[*b*]).

"Numerare exercitum belli" (*Esai.* xiii. 4) significat ordinare vera ex bono contra falsa ex malo (n. 734[*d*]).

Quod "Jehovah erit in fortitudinem illis qui repellunt bellum a porta" (*Esai.* xxviii. 6), significat quod Dominus det potentiam illis qui Verbum et doctrinam e Verbo defendunt, et arcent ne violentia eis inferatur (n. 734[*d*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 283[*e*], 315[*b*], 329[*d*], 355[*a,d,e*], 357[*b*], 365[*f*], 375[*e*(ii.)], 386[*c*], 388[*d*], 395[*d*], 403[*c*], 433[*e*], 439, 453[*b*], 502[*a*], 538[*b*], 552, 555[*a*], 558, 573[*b*], 617[*d*], 627[*b*], 637[*b*], 650[*a*], 652[*b*], 654[*k*], 671, 684[*e*], 734[*b–e*], 768[*a*], 802[*a*], 1100[*b*], 1135.)

Belschazar.—(*Videatur* ***Babel.***)

Belchazar erat rex in Babele, et per "regem" in Verbo simile significatur quod per ipsam gentem aut per ipsum regnum cui praeest. Profanatio boni et veri ecclesiae significatur per quod "biberit ex vasis auri et argenti Templi Hierosolymitani, et simul laudaverit deos auri, argenti, aeris, ferri et ligni" (n. 373, 220[*b*], 587[*a*], 1029[*c*]).

Benedicere. } —Ubi de Jehova, hoc est, Domino, dicitur "benedictus" et "be-
Benedictio. } nedictio," et ubi dicitur "benedicere Deo," per illa significatur
Benedictus. } agnitio, glorificatio, et gratiarum actio quod ab Ipso sit omne bonum et verum, et inde caelum et felicitas aeterna illis qui recipiunt (n. 340[*a*], 344).

Per "benedictionem," cum de homine, non aliud intelligitur quam receptio Divini Veri et Divini Boni, ex causa quia in illis est caelum et felicitas aeterna (n. 340[*b*], 465, 466).

Per "ferre benedictionem" (*Ps.* xxiv. 5) significatur receptio Divini Veri, et per "ferre justitiam" receptio Divini Boni (n. 340[*b*]).

Per "benedicere sibi" (*Esai.* lxv. 16) significatur se instruere in Divinis veris, et illa applicare vitae (n. 340[*d*]) : per "benedicere" (*Matth.* v. 44) significatur instructio (n. 644[*c*]).

Per "benedictionem" significatur receptio Divini Veri et inde fructificatio, unde felicitas et vita aeterna (n. 465).

"Satur beneplacito Jehovae" (*Deutr.* xxxiii. 23) significat impleri bono amoris; et impleri veris inde intelligitur per "plenus benedictione Jehovae" (n. 439).

"Benedicere benedictionibus caeli desuper" (*Gen.* xlix. 25), significat bonis et veris ab interiori; "benedictionibus abyssi cubantis infra," significat cognitionibus veri et boni, ac scientificis confirmantibus, ab exteriori; "benedictionibus uberum et uteri," significat affectiones earum spirituales et conjunctionem (n. 448[*b*], 710[*b*]).

In opposito sensu (ut apud *Esaiam*, cap. lxvi. 3) per "benedicere" significatur amare malum et falsum, ac illud imbuere (n. 340[*d*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 313[*b*], 328[*d*], 329[*e*], 340[*a–d*], 344, 365[*f*], 412[*a*], 435[*b*], 438, 439, 444[*a*], 448[*b*], 465, 466, 577[*a*], 612, 644[*c*], 654[*b*], 675[*c*], 700[*f*], 701[*c*], 710[*b*], 721[*b*]).

Benedictus XIV.—Magnum scandalum auditum in mundo spirituali a papa qui vocatus Benedictus XIV. (n. 114).

Is, quia Divinum sibi arrogavit etiam post mortem, post aliquot dies in infernum conjectus est (n. 114).

Benefacere.—Per "Benefac in beneplacito tuo Zioni, aedifica muros Hierosolymae" (*Ps.* li. 20 [*B. A.* 18], intelligitur restaurare ecclesiam ducendo in bonum amoris et docendo in veris doctrinae (n. 391[*e*]).

Per "amare inimicos" et "benefacere illis" in sensu proximo intelligitur amare gentes et benefacere illis, quod fiet docendo illis verum, et per id ducendo illos ad bonum (n. 695[*b*], 644[*c*]).

Beneplacitum.—Per "beneplacitum Habitantis in rubo" (*Deutr.* xxxiii. 16) est Divinus amor veri Domini (n. 295[*c*]).

Vox "beneplaciti" in lingua Hebraea etiam significat voluntatem; nam quicquid secundum voluntatem fit, hoc beneplacet (n. 295[*c*]).

Per "beneplacitum Jehovae," cum de hominibus, significatur vivere secundum praecepta Ipsius, quod est amare Deum et proximum; hoc beneplacitum seu voluntas Ipsius est, quia ex Divino Amore vult ut omnes salventur, et per id salvantur (n. 295[*c*]).

Per "Benefac in beneplacito tuo Zioni, aedifica muros Hierosolymae" (*Ps.* li. 20 [*B. A.* 18]), intelligitur restaurare ecclesiam ducendo in bonum amoris et docendo in veris doctrinae (n. 391[*e*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 295[*c*], 304[*e*], 391[*e*], 439, 443[*b*], 448[*b*], 696[*c*].)

Benevolentia.—Per "pluviam benevolentiarum" (*Ps.* lxviii. 10 [*B. A.* 9]) significatur Divinum Verum ex Divino Bono (n. 388[*e*]); seu influxus Divini Veri ex Divina clementia (n. 650[*a*]).

Benignitas.—"Benignitas" (*Ps.* xxxi. 17 [*B. A.* 16]) est Divini Boni (n. 412[*a*]).

Benjamin.—(*Videatur* ***Josephus.***)

Quoniam "Benjamin" significat verum conjunctum bono in naturali homine, et inde verum conjunctum bono apud illos qui in ultimo caelo sunt, ideo quoque ille ultimo natus est Jacobo, et vocatus ab illo "Filius dextrae" (nam *Benjamin* in lingua originali significat filium dextrae); et quoque natus est in Bethlechem, per quam urbem etiam significatur verum conjunctum bono in naturali (n. 449[*a*]).

Ultimo natus est quia naturale consistens ex vero conjuncto bono est ultimum ecclesiae apud hominem (n. 449[*a*]).

Quod vocatus sit "Filius dextrae," est quia per "filium" significatur verum, et per "dextram" significatur potentia veri ex bono, et omnis potentia in spirituali mundo est vero quod ex bono in naturali homine (n. 449[*a*]).

Qui in ultimo caelo sunt vocantur vel spirituales naturales vel caelestes naturales; conjunctio horum cum Domino significatur per "Benjaminem" (n. 449[*a*]).

Per "Benjaminem" intelligitur conjunctivum veri et boni, seu medium conjungens in naturali (n. 440[*b*]).

Per "Benjamin parvus praeest illis" (*Ps.* lxviii. 28 [*B. A.* 27]) significatur innocentia Domini, ex qua omnia operatus est et peregit (n. 439); per "Benjaminem parvum" ibi significatur innocentia naturalis hominis (n. 449[*b*]).

Per "Benjaminem" significatur conjunctio spiritualis hominis cum naturali, et per "Josephum" conjunctio caelestis hominis cum spirituali (n. 449[*b*]).

(*Plura de "Benjamine" videantur explicata*, n. 449.)

Bestia.—(*Videantur* ***Fera, Jumentum,*** *et* ***Veredarius.***)

Per "bestias" intelliguntur hominis affectiones (n. 329[*d*], 1100[*c*]); affectiones boni (n. 175[*b*], 304[*b*], 355[*c*], 584, 650[*d*], 1100[*b*]); affectiones hominis naturalis (n. 507, 650[*b*,*e*], 1100[*b*]); affectiones boni, tam rationales quam naturales (n. 650[*e*]); voluntarium hominis (n. 513[*b*]); qui in affectionibus boni naturalis hominis (n. 650[*e*]).

Per "bestias" significantur affectiones, et per "bestias agri" affectiones boni (n. 329[*d*]; *conf.* n. 357[*d*], 1100[*b*]).

"Bestiae agri quae sub ramis pepererunt" (*Ezech.* xxxi. 6), significant cogitationum rationalium de veris ecclesiae affectiones (n. 1100[*b*]).

Per "bestias agri" significantur affectiones boni in naturali homine (n. 403[*b*]).

"Bestia agri glocitat ad Te" (*Joel* i. 20), significat dolorem illorum qui in affectione naturali, et inde in desiderio cognitionum veri et boni (n. 650[*e*]); seu lamentationes illorum qui naturales sunt, et usque desiderant vera (n. 730[*b*]).

Per "homines et bestias" intelliguntur qui in intelligentia et inde in bono vitae sunt; per "homines" qui in intelligentia, et per "bestias" qui in affectione naturali et inde in bono vitae (n. 629[*a*]); tum per "homines et bestias" significantur affectiones veri et boni in spirituali et in naturali homine (n. 304[*f*]); per "hominem" significatur interius seu spirituale, et per "bestiam" exterius seu naturale; proinde per "hominem" affectio spiritualis veri ex qua omnis intelligentia, et per "bestiam" affectio naturalis correspondens spirituali. Quod exterius seu naturale per "bestiam" significetur, est quia homo quoad externum seu naturalem hominem non est nisi quam bestia; similibus enim cupiditatibus, et quoque voluptatibus, appetitibus et sensibus gaudet, sic ut homo quoad illa sit prorsus similis bestiae, quare naturalis homo potest animalis homo vocari: quod autem internum seu spirituale per "hominem" significetur, est quia homo quoad internum seu spirituale suum est homo; id gaudet affectionibus boni et veri talibus quae sunt apud angelos caeli; et quia homo per illud apud se regit naturalem seu animalem suum hominem,

qui bestia est (n. 650[b]; *videantur etiam articuli* n. 342[c], 386[b], 388[d], 433[d], 513[b], 654[i], 695[c], 724[e], 768[b]).

"Seminare domum Israelis et domum Jehudae semine hominis et semine bestiae," significat reformare illos qui e nova ecclesia per vera et bona quae intelligentiae et affectionis; "semen" est verum, "homo" est intelligentia, et "bestia" est bonum affectionis (n. 433[d]). (*Videatur* ***Homo.***)

In Verbo probe distinguitur inter "bestias" et "feras;" et per "bestias" significantur affectiones naturalis hominis quae sunt ejus voluntatis, et per "feras" affectiones naturalis hominis quae sunt ejus intellectus (n. 650[b]; *vide etiam* n. 388[b], 650[a,g], 1100[b]).

"Non erit in te infecundus et infecunda, et in bestia tua" (*Deutr.* vii. 14) significat multiplicationem veri et fructificationem boni in interno et externo homine (n. 340[c]).

In *Levitico* (cap. xxv. 7) legimus, "In anno sabbathi erit omnis proventus, qui in terra tua, bestiae tuae et ferae ad comedendum:" per "bestias et feras" hic intelliguntur agni, oves, caprae, haedi, arietes, hirci, juvenci, boves, vaccae, equi et asini; non autem leones, ursi, apri, lupi, et similes ferae rapaces (n. 388[e]).

Quod datum sit Antiquissimae Ecclesiae homini nosse omnes affectiones naturalis hominis, ob causam ut dominaretur super illas, significatur per haec verba in *Genesi*, "Formavit Jehovah ex humo omnem bestiam agri, et omnem avem caelorum, et adduxit ad hominem ad videndum quid vocaret id; et quicquid vocavit id homo, animam viventem, id nomen ejus" (cap. ii. 19); per "vocare nomen" in sensu spirituali significatur nosse quale rei (n. 650[c]).

Per "dominium super bestias" (*Gen.* i. 26), quod datum est homini, intelligitur dominium spiritualis hominis super naturalem (n. 650[c]).

Per "bestias" introductas in arcam cum Noacho intelliguntur affectiones naturalis hominis correspondentes affectioni spirituali, quae fuerunt hominibus Ecclesiae Antiquae (n. 650[c]).

Quod sacrificia ex variis bestiarum generibus permissa fuerint, quia significabant spiritualia et naturalia ex origine spirituali (n. 650[d]).

In sensu opposito, per "bestias" et per "bestias terrae" significantur cupiditates (n. 650[f,g], 659[e], 1100[d]).

Per "bestias" cum quibus fuit Jesus in deserto (*Marc.* i. 12, 13) non intelliguntur bestiae, sed inferna et inde exsurgentia mala (n. 650[g]).

"Ne des bestiae animam turturis" (*Ps.* lxxiv. 19), significat ne det spirituale bonum illis qui in cupiditatibus mali sunt (n. 650[g]).

Per "dentem bestiarum" (*Deutr.* xxxii. 24) significantur falsa ex malis omnis generis (n. 556[a], 650[g]).

Legitur propheticum apud *Esaiam* (cap. xxx. 6, seq.) de "bestiis meridiei;" per quas significantur adulterationes boni et falsificationes veri, unde omnis generis mala et falsa apud illos qui ab ecclesia solum in externis sunt oriuntur: "bestiae meridiei" dicuntur, quia apud illos qui habent Verbum, ex quo in luce veri, quae est "meridies," possunt esse (n. 650[g], 654[g]).

Quia falsa unice pugnant contra vera et bona, et ea destruunt, non autem mala absque falsis, ideo "mulieres, infantes, et bestiae," per quae apud gentes significabantur mala, non percutiebantur (*Deutr.* xx. 14): mala enim per vera possunt domari, emendari, et reformari (n. 725[b]).

Per "quatuor bestias ascendentes e mari," visas Danieli, successivi status ecclesiae a primo usque ad ultimum ejus descripti sunt (n. 1029[c], 316[c], 418[b], 556[a], 610, 650[g], 697, 780[b], 781[d], 1029[c]).

Per "bestiam primam," sicut leonem cui alae aquilae, qui postea apparuit

sicut homo, significatur quod in primo statu fuerint in veris et inde in intelligentia (n. 1029[c]).

Per "bestiam alteram," quae similis urso, significatur falsificatio veri Verbi, remanente usque ejus potentia in sensu litterae (n. 781[d], 556[a]).

Per "bestiam tertiam," quae sicut pardus, significantur ratiocinia discordantia, et usque apparentia sicut cohaerent; quod alae quatuor, quales avibus, super tergo illius essent, significat apparentiam intellectus boni et veri ex applicatione sensus litterae Verbi (n. 780[b]).

Quod in ultimo statu sint in omnis generis falsis ex malo, significatur per "quartam bestiam," quae terribilis, comedit et contrivit, ac reliquum pedibus suis conculcavit (n. 1029[c]); per hanc "bestiam" etiam significatur amor imperandi super universum caelum et universam terram, qui amor est illis qui e Babele sunt (n. 697; *conf.* n. 610, 650[g]).

Per "bestiam e mari ascendentem" (de qua in *Apocalypsi*, cap. xiii: et seq.), significantur ratiocinia ex naturali homine confirmantia separationem fidei a vita (n. 774, 780, 787, 789, 790, 791).

Per "bestiam e terra ascendentem," significantur confirmationes ex sensu litterae Verbi pro fide separata a vita, et inde falsificationes veri ecclesiae (n. 815, 774, 816, 817[d]).

Quod per "bestiam coccineam" (*Apoc.* xvii. 3) significetur Verbum quoad sancta ejus, quae a Babylone profanata sunt (n. 1038, 1053, 1054, 1055, 1067, 1079, 1086).

Omnes affectiones et inde cogitationes hominis repraesentantur in mundo spirituali per varias bestias terrae et aves, ac sistuntur in talibus formis quae correspondent (n. 552).

Qualis vita bestiis terrae (n. 1199).

De anima bestiarum (n. 1201).

Discrimen inter homines et bestias (n. 1202).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 28, 280[b], 304[b,f], 316[c], 329[d], 342[b,c], 355[c], 388[b,d,e], 403[b], 405[e], 433[d], 503[a], 507, 513[b], 584, 587[d], 610, 650, 651, 675[b], 701[e], 710[d], 725[b], 768[b], 774, 780[a,b], 782, 787, 788, 789, 790, 791, 811[b], 814, 815[a], 816, 817[d,e], 819, 821[a], 826, 827[a], 831, 832, 833, 841, 845, 882, 885, 891, 923, 932, 963, 988, 998, 1029[c], 1038, 1053, 1054, 1055, 1058, 1059, 1067, 1070, 1071, 1079, 1086, 1100.)

Bethel.—*Bethel* significat domum Dei; et "domus Dei" significat ecclesiam quoad bonum, et in supremo sensu Dominum quoad Divinum Humanum suum (n. 375[e(i.)]).

In opposito sensu, per "altaria Bethelis" (*Amos* iii. 14) significatur cultus ex malo, et per "cornua altaris" significantur falsa ejus mali (n. 316[d], 391[h].

Jeroboam erexit duo altaria, unum in Bethele et alterum in Dane; per "Bethelem" significatur ultimum boni, et per "Danem" ultimum veri; inde per bina illa "altaria" significatur cultus in ultimis seu in extremis, qualis cultus est apud illos qui separant charitatem a fide, et hanc solam pro medio salutis agnoscunt (n. 391[h]).

Bethesda.—Per "aegrotum" significantur illi qui transgressi sunt et peccaverunt; quapropter Dominus dixit aegroto ad piscinam Bethesdae, "Ecce sanus factus es; ne pecca amplius, ne quid pejus tibi fiat" (n. 163).

Bethlechem.—Per "Bethlechem" significatur verum conjunctum bono in naturali (n. 449[a]).

Dominus natus est in Bethlechem, quia natus est Rex, et apud Ipsum ex nativitate verum conjunctum bono fuit; solum enim apud Dominum erat naturale appetens bonum et desiderans verum (n. 449[a]).

Quoniam "Benjamin" significat verum conjunctum bono in naturali homine, ideo quoque Benjamin natus est in Bethlechem (n. 449[*a*]).
David natus est in Bethelechem, et quoque ibi unctus in regem, nam David ut rex repraesentavit Dominum quoad verum ex bono, et id quoque "rex" significat (n. 449[*a*]).
Per Rachelem repraesentata est ecclesia internae spiritualis, et per Leam ecclesia externa naturalis, per Bethlechem spirituale, et per pueros qui occisi sunt (*Jerem.* xxxi. 15–17; *Matth.* ii. 18) verum ex illa origine (n. 695[*c*]).
Per "Ephratam Bethlechem" (*Gen.* xxxv. 22) significatur ecclesia spiritualis, quae est in veris ex bono, seu in fide ex charitate; bonum charitatis rejicere a veris fidei significatur per "adulterium Reubenis" ibi (n. 434[*d*]).
"Ecce audivimus de Ipso in Ephrata, invenimus Ipsum in agris silvae" (*Ps.* cxxxii. 6), significat in spirituali sensu Verbi et quoque in naturali; "Ephrata" enim et "Bethlechem" significant spirituale naturale, et "agri silvae" naturale (n. 684[*c*]): Ephrata est Bethlechem ubi Dominus natus est, et per "Ephratam" significatur Verbum quoad sensum ejus naturalem, ac per "Bethlechem" Verbum quoad sensum ejus spiritualem, ac ibi voluit nasci quia Dominus est Verbum; per "agros silvae" significantur illa quae sensus naturalis Verbi sunt, ita quae sensus litterae (n. 700[*b*]).

Bethogarma.—Qui "ex Bethogarma" (*Ezech.* xxvii. 14) sunt qui in cultu interno (n. 355[*c*]).

Bethsaida.—Quod caecus duceretur extra pagum Bethsaida, erat quia "Bethsaida" significabat damnationem ob non receptionem Domini (n. 239[*b*]; *conf.* n. 637[*b*]).

Bibere.—(*Vide* ***Potare*** *et* ***Comedere.***)
Pluries in Verbo dicitur "edere" et "bibere;" et qui non aliquid de sensu spirituali novit, non aliter sciri potest quam quod per illa significetur edere et bibere naturaliter; cum tamen per illa significatur nutrire se spiritualiter, proinde appropriare sibi bonum et verum, per "edere" appropriare sibi bonum, et per "bibere" appropriare sibi verum (n. 617[*a*]).
"Comedere et bibere" super mensa Domini in regno Ipsius (*Luc.* xxii. 30) significat spiritualiter comedere et bibere; quare per "comedere" ibi significatur a Domino recipere, percipere et appropriare sibi bonum caeli, et per "bibere" significatur recipere, percipere et appropriare sibi verum illius boni (n. 617[*a*]).
Per "bibere sanguinem Domini" intelligitur recipere Divinum Verum procedens ex Divino Bono Divini Amoris Ipsius, appropriare sibi, et sic conjungi Domino (n. 329[*a*,*b*], 388[*f*]).
Per "bibere vinum ex vasis Templi Hierosolymitani" (*Dan.* v. 3), significabatur haurire vera ecclesiae ex Verbo (n. 376[*d*]); "bibere vinum ex vasis Templi," et simul tunc "laudare" seu colere "deos auri, argenti, aeris, ferri, ligni, et lapidis," est profanatio boni et veri (n. 587[*d*]).

Quod "bibere" sit instrui in veris (n. 240[*b*]); etiam appropriare vera (n. 386[*b*]).
Per "bibere abyssos magnas" (*Ps.* lxxviii. 15) significatur haurire et percipere arcana sapientiae (n. 518[*d*]).
"Quid tibi cum via Aegypti ut bibas aquas Schichoris?" (*Jer.* ii. 18,) significat instructionem solum a naturali homine, unde mere falsa (n. 654[*j*]; *conf.* n. 518[*e*], 569[*c*]).
"Bibere et inebriari" est haurire falsa et commiscere illa veris, et inde insanire (n. 235).

"Bibere calicem irae" (*Esai.* li. 17, 18,) est falsum; "faeces calicis" sunt mere falsa ex quibus mala; illa attrahere significatur per "bibere" et "exsugere" (n. 724[*d*]).

Per "bibere vinum irae Dei" (*Apoc.* xiv. 10) significatur imbuitio et appropriatio falsi et inde mali (n. 887).

"Facere socium bibere inebriando" (*Hab.* ii. 15, 16) significat imbuere falsis (n. 240[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 220[*b*], 235, 240[*b*], 304[*c*], 329[*a*,*b*,*d*], 373, 374[*c*], 376[*c*,*d*], 386[*b*], 388[*f*], 406[*d*], 448[*c*], 483[*b*], 518[*d*,*e*], 569[*c*], 587[*d*], 617[*a*,*c*–*e*], 632, 638[*c*], 644[*b*], 650[*e*], 654[*f*], 701[*c*], 706[*c*], 724[*d*], 727[*b*], 750[*e*], 840, 881, 887, 893, 923, 960[*a*], 976, 1101, 1102, 1145, 1162.)

Biblia Pontificiorum.—Pontificii per "mulierem" (*Gen.* iii. 15) intelligunt Mariam, et ejus cultum; quare non "Ille" sed "illud" et "illa" in Bibliis illorum legitur (n. 768[*b*]).

Bileamus.—Quod per "Bileamum" intelligantur qui quoad intellectum illustrati sunt et docent vera, qui autem amant dolo perdere illos qui ab ecclesia (n. 140).

Arcanum de asina super qua Bileamus equitavit (n. 140).

Binae.—Sciendum est quod binae expressiones similes in Verbo, imprimis Prophetico, non sint repetitiones vanae, sed quod una se referat ad bonum, et altera ad verum (n. 484).

Bitumen.—"Bitumen" (*Nahum* iii. 14) est falsum ex malo conjungens (n. 540[*b*]).

Blasphemare, Blasphemia.—Quod "blasphemia" sit vituperatio et invectio (n. 119); quod sit falsificatio Verbi (n. 778[*a*]); quod sit falsificatio Verbi usque ad destructionem Divini Veri quale est in caelo (n. 797, 991).

Blasphemia, cum de Verbo, est adulteratio et falsificatio ejus (n. 1039).

"Blasphemare Deum" (*Apoc.* xvi. 21) significat falsificare Verbum (n. 1027).

"Peccatum et blasphemia contra Spiritum sanctum" (*Matth.* xii. 31) est negare Verbum, tum adulterare ipsa bona et falsificare ipsa vera ejus; at "verbum contra Filium hominis" est interpretari sensum naturalem Verbi, qui est sensus litterae ejus, secundum apparentias (n. 778[*b*]).

Varia nomina per quae genera blasphemationis Dei et Divini Veri exprimuntur (n. 778[*c*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 119, 735, 778[*a*–*c*], 794, 797, 798[*a*], 800, 984, 991, 1027, 1039.)

Boanerges.—Quia Jacobus et Johannes repraesentabant charitatem et opera ejus, a Domino vocati sunt "Boanerges," hoc est, "Filii tonitrui;" et per "filios tonitrui" significantur vera ex bono caelesti (n. 821[*b*], 9, 273).

Boli.—Per "bolos" (*Ps.* cxlvii. 17) significantur scientifica in naturali homine et cognitiones quae apud hominem ante reformationem (n. 419[*d*]).

Bonum. Bonus.—(*Vide* ***Amor, Arbor, Opera, Sapientia, Verum.***)

Dominus apparet angelis in caelo ut Sol: est Divinus Amor Ipsius qui ita apparet. Lux quae inde procedit est Divinum Verum; calor qui inde procedit est Divinum Bonum (n. 340[*b*]).

Per "Patrem" intelligitur Dominus quoad Divinum Bonum, et per "Filium hominis" Dominus quoad Divinum Verum (n. 297).

Divinum Bonum non judicat quemquam, quia explorat neminem; sed Divinum Verum, hoc enim explorat unumquemvis (n. 297).

Quod omne bonum et verum influat ex Domino (n. 1147).

Omne bonum se refert ad amorem, et omne verum ad fidem (n. 136).

Duo bona universalia sunt quae faciunt caelos, et distinguunt illos in duo regna; nempe, bonum caeleste, quod est bonum amoris in Dominum,

et bonum spirituale, quod est bonum charitatis erga proximum (n. 324[a]).
Quod omne bonum quod est amoris, et omne verum quod est fidei, a Deo sit, et nihil ab homine (n. 152).
Per bonum intelligitur bonum amoris in Dominum, et bonum amoris erga proximum, quoniam omne bonum est amoris (n. 365[a]).
Bonum est primogenitum seu primum ecclesiae (n. 434[a]).
Bona et vera sunt duplici origine, nempe ex origine caelesti et ex origine spirituali; illa bona et vera quae ex origine caelesti sunt, sunt bona et vera amoris in Dominum; at illa bona et vera quae ex origine spirituali sunt, sunt bona et vera amoris erga proximum (n. 1042).
Omnia bona, quaecumque sunt, suam existentiam ducunt ex amore caelesti et ex amore spirituali (n. 504[a]).
Bonum caeleste est bonum in essentiâ, et bonum spirituale est bonum in forma (n. 283[a]).
Bonum caeleste est bonum amoris in Dominum, et inde bonum amoris mutui (n. 331[a]).
Bonum caeleste est idem cum bono amoris in voluntate et in actu (n. 821[b]).
Bonum caeleste est bonum amoris in Dominum a Domino, et inde est ipsum bonum caeli, est enim id bonum immediate ex Domino, et est Dominus in illo bono ut in suo apud angelos (n. 324[a]).
Bona caeli et ecclesiae trium graduum sunt. Bonum intimi gradus, ita quoque intimi caeli, vocatur bonum amoris caelestis; bonum inferioris gradus, quod etiam est bonum medii caeli, vocatur bonum amoris spiritualis; et bonum infimi gradus, quod etiam est bonum ultimi caeli, vocatur bonum naturale. Haec bona, sicut ordine sequuntur, ita quoque ordine nascuntur: bonum amoris naturalis nascitur ex bono amoris spiritualis, et bonum amoris spiritualis nascitur ex bono amoris caelestis (n. 710[d]).
Sicut bonum amoris est caeleste, et inde clemens, patiens et pudicum, ita malum bono illi oppositum est infernale, durum, obfirmatum et impudens (n. 427[b]).
Datur bonum vitae ex origine caelesti, ex origine spirituali, et ex origine naturali (n. 435[a]).
Bonum in caelesti regno Domini est bonum amoris in Dominum, ac verum illius boni vocatur bonum amoris erga fratrem et socium; ac bonum in regno spirituali Domini est bonum charitatis erga proximum, ac verum illius boni vocatur bonum fidei (n. 638[a]).
Bonum amoris et charitatis influit a solo Domino, ac recipitur ab angelis caeli et ab hominibus ecclesiae in veris quae ex Verbo (n. 291).
Omne bonum apud hominem formatur per vera; quare ubi non vera sed falsa, non datur bonum (n. 386[c]);
Bonum non est bonum nisi ex vero, et verum non est verum nisi ex bono; quare cum duo illa faciunt unum, tunc primum sunt et existunt (n. 638[a]).
Omne verum est ex bono, est enim forma ejus; et omne bonum est esse veri (n. 136); bonum cum formatur, ut appareat menti et per mentem in loquela, vocatur verum (n. 136); forma boni et quale boni est verum (n. 725[b]); qualia sunt vera, tale fit bonum (n. 478; *conf.* n. 725).
Bonum caeleste, quod est bonum amoris in Dominum, sistitur unice in effectum per bonum spirituale, quod est bonum charitatis erga proximum (n. 324[e]).
Bonum spirituale, quod est bonum charitatis erga proximum, trahit essentiam suam et animam ex bono caelesti quod est bonum amoris in Dominum (n. 324[b]).
Bonum spirituale, seu bonum charitatis erga proximum, in sua essentia est verum (n. 331[a], 919).
Charitas, seu bonum spirituale, est facere bonum quia verum est, ita est facere verum: ac facere verum est facere illa quae mandata sunt a

Domino in Ipsius Verbo: inde patet quod charitas sit bonum spirituale (n. 918).

Bonum amoris spiritualis in sua essentia est verum boni amoris caelestis (n. 496).

Bona opera continent omnia amoris in Dominum, et charitatis erga proximum (n. 821[*b*]).

Cum homo facit bonum quia verum est, seu facit verum, tunc charitas fit bonum-morale (n. 918; *conf.* 741[*a*]).

Bonum spirituale est ex Domino, at bonum morale est ex homine; quare nisi bonum ex homine sit ex Domino, ita per hominem a Domino, non est bonum (n. 918).

Bonum morale separatum a bono spirituali spectat hominem, ejus honorem, lucrum et voluptatem, ut fines propter quos; at bonum morale ex bono spirituali spectat Dominum, caelum, et vitam aeternam pro fine (n. 918).

Bonum veri est bonum vitae, nam verum fit bonum per vitam secundum illud (n. 458[*a*]).

Bonum vitae est bonum externum ab interno, seu bonum naturale ex spirituali (n. 403[*c*]); omnis actio ex charitate est bonum vitae (n. 440[*a*]); amare Deum et amare proximum non aliud est quam facere bona (n. 797).

Bonum naturale separatum a spirituali, quod est bonum ex proprio, in se spectatum non est bonum sed jucundum cupidinis, imprimis ex amore sui et mundi, quod sentitur sicut bonum (n. 458[*b*]; *conf.* n. 419[*a*]).

Bonum spirituale influit in bonum naturale immediate, in verum autem naturale mediate; inde parallelismus est inter bonum spirituale et bonum naturale, non autem inter verum spirituale et verum naturale (n. 440[*b*]).

Omne bonum desiderat verum, et vult conjungi vero, et ex eo spiritualiter nutriri (n. 741[*d*]).

Ubi non bonum est, ibi nec sunt vera (n. 730[*a*]).

Vera sunt quae aperiunt communicationem, et bona veri quae faciunt conjunctionem (n. 536).

Quod "viderit Deus lucem quod bona" (*Gen.* i. 4), significat quod apud antiquissimos bona illustratio et receptio fuerit (n. 527).

Per "arborem scientiae boni et mali" (*Gen.* ii. 16, 17) significatur scientia rerum naturalium, per quam non licet intrare in caelestia et spiritualia (n. 617[*c*], 739[*b*]).

"Videbit quietem quod bona" (*Gen.* xlix. 15) significat opera boni absque remuneratione plena felicitate (n. 445).

Per "urbes magnas et bonas" (*Deutr.* vi. 10) significantur doctrinalia quae docent bona amoris et charitatis (n. 638[*b*], 617[*b*]).

"Domus plenae omni bono" significant interiora mentis plena amore et sapientia (n. 617[*b*]), seu omnia quae sapientiae sunt (n. 638[*b*]).

Per "terram bonam," ad quem ducentur, intelligitur terra Canaan, per quam significatur ecclesia (n. 403[*b*]).

Per "bonum comedere" (*Esai.* i. 19) significatur bonum spirituale; et hoc datur, conjungitur et appropriatur homini per velle ejus et inde facere ejus (n. 617[*b*]).

Per "Vae dicentibus de malo bonum, et de bono malum, ponentibus tenebras in lucem, et lucem in tenebras" (*Esai.* v. 20) significatur adulteratio boni et falsificatio veri (n. 618).

(*Dicta Scripturae Sacrae plura videantur explicata*, n. 304[*e*], 313[*b*], 340[*c*], 365[*c,e,f*], 374[*b,d*], 375[*e*(viii.)], 376[*e*], 386[*d*], 391[*g*], 401[*e*], 426, 448[*c*], 513[*d*], 617[*b*], 619[*a*], 630[*c*], 632, 659[*c*], 696[*d*], 706[*d*], 730[*d*], 780[*b*], 863[*b*], 911[*a*], 934, 1081.)

Bos.—Per "bovem" significatur bonum naturale (n. 304[*c*], 340[*d*], 617[*e*], seu bonum naturalis hominis (n. 537[*a*], 548, 600[*b*]).

Per "boves" significantur affectiones naturales (n. 548, 617[*b*]).
Per "fortes," seu boves, (*Ezech.* xxxix.,) significantur affectiones boni (n. 617[*d*]); seu affectiones naturalis hominis (n. 650[*e*]).
Per "juvencos" et "boves" significantur affectiones naturalis hominis affectionibus spiritualis hominis correspondentes (n. 650[*d*]).
(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 304[*c*], 316[*d*], 336[*b*], 340[*c,d*], 355[*g*], 430[*b*], 443[*b*], 519[*a*], 537[*a*], 548, 600[*b*], 617[*b,e*], 650[*d,e*], 652[*c*], 700[*f*], 710[*b*], 780[*b*], 781[*d*], 1022, 1029[*d*].)

Botanicus.—Periti artis botanicae, chymicae, medicae et pharmaticae, in scientiam usuum spiritualium ex vegetabilibus in caelis veniunt post mortem, et quoque illam exercent, ac illa quam maxime delectantur (n. 1214).

Botrus.—Per "vitem" significatur ecclesia quoad verum, proinde etiam verum ecclesiae; et per "uvas" significantur bona inde, quae sunt bona charitatis, et per "botros" bona fidei (n. 618).

Per "botros amaritudinum" (*Deutr.* xxxii. 32) significantur bona fidei adulterata (n. 618).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 433[*e*], 519[*b*], 618, 913, 918, 919, 920.)

Bozrah.—*Bozrah* significat vindemiationem, ac vindemiatio dicitur de vero (n. 922[*b*]).
"Vestes ex Bozra" significant ultimum Verbi, quod est sensus litterae ejus (n. 359).

Brachium.—"Brachium," cum de Domino, est omnipotentia (n. 298[*b*], 406[*b*], 448[*c*], 684[*c*]).
"Manus" (*Ps.* lxxxix. 22 [*B. A.* 21]) significat omnipotentiam veri ex bono, et "brachium" omnipotentiam boni per verum (n. 684[*c*]).
Per "brachium roboris" Jehovae (*Esai.* lxii. 8) intelligitur Dominus quoad Divinum Verum, ita Divinum Verum procedens a Domino (n. 608[*a*]).
Per "brachium Ipsius" significatur propria potentia (n. 629[*b*]), vel omnipotentia boni per verum (n. 684[*c*]).
"Brachia mundi" (*Deutr.* xxxiii. 27) sunt Divina vera ubi homines; vera sensus litterae Verbi sunt quae intelliguntur per "brachia mundi," ille enim sensus est ipsum robur Divini Veri; "brachia" significant robur (n. 594[*b*]).
"Brachia manuum" (*Gen.* xlix. 24) sunt potentia (n. 357[*a*]).
"Caro brachii" (*Esai.* ix. 19 [*B. A.* 20]) est potentia boni per verum (n. 386[*b*]); "vir carnem brachii sui comedent" significat quod falsum consumet bonum ac malum verum in naturali homine (n. 617[*e*]).
Per "brachium" et "verticem" (*Deutr.* xxxiii. 20) in sacrificiis significabantur vera externa et interna (n. 435[*b*]).

In statua Nebuchadnezari in somnio visa, per "pectus et brachia," quae erant argentum, significabatur Antiqua Ecclesia; quae ecclesia fuit ecclesia spiritualis, seu ecclesia in qua regnabat bonum charitatis erga proximum ac verum ex bono; hoc verum et illud bonum significatur per "argentum," et quoque per "pectus" et "brachia" (n. 411[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 131[*b*], 298[*b*], 314[*b*], 316[*d*], 357[*a,b*], 358, 386[*b*], 406[*b*], 411[*b*], 435[*b*], 448[*c*], 587[*b*], 594[*b*], 600[*b*], 608[*a*], 612, 617[*e*], 627[*b*], 629[*b*], 684[*c*], 734[*b*].)

Bractea.—Quod "corona" sit Divinum Bonum ex quo Divinum Verum, repraesentabatur per bracteam auri a facie cidaris quae super Aharonem, quae bractea etiam vocabatur "corona" et "coronamentum" (n. 272; *conf.* n. 427[*b*]).

Brevis. } —Per "Num abbreviata est manus mea?" (*Esai.* l. 2,) intelligitur
Abbreviari. } num non in Ipso virtus ad eripiendum (n. 328[*d*]).

(In *Apocalypsi*, cap. xvii. 10, dicitur, "Alter nondum venit, et quando venerit brevi illum oportet manere." *Explicatio videatur*, n. 1066.)

Bruchus.—(*Videatur* **Locusta.**)

Per "locustam" (*Ps.* cv. 34) significatur falsum sensualis hominis, et per "bruchum" malum ejus, seu falsum et malum in sensuali homine et ex illo. Quod hoc significetur per "bruchum" et illud per "locustam," est quia bruchus etiam est locusta, quod patet ex eo, quod haec a Davide dicta sint de locustis in Aegypto, et tamen apud *Mosen* dicitur solum "locusta," et non bruchus (n. 543[*c*]; *conf.* n. 573[*b*]).

Buccina.—(*Videatur* **Tuba.**)

Quod "tuba" seu "buccina" significet Divinum Verum e caelo revelandum, est quia ita aliquoties auditur Divinum Verum, cum defluit a Domino per caelos apud hominem; sed ita auditur solum in initio, sed postea sicut vox humana (n. 55; *conf.* n. 262, 273, 489[*b*], 502[*b*], 611, 681).

Quod "clangere tubis" et "buccinis" significet revelationem Divini Veri et manifestationem ejus, constat ex sono buccinae audito cum Jehovah descendit super Montem Sinai, et promulgavit Legem (n. 502[*a*]; *conf.* n. 326[*d*], 501, 502[*b*], 566, 611).

Quod "clangere tubis" et "buccinis" significet influxum e caelo, et inde mutationes status et separationes (n. 500, 566).

"Clangere buccina" etiam significat Divinum Verum convocans et salvans (n. 502[*b*]).

Per "clangorem buccinae" significatur Divinum Verum laetificans cor (n. 502[*b*]).

"Voces buccinae" et "clangores tubarum" significant Divina vera descendentia e caelo, et terrificantia malos, et dissipantia illos (n. 502[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 273, 323[*b*], 326[*d*], 357[*a*], 417[*b*], 448[*c*], 449[*b*], 502[*a,b*], 654[*e,k*], 700[*d*], 741[*b*].)

Butyrum.—Per "butyrum" (*Esai.* vii. 14, ubi de Domino) significatur bonum amoris caelestis et spiritualis (n. 304[*e*]); per "comedere butyrum" significatur appropriatio Divini Boni spiritualis (n. 617[*b*]); per "butyrum" significatur jucundum boni spiritualis (n. 619[*a*]).

"Butyrum armenti et lac gregis" (*Deutr.* xxxii. 14) significant bonum veri externum et internum (n. 314[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 304[*e*], 314[*b*], 374[*c*], 376[*c*], 537[*b*], 617[*b*], 619[*a,b*].)

Buxus.—"Abies" (*Esai.* xli. 19) est verum naturale superius, "taeda" est verum naturale inferius, et "buxus" est intellectus boni et veri ibi (n. 730[*c*]); per "abietem, taedam, et buxum," significantur illa ecclesiae quae sunt in naturali seu externo homine (n. 375[*e*(viii.)]).

Byssus. } ***Byssinum.*** }—Quod "byssus" sit verum ex origine caelesti (n. 195[*b*], 236[*b*], 242[*d*], 619[*b*], 1042, 1143, 1166).

"Byssus," quae etiam est xylinum, significabat vera ex origine caelesti (n. 1143).

Quod "byssus" significet verum ex origine caelesti, est quia byssinum fuit species lini candidissimi, ex quo vestes fiebant; et per "linum," et quoque per "candorem," significatur verum, et per "vestem" ex illo verum mundum et purum secundum candorem (n. 1143). (*Videatur* **Xylinum.**)

"Byssus" est verum spirituale (n. 654[*f*]; et genuinum verum ex Verbo (n. 118, 236[*b*]).

Per "byssum" intelliguntur cognitiones veri, ex origine caelesti (n. 1042, 7217[*d*]).

Per "byssum" et "byssinum" significatur verum ex Verbo (n. 1221, 1222, 1223).

Angeli sapientes ex Divino Vero, in vestibus albis, ex sindone, bysso aut lino, apparent, quoniam sindon, byssus et linum correspondent veris in quibus sunt (n. 951).

Cadaver.—"Confossi" dicuntur (*Nahum* iii. 3) qui perierunt ex falsis, et "cadavera" (*peger*) qui ex malis (n. 335[*e*]).

Per "dare cadaver (*niblath*) servorum Dei cibum avi caelorum, et carnem sanctorum ferae terrae" (*Ps.* lxxix. 2), significatur destruere omnia vera per falsa, et bona per mala (n. 388[*c*]).

Quia per "feras" et per "aves" significantur falsa ex cupiditate mali et ex ratiociniis, et quia per "gentes in terra Canaane" significantur mala et falsa religionis et cultus, ideo filii Jacobi cadavera gentium quas bello occiderunt non sepeliebant, sed avibus et feris relinquebant devoranda; sed hoc non ex mandato Divino, sed ex immanitate ipsi populo innata, ita ex permissione, ut repraesentarentur talia (n. 650[*g*]).

Exinde est quod inter horrenda et profana olim reputatum fuerit, et quoque hodie reputetur, relinquere homines mortuos super facie terrae insepultos, etiam post proelia (n. 1100[*d*]).

"Cadavera" (*peger*) in Verbo dicuntur qui perierunt per mala, et "putor" (*Esai.* xxxiv. 3) significat damnationem eorum (n. 405[*h*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 355[*e*], 386[*b*], 388[*c*], 405[*h*], 481, 619[*c*], 650[*g*], 655[*a*], 659[*e*], 1100[*d*].)

Cadere. }
Decidere. } —Quod "cadere super facies coram Deo" (*Apoc.* xi. 16) sit gestus repraesentativus summae humiliationis, est quia facies est forma affectionum hominis, proinde interiorum quae sunt mentis et animi ejus (n. 688; *conf.* n. 463).

"Cecidi ad pedes Ipsius" (*Apoc.* i. 17) significat adorationem ex humiliatione cordis pro Divino; omnes enim affectiones, quaecunque sunt, correspondentes gestus in corpore habent (n. 77).

Quod "cadere" cum dicitur de "stellis," (per quas intelliguntur cognitiones veri et boni ex Verbo,) significetur perire, est quia Divinum Verum, cum in mundo spirituali cadit e caelo in terram ibi, ubi sunt mali, vertitur in falsum; et cum Divinum Verum fit falsum, tunc perit (n. 518[*a*]; *conf.* n. 72, 402, 517, 518[*a*], 535, 537[*b*], 544).

"Cadere gladio" est perire per falsa (n. 131[*b*], 315[*d*], 316[*d*], 632, 637[*b*], 654[*i*], 724[*d*], 863[*a*]).

Per "cadere coram idolis" significatur damnari (n. 391[*g*]; *conf.* n. 879, 1097).

Disparari et non existere praedicatur de veris doctrinae, cum "cadere" de urbe (n. 675[*a*], 1020).

Quod satanas "deciderit e caelo" (*Luc.* x. 18), significet quod Dominus per Divinum Verum, quod tunc Ipse fuit, e caelo omnia falsa expulerit, et quod subjugaverit illa inferna quae "Satanas" vocantur (n. 740[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae plura videantur explicata*, n. 235, 279[*a*], 336[*b*], 355[*b*], 376[*c*], 388[*c*], 391[*h*], 400[*b,c*], 405[*b*], 481, 507, 540[*a*], 581[*b*], 644[*d*], 652[*b*], 684[*b*], 688, 734[*d*], 741[*b*], 768[*c*], 811[*a*], 911[*b*], 1064.)

Caecare. }
Caecitas. }
Caecus. }
Occaecare. } —Quod Dominus dicatur "caecus" et "surdus" (*Esai.* xlii. 19), est quia Dominus est sicut non videat et percipiat peccata hominum; "caecus" dicitur et inde "Servus" ex Divino Vero, et "surdus" et inde "Angelus" ex Divino Bono; nam "caecus" se refert ad intellectum et inde perceptionem, ac "surdus" ad perceptionem et inde voluntatem; ibi itaque quod sicut non videat, tametsi Ipsi Divinum Verum e quo intelligit omnia (n. 409[*b*]).

"Caeci," quos Dominus sanabat, significabant spiritualiter caecos, qui sunt qui non sciunt et intelligunt vera (n. 239, 152).

Per "aperire oculos caecorum" significatur instruere illos qui adhuc ignorant vera, et usque desiderant illa, ita gentes (n. 152).

Per "caecos a nativitate" intelliguntur qui extra ecclesiam nati sunt, et inde non potuerunt scire aliquid de Domino ac instrui ex Verbo (n. 239); per "caecos" intelliguntur qui in ignorantia veri, praecipue qui extra ecclesiam (n. 152).

Scribae et Pharisaei vocati sunt "duces caeci caecorum," quia docebant falsa, et quoque a populo credebantur falsa (n. 537[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 152, 223[*c*], 238; 239, 252[*a*], 329[*f*], 355[*a*], 409[*b*], 475[*b*], 537[*b*], 584, 652[*b*], 653[*b*], 687[*b*], 706[*b*], 721[*b*], 815[*b*], 1081.)

Caedere. }
Decidere. }
Excidere. }
Recidere. } —Per opus fabri, artificis, et opificis in Verbo multis in locis significatur tale doctrinae, religionis, et cultus quod ex propria intelligentia; inde erat quod altare, et quoque Templum, ex mandato aedificatum fuerit ex lapidibus integris, et non ab aliquo fabro aut artifice caesis (n. 585[*b*]): per "lapidem excisum" significantur illa quae propriae intelligentiae sunt; ideo prohibitum fuit construere altare ex lapidibus excisis, similiter Templum Hierosolymae (n. 781[*d*]).

Per "caedere ad dextram et comedere ad sinistram" (*Esai.* ix. 19) significatur inquirere (n. 386[*b*], 600[*b*], 617[*e*]).

Caedes.—("*Caedes*" *interpretatur voces Hebraeas* hereg, damim, *ac* qetebh.)

Per "caedem" et ejus "procellam" (*Esai.* xxviii. 2) significantur mala quae destruunt bona ecclesiae (n. 304[*b*]).

"Dies caedis magnae" (*Esai.* xxx. 25) significat ultimum judicium, quando damnantur et pereunt impii (n. 315[*c*]).

"Caedes occisorum" (*Esai.* xxvii. 7) significat perditionem per falsa (n. 315[*c*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 405[*b*], 406[*b*].)

Caelum. }
Caelestis. } —Quod Divinum Domini faciat caelum; et quod Divinum quod facit caelum sit Divinum Humanum, quod est Divinum Existere ex Divino Esse (n. 23).

Divinum Verum procedens ex Divino Bono Domini facit caelum in communi, et apud unumquemvis angelum ibi in particulari (n. 27).

Divinum quod procedit a Domino et facit caelos est Divinum Verum et Divinum Bonum (n. 288[*b*], 464, 926).

Totum caelum est ex Divino Humano Domini (n. 113).

Universum caelum angelicum, quoad intelligentiam et sapientiam, et quoad affectiones boni et veri, est Dominus (n. 897).

Omnipotentia Dei elucet ex caelo quod supra aut intra caelum nostrum aspectabile est, et ab orbe ibi qui habitatur ab angelis (n. 1133).

Universum caelum non est caelum ex proprio angelorum, sed ex Divino Domini; nec ecclesia est ecclesia ex proprio hominum, sed ex Divino Domino; omne enim bonum amoris et verum fidei est a Domino, ac bonum amoris et verum fidei faciunt caelum et ecclesiam (n. 23, 115, 130[*a*]): amor facit caelum, et quia facit caelum etiam facit ecclesiam (n. 256).

Caelum apud hominem implantatur per cognitiones veri et boni ex Verbo (n. 126): cognitiones veri et boni ex Verbo et vita secundum illas solum faciunt hominem spiritualem; et ei qui spiritualis per illa fit, indi potest sapientia angelica a Domino, et cum hac felicitas aeterna (n. 126).

Sunt duo regna in quae omnes caeli distincti sunt, regnum caeleste et regnum spirituale; Divinus Amor caelestis facit regnum caeleste, et Divinus Amor spiritualis facit regnum spirituale (n. 496, 154, 283[*a*], 448[*a*], 496, 708, 971); at sciendum est quod Divinus Amor Domini in caelis dicatur caelestis et spiritualis a receptione illius ab angelis, et non ex eo quod ille in se divisus sit; tum quod amor spiritualis existat ab amore caelesti, sicut effectus a sua causa efficiente, et sicut

verum a bono; nam bonum amoris spiritualis in sua essentia est verum boni amoris caelestis; inde est quod duo illa regna inter se conjuncta sint, et quod sint unum in conspectu Domini (n. 496).
Qui in regno caelesti sunt, in bono amoris in Dominum sunt; qui in regno spirituali, in bono charitatis erga proximum sunt; secundum haec bona etiam caeli ordinati sunt (n. 283[a]).
Regnum spirituale consistit ex caelis et ibi angelis qui in Divino Vero sunt, ac illi caeli sunt in plaga meridionali et in plaga septentrionali; at regnum caeleste consistit ex caelis et ibi angelis qui in Divino Bono sunt, ac illi caeli sunt in plaga orientali et occidentali (n. 971).

Sunt caeli tres; tertium seu intimum caelum est ubi angeli qui in caelesti amore sunt, secundum seu medium caelum est ubi angeli qui in spirituali amore, primum seu ultimum caelum est ubi angeli qui in spirituali naturali amore (n. 322, 708, 1133).
Illi qui in ultimo caelo sunt, vel spirituales vel caelestes naturales sunt; spirituales naturales ibi pertinent ad spirituale regnum Domini, et caelestes naturales ibi pertinent ad caeleste regnum Domini; quare spirituales naturales communicant cum secundo caelo, ubi omnes sunt spirituales; caelestes autem naturales communicant cum tertio caelo, ubi omnes sunt caelestes (n. 449[a]).
Tertium seu intimum caelum conjungitur cum secundo seu medio per angelos intermedios, qui vocantur angeli caelestes spirituales et spirituales caelestes; hi una cum angelis tertii seu intimi caeli constituunt superiores caelos; at reliqui in secundo seu medio caelo, una cum illis qui in primo seu ultimo caelo, constituunt inferiores caelos (n. 322).
De angelis caelestibus plura (n. 828).

Dominus apparet in caelo angelico ex Divino Amore ut Sol, ex quo Sole procedit calor et lux, et in caelis calor ex Domino ut Sole est Divinum Bonum Amoris, et lux ex Domino ut Sole est Divinum Verum (n. 504[b], 422).
Dominus apparet angelis interiorum caelorum ut Sol (n. 412[a]): illi caeli Dominum spectant ut Solem qui in affectione veri spirituali sunt, hoc est, qui amant verum quia est verum (n. 527).

At illi caeli Dominum spectant ut Lunam qui in affectione veri naturali sunt, hoc est, qui amant verum ut docti sint et alios instruant (n. 527).
Qui lucem a Domino ut Luna recipiunt, sunt apud quos intellectuale et rationale interius non apertum est, sed modo naturale, et inde ex memoria cogitaverunt de credendis (n. 708).
Illi caeli qui sub Domino ut Luna sunt, sunt quoque tres, superiores, medii et inferiores, quia naturale distinguitur in tres gradus similiter ac spirituale (n. 708).
Talis est differentia ut illi qui sub Domino ut Luna sunt, nihil videre possint in luce illorum qui sub Domino ut Sole sunt, ex causa quia apud illos non est lux genuina sed lux reflexa (n. 708).

Caelum ex innumeris societatibus consistit (n. 1092). (*Videatur* ***Societas.***)
Quam necessarium homini est scire quid apud illum aperit caelum, et illum introducit in societates ejus; tum quid apud illum aperit infernum, et introducit illum in societates ejus (n. 1094, 1096, 1097).

Divinum Bonum unitum Divino Vero procedens a Domino in tertio seu intimo caelo recipitur ut Divina Providentia, in secundo seu medio caelo ut Divina Sapientia, et in primo seu ultimo caelo ut Divina Intelligentia (n. 458[a]).

Quoniam Divinum Humanum Domini facit caelum, ideo caelum in toto complexu refert unum Hominem (n. 69, 65); quare etiam caelum

angelicum vocatur Maximus Homo (n. 391[*c*]): supremum seu tertium caelum refert caput, medium seu secundum refert corpus, ac ultimum seu primum refert pedes (n. 212, 708): ecclesia autem in terris correspondet plantis pedum (n. 606).

Caeli spirituales correspondent oculis (n. 831).

Caeli spirituales constituunt regium Domini; at caeli superiores, ubi sunt angeli caelestes, constituunt sacerdotium Domini (n. 831).

In caelo omnia sunt repraesentativa, quae coram oculis apparent; repraesentant enim sub apparentia naturali spiritualia quae angeli cogitant et quibus afficiuntur; ita sistuntur cogitationes et affectiones illorum coram oculis in formis quales sunt in mundo, seu in formis naturalium similibus, et hoc ex correspondentia quae a Domino facta est inter spiritualia et naturalia (n. 482). (*Vide* ***Apparentiae.***)

Quantum homini aperitur caelum, tantum ei clauditur infernum (n. 1094).

Sciendum est quod "prius caelum quod transivit" (*Apoc.* xxi. 1) constiterit ex illis qui in externo cultu absque interno fuerunt, et qui inde moralem vitam externam egerunt tametsi mere naturales et non spirituales essent. Illi qui hoc caelum ante ultimum judicium constituerunt, visi sunt supra terram, etiam super montibus, collibus et petris in mundo spirituali, et inde crediderunt se esse in caelo. Sed illi qui hoc caelum constituerunt, dejecti sunt: et cum illi dejecti, tunc elevati sunt et translati in eadem loca omnes illi qui reservati sunt a Domino, et absconditi hic et illic, plerique in inferiore terra, et ex his formatum est novum caelum (n. 391[*a*], 392[*a*], 394).

(*Dicta Scripturae Sacrae, maxima in parte explicata, videantur*, n. 36, 63, 175[*b*], 193[*a*], 223[*a*], 254, 260½, 273, 275[*a*], 280[*b*], 282, 283[*b*], 288[*b*], 294[*b*], 304[*a,b,f*], 316[*c*], 324[*e*], 326[*c*], 329[*d*], 342[*c*], 357[*d*], 365[*e*], 372[*a*], 373, 375[*e*(viii.)], 376[*c*], 388[*c*], 400[*a–c*], 401[*a–d*], 403[*b*], 404, 405[*b,e,f*], 411[*d*], 418[*b*], 426, 433[*e*], 447, 448[*b*], 483[*a*], 487, 503[*b*], 513[*b*], 517, 527, 529, 535, 536, 544, 548, 555[*d*], 573[*b*], 593, 594[*c*], 600[*b*], 601[*a*], 604, 607, 608[*a*], 609, 610, 614, 617[*c*], 629[*b*], 632, 644[*a*], 650[*c,d*], 653[*b*], 659[*e*], 668, 670, 678, 682, 683, 684[*c*], 687[*b*], 695[*c*], 699, 701[*c*], 706[*b*], 713, 720, 734[*a*], 736, 740[*b*], 741[*c,d*], 744, 746[*e*], 751, 768[*b,d*], 799[*b*], 800, 806, 825, 850[*d*], 854, 869, 870, 876, 897, 899[*b*], 906, 911[*a*], 914, 926, 948, 991, 1013, 1026, 1029[*b*], 1044, 1057, 1092, 1100[*d*], 1106, 1111, 1179, 1193, 1196.)

Cælum.—Per "cælum," "malleum," "securim" et "ferrum" (*Exod.* xx. 22 [*B. A.* 25]; 1 *Reg.* vi. 7; *Jos.* viii. 30, 31), significatur verum in suo ultimo, et hoc ex proprio hominis praecipue falsificatur (n. 585[*b*], 391[*f*]).

Caenum. }—(*Vide* ***Lutum, et Stercus.***)
Caenosa. } Per "caenum et lutum" (*Esai.* lvii. 20) significantur mala vitae et falsa doctrinae (n. 275[*b*]).

Per "caenum platearum" (*Sach.* x. 5) significantur falsa doctrinae (n. 355[*f*], 734[*d*]): per "caenum platearum" (*Ps.* xviii. 43 [*B. A.* 42]), significatur falsum amoris mali (n. 652[*d*]).

Per "caenum luti" (*Ps.* xl. 3 [*B. A.* 2]) significatur malum vitae (n. 666).

Per "intrare in caenum et calcare lutum" (*Nahum* iii. 14) significatur confirmare falsa per figmenta et fallacias (n. 177); tum facere ut appareant cohaerere (n. 540[*b*]).

Per "caenosa" (*Ezech.* xlvii. 11) intelliguntur illi qui non reformari possunt quia in falsis mali sunt (n. 513[*a*]).

Caeruleum.—(*Videatur* ***Hyacinthinum.***)

Caesurae.—(*Videatur* ***Incisio.***)

Cainus.—Per "Cainum" significantur cognitiones veri et boni separatae a vita secundum illas, ita ab amore caelesti; et per "Abelem" significatur amor caelestis: seu quod idem, per "Cainum" significatur verum separatum a bono, et per "Abelem" bonum conjunctum vero. Et quia verum est primum ecclesiae, (nam omnis ecclesia formatur per vera, a veris enim, seu a cognitionibus veri et boni, incohat omnis ecclesia,) ideo fuit Cainus primogenitus. Separatio veri a bono significatur per "necem Abelis a Caino." At quia vera sunt prima ecclesiae, nam vera docebunt vitam, ideo positum est signum in Caino, ne quis illum occideret (n. 817[*b*], 329[*g*], 427[*a*]).

Calamus.—(*Vide* ***Arundo, Canna, Juncus, Ulva.***)

Divinum Verum in ultimo gradu seu in ultimo ordinis, quale est Divinum Verum in sensu litterae Verbi pro infantibus et pro maxime simplicibus, est quod per "calamum" seu "cannam" significatur (n. 627[*a*]).

Quia explorationes apud omnes fiunt per Divinum Verum ultimum, ideo mensurationes et ponderationes in ecclesiis repraesentativis fiebant per calamos seu cannas, per quas id Divinum Verum significatur (n. 627[*a*]).

Per "calamum mensurae" inde significatur modus explorandi qualitatem (n. 627[*a*]).

"Calamus" etiam significat visitationem, visitatio enim est exploratio hominum ecclesiae quales sunt, et visitatio praecedit ultimum judicium (n. 627[*a*]).

"Calamus" etiam significat verum sensuale, quod est ultimum, quale datur apud naturales homines, etiam malos (n. 627[*b*]).

Quod cavendum sit a scientifico falso, hoc est a scientifico false applicato e naturali homine separato a spirituali, intelligitur (*Ps.* lxviii. 31 [*B. A.* 30 *in margine*]) per "Increpa feram calami," "cannae," seu "arundinis" (n. 627[*c*]).

Quod dederint calamum in manum Domini, et dein illo percusserint caput Ipsius, significabat quod falsificaverint Divinum Verum seu Verbum, et quod prorsus illuserint intellectum veri, ac Divinam Sapientiam (n. 627[*c*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 518[*d*], 627, 654[*h,i*], 655[*b*], 714[*c*], 727[*b*].)

Calcaneum. } ***Calcaneus.*** }—(*Videatur* ***Calceus.***)

Per "calcaneum" Domini (*Gen.* iii. 15) significatur Divinum Verum in ultimis, quod apud nos est sensus litterae Verbi; hunc sensuale hominis pervertit et falsificat, et sic laedit (n. 739[*b*]).

Per "calcaneum" significatur ultimum naturale, seu naturale corporeum (n. 355[*b*], 710[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 355[*b*], 581[*b*], 617[*c*], 710[*b*], 739[*b*], 768[*b*].)

Calcare. } ***Calcatio.*** } ***Calcator.*** }—(*Vide* ***Conculcare, Conculcatio.***)

Prostratio infernorum ac falsorum inde ex propria potentia Domini, significatur (*Esai.* lxiii. 3) per "Torcular calcavi solus, et de populis non vir Mecum;" dejectio illorum in inferna qui in diris malis et inde falsis fuerunt, significatur per "Calcavi eos in ira mea, et conculcavi eos in excandescentia mea" (n. 922[*b*]).

"Super leonem et aspidem calcabis" (*Ps.* xci. 13), significat non modo destruere mala et falsa, sed etiam non noceri ab illis (n. 632; *conf.* n. 714[*c*]).

"Attinget arans metentem, et calcans uvas distrahentem semen" (*Amos* ix. 13), significat quod qui recipit bonum et verum etiam usum seu fructum facturus sit, ita quod simul erunt apud hominem ecclesiae (n. 376[*b*]).

"Non veniet eo timor senticeti et vepreti, sed erit missio bovis et calcatio ovis," seu eo mittentur boves et ibi calcabunt oves, (*Esai.* vii. 25,) significat quod, apud illos qui ex amore boni faciunt bona, non falsum et malum, sed bonum tam naturale quam spirituale (n. 304[*c*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 195[*c*], 304[*c*], 355[*a*], 359, 376[*b,c*], 405[*h*], 540[*b*], 581[*a*], 632, 714[*c*], 863[*a*], 922.)

Calceare. } —Per "calceum" significatur ultimum naturalis, quod est sen-
Calceus. } suale (n. 438, 70).
Discalceatus. } Per "calceos super pede" (*Luc.* xv. 22) significatur conjunctio veri et boni in externo seu naturali homine (n. 279[*a*]).

"Ascher, ferrum et aes calceus ejus" (*Deutr.* xxxiii. 25), significat quod ultimum Verbi sit verum et bonum naturale (n. 438, 70).

Per "Vestivi te acupicto, et calceavi te taxo" (*Ezech.* xvi. 10), significatur instruere cognitionibus veri et boni ex Verbi sensu litterae seu ultimo (n. 375[*e*(viii.)]).

Per "exuere calceum desuper pede," seu discalceare plantas pedis (*Esai.* xx. 2, 3,), significatur revelare foeda naturae (n. 240[*b*]): quod Esaias jussus sit ire "nudus et discalceatus tres annos, in signum et prodigium," repraesentabat per id quod non amplius essent aliqua vera in ecclesia (n. 805[*d*]); seu quod esset absque vero et bono (n. 532, 655[*b*]).

Calculus.—(*Vide* ***Lapis, Saxum.***)

"Calculus albus" (*Apoc.* ii. 17), cum a Domino, significat quod sit receptio ab Ipso et influxus; et quia est receptio et influxus a Domino, est quoque sapientia et intelligentia ab Ipso (n. 147).

Caleb.—Per Calebum repraesentati sunt qui intromittendi sunt in ecclesiam; inde per "semen ejus" (*Num.* xiv. 24) significatur verum doctrinae ecclesiae (n. 768[*e*]).

Calefieri.—"Pro argento bibere, et pro pretio ligna comparare et calefieri" (*Thren.* v. 4), significat a nobis ipsis (n. 654[*j*]).

Calidus.—(*Videatur* ***Calor.***)

Per "quod nec frigidus sis nec calidus" (*Apoc.* iii. 15), significatur quod nec sit in amore infernali nec in amore spirituali, sed inter utrumque (n. 231).

Profanatorum sors in altera vita omnium pessima est: qui "frigidus" est, hoc est, absque fide, non profanat; nec qui "calidus," hoc est, cui sola charitas; inde nunc est quod dicatur, "Utinam frigidus esses aut calidus" (n. 232; *conf.* n. 189).

Caligae lini.—Per "linum mundum" significatur genuinum verum; itaque Aharoni et filiis ejus fuerunt vestes ex lino (*Levit.* xvi. 4; *Ezech.* xliv. 18), in quibus ministrabant (n. 951).

Caligo.—(*Vide* ***Tenebrae.***)

"Caligo" est densum falsum (n. 386[*c*]); etiam ignorantia mentis naturalis (n. 386[*d*]).

Per "caliginem tenebrarum," quae fuit in omni terra Aegypti tres dies (*Exod.* x. 21–23), significatur falsum mali (n. 526[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae plura videantur explicata*, n. 239[*b*], 372[*b*], 746[*c*], 750[*e*].)

Calix.—(*Videatur* ***Poculum.***)

"Vasa" similia significant cum contentis; sicut "calices," "scyphi," "pocula," cum vino aut alio liquore in illis (n. 960[*a*]).

Per "calicem vini" (*Jerem.* xxv. 15) significatur falsum quod ab inferno (n. 960[*a*]).

Per "calicem" seu poculum "irae Dei" (*Apoc.* xiv. 10) significatur falsum mali (n. 376[*g*]).

"Faeces calicis" (*Esai.* li. 17) sunt mere falsa ex quibus mala (n. 724[*d*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 406[*d*], 960[*b*].)

Calor.—(*Vide* ***Lux, Aestus.***)

Sunt binae causae mediae in Natura per quas fit omnis effectus, seu productio et formatio ibi; causae mediae sunt lux et calor; lux modificat substantias, et calor actuat illas; utrumque est a praesentia solis in illis. Praesentia solis quae apparet ut lux, facit activitatem virium aut substantiarum cujusvis individui secundum formam, in qua est ex creatione; hoc modificatio est. Praesentia autem solis quae percipitur ut calor, expandit individua, ac producit vim agendi et efficiendi secundum formam illorum, actuando conatum, in quo sunt ex creatione: conatus, qui per calorem fit vis agens in formis etiam minimis Naturae, est ex spirituali agente in illis et in illas (n. 1206).

In sole est purus ignis; hic ignis extra solem est calor, decrescens secundum distantiam ab illo; et lux est modificatio seu interior actio ejus in substantiis quae extra solem sunt, etiam ab igne ejus (n. 942).

Aetheres et aeres volumatim actae dant calorem, at singillatim modificatae dant lucem; per haec exercet sol omnem suam potentiam, et producit omnem suum effectum extra se, ita per aetheres et per aeres medio calore et simul media luce (n. 726[ii.]).

Ipsa lux et ipse calor non sunt materiales, sed usque afficiunt substantias materiales, lux modificando illas, et calor mutando status illarum; lux autem et calor ex sole mundi sunt naturales, quia sol ille est ignis, et non amor (n. 1131).

Ex Divino Amore Domini, qui apparet in caelo angelico ut Sol, procedit lux et procedit calor: lux est vita Divinae Sapientiae Ipsius, et calor est vita Divini Amoris Ipsius (n. 1134).

Spiritualis hic calor qui est amor, et spiritualis illa lux quae est sapientia, non aliter influunt in subjecta recipientia vitae quam influunt naturalis calor et naturalis lux e sole mundi in subjecta non recipientia vitae (n. 1134): aurae et atmosphaerae, quae spirituales sunt quia ex Domino ut Sole exstiterunt, communiter actae sistunt calorem, et singillatim modificatae sistunt lucem: ille calor qui in sua essentia est amor, et illa lux quae in sua essentia est sapientia, in specie vocantur Divinum Verum; ac illa simul cum auris vocantur Divinum procedens (n. 726[ii.]).

Hic calor est bonum amoris, et haec lux est verum ex illo bono; et illa duo faciunt apud angelos et apud homines sapientiam et intelligentiam (n. 709).

Quando Divinum Verum e caelo in aliquod infernum defluxit, vertebatur in via successive in falsum mali; prorsus sicut calor solis dum cadit in stercorea, et lux solis in subjecta quae radios ejus vertunt in tetros colores; aut sicut lux et calor solis in terris putidis paludinosis producit herbas noxias quae nutriunt serpentes, at in terris bonis producit arbores et gramina quae nutriunt homines et utiles bestias (n. 503[*b*]).

Calumniari.—(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 746[*c*], 778[*c*].)

Calvities. } ***Calvitium.*** } ***Calvus.*** }—Nisi sint ultima intelligentiae, quae significantur per "capillos capitis," perit intelligentia. Inde est quod in Ecclesia Judaica nefarium fuerit abradere capillos capitis et inducere calvitiem; quare etiam qui absque intelligentia sunt, apparent in mundo spirituali calvi. Ex his constare potest quid significatur per "caput calvum," seu per "calvitiem;" nempe, quod non intelligentia (n. 577[*a*,*b*]; *conf.* n. 66).

"Calvities super capite" (*Amos* viii. 10) significat luctum ob deperditum intellectum veri (n. 637[*b*]).

Quod pueri maledicti sint ab Elisaeo, et ideo a binis ursis discerpti, quia vocarunt illum "calvum" (2 *Reg.* ii. 23, 24), causa (n. 66, 781[*c*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 569[*c*], 637[*b*], 724[*c*].)

Calx.—"Lapides calcis dispersi" (*Esai.* xxvii. 9) sunt falsa non cohaerentia (n. 391[*d*]).

Camelus.—"Cameli" sunt scientifica confirmantia (n. 417[*b*]); sunt quae naturalis hominis (n. 654[*g*]); tum cognitiones veri (n. 799[*b*]).

Per "turmam camelorum" (*Esai.* lx. 6) intelliguntur omnes qui in cognitionibus veri et boni sunt (n. 242[*d*]).

Per "pilos cameli," quibus Johannes Baptista induebatur, significantur ultima naturalis hominis qualia sunt exteriora Verbi (n. 619[*c*]); quod Johannes ita indutus fuerit, erat quia repraesentabat Verbum (n. 543[*d*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 324[*c*], 584, 650[*a,e*].)

Cameratae rhedae.—Per "rhedas cameratas" (*Esai.* lxvi. 20) significantur cognitiones veri (n. 355[*c*]); tum doctrinalia boni (n. 1155).

Caminus.—(*Videantur* ***Clibanus, Fornax, Furnus.***)

Dicitur de pedibus Domini, "tanquam in camino igniti" (*Apoc.* i. 15), ut exprimatur Divinus Amor in maximo gradu (n. 69).

Infernum vocatur "caminus ignis" (*Matth.* xiii. 42), quia apparet ignitum ex amoribus sui et mundi (n. 540[*a*]); "in caminum ignis" significat in infernum, ubi sunt qui in amore sui, odiis, et vindictis (n. 911[*a*]).

Cana Galilaeae.—(*Videatur* ***Kana.***)

Canaan.—Omnes tractus cum urbibus in illis in terra Canaane fuerunt repraesentativi. Hi respective ad plagas correspondebant regionibus in mundo spirituali et urbibus regionum ibi; sed cum differentia quod homines in terris, quoad bonum amoris et quoad lucem veri, in plagis suis non ita ordinari possint sicut spiritus et angeli in mundo spirituali; quare in terra Canaane ac in urbibus ejus ipsa loca repraesentabant, et non personae (n. 700[*f*]).

Per "terram Canaanem" in spirituali sensu intelligitur ecclesia (n. 304[*g*]), 374[*c*], 403[*b,c*], 430[*b*], 433[*e*], 475[*b*], 514[*b*], 518[*b,c*], 569[*b*], 619[*a*], 638[*b*], 644[*b*], 650[*f*], 701[*d*], 730[*d*]); per "terram Canaanem" autem non modo significatur ecclesia, sed etiam caelum (n. 141[*b*], 433[*d*], 503[*b*], 659[*d*], 730[*d*]); tum quoque mens spiritualis quae apud hominem ecclesiae (n. 569[*b*]).

Erant tres fluvii, qui erant termini terrae Canaanis, praeter mare; nempe, fluvius Aegypti, fluvius Euphrates, et fluvius Jordanes (significatio horum, n. 569[*a*]; *conf.* n. 518[*b,c*]).

Terra Canaan repraesentabat et inde significat in Verbo ecclesiam; ac regio ejus trans Jordanem ecclesiam externam, et regio ejus cis Jordanem ecclesiam internam, et Jordanes fluvius limitem inter illas (n. 434[*c*]; *conf.* n. 700[*c*]).

Quia terra Canaan significabat ecclesiam, quoniam ibi erat ecclesia, et quia ecclesia quae ibi erat ecclesia repraesentativa, ideo omnia quae ibi repraesentabant (n. 304[*g*]; *conf.* n. 644[*b*]); et hoc ab antiquissimis temporibus (n. 700[*d*]).

Filii Israelis erant naturales, et aegre fieri potuerunt spirituales, at usque repraesentare debuerunt illa quae spiritualis ecclesiae sunt; inde est quod perducti sint in Aegyptum et postea in desertum et demum in terram Canaanem, per quae repraesentabatur ortus, progressus et demum instauratio ecclesiae apud hominem (n. 654[*k*]): per pugnam Jacobi cum angelo, (de qua, *Gen.* xxxii. 25–32,) describitur contumacia illorum qua institerunt quod terram Canaanem possiderent, per quod intelligitur ut ecclesia apud illos institueretur (n. 710[*b*]).

"Labium Canaanis" (*Esai.* xix. 18) significat genuina vera ecclesiae (n. 223[*c*]; *conf.* n. 374[*c*], 548, 654[*b*]).

Cum terra Canaan possessa fuit a gentibus idololatris, significatio locorum et urbium in illa terra mutata est in contrarium (n. 700[*d*]).

Per "gentes in terra Canaane" significantur falsa ex cupiditate mali et ex ratiociniis (n. 650[g]).
Per "reges Canaanis" (*Judic.* v. 19) significantur falsa mali (n. 447).

Cananaeus.—"Expellere Chivaeum, Cananaeum et Chittaeum" (*Exod.* xxiii. 28), significat fugam falsorum quae ex malis (n. 650[f]; *conf.* n. 815[b]).

Candela.—(*Vide* ***Lampas, Lucerna.***)
Per "candelas," quae erunt lucentes (*Luc.* xii. 35), significantur vera fidei ex bono amoris (n. 252[a]).
Per "accendere candelam" (*Luc.* xv. 8) significatur inquisitio in se ex affectione (n. 675[b]).

Candelabrum.—Per "lucernam" seu "candelabrum" significatur caelum, et ecclesia (n. 1188). (*Videatur* ***Lucerna.***)
Per "candelabrum" in lato sensu significatur regnum spirituale Domini, et inde ecclesia spiritualis; et quia principale illius ecclesiae est verum doctrinae et verum fidei, ideo etiam haec per "candelabra" significantur (n. 638[a]).
Per "ignem altaris" significabatur Divinus amor caelestis, et per "ignem candelabri," qui erat flamma, significabatur Divinus Amor spiritualis (n. 504[a]).
"Septem candelabra aurea" (*Apoc.* i. 12) significant novum caelum et novam ecclesiam (n. 62, 63, 89, 91, 96, 97, 106).
In caelo spirituali apparent candelabra in multa magnificentia, per quae repraesentatur eorum caelum (n. 62).
(*Videantur etiam articuli*, n. 242[e], 324[b], 375[e(viii.)], 639.)

Candor. } —(*Vide* ***Albedo, Albus.***)
Candidus. } Quod "albedo" et "candor" significet verum, ex transparentia lucis (n. 67).
"Albedo" et "candor" significant Divinum Verum in sua luce (n. 196).
Per Naziraeos repraesentabatur Dominus quoad Divinum Humanum; quare per illos in sensu respectivo significabatur bonum amoris caelestis: verum illius boni significatur (*Thren.* iv. 7) per "Albi erant prae nive, et candidi prae lacte" (n. 364[b]).
Per "album" et "candidum" significatur purum (n. 66).
"Album" praedicatur de vero, et "candidum" de bono veri (n. 372[b]).

Canere. }
Cantare. }
Canticum. } —Varia genera affectionum, ex quibus confessio et glorificatio Domini, exprimuntur per varia genera sonorum et instrumentorum; omnis enim affectio, quia est amoris, cum cadit in sonum, sonat sibi convenienter (n. 323[b]).
Cantus. }
Per "cantum" (*Esai.* xxiv. 8) significatur testificatio laetitiae ex affectione veri (n. 323[b]).
Per "cantare" (*Ps.* lvii. 8 [*B. A.* 7]) exprimuntur confessio et glorificatio ex bono veri, seu ex bono spirituali (n. 323[b]).
Per "canticum" significatur agnitio et confessio ex gaudio cordis (n. 326[a]).
Per "canticum novum" significatur agnitio et confessio quod Domino quoad Divinum Humanum sit omnis potestas in caelis et in terris (n. 326[a], 854, 857, 859).
"Canebant canticum Mosis servi Dei, et canticum Agni" (*Apoc.* xv. 3), significat agnitionem et confessionem praeceptorum quae in Verbo utriusque Testamenti, tum agnitionem et confessionem Divini Domini in Humano Ipsius (n. 936).
In Cantico Deborae et Barachi agitur de desolatione veri in ecclesia, et postea de restitutione ejus (n. 652[b]; *videantur etiam articuli*, n. 355[f], 422[d], 434[c], 439, 447).
Psalmorum quidam enumerantur qui Cantica appellantur (n. 326[a]).
(*Dicta Scripturae Sacrae in quibus "canere," videantur*, n. 323[b], 326[a,b], 374[b], 502[b], 857, 936; *in quibus "cantare,"* n. 304[d,f], 323[b], 326[b],

340[*a*], 405[*b*], 406[*b*], 455[*b*], 612, 721[*a*], 730[*c*], 850[*d*], 863[*b*]; *in quibus* "*canticum*," n. 323[*b*], 326[*b,c*], 340[*a*], 406[*b*], 857, 859, 936; *in quibus* "*cantus*," n. 323[*b,c*], 326[*b*], 328[*c*], 405]*b*], 448[*c*], 750[*c*], 850[*b*].)

Canis.—Per illos "qui lingua lamberunt aquas in manu sicut canis" (*Judic.* vii. 5), intelliguntur qui appetunt vera, ita qui ex aliqua affectione naturali affectant scire vera; per "canem" enim significatur appetitus et cupido (n. 455[*b*]).

Ubi dicitur "Non detis quod sanctum est canibus" (*Matth.* vii. 6), per "canes" significantur concupiscentiae et appetitus (n. 1044).

Qui nihil curant nisi mundana et terrestria, per quod clauditur internus spiritualis homo, illi ex non perceptione boni et non intellectu veri dicuntur (*Esai.* lvi. 11) "canes obfirmati anima, qui non sciunt satietatem" (n. 376[*f*]).

Canities.—(*Videatur Esai.* xlvi. 3, 4, n. 710[*a*].)

Canna.—(*Vide* ***Arundo, Juncus, Ulva.***)

Quod fuerit "calamus" per quem mensuratio fieret (*Apoc.* xi. 1), est quia per "calamum," seu "cannam," significatur Divinum Verum in ultimo ordinis (n. 627[*a*]).

Quod cavendum sit a scientifico falso, hoc est, a scientifico false applicato e naturali homine separato a spirituali, intelligitur (*Ps.* lxviii. 31 [*B. A.* 30]) per "Increpa feram calami," seu "cannae" (n. 627[*b*]).

Cantare.—(*Videatur* ***Canere.***)

Capernaum.—"Capernaum" significat illos qui instruuntur a Domino de veris et bonis ecclesiae, et tamen rejiciunt illa et negant illa (n. 653[*b*]).

Caphtor.—Simile quod per "residuum auxiliantem" (*Jerem.* xlvii. 4) etiam per "reliquias insulae Caphtor" significatur (n. 406[*d*]).

Capillus.—(*Videantur* ***Coma, Crinis, Pilus.***)

Quod "capilli" cum de Domino, sint Divinum in ultimis, est quia capilli sunt ultima, illi enim crescunt ex ultimis apud hominem, et in illos desinunt prima (n. 66).

Capilli capitis et barbae, quia ultima hominis sunt, correspondent ultimis veri et boni (n. 419[*e*]).

Per "capillos" significantur illa quae naturalis hominis sunt, et in specie vera scientifica ibi (n. 555[*a*]).

Quod "capilli" significent illa quae naturalis hominis sunt, est quia "caput" significat illa quae spiritualis hominis sunt, ac omnia naturalis hominis investiunt omnia spiritualis hominis sicut capilli caput (n. 555[*a*]).

"Capilli capitis" quos mulier captiva tondebit (*Deutr.* xxi. 12) significant falsa et mala naturalis hominis (n. 555[*c*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 577[*b*], 815[*b*].)

Capitalia. }
Subcapitalia. }—(*Videatur Gen.* xxviii. 11, n. 375[*e*(i.)].)

Capra.—Per "hircum caprarum" (*Dan.* viii. 5, 8) intelligitur fides separata a charitate, quae sola fides vocatur (n. 412[*f*]); proinde intelliguntur qui putant se salvari per quod sciant doctrinalia et vera Verbi, et non cogitant de aliqua vita secundum illa (n. 418[*b*]).

Captivari.—Quod "captivabuntur inter omnes gentes" (*Luc.* xxi. 24), significat quod mala depraedatura bona et vera ecclesiae (n. 632).

(*Videatur etiam* n. 811[*c,d*].)

Captivitas.—Captivitas spiritualis est quando mens occluditur ne percipiat bonum et intelligat verum; liberatio ab illa est quando mens aperitur (n. 355[*g*]).

"Captivitas" est remotio ab affectione veri spirituali et ab intelligentia (n. 270); est seclusio a Divinis veris, nempe ab intellectu illorum in Verbo; tum quoque destructio per falsa mali et mala falsi (n. 811[*a,b*]).

"Captivitas" quam Dominus dimittet (*Esai.* xlv. 13), significat falsa ignorantiae in quibus gentes (n. 706[*d*]): haec captivitas spiritualis est apud illos qui remoti a bonis et veris sunt, et usque in desiderio illorum (n. 376[*b*]).

(*Dicta Sacrae Scripturae videantur explicata*, n. 270, 376[*b*], 405[*c*], 406[*b*], 555[*c*], 706[*c*], 724[*c*], 799[*b*], 810, 811[*a–d*], 850[*b*].)

Captivus.—Pluribus in locis in Verbo dicitur quod "captivi reducendi sint;" et per "captivos" intelliguntur gentes, qui "captivi" dicuntur quia seclusi a veris (n. 811[*c*]).

Per "mulierem captivam, pulchram forma" (*Deutr.* xxi. 11), significatur religiosum apud gentes quibus est desiderium seu affectio veri (n. 555[*c*]).

Captura.—Per "Num sumetur a forti captura, aut num captivitas justi eripietur?" (*Esai.* xlix. 24,) significatur quod seclusi fuerint a veris per illos qui acriter confirmarunt falsa, et quod usque liberati sint a Domino (n. 811[*c*]).

Captus.—Per "vinctos et oculis captum" (*Esai.* lxi. 1) significatur quibus negatum videre vera (n. 811[*c*]).

Caput.—(*Vide* ***Cerebrum, Cerebellum.***)

Quod "caput" cum de Domino sit Divinum in primis, est quia caput est supremum hominis, et in eo sunt prima ejus quae vocantur principia, ex quibus derivantur illa quae fiunt in corpore (n. 66).

Per "percutere calamo caput Domini" significatur rejicere et illudere intellectum veri et Divinam Sapientiam; "caput Domini" illam significat (n. 627[*c*]).

Quod "caput" significet sapientiam, intelligentiam et scientiam veritatum, et in opposito sensu stultitiam, insaniam et scientiam falsitatum, est quia illa resident in capite, et sunt ibi in suis principiis (n. 775); intellectus enim et voluntas hominis in interioribus capitis ejus resident; et inde in capitis anteriore parte, quae est facies, sunt sensus visus, auditus, odoratus et gustus, in quos influit intellectus et voluntas ab interiori, ac vivificat illos, et quoque facit ut gaudeant suis sensationibus; inde est quod per "caput" in Verbo significetur intelligentia (n. 577[*a*]).

Per "caput," quia supremum et primarium est in homine, etiam plura significantur; sicut cacumina montis, fastigium, primarium, principium viae, plateae, mensis, et similia (n. 577[*b*]).

Per "caput" significatur intimum (n. 375[*e*(viii.)]).

Caput correspondet caelo intimo seu tertio (n. 600[*a*], 606).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 66, 272, 326[*b*], 329[*e*], 355[*g*], 375[*e*(viii.)], 376[*f*], 386[*c*], 401[*g*], 403[*c*], 405[*b*], 411[*b*], 430[*b*], 448[*b*], 483[*b*], 538[*b*], 553, 555[*a,c*], 559, 577[*a,b*], 581[*a*], 582, 595, 627[*c*], 650[*d*], 687[*c*], 695[*d*], 700[*e*], 709, 712, 714[*b*], 715, 717[*a*], 739[*b*], 768[*b*], 775, 778[*a*], 785, 815[*b*], 817[*d*], 850[*b*], 863[*a*], 907, 911[*b*], 1029[*b*], 1040, 1062, 1175.)

Carbo.—"Ignis carbonis" est malum amoris proprii (n. 386[*b*]).

"Fabricare ferrum forcipe et operari carbone" (*Esai.* xliv. 12), significat excudere falsa faventia amoribus propriis (n. 587[*b*]).

Carbunculus.—"Lapides carbunculi" (*Esai.* liv. 12) significant verorum doctrinae splendorem ex bono (n. 401[*e*]).

Carcer.—Quod gentes ex ignorantia et ex falsis educendi sint, significatur (*Esai.* xlii. 7) per quod "carcere educet vinctum" (n. 239[*b*]).

Per "carcerem" (*Matth.* v. 25) intelligitur infernum (n. 1015; *conf.* n. 750[*d*]).

Carduus.—Quod falsum deperdet omne verum, significatur (*Hos.* ix. 6) per "desiderabile argenti carduus possidebit" (n. 799[*b*]).

Carere.—Status Domini humiliationis describitur (*Ps.* viii. 6) per "Carere Ipsum fecisti paululum prae angelis" (n. 288[*b*]).

Carmelus. } —(*Videatur* ***Scharon.***)
Carmel. } Per "Carmelem" (*Jerem.* iv. 26) significatur ecclesia spiritualis quae in veris ex bono est (n. 730[*b*], 223[*b*]): per quod "Carmel desertum," significatur ecclesia absque bono et vero (n. 1100[*c*]).

Quod "vertex Carmelis" (*Amos* i. 2) significat vera ecclesiae, est quia in Carmele erant vineae, et "vinum" significat verum ecclesiae (n. 601[*b*]).

Bonum ecclesiae intelligitur (*Esai.* xvi. 10) per "Carmel," et vera inde per "vineas" (n. 376[*c*]).

"Gloria Libani" (*Esai.* xxxv. 2) significat Divinum Verum, et "honor Carmeli et Scharonis" significat Divinum Bonum, quae recipiuntur (n. 288[*b*]).

Per "Libanum" (*Esai.* xxxiii. 9) significatur ecclesia quoad rationalem intellectum boni et veri; per "Scharonem," "Baschanem" et "Carmelem," illa quoad cognitiones boni et veri ex Verbi sensu naturali (n. 730[*b*]).

Per "gloriam silvae et Carmelum" (*Esai.* x. 18) significatur ecclesiae verum ac bonum veri (n. 750[*e*]).

Quod jucundum amoris spiritualis et caelestis, quod est ipsum gaudium cordis, periturum sit, significatur (*Jerem.* xlviii. 33) per quod "laetitia et gaudium ex Carmele colligentur" (n. 919).

Caro.—"Caro," in supremo sensu, significat Divinum Humanum Domini, in specie Divinum Bonum Divini Amoris procedens ab Ipso (n. 1082, 30, 329[*a*,*b*,*d*]).

"Caro" Domini (*Joh.* vi. 51) est proprium Divini Humani Ipsius, quod est Divinum Bonum Divini Amoris (n. 1082).

Dominus discipulis aperuit quod glorificaverit seu Divinum fecerit totum suum Humanum, usque ad naturale et sensuale ejus; hoc significatur per "manus et pedes," ac per "carnem et ossa," quae viderent et palparent (n. 619[*b*].

Quoniam per "carnem" et "panem" significatur Divinum Bonum procedens, ideo per "carnem" et "panem" intelligitur Ipse Dominus quoad Divinum Bonum (n. 617[*c*]).

Per "carnem" significatur bonum Verbi et ecclesiae (n. 1082).

Per "omnem carnem" intelligitur omnis homo (n. 1082).

Caro hominis correspondet voluntatis ejus bono aut malo, ac sanguis intellectus ejus vero aut falso (n. 1082).

Per "carnem" quae "desiderat Jehovam" (*Ps.* lxiii. 2 [*B. A.* 1]), et quae "jubilat erga Deum vivum" (*Ps.* lxxxiv. 3 [*B. A.* 2]), significatur homo quoad bonum voluntatis (n. 1082).

"Ex carne" sua videre Deum (*Hiob.* xix. 26), significat ex proprio suo voluntario quod a Domino novum, ita bonum (n. 1082).

Per "carnem" etiam significatur proprium voluntatis quod novum a Domino, ita bonum, ubi dicitur (*Ezech.* xxxvii. 6), "Ascendere faciam super illa carnem" (n. 1082).

"Caro" significat omne bonum amoris et vitae (n. 455[*b*]).

Caro correspondet bono naturalis hominis (n. 619[*b*]).

Per "carnem restitutam" (2 *Reg.* v. 14) significatur vita spiritualis, qualis est illis qui per Divina vera regenerantur (n. 475[*b*].)

"Caro" significat voluntatem ac ejus bonum aut malum (n. 583).

Quod "caro" sit proprium hominis voluntarium, ita malum (n. 295[*d*] 329[*g*], 355[*g*], 654[*g*,*l*], 745, 1082).

"Carnes" (*Apoc.* xvii. 16) sunt mala, quae sunt adulterata bona (n. 1082).

"Qui non ex voluntate carnis" (*Joh.* i. 13) significat qui non in malis ex proprio suo sunt (n. 745).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 30, 151, 295[*d*], 329[*b*,*d*,*g*], 355[*a*,*g*], 386[*b*], 388[*c*,*f*], 391[*d*], 455[*b*], 475[*b*], 507, 555[*c*], 584, 617[*d*], 619[*b*], 650[*e*], 654[*g*,*l*], 659[*e*], 665, 666, 710[*a*,*c*], 722, 725[*a*], 730[*e*], 740[*c*], 745, 746[*c*], 750[*g*], 781[*d*], 802[*b*], 811[*b*], 1082.)

Castigare. } —(*Videatur* ***Arguere.***)
Castigatio. } Tentationes Domini atroces intelliguntur (*Esai.* liii. 5) per quod "confossus ob praevaricationes nostras, et contusus ob iniquitates nostras," et quod "castigatio pacis nostrae super Ipso" (n. 365[*e*]).

Per "arguere et castigare" (*Apoc.* iii. 19), cum de illis qui bonum comparant et per id recipiunt vera, significatur in tentationes admittere (n. 246): tentationes significantur (*Hiob.* v. 17), per "castigavit Deus" (n. 386[*c*]).

Per "castigationem admittere" (*Jerem.* vi. 8) significatur recipere disciplinam (n. 750[*f*]).

Castitas.—Quaenam sunt bona opera castitatis (n. 1002).

Castra. }
Castrametatio. } —Per castra filiorum Israelis repraesentabatur caelum et ecclesia (n. 324[*b*], 922[*a*]).
Castrametari. } Per "extra castra" significabatur infernum (n. 922[*a*]).

Castrametationes filiorum Israelis circum Tentorium conventus repraesentabant et inde significabant ordinationes societatum angelicarum (n. 447, 434[*c*]).

(*Vide etiam* n. 422[*d*], 449[*b*], 730[*d*].)

Casus.—Qui modo una parte mentis recipit Divina vera, et non simul parte altera, ille in tentationibus succumbit et cadit in gravia falsa, quae sunt falsa mali; quare dicitur (*Matth.* vii. 27), "Erat casus ejus magnus" (n. 644[*d*]).

Cataractae.—Per "cataractas" quae ab alto apertae sunt (*Esai.* xxiv. 18) intelligitur inundatio mali et falsi (n. 400[*b*]).

Catena.—Per "vinciri catenis" significatur ligari a falsis ut vera non prodire possint (n. 652[*d*]).

Quomodo conflatur et compingitur doctrina, ut falsa cohaereant et appareant sicut vera, significatur (*Esai.* xl. 19) per "Catenas argenti conflat" (n. 587[*b*]).

(*Videatur etiam articulus*, n. 740[*c*].)

Cathedra.—Per "vendentes et ementes in templo" (*Matth.* xxi. 12) significantur qui sibi quaestum faciunt ex sanctis; per "mensas numulariorum" significantur qui ex sanctis veris, et per "cathedras vendentium columbas" significantur qui ex sanctis bonis (n. 840).

Catulus.—Per "catulum leonis" et per "veterem leonem" (*Gen.* xlix. 9) intelligitur potentia a Domino per Divinum verum quae est illis qui in caelesti regno Domini (n. 278[*b*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 601[*b*], 722, *quibus in locis huic verbo est sensus oppositus.*)

Cauda.—Caudae, quae exporrectae exstant apud animalia terrae, sunt continuationes spinae dorsi, quae medulla spinalis vocatur, et haec est continuatio cerebri: per "cerebrum" significatur intelligentia et sapientia, similiter ac per "caput," ex causa quia intelligentia et sapientia ibi in suis principiis resident; et quia caudae sunt ultima ejus, ideo per illas significantur scientifica sensualia, haec enim sunt ultima intelligentiae et sapientiae (n. 559; *conf.* n. 714[*b*], 718).

Caudae motiones sunt effectus fluentes ex jucundis amorum in quibus est sensualis homo (n. 718).

"Cauda" significat scientifica naturalia, quae inserviunt spiritualibus pro intelligentia (n. 559).

Per "caudas" etiam significantur falsa confirmata per scientifica (n. 559).

(*Videantur etiam articuli*, n. 560, 581[*a*], 712.)

Caverna.—"Cavernae" (*Ezech.* xxxiii. 27) sunt confirmationes ex scientificis (n. 388[*d*]).

Cedrus.—"Cedrus" est intellectuale (n. 388[*c*]); est verum ecclesiae (n. 304[*b*]); est verum ecclesiae spiritualis (n. 372[*b*]); est verum boni spiritualis (n. 458[*b*]).

Per "cedrum magnificam" (*Ezech.* xvii. 23) significatur spiritualis ecclesia (n. 283[*b*]).

Per "cedrum in Libano" significatur rationalis homo, seu rationale hominis (n. 518[*b*], 175[*b*], 388[*f*], 514[*b*], 650[*f*], 664[*f*]); rationale quod ex origine spirituali (n. 654[*b*]): "cedri Libani" sunt rationalia quae ex veris (n. 638[*c*]); sunt vera ecclesiae spiritualis interna, quae ex bono (n. 405[*e*]).

"Cedrus schittae" significet genuinum verum (n. 294[*b*]; *conf.* n. 375[*e*(viii.)]); est verum rationale superius (n. 730[*c*]).

"Cedri Dei" (*Ps.* lxxx. 11) sunt vera spiritualia (n. 405[*c*]).

"Cedrus alta" (*Ezech.* xvii. 23) est ecclesia spiritualis rationalis, qualis erat ecclesia apud antiquos post diluvium (n. 1100[*b*]).

Per "lignum ex cedro" significatur bonum rationale (n. 1145).

Per "cedros Libani," in sensu opposito, significatur fastus interior ex propria intelligentia (n. 410[*b*]).

Per "cedros Libani altas et elatas" (*Esai.* ii. 13) significantur qui ex propria intelligentia se jactant (n. 514[*b*]).

Celare.—Quod omnium iniquitates die judicii retegentur, intelligitur (*Esai.* xxvi. 21) per "Tunc revelabit terra sanguines suos, et non celabit amplius occisos suos" (n. 315[*d*]).

Celer.—"Celer pedibus non eripiet se" (*Amos* ii. 15), significat quod qui scit alacriter et solerter ratiocinari ex doctrina et ex memoria quae naturalis hominis, nihil possit consulere saluti suae et consistere die judicii (n. 357[*c*]).

Cena. }
Cenare. } —Comessationes, convivia, prandia et cenae in Verbo significant
Sancta Cena. } consociationes per amorem, et inde communicationem jucundorum quae amoris (n. 252[*a*].

"Cenare" significat communicare bona caeli (n. 252[*a*]).

Quod caelum et ecclesia assimiletur cenae et nuptiis, est quia caelum est conjunctio angelorum cum Domino per amorem, et consociatio illorum inter se per charitatem, et inde communicatio omnium jucundorum et felicitatum; similiter ecclesia (n. 252[*a*]).

Per "cenam magnam" (*Luc.* xiv. 16) significatur caelum et ecclesia quoad nutritionem spiritualem seu instructionem (n. 548).

Per "cenam magni Dei" (*Apoc.* xix. 17) significatur instructio in veris et inde perceptio boni a Domino (n. 355[*a*]).

Per Cenam Paschalem repraesentabatur glorificatio Humani Domini (n. 314[*c*]).

Quoniam correspondentia est inter spiritualia et naturalia, ac talis correspondentia, ut, cum in cogitatione hominis est panis et vinum, in cogitatione angelorum sit bonum amoris et bonum fidei, et quoniam omnia caeli et ecclesiae se referunt ad bonum amoris et ad bonum fidei, ideo a Domino instituta est Sancta Cena, ut per illam sit conjunctio angelorum caeli cum hominibus ecclesiae (n. 376[*e*]).

In Sancta Cena sunt panis et vinum, loco pecudis paschalis (n. 329[*a*]).

Per "cenam nuptiarum Agni" (*Apoc.* xix. 9) significatur conjunctio cum Domino et inde communicatio cum illis qui ab ecclesia quae per "Novam Hierosolymam" intelligitur (n. 1225).

(*Videantur etiam articuli*, n. 146, 475[*b*], 617[*c*], 695[*b*], 741[*a*], 821[*b*], 1082.)

Census.—Per "dare tributum et censum" (*Matth.* xvii. 24) significabatur subjectus esse et servire (n. 513[*d*]).

Centrum gravium.—Centrum gravium in mundo spirituali determinatur apud hominem ex amore in quo est, deorsum si ei amor infernalis est, et sursum si amor ei caelestis est (n. 159).

Centum.—Simile quod per "decem" etiam significatur per "centum," nempe multum (n. 675[*b*]).

Per numerum "centum quadraginta quatuor" significantur omnia vera et bona in complexu (n. 629[*b*]).

Per "centum quadraginta quatuor millia" significantur omnia vera ex bono quoad sua genera et species in toto complexu (n. 430[*b*], 851, 859).

Per numerum "quatuor millia et quingenta" significantur omnia vera ex bono (n. 438).

"Numerus bestiae, sexcenta sexaginta et sex" (*Apoc.* xiii. 18), significat quod quale ejus sit ex omnibus falsis et inde omnibus malis in complexu (n. 847, 928).

Cepa.—Quod filii Israelis appetiverint naturalia, significatur per quod "concupiscerent piscem in Aegypto, cucumeres, cucurbitas, porros, cepas et allia" (*Num.* xi. 5); haec omnia significant talia quae sunt infimi naturalis, hoc est sensualis corporei hominis (n. 513[*a*]).

Cera.—De malis amorum sui et mundi, quae per "montes" (*Mich.* i. 4) significantur, dicitur quod "liquefacti sint sicut cera coram igne" (n. 405[*h*]).

Cerebrum. }—Corticalis aut cineritia substantia (n. 775).
Cerebellum. } Substantia medullaris (n. 775).

Nervi per quos cerebrum, cerebellum et medulla spinalis formant totum corpus (n. 775).

Quod omnia et singula corporis regantur a cerebris (n. 775).

Quod intellectus et voluntas, quae una voce vocantur mens, proinde etiam intelligentia et sapientia, resideant in cerebris, et quod ibi sint in suis primis (n. 775).

Quod derivationes tales sint ut cerebra sint praesentia ubivis (n. 775).

Cerebellum formatum est ad recipiendum bonum quod voluntatis, ac cerebrum ad recipiendum verum quod intellectus (n. 316[*c*]).

Per "cerebrum" significatur intelligentia et sapientia, similiter ac per "caput" (n. 559, 553).

Cervix.—"Manus tua in cervice hostium tuorum" (*Gen.* xlix. 8), significat quod infernalis et diabolica turba expelletur et detinebitur (n. 433[*a*]).

Quando homo quoad spiritum avertit se a Domino, ex apparentia dicitur quod Dominus "cervice et non faciebus" respiciat illum (n. 412[*e*]).

Qui in malis vixerat, ille post mortem prorsus avertit faciem a Domino; hoc itaque intelligitur (*Jerem.* xxxii. 33) per quod "obverterint Ipsi cervicem et non faciem" (n. 412[*e*]).

Cervus. }—Per "claudum" (*Esai.* xxxv. 6) significantur qui in bono sunt sed
Cerva. } non genuino, quia in ignorantia veri per quod bonum; quod "saliet sicut cervus" significat quod ei gaudium ex perceptione veri (n. 455[*b*]).

"Cerva demissa" (*Gen.* xlix. 21) significat liberum affectionis naturalis (n. 439.)

(*Videatur etiam* n. 714[*d*].)

Cessare.—(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 304[*g*], 323[*b*], 326[*b*], 388[*b*], 412[*f*], 475[*b*], 540[*a*], 650[*f*], 652[*b*], 684[*e*], 701[*c*], 706[*d*], 768[*d*], 866.)

Cetus.—Per "cetos" significantur scientifica in communi (n. 275[*a*], 513[*a*]).

Per "cetum magnum" (*Ezech.* xxix. 3) significatur scientificum naturalis hominis in communi, hic scientificum falsum (n. 654[*i*]).

Quibusdam in locis "dracones" eadem voce Hebraica nominantur qua "serpentes" in genere, et quoque eadem voce nominantur "ceti in

mari," per quos etiam simile significatur, nempe naturale hominis in communi, quod est sensuale (n. 714[*d*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 538[*b*], 622[*a*], 706[*b*].)

Chaj. } —In lingua Hebraea *chajah* significat vitam: fera in lingua illa vocatur
Chajah. } *chajah;* uxor Adami vocatur *Chavah*, ex eadem voce: "quatuor animalia," quae fuerunt cherubi, dicuntur *chajah* in plurali (n. 388[*e*]).

Chalcolibanum.—(*Videatur* **Aes.**)

Chaldaea. } —Per "Chaldaeam" intelligitur ecclesia in qua omnia vera fidei de-
Chaldaei. } structa et demum profanata sunt (n. 1029[*e*]; per "terram Chaldaeorum, profanatio et destructio veri (n. 304[*d*]); "terra negotiationis Chaldaea" est profanatio veri (n. 141[*b*]); per "filiam Chaldaeorum" significatur falsificatio veri (n. 526[*b*]).

Per "Chaldaeos" intelliguntur qui per falsa destruunt vera (n. 514[*c*]).

Per "Chaldaeos" significantur vera Verbi profanata quia applicata amoribus sui et mundi (n. 827[*b*]); inde per "imagines Chaldaeorum" significantur doctrinalia illis amoribus litantia (n. 827[*b*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 131[*a*], 355[*e*], 374[*b*], 403[*d*], 513[*c*], 573[*b*], 587[*c*], 653[*b*], 654[*f*], 687[*b*], 811[*a*].)

Cham.—Per "terram Chami" significatur ecclesia destructa (n. 448[*d*], 655[*a*]).

Chanoch.—Quando Antiquissima Ecclesia, quae fuit ante diluvium, ad finem suum pervenit, tunc repraesentativa caelestium quae fuerunt apud antiquissimos in unum collecta sint ab illis qui Chanochus vocati sunt, ac reservata ad usum novae ecclesiae post diluvium (n. 670).

Codex in quem correspondentiae ita collatae sunt, quia inserviturus erat ecclesiis venturis quae post diluvium a Domino instaurandae erant, in usum illarum conservatus est a Domino (n. 728).

Character.—Per "dare characterem super manu dextra et super frontibus" (*Apoc.* xiii. 16), significatur testificatio agnitionis quod sint ab ecclesia; "character" enim est signum agnitionis (n. 838).

Ecclesia est ecclesia ex bono spirituali, hoc enim est character ecclesiae (n. 918).

(*Videantur etiam articuli*, n. 638, 840, 887, 892, 933, 958, 963.)

Charitas.—(*Vide* **Fides, Opera.**)

Omnis vita secundum praecepta Domini in Verbo vocatur charitas; quapropter charitatem exercere est secundum praecepta illa vivere (n. 104).

Charitas erga proximum est usus praestare ac moralem vitam agere ex origine caelesti (n. 324[*b*]).

Quod primum ecclesiae sit affectio quae est charitatis seu amoris (n. 229).

Amor erga proximum, qui vocatur amor spiritualis, est charitas (n. 154); amor spiritualis est ex affectione intellectus facere praecepta Domini (n. 154).

Cultus Domini consistit in vita charitatis (n. 104); cultus ex bono charitatis erga proximum est qui significatur per "suffitum" (n. 324[*a*]).

Dominus praesens est in charitate: non praesens est in fide absque charitate (n. 213).

Ipsa charitas, quae est affectio spiritualis, formatur per vera ex Verbo; et quantum per illa formatur tantum spiritualis est (n. 232).

(*Videantur etiam articuli*, n. 401[*c*], 444, 644[*c*], 785[*a*], 795, 918.)

Chavah.—Uxor Adami vocatur "Chavah" ex *chajah* (n. 388[*e*]).

(*Videatur* n. 739[*b*].)

Chazor.—Per "Chazorem" significantur thesauri spirituales, qui sunt cognitiones veri et boni e Verbo (n. 714[*c*], 280[*b*], 417[*b*], 447).

Chelbon.—"Vinum Chelbonis" (*Ezech.* xxvii. 18) significat verum naturale (n. 376[*d*], *ubi legitur* "vinum Chesbonis").

Chemosch.—Per "populum Chemoschi" (*Jerem.* xlvii. 46) intelliguntur qui in vero naturali sunt (n. 811[*b*]).

Cheres.—"Cheres," quae in lingua Hebraea significat solem et ejus jubar, est bonum charitatis et inde fides (n. 654[*b*]); "Cheres" est coruscatio ut solis (n. 391[*d*]).

Chermon.—Per "Thaborem et Chermonem" (*Ps.* lxxxix. 13 [*B. A.* 14]) significantur qui in Divino Bono ac in Divino Vero (n. 298[*b*]): per "rorem Chermonis" (*Ps.* cxxxiii. 3) significatur Divinum Verum (n. 375[*e*(viii.)]; *conf.* n. 340[*c*]).

Cherubi.—(*Vide Animal, Chajah, Fera.*)

Per "cherubos" in Verbo intelliguntur custodia et tutela, ne sancta caeli violentur, et ne Dominus adeatur nisi quam per amorem: inde per illos significatur sensus litterae Verbi, nam ille custodit et tutatur (n. 1088, 717[*c*], 739[*b*]: *conf.* n. 131[*b*], 152, 179, 277, 282, 283[*a–d*], 284, 285, 313[*a*], 362, 422[*c*], 594[*d*], 595, 600[*b*], 630[*c*], 700[*a*]).

Quod quatuor animalia seu cherubi in supremo sensu sunt Dominus quoad providentiam et custodiam ne adeatur nisi quam per bonum amoris; et in sensu respectivo caelum intimum seu tertium, quia custodia illa est imprimis in intimo caelo (n. 152, 277, 313[*a*], 322, 348, 353, 362, 458[*a*], 529, 594[*d*], 630[*c*]).

Per "alas cheruborum" significatur Divinum spirituale, quod est Divinum Verum instruens, regenerans, et tutans (n. 283[*c*]): illis tot oculi adscribuntur, quia Divina Domini providentia, quae per "cherubos" significatur, est omnia in caelis et in terris ex Divina Sapientia regere; Dominus enim ex Divina providentia videt omnia, disponit omnia, et prospicit omnia (n. 152).

(*Videantur etiam articuli*, n. 370, 504[*a*].)

Cheschbon.—(*Videatur* ***Chelbon.***)

Cheschbon et dimidium terrae Ammonis sunt data tribui Gadis in hereditatem; quare per illas terras talia significantur in specie quae per "Gadem" in genere: per "Cheschbonem" (*Jerem.* xlix. 3) significatur fructificatio veri in naturali homine (n. 435[*b*], 637[*b*]).

Per "Cheschbonem et Elealem" (*Esai.* xvi. 9) significantur externae ecclesiae homines; nam illa loca erant in hereditatem data Reubenitis et Gaditis, per quos, quia extra Jordanem habitabant, repraesentabatur ecclesia externa (n. 911[*b*]).

Chiel.—(*Videatur* n. 700[*d*].)

Chiliades.—(*Vide* ***Myriades.***)

Per "myriades" et "chiliades" significantur plurima, ita copia et abundantia (n. 316[*d*]).

"Myriades" significant innumerabilia, similiter "chiliades;" sed "myriades" dicuntur de veris, ac "chiliades" de bonis (n. 336[*a,b*], 700[*b*]).

Chiliarchi.—"Chiliarchi" significant bona externa, quae sunt bona naturalis hominis (n. 408; *conf.* n. 355[*a*], 783).

Chiram.—Per "Chiramum," significantur gentes quae extra ecclesiam, apud quas etiam sunt cognitiones boni et veri (n. 514[*b*]).

Chitthaeus. } ***Chitthim.*** }—Per "naves e loco Chitthaeorum" (*Num.* xxiv. 24) significantur cognitiones veri et boni quae fuerunt illis qui ab Antiqua Ecclesia (n. 514[*c*]).

Per "terram Chitthim" (*Esai.* xxiii. 1) significatur idololatricum (n. 304[*d*]).

"Expellet Chivaeum, Cananaeum et Chitthaeum" (*Exod.* xxiii. 28) significat fugam falsorum quae ex malis (n. 650[*f*]).

Chivaeus.—(*Videatur supra, s. v.* ***Chittaeus.***)

Chlamys.—(*Videatur* ***Pallium.***)

"Chlamys" significat Divinum Verum in regno spirituali (n. 31[*b*]).

Choenix.—Per "choenicem" significatur quale aestimationis (n. 374[*a*]).

Chomeres.—Justa aestimatio et exploratio boni et veri, et hominum secundum quale boni et veri apud illos, in Verbo exprimitur per "ephas," "omeres," "chomeres," et per mensuras alias (n. 373). (*Vide* ***Corus.***)

Chordacea instrumenta.—Per "instrumenta chordacea" et per "cantus" describitur laetitia illorum qui e regno spirituali sunt (n. 863[*b*]); et significantur talia quae sunt affectionum veri (n. 323, 326[*a*], 1185).

Chorea. } —Per "choreas" significantur gaudia et laetitiae quae resultant ex
Chorus. } affectionibus (n. 323[*c*], 326[*d*]).

"Laetabitur virgo in chorea" (*Jerem.* xxxi. 13), significat laetitiam illorum qui in affectione veri spirituali sunt (n. 863[*a*]).

Choreb.—Divinum Verum a Domino, ex quo recepto intelligentia, significatur (*Exod.* xvii. 6) per "aquas e petra in Chorebo" (n. 518[*d*], 411[*c*]).

Christus.—(*Videatur* ***Dominus.***)

Quod "Unctus," "Messias," et "Christus," similiter ac "Rex," significent Dominum quoad Divinum Verum procedens ex Divino Bono Ipsius (n. 31[*b*], 375[*e*(vi.)], 684[*a*], 695[*b*,*c*], 734[*e*]).

Per "Christum" intelligitur Dominus quoad Divinum Verum, proinde quoad Verbum et quoad doctrinam ex Verbo (n. 730[*b*]).

Per "Christum" intelligitur idem quod per "Deum" in Veteri Testamento et per "Filium Dei" in Novo; nempe, Dominus quoad Divinum Humanum, et quoque quoad Divinum Verum (n. 684[*a*]).

Confessio Petri, "Tu es Christus, Filius Dei Viventis" (*Matth.* xvi. 16), significat quod sit Divinum Verum (n. 411[*d*]).

Nomen "Dominus" et nomen "Jesus Christus" in mundo spirituali non enuntiantur sicut in terris; sed pro illis nominibus nomen formatur ex idea omnium quae sciuntur et creduntur de Ipso (n. 102[*a*]).

Omnes illi qui pervertunt Verbum et falsa docent, sunt falsi Christi; nam "Christus" significat Dominum quoad Divinum Verum, unde "falsi Christi" significant Divina vera falsificata (n. 624[*b*], 684[*a*], 730[*b*], 734[*c*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae etiam videantur explicata*, n. 683, 735, 745, 746[*e*], 820[*a*], 960[*b*].)

Chrysolithus.—Per "duodecim lapides pretiosos" ex quibus fundamenta muri civitatis Novae Hierosolymae, inter quos enumeratur chrysolithus, significantur Divina vera ultima, quae sunt vera sensus litterae Verbi, super quibus doctrina illius ecclesiae fundatur (n. 717[*b*]).

Chrysoprasus.—"Chrysoprasus," similiter ac "hyacinthinum," (*Ezech.* xxvii. 16,) significat amorem caelestem veri (n. 195[*b*]; *conf.* n. 717[*b*,*c*]).

Cibare. } —"Cibare" est nutrire (n. 411[*c*], 314[*b*]).
Cibus. } (*Videantur etiam articuli*, n. 374[*c*], 375[*e*(viii.)], 519[*a*], 619[*b*], 622[*a*], 730[*d*], 750[*g*].)

"Cibi" significant omnia vera et bona, quia illa sunt quae nutriunt vitam spiritualem (n. 235, 84, 374[*a*], 376[*c*], 386[*a*]).

"Cibus" ex correspondentia significat cognitiones et inde intelligentiam, ex causa quia cognitiones nutriunt internum hominem seu spiritum sicut cibi nutrunt externum hominem seu corpus (n. 235, 336[*b*]); ita significantur quae sunt scientiae, intelligentiae, et sapientiae (n. 374[*a*]).

Per "cibum" significatur bonum Verbi et doctrinae (n. 960[*b*]).

Homo nisi mentis nutritione simul cum nutritione corporis fruatur, non est homo sed est bestia (n. 617[*a*]).

Domino volente, vertitur cibus spiritualis, qui etiam realis cibus est, sed modo pro spiritibus et angelis, in naturalem, similiter ut in mannam quo vis mane (n. 617[*a*]).

Per fieri "in cibum avi caelorum et omni ferae agri," significatur destrui per falsa, et prorsus consumi per omnis generis mala (n. 388[*d*]); "cibus ignis" significat consumptionem ab amore mali (n. 386[*b*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 336[*b*], 388[*c*], 519[*a*], 619[*b*], 622[*a*], 730[*d*], 750[*g*], 794.)

Cicada.—*Videatur* **Locusta.**)

Cicatrix.—"Vulnus et cicatrix et plaga recens" (*Esai.* i. 6) sunt mala voluntatis et inde falsa cogitationis (n. 962).

Ciconia.—(*Videatur* n. 1100[*c*].)

Cicuta.—Pugna Domini cum infernis, et desperatio quod gens Judaica usquam redigi posset ad recipienda et agnoscenda vera, significatur (*Thren.* iii. 19) per "Periit victoria mea, spes mea a Jehova; memento miseriae meae et ploratus mei, absinthii et cicutae" (n. 519[*a*]).

Cidaris.—(*Hoc verbum varias voces Hebraeas interpretatur.*) (*Videatur* **Tiara.**)

"Cidaris" quae super capite Aharonis (*Exod.* xxviii. 37), significabat sapientiam quae est Divini Veri (n. 204[*b*]).

"Cidaris decoris" (*Esai.* xxviii. 5) significat intelligentiam quae est veri ex bono quod est a Divino (n. 272).

"Imponere cidarim" (*Esai.* lxi. 10) est induere sapientiam (n. 1189).

Cilicinus.—Quod "sol factus sit niger tanquam saccus cilicinus" (*Apoc.* vi. 12), significat quod omne bonum amoris disparatum sit (n. 400[*a*], 401[*a*], 637[*a*]).

Cinctura.—Mutatio affectionum boni caelestis in contrarias et impulchras significatur (*Esai.* iii. 24) per "Loco togae cinctura sacci," et per alia (n. 637[*b*]).

Cingere.—Quod Petrus, cum fuit junior, cingeret se ipsum, et ambularet quo volebat (*Joh.* xxi. 18), significat quod ecclesia in suo initio in veris quae ex bono docebitur, et per illa ducetur a Domino: "alius te cinget et ducet quo non vis" significat quod agnoscenda pro veris illa quae alius dictat, et ipse non videt, ut fit hodie cum religioso de sola fide (n. 820[*b*]; *conf.* n. 9, 195[*b*]).

Dolor propter devasationem ecclesiae describitur per "cingere saccis" (n. 863[*a*], 637[*b*]).

Cingulum.—(*Hoc verbum varias voces Hebraeas interpretatur.*) (*Videantur* **Baltheus, Zona.**)

Quod "zona" aut "cingulum" significet commune vinculum, ut omnia in ordine sint, et contineantur in nexu (n. 952).

Quod "justitia cingulum lumborum Domini erit, et veritas cingulum feminum Ipsius" (*Esai.* xi. 5), significat quod Divinum Bonum procedens ex Divino Amore Domini conjunget illos in caelo et in ecclesia qui in amore in Ipsum sunt, et quod Divinum Verum procedens ex Ipso conjunget illos in caelo et in ecclesia qui in amore erga proximum sunt (n. 780[*b*]).

"Cingulum super lumbis prophetae" (*Jerem.* xiii. 4) significabat conjunctionem Domini cum ecclesia per Verbum; "cingulum corruptum" (vers. 7) significabat quod prorsus non aliqua conjunctio ecclesiae cum Domino, proinde quod non ecclesia (n. 410[*c*]; *conf.* n. 569[*c*]): per "cingulum lini" significatur omne verum doctrinae ex Verbo, id enim est complectens et concludens omnia (n. 951).

Per "discissionem loco cinguli" (*Esai.* iii. 24) significatur dissipatio perceptionum veri loco connexionis illarum (n. 637[*b*]).

Johannes Baptista repraesentabat Verbum, simile quod Elias; et per indumentum ex pilis cameli, perque cingulum coriaceum, ac per esum locustae et mellis agrestis, repraesentabat ejus ultimum sensum (n. 543[*a*]; "cingulum coriaceum circum lumbos" significat vinculum externum,

et ultimorum Verbi, quae sunt naturalia, connexionem cum interioribus Verbi quae sunt spiritualia (n. 619[c]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 395[c], 739[b].)

Cinis.—"In sacco et cinere paenitentiam agere" (*Matth.* xi. 21), est dolere et lugere propter non receptionem Divini Veri et propter falsa et mala quae obstiterunt (n. 637[b]).

Luctus repraesentabatur per quod cinerem imponerent capiti (n. 637[a,b], 1175).

"Cinis" significat damnatum, quia "ignis," ex quo, significat amorem infernalem (n. 1175).

Quod prorsus nullus cultus esset, significatur (1 *Reg.* xiii. 3) per quod altare diffinderetur et cinis effunderetur (n. 391[h]).

Cinnamomum.—Per "cinnamomum" significatur bonum amoris caelestis (n. 1150).

Circuitus.—"Circuitus" (*Ezech.* xxxiv. 26) significat id quod extra seu infra est (n. 340[c]).

Per "circuitus Hierosolymae" (*Jerem.* xvii. 26) significantur vera doctrinae in naturali homine (n. 449[b]).

Per "circuitus collis Jehovae" (*Ezech.* xxxiv. 26) intelliguntur omnes qui in veris doctrinae et inde in bono charitatis sunt (n. 644[c]).

Per "congregari a circuitu" (*Ezech.* xxxix. 17) significatur ab undique qui extra ecclesiam (n. 650[e]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 269, 283[a], 433[b], 453[b], 695[d].)

Circulus.—"Habitare super circulo terrae" (*Esai.* xl. 22) significat super caelo, nam caelum ambit terram sicut circulus terram (n. 799[b], 543[d]).

Circulus vitae hominis est scire, intelligere, velle, et facere (n. 242[a]).

Circum. } —Per "circum" in Verbo intelligitur quod in ulterioribus terminis,
Circa. } ita quod distat; sed ubi agitur de caelo, intelligitur quod distat gradu intelligentiae et sapientiae, ita quod infra est (n. 335).

Quod extra est hoc circum est (n. 283[a]).

Caeli interiores seu superiores sunt circum Dominum proxime (n. 277[a]; *conf.* n. 335, 462).

Circumamicire.—Per "circumamiciri" (*Apoc.* xviii. 16) significatur apparentia in externis (n. 1166).

Circumcingere.—Receptio ac illustratio illorum qui extra ecclesiam, significatur (1 *Sam.* ii. 4) per "Qui impulsi erant robur circumcinxerunt" (n. 357[d]); "robore circumcingi" significat quod illis vera ex bono, et inde potentia (n. 721[a]).

"Circumcincti circa pectora zonis aureis" (*Apoc.* xv. 6), significat Divinum Bonum spirituale continens vera in ordine et in nexu (n. 952).

Circumcisio. } —(*Vide* ***Praeputium.***)
Circumcidere. } Circumcisio repraesentabat purificationem ab amoribus sui et mundi, qui sunt amores corporei et terrestres, ac remotionem eorum; quare etiam circumcisio facta est per gladiolum ex lapide, per quem significatur verum doctrinae, per quod fit omnis purificatio a malis et falsis ac remotio eorum (n. 701[d], 750[b]).

Quia "fructus" significabant bona vitae apud hominem, ideo in Ecclesia Israelitica, quae erat ecclesia repraesentativa, mandatum fuit ut fructus arborum, sicut ipsi homines, circumciderentur (n. 109).

Circumdare.—Per "circumdare altare Jehovae" (*Ps.* xxvi. 6) significatur conjunctio Domini per cultum ex bono amoris (n. 391[d]).

"Femina circumdabit virum" (*Jerem.* xxxi. 22), significat quod instauranda sit nova ecclesia in qua verum conjungetur suae affectioni; "circumdare" est conjungi (n. 555[a]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 295[c], 401[b], 453[b], 573[b], 594[a], 704, 707, 709, 750[d], 918.)

Circumducere.—(*Videatur articulus*, n. 730[*d*].)

Circuminduere.—Per "circumindui" (*Apoc.* xvii. 4) significatur in externis esse; nam indumenta sunt externa quae integunt; inde "circumindui" est apparentia in externis (n. 1042).

(*Videantur articuli*, n. 195[*c*], 637[*a*].)

Circumire. } —Per "circumitionem Jerichuntis" (*Josch.* vi. 11, 14, 15) signi-
Circumitio. } ficabatur lustratio falsi et mali et ejus dissipatio per influxum Divini Veri a Domino (n. 700[*d*]).

Circumponere.—Per "sepem vineae circumponere" (*Matth.* xxi. 33) significatur custodia a falsis mali quae ab inferno (n. 922[*c*]).

Circumquaque.—(*Vide Jerem.* vi. 25, n. 721[*c*].)

Circumsepire.—Quod falsa ex propria intelligentia influxum veri avertant et rejiciant, significatur (*Thren.* iii. 9) per "Circumsepsit vias lapide exciso, semitas meas avertit" (n. 781[*d*]).

Circumspecte.—"Circumspecte ponere" (*Ezech.* xvii. 5) est separare a falsis (n. 281[*a*]).

Cisterna.—(*Videatur* **Fovea.**)

Per "cisternas effossas" (*Deutr.* vi. 11) significantur interiora mentis naturalis plena cognitionibus boni et veri (n. 617[*b*], 638[*b*]).

Cithara.—"Citharae" imprimis significant affectiones veri, quia excitant illas; proinde etiam confessionem, quae fit ex veris spiritualibus hilari corde (n. 323).

"Citharae Dei" (*Apoc.* xv. 2) sunt confessiones et glorificationes Domini, ex affectione spirituali (n. 935).

Per "citharam" in sensu opposito significatur confessio falsi, et inde exultatio super destructionem veri (n. 323[*c*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 326[*b*], 448[*c*], 727[*b*], 856.)

Citharoedi.—"Citharoedi pulsantes in citharis" (*Apoc.* xiv. 2) sunt affectiones illorum qui in regno spirituali Domini sunt (n. 856; *conf.* n. 1185).

Cito.—"Cito" significat certum et plenum (n. 7, 106).

Quod "cito" significet certum et plenum, est quia tempus et omnia quae sunt temporis in Verbo significant status, et inde "cito" et "festino" statum affectionis et inde cogitationis praesentem; inde certum et plenum (n. 216).

"Venire cito" est certo instans et eveniens (n. 680; *conf.* n. 144, 695[*b*]).

Civitas.—(*Videatur* **Urbs.**)

Per "civitatem Dei mei" (*Apoc.* iii. 12) significatur doctrina Divini Veri (n. 223[*a*]).

Per "latera septentrionis" (*Ps.* xlviii. 3 [*B. A.* 2]) significantur vera ex bono caelesti, et "civitas Regis magni" est doctrina veri inde (n. 405[*e*]).

Angeli, quia spirituales sunt, non possunt habere ideam civitatis aliam quam gentis quoad doctrinam inibi (n. 223[*a*]).

Clamare. } —Per "clamare" significatur affectio interior, quoniam clamor est
Clamor. } effectus ejus; quando enim homo in affectione interiore est, ac venit inde in confessionem, tunc clamat; ex hoc est quod "clamor" in Verbo significet omnem affectionem spiritualem, haec sive sit gaudii, sive doloris, sive alius (n. 459): "clamor" in Verbo dicitur de variis affectionibus, ut de lamentatione interiore, de imploratione et supplicatione ex indolentia, de contestatione, et indignatione, de confessione, et de aliis (n. 393).

"Clamor" in Verbo praedicatur de bono amoris (n. 424); "clamare e capite montium" (*Esai.* xlii. 11) est ex bono amoris colere (n. 405[*b*]).

"Clamor" (*Jerem.* xlix. 21) dicitur de damnatione mali, et "vox" de damnatione falsi (n. 400[*c*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 223[*b*], 326[*b*], 394, 405[*b*,*g*], 406[*b*], 412[*b*], 540[*a*], 601[*a*], 652[*b*], 654[*b*], 711, 730[*b*,*d*], 781[*d*], 815[*b*], 817[*d*], 850[*d*], 852[*b*], 910, 913, 917, 1145, 1173.)

Clangere. } —(*Vide* ***Buccina, Taba.***)
Clangor. } Quia "tuba" significavit Divinum Verum, ideo cum Divinum Verum primo revelandum erat coram populo Israelitico, voces tubae e Monte Sinai auditae sunt; et ideo clangere tuba apud illos repraesentativum factum est, cum convocarentur, cumque profiscerentur, et quoque in solennitatibus, in principiis mensium, ad holocausta et sacrificia eucharistica, et quoque tubis clangebant ad bella et ad proelia (n. 55, 502[*a*,*b*]).

Quod "clangere tuba" significet influxum Divini Veri e caelo, est quia dum e caelo defluit Divinum Verum, in mundo spirituali quandoque auditur ut sonus buccinae et ut clangor tubae, et quoque ab illis qui infra stant conspiciuntur sicut angeli habentes tubas (n. 502[*a*]); sed ita auditur solum in initio apud illos per quos revelandum est Divinum Verum in ultimo sensu, qui est repraesentativus interiorum; sed postea auditur sicut vox humana (n. 55).

(*Videantur etiam articuli*, n. 130[*b*], 323[*b*], 448[*c*], 449[*b*], 489½, 500, 509, 516, 524, 534, 566, 611, 654[*e*], 681, 741[*b*], 850[*b*].)

Classis.—Per "classes [*p'laggah*] Reubenis" (*Judic.* v. 15, 16) significantur omnia tam vera quam bona quae in naturali homine (n. 434[*c*]).

Claudere. } —Mens interior, quae est caelum apud hominem, aperitur quan-
Claustrum. } tum homo agnoscit Divinum Domini: at mens haec interior
Clausura. } tantum non aperitur quantum non agnoscit Divinum Domini, et non vivit vitam amoris et fidei; et mens illa tantum clauditur quantum homo in malis et inde falsis est; quae cum clausa est, tunc mens naturalis fit infernum apud hominem (n. 644[*a*]).

Per "aperire et claudere" et per "ligare et solvere" in genere intelligitur salvare (n. 206).

Cum ostium clauditur, negatur introitus; et cum non clauditur, non negatur (n. 208[*a*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 223[*b*], 298[*b*], 376[*d*], 388[*b*], 652[*b*], 811[*d*].)

Claudus.—Per "claudum" (*Esai.* xxxv. 6) significantur qui in bono sunt, sed non genuino, quia in ignorantia veri per quod bonum; quod "saliet sicut cervus" significat quod ei gaudium ex perceptione veri (n. 455[*b*]; *conf.* n. 518[*a*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 223[*c*], 652[*d*], 721[*b*].)

Clavis.—Clavis correspondet admissioni et aperitioni (n. 536).

Per "claves" significatur potentia aperiendi et claudendi, aperitio enim et occlusio portarum fit per claves (n. 86).

Quod "habere claves inferni et mortis" (*Apoc.* iii. 18) sit potentia salvandi, est quia Dominus solus removet inferna apud hominem, et per id damnationem (n. 86).

Simile quod per "clavem Davidis" (*Apoc.* iii. 7), etiam per "clavem Petri" significatur (*Matth.* xvi. 19): quod "claves Petro datae sint" cum ille agnovit Divinum Domini in Humano Ipsius, intelligitur quod illis sit potentia super mala et falsa qui agnoscunt Divinum Domini in Humano Ipsius, et ab Ipso in bono charitatis et inde veris fidei sunt (n. 205, 206, 209).

(*Vide etiam articulos*, n. 411[*d*], 740[*c*], 820[*a*].)

Clavus.—Per "clavum" qui ex Jehuda (*Sach.* x. 4) significatur verum firmans (n. 355[*f*]).

Cohaerentia facta per confirmationes ex proprio, describitur (*Jerem.* x. 4) ubi dicitur "Clavis et malleis firmat, ut non vacillet" (n. 458[*b*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 600[*b*], 799[*b*].)

Clementia.—"Clementia" Domini (*Esai.* lxiii. 9) Divini Amoris Ipsius est (n. 412[*b*]).

De "clementia super kikajone" (*Jon.* iv. 10, 11), ac "super Ninive" (n. 401[*h*]).

Clibanus.—(*Vide* ***Caminus, Fornax, Furnus.***)

Amor caelestis est respective "focus" (*Esai.* xxxi. 9), et verum doctrinae sicut "clibanus," in quo parantur panes (n. 504[*a*]).

"Clibanus" in sensu opposito significat confectionem doctrinae ex falsis et non ex veris (n. 540[*a*]).

Per "fornaces," "furnos," "caminos" et "clibanos," in Verbo, significantur vel inferna, vel coetus hominum, vel ipse homo, in quibus regnant amores terrestres et corporei, et eorum cupiditates (n. 540[*a*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 386[*c*], 540[*a,b*], 655[*a*], 863[*a*].)

Clipeus.—(*Videatur* ***Scutum.***)

Per "clipeum," quia tutatur pectus, significatur tutela contra falsa destruentia charitatem, quae est voluntas boni (n. 734[*b*]).

Per "clipeum" in sensu opposito significatur falsum destruens verum (n. 357[*d*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 257, 295[*c*], 375[*e*(ii.)].)

Clivus.—(*Vide* ***Excelsa.***)

"Pauperes et egeni" (*Esai.* xli. 17) sunt qui desiderant cognitiones boni et veri; abundantia quam habituri describitur (vers. 18) per quod "aperientur fluvii super clivis (*sh'phi,*) et fontes in medio vallium" (n. 118): "aperire fluvios" est dare intelligentiam; "in clivis" est in interiori homine (n. 483[*a*]; *conf.* n. 518[*a*]): "fluvii super clivis" significant intelligentiam ex veris spiritualibus (n. 730[*c*]).

Quod "clivus (*'ophel*) et specula erunt super speluncis in aeternum usque" (*Esai.* xxxii. 14), significat quod amplius nulla ecclesia erit apud quos non nisi quam malum vitae et falsum doctrinae: in mundo spirituali sunt inferna plura in profundis prorsus abscondita per terras, petras et colles supra, seu per "clivos et speculas," ubi gramen sicut pascuum gregibus; unde fit quod ignota sint habitantibus super terra ibi (n. 410[*c*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 695[*d*], 721[*b*], 730[*b*].)

Coarguere.—"Michael, cum diabolo disputans, coarguit de Mosis corpore" (*Judae Epist.* vers 9), significat quod sensum litterae Verbi falsificaverint (n. 735).

Coccineus. }
Coccinum. }
Dibaphum. } —Quia color ruber trahit suam originem in caelo ex igneo seu flammeo, et igneum et flammeum ibi ex bono amoris, inde "pur pura" significat bonum ex origine caelesti; coccinum autem trahit colorem suum ex flammeo et candido simul, ac "candidum" ex luce significat verum; inde ille color significat verum boni caelestis (n. 1042); seu verum ex origine caelesti, quale est verum Verbi in sensu litterae ejus, seu in sensu naturali (n. 1038); seu bonum ex origine spirituali (n. 1144, 1166).

"Dibapha" significant verum ex bono (n. 67; *conf.* n. 700[*a*]).

"Coccineum dibaphum" significat verum boni caelestis" (n. 1042).

"Educari super coccino" (*Thren.* iv. 5) significat ab infantia instrui in veris ex bono caelesti (n. 1042).

Per "bestiam coccineam" (*Apoc.* xvii. 3) significatur Verbum quoad sancta ejus, quae a Babylone profanata sunt (n. 1038, 1054).
Per "coccinum" significatur falsum vero ex caelesti origine oppositum (n. 1042).

Coetus.—"Coetus Dei" (*Ps.* lxxxii. 1) significat caelum (n. 313[*b*]); per "coetum Dei" intelliguntur angeli (n. 639).
Divinum Verum ex Divino Vero significatur (*Ps.* lxviii. 28 [*B. A.* 27]) per "principes Jehudae, coetus eorum" (n. 439).
"Hereditas Dei," per quam significatur ecclesia, dicitur (*Ps.* lxviii. 11 [*B. A.* 10]) "fera" Ipsius, "coetus" Ipsius (n. 650[*a*]; *conf.* n. 721[*b*]).

Cogitare. } —(*Vide* ***Affectio, Intellectus.***)
Cogitatio. } Cogitatio est visus hominis internus seu spiritualis (n. 282).
Cogitatio hominis est interior et exterior; nempe, spiritualis, naturalis, et sensualis (n. 580).
Sunt duo status cogitationum hominis; unus dum in cogitatione de veris est a Domino, et alter dum a semet: quando est in cogitatione de veris a Domino, tunc elevatur ejus mens usque in lucem caeli; inde illi est illustratio et perceptio veri justa: at quando est in cogitatione de veris a semet, tunc cadit ejus mens in lucem mundi, quae lux quoad spiritualia est caligo (n. 517).
Cogitationes et affectiones spirituales dantur apud illos qui cogitant ex Deo de Deo et de divinis; solum cogitationes et affectiones naturales dantur apud illos qui non cogitant ex Deo de Deo et de divinis, sed modo ex se aut ex mundo de se aut de mundo; cogitatio sensualis hominis est quae vocatur cogitatio materialis (n. 543[*a*]).
Cogitatio sensualis est cogitatio omnium infima, et est materialis et corporea. In hac cogitatione sunt omnes qui in malis quoad vitam, et inde in falsis quoad doctrinam (n. 580).
Discunt infantes cogitare per sensus, et affici objectis secundum illa quae sensibus placuerunt; quare primum internum, quod aperitur apud illos, est sensuale quod vocatur ultimum sensuale hominis, et quoque sensuale corporeum: postea autem, dum infans adolescit et fit puer, aperitur sensuale interius, ex quo cogitat naturaliter, et quoque afficitur naturaliter: demum cum fit adolescens et juvenis, aperitur sensuale ejus adhuc interius, ex quo cogitat rationaliter; et si in bono charitatis et fidei est, spiritualiter; et quoque afficitur rationaliter et spiritualiter. Haec cogitatio et affectio est quae vocatur rationalis et spiritualis homo, prior autem naturalis homo, et prima sensualis homo (n. 543[*a*]).
Cogitatio de Deo est prima et primaria omnium cogitationum, quae caelum homini aperit; est enim caput et summa omnium veritatum et amorum caelestium et spiritualium (n. 1096).
Datur cogitatio lucis, et datur cogitatio amoris: per cogitationem lucis fit homini praesentia in caelo, sed non conjunctio cum caelo (n. 1096).
Est unicuivis homini indita facultas cogitandi de Deo, et quoque intelligendi illa quae Dei sunt, ex luce caeli; sed sola cogitatio lucis istius, quae est cogitatio intellectualis, modo facit praesentiam ejus coram Domino et coram angelis (n. 1096).
Sicut cogitatio de Deo primario aperit caelum, ita cogitatio contra Deum primario claudit caelum (n. 1096).
Cogitatio de Deo uno aperit homini caelum; vicissim cogitatio de pluribus diis claudit caelum (n. 1097).
Cogitatio de vero Deo aperit caelum; vicissim cogitatio de falso Deo claudit caelum (n. 1097).
Cogitatio de Deo Creatore, Redemptore et Illustratore, tum cogitatio de Deo infinito, aeterno, increato, omnipotente, omnipraesente et omnisciente aperit caelum; vicissim cogitatio de homine vivo ut Deo, de homine mortuo ut Deo, et de idolo ut Deo, claudit caelum (n. 1097).
Sola cogitatio de Deo ut Homine, in quo Trinum Divinum est, aperit

caelum; vicissim cogitatio de Deo ut non Homine, quae apparenter sistitur ut nubecula, vel sicut Natura in suis minimis, claudit caelum (n. 1097).
Ideo sola cogitatio de Domino, quod sit Deus universi, aperit caelum (n. 1097).
Cogitatio plenior fit ex cognitionibus veri quae fidei sunt, et boni quae amoris ex Verbo; de quo plura (n. 1098).
Quod cogitatio ex amore faciat conjunctionem hominis cum caelo, causa (n. 1098).
Quamdiu vivit in mundo, homo est in cogitatione naturali, et cogitatio naturalis trahit suas ideas ex spatiis et temporibus, et quoque ex numeris et mensuris; spiritualis autem cogitatio est absque idea determinata spatii, temporis, numeri et mensurae (n. 548).
Omnis cogitatio quae ex affectione veri procedit vadit per caelum undiquaque, nec terminatur nisi sicut lux in umbram; at cum cogitatur simul persona, tunc terminatur idea (n. 724[*e*]).
Angeli, qui in sensu spirituali Verbi sunt, in singulis quae cogitant et loquuntur, non aliquam ideam personae nec loci habent, quoniam idea personae et loci limitat et finit cogitationes, et per id facit illas naturales (n. 625).
Potest homo cogitare multa quae non vult, sed quod vult hoc cogitat cum sibi soli relictus est (n. 781[*b*]).
Quod homo ne minimum cogitet ex se, sed vel ex inferno vel ex caelo, et quod cogitet secundum determinationem affectionum quae sunt amoris ejus; ita quod ne quidem una cogitatio spiritui et quoque homini sit, quae non per sphaeram suam communicat cum aliqua societate (n. 888; *conf.* n. 1092, 1093, 1094).
Qui non cogitat ex Deo cogitat ex inferno (n. 543[*a*]).
Quantum cogitationes et intentiones hominis vertuntur ad proprium ejus hereditarium, tantum avertuntur a caelo (n. 159).
Quod sicut oculus quale sui visus accipit ex objectis in mundo naturali secundum determinationes ejus, ita intellectus quale suae cogitationis ex veris, quae sunt ejus objecta, in mundo spirituali, etiam secundum determinationes ejus (n. 889).
Cum homo in mundum spiritualem, cognoscitur ille qualis est ex sola extensione cogitationum ejus in societates; ita exploratur unusquisque: reformatur etiam per admissiones cogitationum in societates caeli, et condemnatur per immersiones cogitationum ejus in societates inferni (n. 1093). (*Vide* ***Extensio, Societas.***)
In mundo spirituali est communicatio omnium affectionum, et quandoque cogitationum (n. 674, 675[*a*]).
In caelo sistuntur cogitationes et affectiones angelorum coram oculis in formis quales sunt in mundo (n. 482).
Corpus cum omnibus suis organis, visceribus et membris, est campus in quem cogitationes ex voluntate excurrunt et se effundunt (n. 889).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 355[*d*], 405[*b*], 687[*b*], 734[*d*], 750[*c*], 866.)

Cogitativum.—Utrumque tam scientificum quam rationale est in naturali homine, cujus unus finis est scientificum et cognitivum, et alter finis est intuitivum et cogitativum (n. 569[*b*]).

Cognatus.—Per "cognatos et amicos" (*Luc.* xxi. 16) intelliguntur qui ab eadem ecclesia sunt, sed in malis et falsis (n. 813; *conf.* n. 366).

Cognitio. }
Cognoscere. } —(*Vide* ***Scientia, Scientifica, Scire.***)
Noscere. } Naturali homini est cognitio et apperceptio, sicut est spirituali homini intelligentia (n. 518[*d*]).
Perceptio rei facit cognitionem ejus; cognitio absque perceptione est

mortua et non viva, et quoque est cognitio solius sensus vocum et non ipsius rei: tales cognitiones veri et boni, ex Verbo et ex doctrina ecclesiae, sunt apud illos apud quos praedominantur amores sui et mundi. Quando perceptio de veris et bonis spiritualibus perit, etiam cognitio illorum perit (n. 506).

Mens naturalis homini aperitur per scientias et cognitiones veri et boni, et mens spiritualis per vitam secundum illas (n. 1050).

Ecclesia primum formatur apud hominem per scientias et cognitiones in naturali homine, qui illis primum excolitur (n. 654[*k*]).

Amor et fides absque praeviis cognitionibus non datur, nam absque illis foret homo vacuus (n. 110).

Vera naturalis hominis sunt vera scientifica, quae sub intuitione rationalis hominis sunt; et sunt cognitiones veri, quae sub intuitione spiritualis hominis sunt: cognitiones veri sunt quae scit naturalis homo ex Verbo, et vera scientifica sunt quae videt naturalis homo ex rationali, per quae etiam solet confirmare vera ecclesiae (n. 406[*a*]).

Per scientifica ex Verbo intelliguntur omnia sensus litterae ibi in quibus non apparet doctrinale; per cognitiones autem veri et boni intelliguntur omnia sensus litterae Verbi in quibus et ex quibus est doctrinale (n. 545; *conf.* n. 93).

Omnes cognitiones boni et veri seu doctrinalia ex Verbo procedunt a Domino: amare Deum et credere in Ipsum involvunt omnia quae ecclesia docet, quae vocantur doctrinalia et cognitiones, quoniam ex his amatur et creditur (n. 110).

Quod cognitiones non sint in homine, sed in introitu ad illum, qui est ejus memoria, priusquam sunt in ejus voluntate (n. 242[*a*]).

Quod visus cognitionum recedat ab homine si non cognitiones irradicatae sunt vitae ejus (n. 242[*a*]).

Fides cognitionum, antequam fit fides vitae, est fides historica (n. 242[*b*]).

Cum homo cognitiones habet ex Verbo et illas applicat vitae, tunc per illas communicat cum caelo, et per communicationem illam fit spiritualis. Cognitiones autem quae sunt ex aliis libris, qui doctrinalia ecclesiae tradunt et variis confirmant, non communicationem faciunt cum caelo nisi per cognitiones ibi ex Verbo (n. 195[*a*]).

Cogitatio plenior fit ex cognitionibus veri quae fidei sunt, et boni quae amoris, ex Verbo (n. 1098).

Interiora caeli et ecclesiae, quae vocantur caelestia et spiritualia, fundantur super cognitionibus veri et boni quae in sensu litterae Verbi, rationaliter intellectis (n. 518[*d*]).

Cognitiones et vera in eo differunt, quod cognitiones sint naturalis hominis, et vera spiritualis (n. 275[*b*]); vera naturalis hominis sunt cognitiones veri et boni (n. 538[*a*]); vera quae in naturali homine, et vocantur cognitiones et scientifica, sunt communia veri (n. 275[*b*]).

Per vera naturalis hominis intelliguntur cognitiones veri, et per bona naturalis hominis intelliguntur cognitiones boni (n. 406[*c*]): cognitiones boni sunt etiam vera, nam cognoscere bona fit ex intellectu, ac intellectus est veri (n. 556[*c*]).

Qui modo habet cognitiones ex Verbo in memoria, et non mandavit illas vitae, manet usque naturalis ut prius. Mandare cognitiones, quae ex Verbo, vitae, est cogitare ex illis, cum sibi relictus ex spiritu suo cogitat, ac velle illas et facere illas, hoc enim est amare vera quia vera sunt; et hi sunt qui per cognitiones ex Verbo spirituales fiunt (n. 193[*b*]; *conf.* n. 105).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur in articulis*, n. 294[*d*], 372[*b*], 455[*b*], 587[*b*], 600[*a*], 652[*b*], 654[*b,i*], 659[*d*], 687[*b*], 695[*b*], 700[*g*], 701[*c*], 710[*b*], 730[*d*], 739[*b*], 785[*a*], 805[*c*], 850[*d*], 864.)

Cognitivum.—Utrumque tam scientificum quam rationale est in naturali homine,

cujus unus finis est scientificum et cognitivum, et alter finis est intuitivum et cogitativum; in hos fines influit homo spiritualis dum in hominem naturalem (n. 569[*b*]).

Cohabitatio.—Sebulon in lingua Hebraea dictus est a *cohabitatione*, et "cohabitatio" in sensu spirituali significat conjunctionem, qualis est illorum qui se amant (n. 447).

Cohaerere.—"Hierosolyma aedificata sicut urbs quae cohaeret (*shechuberah*) sibi una" (*Ps.* cxxii. 3) est ecclesia in qua omnia in ordine: dicitur "cohaerere sibi una," quum omnia doctrinae ejus consentientia et unanima sunt, et quum spectant Dominum et amorem in Ipsum ab Ipso ut principium et finem (n. 431[*b*]).

"Non cohaerebunt (*dabekin*) unum cum altero, quemadmodum ferrum non commiscetur cum argilla" (*Dan.* ii. 43), significat quod sic mixta sint vera falsis, sed quod usque non cohaereant (n. 176; *conf.* n. 237[*b*], 411[*b*], 1029[*b*]).

Cohibere.—Per "edicere meridei, Ne cohibeto" (*Esai.* xliii. 6), significatur quod ab illis qui in bono amoris et in veris doctrinae ex claro sunt, non repellendae sed acceptandae sint gentes, a quibus ecclesia formanda est (n. 724[*d*]; *conf.* n. 768[*b*]).

Cohorrere.—Per "obstupescere," "cohorrere," et "turbari" (*Ezech.* xxvii. 35) significatur prorsus mutari quoad statum (n. 406[*b*]).

Colere. } ***Cultus.*** }—"Vineas plantabis et coles, sed vinum non bibes" (*Deutr.* xxviii. 39), significat quod tametsi ecclesia instauratur et vera doctrinae docentur, usque vera non afficient et perficient (n. 638[*c*]).

"Vir colens terram ego, quia homo vendidit me a pueritia" (*Sach.* xiii. 5), significat quod Ecclesia Judaica solum externa et non interna fuerit (n. 624[*e*]).

Omnis cultus Domini est ex bono amoris per vera; bonum timet Dominum, et vera glorificant Ipsum. Per cultum ex bono amoris intelligitur cultus ab illis qui in bono vitae sunt; apud alios non datur cultus ex bono amoris: verus etiam cultus consistit in vita secundum praecepta Domini, ac facere praecepta Domini est amare Ipsum (n. 942; *conf.* n. 696[*b*]). (*Videatur* ***Adorare.***)

Quod "timere," cum de Domino, significet colere et revereri, est quia in cultu et in omnibus ejus est timor sanctus et venerabilis, qui est quod honorandus sit et non ullo modo laedendus (n. 696[*a*]).

Per cultum non intelligitur solum cultus externus, sed etiam cultus internus; et cultus internus comprehendit omne amoris et omne fidei, ita omne id quod facit ecclesiam seu caelum apud hominem; verbo, quod facit ut Dominus sit apud illum (n. 391[*a*]).

Ipse cultus Divinus consistit primario in vita charitatis, et secundario in precibus; qui vitam pietatis agit, et non simul vitam charitatis, non colit Deum (n. 325).

Omnis cultus est a Domino, est enim Divinum, quod communicatur homini a Domino, in quo est Dominus (n. 391[*c*]).

Nemo rite colere potest Deum a se, sed a Deo, hoc est, a bonis et veris quae sunt Dei apud illum (n. 388[*e*]).

Cultus apud illos qui moralem vitam ex origine spirituali vivunt est vere cultus Dei, nam precationes eorum elevantur ad caelum et audiuntur, ducit enim Dominus precationes per caelum ad Se (n. 182).

Omnes qui vitam charitatis vixerunt, cum veniunt in mundum spiritualem, recipiunt instructionem ac Dominum colunt (n. 696[*a*]).

Quoniam "arbores" significant cognitiones et perceptiones veri et boni, ideo antiqui Divinum cultum habuerunt in lucis sub arboribus. Quod hoc prohibitum fuerit genti Judaicae et Israeliticae, causa (n. 391[*g*]).

Cultus in ecclesia apud filios Israelis erat cultus repraesentativus, qui principaliter constabat in holocaustis et sacrificiis afferendis (n. 391[*b*]).

De cultu idololatrico, seu cultu infernali (n. 391[*g*]).

Quod ab Domino ecclesia instauranda sit quae Ipsum colet (n. 1029[*c*]).

Quod hoc futurum sit quando ecclesia facta est Babylonia, hoc est, ita devastata ut non amplius aliquod bonum nec verum ibi supersit: hic finis per "finem Babyloniae" intelligitur; non quod cultus illorum idololatricus, cum ipsis, destruendus sit, hic enim permansurus (n. 1029[*c*]).

Qui credit quod caeli posthac adiri possint per cultum et per preces ab iis qui in sola fide et non simul in bono charitatis, multum fallitur (n. 277[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 586, 624[*e*]: *vide etiam articulos*, n. 131[*b*], 324[*a–e*], 325, 376[*e*], 400[*b,c*], 401[*g*], 678, 799[*a,c*].)

Collaudatus.—Per "magnus esse et collaudatus valde" (*Ps.* xlviii. 2 [*B. A.* 1]), intelligitur verum spirituale quod ex bono spirituali (n. 405[*e*]).

Collidere.—(*Vide Gen.* xxv. 22, n. 710[*b*].)

Colligare.—"Colligite prius zizania, et colligate ea in fasciculos ad comburendum ea" (*Matth.* xiii. 36), significat quod mali secundum genera et species mali quod apud illos colligendi sint et rejiciendi in infernum (n. 426; *conf.* n. 849, 911[*a*]).

Colligere. }
Collectio. } —(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 236[*b*], 239[*b*], 278[*b*], 294[*b*], 314[*b*], 374[*d*], 376[*c*], 386[*d*], 388[*c*], 401[*c,h*], 426, 540[*a*], 555[*a,d*], 624[*a*], 630[*c*], 654[*e,i*], 659[*d,e*], 724[*d*], 768[*b*], 811[*d*], 849, 850[*d*], 911[*a,c*], 919.)

Colliquefieri. }
Colliquescere. } —Terror propter exitium imminens significatur (*Esai.* xiii. 7) per quod "omnes manus remittantur, et omne cor liquescat" (n. 721[*b*]).
Liquescere. }

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 405[*h*], 539[*b*], 594[*b*], 654[*h*].)

Collis.—Per "montes" qui commoventur, et per "colles" qui evertuntur (*Jerem.* iv. 24), significantur amor in Dominum et charitas erga proximum: quod haec per "montes" et "colles" significentur, est quia super montibus in caelo habitant qui in more in Dominum asunt, et super collibus qui in charitate erga proximum (n. 304[*b*], 365[*c*]).

Per "montes et colles" significantur amores caelestes et spirituales (n. 1100[*c*]).

Per "colles" significantur bona charitatis erga proximum (n. 304[*e*], 373, 422[*d*]); illa quae charitatis sunt (n. 304[*b*]); ubi bonum charitatis, et in sensu abstracto ipsum illud bonum (n. 374[*b*], 340[*c*]): per "colles" (*Jerem.* iii. 2) significantur cognitiones veri et boni in Verbo, tum bona charitatis (n. 730[*b*]).

Per "colles saeculi" (*Deutr.* xxxiii. 15; *Hab.* iii. 6) significatur Antiqua Ecclesia, quae fuit in charitate erga proximum; haec ecclesia describitur per "colles saeculi" quia "colles" significant charitatem erga proximum (n. 448[*b*], 629[*b*]): "colles saeculi" sunt bona charitatis erga proximum (n. 422[*d*], 405[*f*]).

"Mons Zionis et collis ejus" (*Esai.* xxxi. 4) est ecclesia caelestis et ecclesia spiritualis (n. 278[*b*]).

Per "colles" in sensu opposito significantur mala amoris mundi (n. 405[*g*], 324[*e*], 410[*b*], 514[*b*]).

Per "Montes recedent et colles dimovebuntur" (*Esai.* liv. 10), intelligitur prius caelum et prior ecclesia, quae peritura (n. 365[*d*]).

(*Dicta Sacrae Scripturae videantur explicata*, n. 278[*b*], 304[*b,e*], 324[*e*], 340[*c*], 365[*c,d*], 373, 374[*b*], 376[*b*], 391[*g*], 400[*b*], 401[*c*], 405[*b,c,e–i*], 410[*b*], 422[*d*], 448[*b*], 483[*a*], 514[*b*], 518[*d*], 601[*a*], 629[*b*], 644[*c*], 730[*b,c*], 734[*c*], 850[*d*], 1100[*c*].)

Collocare.—"Collocabo vos super terra vestra, ut vivatis" (*Ezech.* xxxvii. 14), significat quod regenerandi sint, ut ex illis fiat ecclesia (n. 419[*b*]; *conf.* n. 659[*c*]).

Collocutio.—Collocutio cum Domino est per Verbum (n. 937).

Collum.—(*Videatur* **Cervix.**)

Per "collum" (*Esai.* xxx. 28) significatur conjunctio (n. 923).

Per "aperire vinculis colli" (*Esai.* lii. 2) significatur liberatio a detentione a veris per falsa impedientia ne recipiatur influxus e caelo (n. 811[*d*]); "vincula colli" significant falsa inhibentia ne vera intrent (n. 687[*b*]).

Per "Usque ad collum pertinget" (*Esai.* viii. 8), significatur quod amplius nulla communicatio boni et veri erit (n. 304[*d*]).

Per "expedire ut suspendatur mola asinaria ad collum" (*Matth.* xviii. 6), significatur quod melius sit ei ut non sciverit aliquod bonum et verum, sed malum et falsum; hoc est "mola asinaria;" et "suspendi ad collum" est interceptio ne sciat bonum et verum (n. 1182).

Collyra.—Quia mala et falsa non separantur a bonis et veris quae ex Verbo sensu litterae, sed cohaerent, ideo dicitur (*Hos.* vii. 4), "Cessat excitator a subigendo massam usque ad fermentationem;" "fermentatio" significat separationem, hic quod non separatio: simile significatur (vers. 8) per quod "Ephraim factus sit collyra non conversa" (n. 540[*a*]).

Collyrium.—Per "inungere oculos collyrio ut videas" (*Apoc.* iii. 19), significatur ut aperiatur intellectus. Per "collyrium" intelligitur unguentum factum ex farina cum oleo (n. 245).

Colocynthides.—Per "pulmentum" in quod filii prophetarum injecerunt "colocynthidas," seu uvas agrestes amaras (2 *Reg.* iv. 38–41), significatur Verbum falsificatum (n. 618).

Per "amarum" et "amaritudinem" in genere significatur falsificatio et adulteratio veri et boni; et earum variae species significantur per "fel," "absinthium," "myrrham," "labruscas," "colocynthidas," et plura (n. 618).

Colonus.—(*Vide* **Ager, Colere.**)

Color.—Lux in caelo, quae in essentia est Divinum Verum, modificatur in varios colores secundum vera ex bono quae recipiuntur: inde est quod in Verbo "colores" ex correspondentia significent vera ex bono (n. 431[*a*]).

Sunt colores in caelo, nitentiores quam in mundo, oriundi ex luce ibi (n. 1042).

Colores in mundo spirituali apparent electissimi, et originem ex bono et vero ducunt; colores enim ibi sunt modificationes lucis caelestis, ita intelligentiae et sapientiae quae in caelo apud angelos (n. 576, 364[*a*]).

Sunt bini colores qui ibi omnium fundamentales sunt, nempe color ruber et color albus. Color ruber originem ducit ex luce flammea, quae est ex Divino Bono, et color albus ex luce candida, quae est ex Divino Vero: quapropter quantum colores trahunt ex rubro, tantum significant bonum, et quantum ex candido, tantum significant verum (n. 364[*a*]).

"Colores" significant quale rei (n. 364[*a*]).

Columba.—(*Videatur* **Turtur.**)

Per "columbas" significatur affectio veri spiritualis (n. 282); per "columbas" (*Esai.* lx. 8) etiam significantur bona litterae Verbi (n. 406[*c*]); "columba e terra Assyriae" (*Hos.* xi. 11) est rationale bonum (n. 601[*a*]), quod est ex spirituali (n. 654[*e*]).

"Alae columbae obductae argento" (*Ps.* lxviii. 14 [*B. A.* 13]) significant vera spiritualia (n. 283[*b*]).

Per "pullos columbarum" et per "turtures" significatur innocentia (n. 314[*c*]).

"Columba," quae ex arca emissa est, significat bonum charitatis, quae Ecclesiae Antiquae essentiale erat (n. 633[*b*]).

"Filius Jonae" significat verum boni charitatis, seu fidem charitatis; *Jona* enim in lingua Hebraea significat columbam, quae in sensu spirituali significat bonum charitatis (n. 443[*a*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae plura videantur*, n. 275[*b*], 411[*d,e*], 638[*b*], 654[*i*], 724[*d*].)

Columna.—Per "columnam" significatur Divinum Verum sustentans. Divina vera sustentantia sunt in genere vera inferiora, quia illa sustantant superiora (n. 219, 597).

"Constituere signa et ponere columnas (*tamrurim*)" (*Jerem.* xxxi. 21) significat instructionem in talibus quae fundamentalia ecclesiae sunt (n. 219).

"Firmare columnas terrae (*'ammud*)" (*Ps.* lxxv. 4 [*B. A.* 3]) significat suffulcire veris super quibus ecclesia fundatur (n. 219).

Similia etiam per binos columnas significantur, quas Salomo erexit in porticu Templi (n. 219).

"Sanguis" (*Joel* iii. 3 [*B. A.* 30]) est verum Verbi falsificatum, "ignis" est bonum ejus adulteratum, et "columnae (*timroth*) fumi" sunt inde mera ac densa falsa (n. 539[*b*]).

Coma.—(*Vide* ***Capillus, Crinis, Pilus.***)

(*Videatur Num.* vi. 1–21, n. 66.)

Comburere. } —(*Videatur* ***Ardere.***)
Combustio. } (*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 131[*b*], 315[*b*], 357[*d*], 400[*b*], 405[*g*], 411[*e*], 412[*f*], 426, 481, 504[*e*], 506, 507, 578, 587[*d*], 653[*b*], 695[*a*], 741[*d*], 811[*a*], 849, 911[*a*], 1083, 1126, 1131, 1173.)

Comedere. } —(*Videatur* ***Edere.***)
Comessatio. } Per "comedere" significatur appropriare (n. 304[*e*], 376[*b*]).

Per "comedere et laetari" (*Luc.* xv. 23) significatur consociatio et gaudium caeleste (n. 279[*a*]).

In Verbo passim dicitur quod comesturi sint in caelo, et per illud in sensu spirituali intelligitur quod fruituri sint beatitudine et felicitate (n. 252[*a*]).

Per "comedere et bibere" in sensu opposito significatur appropriare sibi malum et falsum, et inde conjungi inferno (n. 617[*e*]).

Per "comedere" significatur destruere (n. 403[*c*]).
"Comedi," cum de feris, est consumi (n. 388[*d*]).
"Comedi gladio" est perire (n. 411[*e*]).

Per "comessationem" (*Luc.* xxi. 34) in naturali sensu intelligitur luxuria et intemperantia, quales sunt illis qui solum genio indulgent; at in sensu spirituali intelligitur appropriare sibi malum et falsum (n. 617[*e*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 175[*a*], 252[*a*], 279[*a*], 304[*e*], 329[*d*], 376[*b,c*], 386[*b,c*], 388[*b,e,f*], 391[*h*], 403[*b–e*], 405[*h*], 411[*e*], 455[*b*], 481, 543[*c*], 543[*d*], 556[*a*], 600[*b*], 617[*a–e*], 619[*a,b*], 630[*c*], 632, 638[*c*], 650[*e–g*], 697, 722, 727[*a,b*], 730[*b,d*], 746[*c*], 750[*e,g*], 781[*d*], 811[*b,c*], 899[*b*], 923, 1029[*c*], 1082.)

Commendare.—"Ita commendasti scelus adolescentiae tuae" (*Ezech.* xxiii. 21), significat amorem falsi implantatum a prima aetate (n. 654[*l*]).

Comminuere.—"Ut comminuas (*hadikoth*) populos multos" (*Mich.* iv. 13), significat ut dispergas falsa (n. 316[*b*]).

Per "Comminuentur (*dalelu*) et exsiccabuntur fluvii Aegypti" (*Esai.* xix. 6), significatur quod omnia intelligentiae naturalis peritura sint (n. 627[*b*]).

Commiscere. } —(*Vide* ***Miscere.***)
Commixtio. } (*Videantur articuli*, n. 652[*b*], 746[*c*].)

Commolere.—(*Vide* ***Molere, Comminuere, Contundere, Conterere.***)

"Commolere facies pauperum" (*Esai.* iii. 15) significat destruere affectiones

cognoscendi vera apud illos qui in ignorantia veri sunt et usque desiderant instrui; "commolere" significat destruere (n. 412[*f*]).

(*Videatur etiam articulus*, n. 1182.)

Commorari.—(*Hoc verbum voces Hebraeas plures interpretatur.*)

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 280[*b*], 355[*d*], 376[*g*], 653[*b*], 780[*b*], 781[*d*], 799[*b*].)

Commovere. } —(*Hoc verbum voces Hebraeas Graecasque plures interpretatur.*)
Commotio. } Terra "commota esse" et "contremuisse" dicitur (*Ps.* xviii. 8 [*B. A.* 7]), quando ecclesia pervertitur per quod falsificentur vera; et tunc "fundamenta montium" dicuntur trepidare et commovere se, nam bona amoris, quae fundantur super veris fidei, evanescunt (n. 304[*c*]); quod terra concutiatur et commoveatur, et quod fundamenta montium tremiscant, est ex apparentiis in mundo spirituali (n. 400[*b*].) (*Vide* ***Concutere.***)

"Virtutes caelorum commovebuntur" (*Luc.* xxi. 26) significat quod potentia Divini Veri labefactata sit (n. 741[*d*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 304[*b,d*], 400[*b–d*], 401[*d*], 403[*e*], 405[*h*], 514[*d*], 587[*b*], 594[*b*], 622[*a*], 654[*h*], 697, 730[*b*], 741[*d*], 1029[*d*], 1100[*c*].)

Communia.—Quod communia praecedant, et illis particularia, et his singularia insinuentur (n. 904).

Quod apud hominem qui regeneratur communia praecedant, et sequantur ordine particularia et singularia (n. 904): quod dein omnium subordinatio sit sub communibus apud illum, et sic nexus (n. 904).

Communicare. } —Per communicationem cum caelo aperitur internus spiritualis
Communicatio. } homo (n. 195[*a*]).

Per cognitiones ex Verbo homo cum caelo communicat, et per communicationem illam fit spiritualis; nam homo spiritualis fit per id, quod in similibus veris sit cum angelis caeli, aut in correspondentibus (n. 195[*a*]).

Cognitiones quae sunt ex aliis libris, qui doctrinalia ecclesiae tradunt et variis confirmant, non communicationem faciunt cum caelo nisi per cognitiones ibi ex Verbo; hae communicant si vere intelliguntur, et non applicantur soli fidei sed vitae (n. 195[*a*]).

In mundo spirituali est communicatio omnium affectionum, et quandoque cogitationum; et intra quamcunque societatem est communicatio communis, se extendens e medio ejus quaquaversum usque ad fines (n. 674).

Ex communicatione illa, tenetur unus ab altero, ita omnes in eadem societate mutuo in simili affectione, proinde in simili bono (n. 675[*a*]).

Comparare.—(*Vide Hos.* iii. 2, n. 374[*d*]; *Thren.* v. 4, n. 654[*j*].)

Comparationes.—Omnes comparationes in Verbo significant, quia similiter ac ipsae res sunt ex correspondentiis (n. 69, 375[*e*(viii.)], 376[*e*], 401[*e*], 403[*e*], 411[*c*], 539[*b*], 644[*b*]).

Compes.—(*Vide* ***Vinculum.***)

"Afflixerunt in compede pedem ejus" (*Ps.* cv. 18), significat quod Dominus sicut vinctus et in carcere esset, quia non amplius bonum naturale (n. 448[*d*], 750[*d*]).

Compescere.—Quod Dominus "compescuerit ventum" significat statum vitae naturalem qui praecedit, qui status est impacificus et quasi tempestuosus (n. 514[*d*]).

Complanare.—"Nonne quando complanavit facies terrae dispergit nigellam' (*Esai.* xxviii. 25), significat quando praeparavit per Verbum (n. 374[*c*]).

"Complanate semitam Deo nostro" (*Esai.* xl. 3), significat ut praeparent se ad recipiendum Dominum (n. 405[*g*]).

Complecti.—Per "complecti trientali pulverem terrae" (*Esai.* xl. 12) significatur ordinare inferiora (n. 629[*b*]).

Complere.—"Usque dum complentur" (*Apoc.* vi. 11) significat dum consummata sunt (n. 397).

Complodere.—"Plausus robustorum" (*Judic.* v. 22) "qui complosi" (*middaharoth*), significant argumentationes ex falsis quae ex sensuali (n. 355[*f*]).
Per "Omnes arbores agri complodent (*yimcha'u*) manum" (*Esai.* lv. 12), significantur vera quae faciunt gaudia apud hominem (n. 495[*b*]).

Comprehendere.—"Tenebrae non comprehenderunt" (*Joh.* i. 5), significat quod illi qui in falsis mali sunt non percipiant Divinum Verum (n. 294[*d*]).
(*Videatur Apoc.* xx. 2, n. 740[*c*].)

Comprimi.—(*Videatur Thren.* v. 11, n. 863[*a*].)

Computare.—"Habens intelligens computet numerum bestiae" (*Apoc.* xiii. 18), significat quod qui in illustratione sunt inquirant quale fidei hujus religiosi; per "computare" significatur inquirere (n. 845).

Computrescere.—Mala voluntatis, quae sunt mala opera, "computrescere et contabescere propter stultitiam" dicuntur (*Ps.* xxxviii. 6 [*B. A.* 5]), quando jucundum voluntatis et inde cogitationis est facere illa (n. 962).

Concĭdere. } —Quod "tumesceret venter et concideret femur" (*Num.* v. 22)
Concidentia. } significat quod perierit conjugiale (n. 618).
Concidentia Jerichuntis muri (*Jos.* vi. 20) significabat nudationem pro omni malo et falso (n. 700[*e*]).

Concīdere. } —Per "vitulum in duas partes sectum" (*Jerem.* xxxiv. 18) signifi-
Secare. } catur bonum procedens a Domino ab una parte, et bonum receptum ab homine ab altera, unde conjunctio (n. 279[*a*]).

Concipere. } —Per "conceptus," "partus," "nativitates" et "generationes" in
Conceptio. } Verbo significantur conceptus, partus, nativitates et generationes
Conceptus. } spirituales (n. 721[*c*], 434[*a*], 444[*b*]).
Quod Filius quem virgo concipiet et pariet, et cujus nomen vocabitur "Deus nobiscum" (*Esai.* vii. 14), sit Dominus quoad Humanum (n. 617[*b*]).
Homo qui regeneratur similiter quasi concipitur, gestatur in utero, nascitur et educatur, sicut homo ex patre conceptus, aque matre gestatus et natus, ac postea educatus (n. 721[*a*]).
In spirituali homine fit omnis conceptio et omnis parturitio seu gestatio in utero, sed ipse partus fit in naturali homine (n. 724[*a*]).
Bonum primum concipitur a Domino apud hominem, et gignitur per vera in quibus bonum est in sua forma et effigie (n. 434[*a*]).
"Partus" (*Hos.* ix. 11) significat ultima, quia id quod natum est; "a ventre et a conceptione" significat quod ante nativitatem; ita significantur omnia ab ultimis ad prima (n. 710[*a*], 721[*b*]).
"Conceptus" (*Gen.* iii. 16) significat receptionem veri quod ex bono, et "parere filios" significat producere vera (n. 721[*c*]).
Quod loco veritatum hauriantur vanitates in quibus non vera, significatur (*Esai.* xxvi. 18) per "Concepimus, parturivimus et peperimus ventum" (n. 721[*a*], 741[*b*]).

Conclave.—(*Vide Triclinium.*)
"Irrigare" (*Ps.* civ. 13) dicitur de veris, "montes" sunt bona amoris, et "conclavia" (*'aliyothav*) sunt caeli unde illa (n. 405[*d*]).
"Foris orbabit gladius, et ex conclavibus (*chadarim*) terror" (*Deutr.* xxxii. 25), significat quod falsum et malum, quae ab interno, devastabunt et naturalem et rationalem hominem (n. 863[*a*]).
"Conclavia regum" (*Ps.* cv. 30) significant interiora vera (n. 1000): similiter (*Exod.* vii. 28 [*B. A.* viii. 3]) "conclave cubilis" (n. 1000).

Concludere.—(*Hoc verbum interpretatur Hebraeam vocem non unicam.*)
(*Videantur articuli*, n. 391[*d*], 503[*b*], 654[*h*], 675[*b*], 863[*a*].)

Conclusiones.—Ratiocinationes ex homine spirituali sunt rationales: quare potius vocandae sunt conclusiones ex rationibus et ex veris (n. 569[*c*]).

Concubina. } —Quod "Reuben" significet fidem separatam a charitate, constare
Concubitus. } potest ab adulterio ejus cum Bilha, concubina patris sui (n. 434[*d*]).
Quod concubitus cum virgine desponsata crimen mortis esset, causa (n. 863[*b*]).

Conculcare. } —(*Haec interpretantur voces Hebraeas plures.*)
Conculcatio. } (*Vide* ***Calcare, Calcatio.***)
Per "conculcare" significatur prorsus rejicere (n. 1044); vastare (n. 388[*b*]); destruere (n. 632); prorsus destruere (n. 316[*e*]); dissipare et prorsus destruere (n. 734[*d*]).
"Conculcatio" est plenaria destructio (n. 632).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 278[*b*], 304[*d*], 316[*e*], 329[*f*], 331[*a*], 355[*f*], 359, 376[*f*], 388[*b*], 413[*b*], 433[*e*], 439, 544, 556[*a*], 573[*a*], 627[*b*], 632, 659[*e*], 697, 714[*c*], 730[*b*], 734[*d*], 739[*b*], 768[*b*], 811[*a*], 866, 922[*b*], 1029[*c*], 1044.)

Concupiscere. } —Quia rejecerunt spiritualia, et pro illis cupiverunt mere natu-
Concupiscentia. } ralia, ideo filii Israelis percussi sunt plaga magna, et datum nomen loco, "Sepulchra concupiscentiarum" (n. 513[*a*]).

Sunt duo amores ex quibus omnes concupiscentiae, sicut rivi a suis fontibus scaturiunt et perenniter emanant; illi amores vocantur amor mundi et amor sui: concupiscentia est amor continue volens; nam quod homo amat, hoc continue cupit; sed concupiscentiae sunt amoris mali, at desideria et affectiones sunt amoris boni (n. 1021).
Concupiscentia Noni Praecepti, "Non concupisces domum proximi," est concupiscentia amoris mundi; concupiscentiae Decimi Praecepti, "Non concupisces uxorem socii tui, servum aut ancillam ejus, bovem aut asinum ejus," sunt concupiscentiae amoris sui (n. 1022).

Concutere.—(*Vide* ***Commovere.***)
Quod "concutietur terra e loco suo" (*Esai.* xiii. 13) significat quod ecclesia removebitur a statu priori (n. 304[*b*]): intelligitur enim terra in mundo spirituali; et terrae mundi spiritualis, cum perstat ultimum judicium, concutiuntur e loco suo (n. 413[*b*]; *conf.* n. 400[*b*]).
"Magno vento concuti" (*Apoc.* vi. 13) significat hic ratiocinationes ex falsis mali (n. 403[*a*]).

Condemnare.—Quod non cogitandum sit male de bono et de vero, intelligitur (*Luc.* vi. 37) per "Ne judicate ut non judicemini, et ne condemnate ut non condemnemini" (n. 629[*c*]).
"Condemnabunt Ipsum, et tradent Ipsum gentibus" (*Matth.* xx. 18), significat Divinum Verum ac Divinum Bonum adjudicare inferno, ac tradere malis et falsis quae inde (n. 655[*b*]).

Conducere.—Per "saturos pro pane conductos, et per "famelicos," qui cessarunt (1 *Sam.* ii. 5), intelliguntur illi qui ab Ecclesia Judaica, qui "conducti pro pane" dicuntur ex eo, quod non adduci ad discendum et ad faciendum vera possent nisi sicut mercenarii (n. 721[*a*]); tum quoque qui volunt et desiderant bona et vera (n. 386[*d*]).

Confessio.—(*Vide* ***Confiteri.***)

Confidere. } —(*Haec verba Hebraeas voces plures interpretantur.*)
Confidentes. } "Beati omnes confidentes in Ipso" (*Ps.* ii. 12) significat salvatio-
Confidenter. } nem per amorem et fidem in Domino (n. 684[*b*], 850[*a*]).
Quia Dominus quoad Humanum suum acquisivit Sibi potentiam super inferna, ita super mala et falsa quae inde apud unumquemvis assurgunt

in carnem et infestant, ideo dicit (*Joh.* xvi. 33), "Confidite, Ego vici mundum" (n. 365[*b*]).

Per "habitare in deserto confidenter, et dormire in silvis" (*Ezech.* xxxiv. 25), significatur quod illi qui conjuncti sunt cum Domino tuti erunt ab omni infestatione mali et falsi ubivis (n. 701[*c*]).

"Confidentes in montibus Samariae" (*Amos* vi. 1) sunt qui sibi confidunt, et ex propria intelligentia doctrinas excludunt (n. 163).

Per "filias confidentes" (*Esai.* xxxii. 9, 10) significantur falsitates quae sunt illis quibus fiducia est in propria intelligentia (n. 555[*d*]); tum illi in ecclesia qui plus amant falsa quam vera (n. 919).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 163, 283[*b*], 316[*b*], 326[*b*], 355[*g*], 365[*b*], 406[*b*], 555[*d*], 587[*b*], 627[*b*], 654[*g*], 684[*b*], 701[*c*], 724[*d*], 746[*c*], 783, 799[*b*], 806, 815[*b*], 817[*d*], 850[*a*], 911[*c*].)

Confirmare.—(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 177, 188, 298[*b*], 388[*e*], 540[*b*], 653[*a,b*], 684[*e*], 740[*b*], 746[*c,f*], 783, 815[*b*].)

Confirmatio.—Confirmationes malorum ex cogitatione sunt falsa (n. 1109).

Falsum aeque confirmari potest sicut verum (n. 824).

Confiteri. }
Confessio. } —Per "confiteri" cum a Domino, intelligitur dare ut sint (n. 200).

Cultus ex veris quae ex bono a Domino, significatur (*Ps.* cxxii. 4) per "confiteri nomini Jehovae" (n. 431[*b*]).

Quod "testimonium Jesu sit spiritus prophetiae" (*Apoc.* xix. 10), significat quod confessio Domini et agnitio Divini Ipsius in Humano Ipsius sit vita omnis veri tam in Verbo quam in doctrina ex Verbo (n. 392[*e*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 200, 323[*b*], 326[*b*], 391[*d*], 392[*e*], 431[*b*], 730[*c,e*].)

Conflare. }
Conflator. } —(*Vide* ***Artifex, Sculptile.***)

Per "artificem" et "conflatorem" intelligitur is qui per falsa, ita per talia quae ex propria intelligentia, doctrinale fingit et format (n. 587[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 576, 585[*b*], 587[*b*], 1186.)

Conflictus.—De conflictu interiorum apud quosdam cum exterioribus, in primo statu separationis; qui conflictus cessat ut primum exteriora prorsus clausa sunt (n. 702).

Confluere.—"Confluent ad eum omnes gentes" (*Esai.* ii. 2) significat quod illi qui in bono sunt agnituri sint Dominum et accessuri ad ecclesiam (n. 433[*c*]).

(*Videatur Jerem.* xxxi. 12, n. 374[*b*].)

Confodere. }
Confossus. } —(*Haec verba interpretantur Hebraeas voces non unicas.*)

Ubi dicitur, "Omnes insulae gentium confossi gladio meo erunt" (*Zeph.* ii. 12), per "insulas gentium" significatur naturalis homo quoad falsa non mali; haec falsa significantur per "confossos gladio meo" (n. 406[*d*]).

"Confossi" sunt illi intra ecclesiam qui destruxerunt vera apud se (n. 131[*b*]); apud quos vera ecclesiae exstincta sunt per falsa (n. 315[*b*], 406[*b*], 654[*g*]); apud quos vera et bona ecclesiae exstincta sunt (n. 304[*c*]); qui pereunt per falsa (n. 355[*e*], 391[*g*], 405[*h*], 518[*d*], 537[*b*], 652[*c*], 659[*a,e*]); qui spiritualiter pereunt ex deprivatione veri (n. 376[*c*]); qui damnati sunt ad inferna propter falsa (n. 659[*a*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 131[*b*], 281[*b*], 304[*c*], 315[*b–d*], 355[*e*], 357[*b*], 365[*e*], 376[*c*], 391[*g*], 405[*h*], 406[*b,d*], 518[*d*], 589, 624[*e*], 652[*b,c*], 654[*g*], 659[*a,e*], 734[*d*], 750[*e*], 811[*a,b*], 1029[*d*].)

Confortare.—Per "filium super quem confortaverat sibi" (*Ps.* lxxx. 15) significatur verum doctrinae ex Verbo (n. 724[*d*]).

Confractio. } —"Devastatio" (*Esai.* li. 19) significat quod non bonum amplius,
Confringere. } et "confractio" quod non verum amplius (n. 386[*b*]).
"Super confractione Josephi non afficiuntur dolore" (*Amos* vi. 6), significat quod nihil afficiat quod internum ecclesiae seu spirituale ejus pereat (n. 376[*d*]); tum significat quod nihil curent vera doctrinae ecclesiae, si vel ecclesia per falsa periret (n. 448[*c*]).
Per "confractionem populi mei" (*Thren.* iv. 10) significatur vastatio ecclesiae (n. 555[*d*]).
"Calamum contusum non confringet" (*Esai.* xlii. 3), significat quod Divinum Verum sensuale apud simplices et infantes non laedet (n. 627[*a*]).
"Super confractione filiae populi mei confractus sum" (*Jerem.* viii. 21), significat dolorem quod non bonum et verum amplius (n. 911[*b*]).
Per "confringere" significatur destruere (n. 556[*a*], 727[*b*]).
Per "confringi" (*Apoc.* ii. 27) significatur dispergi (n. 177).

(*Dicta Scripturae Sacrae de "Confractione,"* n. 163, 365[*g*], 376[*d*], 386[*b*], 448[*c*], 449[*b*], 556[*a*], 911[*b*]:—*de "Confringere,"* n. 177, 304[*b*], 403[*e*], 483[*b*], 556[*a,c*], 627[*a*], 638[*c*], 697, 727[*b*], 911[*b*], 1029[*d*].)

Confundere.—Desolatio ecclesiae quoad vera et bona ejus, describitur (*Esai.* xxiv. 4, 5) per "lugere," "confundi" et "languescere" (n. 741[*d*]; *conf.* n. 697).

Congregare. } —(*Haec verba interpretantur Hebraeas voces non unicas.*)
Congregatio. } Per "congregare electos" significatur adsciscere Sibi qui Ipsius sunt (n. 427[*a*]): significatur instauratio ecclesiae novae (n. 418[*b*]).
Per "congregare in horreum" (*Matth.* xiii. 30) significatur conjungere caelo (n. 911[*a*]).
Per "congregare aquas piscinae inferioris" (*Esai.* xxii. 9) significatur colligere plura ex sensu litterae Verbi et ex naturali homine (n. 453[*b*]).
Per "regna gentium congregatarum" (*Esai.* xiii. 4) significantur falsa mali quae fecerunt ut cohaererent (n. 453[*b*]): "gentes congregatae" significant ecclesias quoad mala et inde falsa conspirantia contra ecclesiae vera et bona (n. 573[*b*]); tum falsa ex malo (n. 734[*d*]).
"Congregationes" in Verbo dicuntur de veris spiritualibus (n. 340[*a*]).
"Congregatio populi Dei" (*Jud.* xx. 2) est consultatio de rebus ecclesiae (n. 417[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae de "Congregatione,"* n. 205, 340[*a*], 357[*c*], 417[*b*], 439, 443[*b*], 627[*b*], 654[*i*], 714[*c*], 724[*c*], 783:—*de "Congregare,"* n. 328[*d*], 374[*b*], 376[*c*], 388[*c,e*], 411[*d*], 417[*b*], 418[*b*], 426, 427[*a*], 433[*b*], 453[*b*], 513[*c*], 540[*b*], 573[*b*], 617[*d*], 630[*c*], 633[*b*], 650[*e*], 654[*e,i*], 695[*d*], 696[*a*], 710[*b*], 721[*b*], 734[*d*], 799[*b*], 811[*a,c*], 849, 911[*a*], 1003, 1010, 1100[*c*].)

Conjicere.—Quod mali in consummatione saeculi in infernum conjiciendi sint, significatur (*Matth.* xiii. 50) per quod "angeli eos qui faciunt iniquitatem conjicient in caminum ignis" (n. 540[*a*]).

(*Videatur Apoc.* ii. 10, n. 122; vers. 22, n. 163; cap. xiv. 19, n. 920.)

Conjugialis. } —(*Vide* **Amor, Matrimonium, Nuptiae.**)
Conjugium. } (*De Sexto Decalogi Praecepto videantur articuli*, n. 981–986,
Conjuges. } 988–1010.)
Amor vere conjugialis est a solo Domino. Nemo potest in amore vere conjugiali esse, nisi qui solum Dominum agnoscit (n. 995).
Genuinum conjugiale datur imprimis in tertio caelo; angeli hujus caeli in Domino sunt quia in bono, et Dominus in illis est quia in veris; hoc est conjugium caeleste, a quo amor vere conjugialis descendit (n. 995).
De amore conjugiali et de ejus origine (n. 710[*a*], 983, 984, 990, 991).
Amor vere conjugialis in sua prima essentia est amor in Dominum a Domino (n. 995, 996); est etiam innocentia (n. 996); est pax (n. 997).
Homini tanta et talis intelligentia et sapientia est, quantus et qualis est

amor conjugialis apud illum (n. 998); ex amore vere conjugiali est potentia et tutela contra inferna, et inde pax (n. 999).

Illi qui in amore vere conjugiali sunt, post mortem redeunt in juventutem et adolescentiam (n. 1000).

Ex amore conjugiali est omnis pulchritudo angelis (n. 1001).

Amor vere conjugialis est imago Domini (n. 984).

Amor conjugialis est ipsissimum medium ut homo fiat amor, qui est imago aut similitudo Dei (n. 984).

Amor conjugialis est amor fundamentalis omnium amorum caeli (n. 993).

Amor vere conjugialis non dari potest quam inter duos (n. 1004).

Omnis scortatio quae destruit conjugiale, et exstinguit amorem ejus, est adulterium aut adulterii; quae autem non destruit conjugiale, nec exstinguit amorem ejus, est fornicatio scaturiens ex quodam naturae instinctu ad conjugium, quod ob varias causas nondum iniri potest (n. 1010).

In Verbo est ubivis conjugium Divini Boni ac Divini Veri (n. 710[*d*]).

Bonum non est bonum nisi ex vero, et verum non est verum nisi ex bono; quare cum duo illa faciunt unum, tunc primum sunt et existunt. Haec conjunctio in unum vocatur conjugium caeleste, et ex illo conjugio est caelum et ecclesia (n. 638[*a*], 701[*e*]).

"Conjugium" in sensu spirituali significat conjugium boni et veri (n. 710[*d*]).

Super conjunctione veri et boni fundantur omnia praecepta in Verbo de conjugiis (n. 555[*c*]).

Sunt ubivis in Verbo binae expressiones quarum una se refert ad bonum et altera ad verum, et hoc quia conjunctio boni et veri facit et caelum et ecclesiam; inde tam caelum quam ecclesia comparatur conjugio, ex eo quod Dominus dicatur Sponsus et Maritus, et caelum ac ecclesia Sponsa et Uxor: quapropter omnis qui non in illo conjugio est, non est angelus caeli, nec est homo ecclesiae (n. 660).

Omnis intelligentia et sapientia est ex illo conjugio (n. 660).

In hoc conjugium venit homo cum regeneratur et fit ecclesia (n. 555[*c*]).

Per conjugium viri cum uxore significatur conjugium veri et boni, quoniam amor vere conjugialis ex conjugio illo spirituali descendit (n. 618).

In caelis aeque ac in terris conjugia sunt, sed in caelis conjugia similium cum similibus fiunt (n. 710[*c*]).

Conjugia qualia sunt in caelis originem suam spiritualem trahunt ex conjunctione boni et veri (n. 817[*c*]).

Sciendum est quod conjugium intellectus veri et boni cum affectione veri et boni sit in genere ex triplici origine, et inde in triplici gradu: in supremo gradu est conjugium illorum qui caelestes vocantur, in inferiori inter illos qui spirituales, et in infimo inter illos qui naturales (n. 710[*c*]).

Amor conjugii descendit ex intimo seu tertio caelo (n. 990).

Conjugium est ex conjugio boni et veri (n. 988).

Vir creatus est ut sit intellectus veri, proinde verum; et femina ita creata est ut sit affectio boni, ita bonum; in illis itaque datur conjunctio boni et veri (n. 984).

In conjugio, vir est verum quod cogitationis, et mulier affectio (n. 555[*c*]).

Per *conjugium* intelligitur ubi amor ejus, qui vocatur amor conjugialis, regnat (n. 988).

Quam sancta in se, hoc est, ex creatione, sunt conjugia, ex eo potest videri, quod sint seminaria generis humani; et quia ex genere humano est caelum angelicum, sunt etiam seminaria caeli (n. 988).

Quod caelum sit ex conjugiis, quomodo intelligendum est (n. 989).

Conjugium est imago caeli (n. 984).

Jucundum conjugii est caelum apud hominem (n. 981).

Jucunda amoris conjugii trahunt sua ex jucundis faciendi usus bonos, ita benefaciendi (n. 990).

Totidem et tales deliciae et amoenitates in amore conjugiali sunt, ut non in numerum nec in descriptionem cadant; multiplicantur etiam cum augmentis in aeternum (n. 992): origo illarum jucunditatum (n. 992).
Conjugium, etiam in suo ultimo actu, est ipsa puritas et ipsa castitas (n. 990).
Quaenam sunt bona opera castitatis (n. 1002).

Duo conjuges, qui in amore conjugiali ex Domino sunt, se mutuo et vicissim ex corde, ita ex intimis, amant; et inde, quamvis apparenter sunt duo, usque actualiter unum sunt; duo sunt quoad corpora, at unum quoad vitam (n. 984).
Dantur in caelis conjuges qui in tali amore conjugiali sunt, ut ambo possint esse una caro, et quoque sunt dum volunt, et tunc apparent ut unus homo (n. 1004).
Angeli separati a suis conjugibus sunt quidem in intelligentia, sed non in sapientia; sicut convertunt facies ad conjugem, tantum in statu sapientiae sunt (n. 998).
Illi qui in amore vere conjugiali sunt, post mortem, dum fiunt angeli, redeunt in juventutem et adolescentiam suam (n. 1000).
Ex conjugiis in caelis non nascuntur liberi, sed pro liberis bona et vera (n. 1000).
De conjugiis angelorum plura, quae ab ipsis auctori dicta sunt (n. 992).

Conjunctio. } —Quomodo conjunctio Domini cum homine, et hominis cum
Conjungere. } Domino fit (n. 701[*a*]).
Quantum homo ex libero cogitat falsa et vult mala, quae sunt contra vera et bona Verbi, tantum non conjungitur Domino; at quantum cogitat vera et vult bona, quae sunt ex Verbo, tantum conjungitur Domino (n. 701[*a*]).
Quod conjunctio illa sit reciproca, nempe Domini cum homine, et hominis cum Domino. Talis conjunctio est quae intelligitur per "foedus" in Verbo (n. 701[*a–d*]).
Conjunctio veri et boni facit caelum apud hominem, at conjunctio falsi et mali facit infernum apud illum (n. 736).

Conjunctio veri et boni fit in mundo spirituali per aspectum: quare sicut verum se convertit ad bonum, ita vivificatur verum (n. 998).

Conjunctio regni caelestis Domini et regni spiritualis Ipsius in unum caelum, significatur (*Ezech.* xxxvii. 17) per "conjungere bina ligna," ut sint unum (n. 222[*b*]); duo illa regna in unum conjuncta sunt a Domino per bonum amoris in Ipsum et per bonum charitatis erga proximum (n. 1145; *conf.* n. 433[*b*], 448[*c*]).

Consanguinitas.—Quod nomina consanguinitatum et affinitatum significent spiritualia quae se referunt ad nativitatem spiritualem, quae est regeneratio (n. 166).

Conscendere.—"In honore conscendere" (*Ps.* xlv. 5 [*B. A.* 4]) significat agere ex Divino Bono (n. 288[*b*]); significat etiam pugnare ex Divino Bono (n. 298[*b*]; *conf.* n. 684[*b*]).

Quod ratiocinentur ex falsis contra vera, et sic oppugnent illa, significatur (*Joel* ii. 7) per "sicut heroes currunt, sicut viri belli conscendunt murum" (n. 1135).

Consentire.—Per "consentire in nomine Domini," et "congregari in nomine Ipsius" (*Matth.* xviii. 19, 20), non intelligitur in solo nomine, sed in illis quae Domini sunt, quae sunt vera fidei et bona amoris, per quae colitur (n. 696[*a*]; *conf.* n. 815[*c*]).

Conserere.—Vera doctrinae inseminare, significatur (*Ezech.* xxxvi. 9) per "Respiciam ad vos ut excolamini et conseramini" (n. 304[*e*]).
"Non conseratur, nec germinet, nec ascendat in ea ulla herba" (*Deutr.*

xxix. 22 [*B. A.* 23]), significat quod amplius non recipietur et producetur aliquod verum ex bono (n. 578); significat quod prorsus nulla receptibilitas veri ecclesiae (n. 653[*b*]).

"Conserere terram" (*Esai.* xxx. 23) significat plantare et apud se formare ecclesiam (n. 644[*c*]).

Conservare.—(*Vide Matth.* ix. 17, n. 376[*e*].)

Conservus.—Per "conservos" (*Apoc.* vi. 11) significantur qui in veris; per "fratres," qui in bonis (n. 397).

"Conservus tuus sum, et fratrum tuorum habentium testimonium Jesu" (*Apoc.* xix. 10), significat quod similis sit hominibus in terris qui Divinum Verum a Domino recipiunt et receperunt (n. 1227; *conf. ed. photo.*, n. 1230).

Considere.—Quod in illo rectum et justum, significatur (*Esai.* xxxii. 16) per "Habitabit in deserto judicium, et justitia in arvo considebit" (n. 730[*c*]).

(*Vide etiam Joh.* iv. 6, n. 537[*a*].)

Consiliarius.—"Consiliarius" (*Mich.* iv. 9) significat intellectum doctrinae ex Verbo (n. 721[*b*]).

(*Vide etiam Thren.* i. 16, n. 724[*c*].)

Consilium.—Divinum Verum quod fuit in Domino cum erat in mundo, et quod post glorificationem Humani Ipsius procedit ab Ipso, intelligitur (*Esai.* xi. 2) per "spiritum Jehovae, qui quievit super Ipso;" quod inde Ipsi Divina Sapientia ac Divina potentia, intelligitur per "spiritum sapientiae et intelligentiae" et per "spiritum consilii et virtutis" (n. 696[*c*]).

"In consilio tuo ducis me" (*Ps.* lxxiii. 24), significat per Divinum Verum (n. 298[*b*]).

Per "virum consilii" (*Esai.* xlvi. 11) intelligitur homo intelligens, nempe ex veris quae sunt ex bono amoris (n. 1100[*c*]).

"Consilium periit a senioribus (*Ezech.* vii. 26), est quod rectum ab intelligentibus (n. 237[*a*]); per "consilium a senioribus" intelligitur sapientia ex praeceptis vitae (n. 624[*e*]).

"Faciendo consilium, sed non a Me" (*Esai.* xxx. 1), significat cogitationes et conclusiones de rebus caeli a se et non a Domino (n. 654[*f*]).

"Consilium," de quo dicitur "ambulare" (*Ps.* i. 1), spectat cogitationem (n. 687[*b*]).

Consistere.—(*Interpretatur verba plura.*)

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 242[*e*], 355[*e*], 357[*c*], 417[*b*], 684[*b*], 811[*b*], 863[*b*].)

Consistorium Papale.—(*Vide articulos*, n. 1075, 1076, 1078, 1080.)

Consocius.—"Consocius in afflictione" (*Apoc.* i. 9), significat verum fidei infestatum a falsis (n. 47).

Consolari.—"Consolabitur Jehovah Zionem, consolabitur omnes vastitates ejus" (*Esai.* li. 3), dictum est de adventu Domini, et de instauratione ecclesiae (n. 326[*b*]): per "consolari vastitates" significatur restaurare ecclesiam (n. 721[*b*]).

"Ego Is qui consolatur vos" (*Esai.* li. 12) significat quod omnia sint a Domino (n. 507).

Per "uber consolationum" (*Esai.* lxvi. 11) significatur Divinum Bonum (n. 365[*g*]).

"Virga tua et baculus tuus consolabuntur me" (*Ps.* xxiii. 4), significat quod Divinum Verum spirituale una cum Divino Vero naturali tutaturum sit (n. 727[*a*]).

Quod non amplius superesset aliquod verum spirituale, significatur (*Jerem.*

xxxi. 15) per quod "Rachel deplorans filios renuat consolationem super filiis suis, eo quod non ullus" (n. 695[c]).

(*Vide etiam articulos*, n. 295[c], 326[b], 405[b], 612, 730[c], 750[e], 1115.)

Conspectus.—"Conspectus" (*Apoc.* i. 4), qui ex Divino, est praesentia et inde providentia (n. 25).

"In conspectu throni" (*Apoc.* iv. 6) significat apparentiam (n. 275[a]).

Conspergere.—Per "Quis hic qui venit ex Edom, conspersus vestes ex Bozra?" (*Esai.* lxiii. 1,) significatur pugnans ex Bono Amoris et ex Vero, quae ex Divino (n. 922[b]; *conf.* n. 359).

Constare.—"Erunt filii ejus sicut olim, et congregatio ejus coram Me constabit" (*Jerem.* xxx. 20), significat quod vera ecclesiae futura sicut apud antiquos, et quod formae eorum in sarta conjunctione sicut apud illos mansurae sint (n. 724[c].)

(*Vide* ***Stare, Consistere.***)

Consternare.—"Consternabuntur et erubescent ob Cuschum" (*Esai.* xx. 5), significat quod naturalis homo, in quo sunt bona veri, doleat (n. 406[b]).

Per "A voce Jehovae consternabitur Aschur" (*Esai.* xxx. 31), significatur ratiocinatio ex falsis, quae per Divinum Verum dissipabuntur (n. 727[b]).

"Devastatio bestiarum consternabit eos" (*Hab.* ii. 17), significat destructionem veritatum per cupiditates mali (n. 650[g]).

(*Vide etiam articulos*, n. 411[e], 783, 811[c].)

Constituere.—"Quum separaret filios hominis, constituit terminos populorum juxta numerum filiorum Israelis" (*Deutr.* xxxii. 8), significat abalienare a falsis et donare veris (n. 331[a]): tum significat quod illis omnia vera et bona fuerint (n. 724[e]; *conf.* n. 431[b]).

"Proclamavit contra me constitutum tempus" (*Thren.* i. 15), significat statum ultimum ecclesiae, dum venturus Dominus (n. 863[a]); quando omnia tam bona quam vera ecclesiae apud gentem Judaicam devastata sunt (n. 922[b]).

(*Vide etiam articulos*, n. 219, 403[c], 624[e], 666, 714[c], 850[b].)

Consuere.—"Consuerunt folium ficus" (*Gen.* iii. 7), significat quod tunc induerint se veris naturalibus, ne apparerent deprivati veris caelestibus (n. 739[b]).

(*Vide Ezech.* xiii. 18, n. 750[d].)

Consultare.—"Dominatores consultarunt una" (*Ps.* ii. 2), significat quod mala ecclesiae sint prorsus contra Divinum Bonum ac contra Divinum Verum (n. 684[b]; *conf.* n. 685).

Consumere.—(*Hoc interpretatur verba plura.*)

"Consumes omnes populos quos Jehovah Deus traditurus tibi" (*Deutr.* vii. 16), significat dissipationem malorum et falsorum quae contra vera et bona ecclesiae sunt (n. 340[c]).

"Sagittas meas consumam in iis" (*Deutr.* xxxii. 23), significat quod imbuentur omnibus malis et falsis (n. 357[d]).

"Posteritas tua consumetur per ignem" (*Ezech.* xxiii. 25), significat quod reliqua peritura sint per amores terrestres (n. 654[l]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 280[b], 304[b], 342[c], 355[f], 403[b], 422[c], 504[d], 539[b], 555[d], 569[c], 577[a], 650[b], 659[e], 750[e], 768[b], 918, 1100[c]).

Consummare. } —(*Haec verba voces Hebraeas non unicas interpretantur.*)
Consummatio. } Per "consummationem" intelligitur impletio, ita usque ad plenum (n. 761).

Per "consummari" significatur impleri (n. 612); etiam finiri, ac rejici (n. 957).

Ultimus status ecclesiae, quando non fides amplius quia non charitas, in Verbo vocatur "Vastatio," "Desolatio," et a Domino "Consummatio saeculi" (n. 397): "consummatio" itaque est status ultimus ecclesiae, qui est quando non verum amplius quia non bonum, seu quando non fides amplius quia non charitas; et cum ille status est, tunc venit ultimum judicium (n. 397): ultimum tempus ecclesiae veteris dicitur Consummatio saeculi, et principium novae dicitur Adventus Domini (n. 9).

(*Videantur articuli*, n. 9, 36, 47, 131[*b*], 175[*b*], 304[*f*], 313[*b*], 315[*d*], 372[*b*], 374[*c,d*], 397, 426, 486, 601[*a*], 612, 617[*b,e*], 624[*a,e*], 638[*c*], 684[*e*], 693, 706[*b*], 734[*e*], 761, 821[*b*], 870, 911[*b*], 919, 929, 1087, 1100[*d*], 1182.)

Consurgere.—"Consurgent [*alibi*, Insurgent] liberi contra parentes, et occident eos" (*Marc.* xiii. 12), significat quod falsa mali impugnabunt bona et vera ecclesiae, et destruent illa (n. 315[*d*]).

Contabescere.—(*Hoc verbum Hebraeam vocem non unicam interpretatur.*)

"Contabescere" significat quod omnia bona et vera quae amoris et fidei corrupta sint (n. 403[*b*]); dicitur de vita spirituali quando perit (n. 617[*e*]); est demori (n. 633[*b*]); est perire (n. 455[*b*], 152, 622[*a*]); est defectus in tentatione (n. 750[*e*]).

(*Vide etiam articulos*, n. 584, 962.)

Contegere.—Variae commotiones animi ex dolore propter mala, describuntur per varios timores et dolores; ut (*Ezech.* vii. 17) per quod "manus essent remissae," "genua abirent in aquas," "contegeret eos terror," et "super faciebus pudor" (n. 677).

Contendere.—Per "montes" intelliguntur bona charitatis, et per "colles" bona fidei; ubi autem significantur mala et falsa opposita illis bonis, ibi dicitur (*Mich.* vi. 1) "Contende cum montibus, et audiant colles vocem meam" (n. 405[*g*]).

(*Vide etiam Hos.* ii. 2, n. 388[*b*].)

Conterere.—(*Hoc verbum Hebraeam vocem non unicam interpretatur.*)

Per "Tritures montes et conteras" (*Esai.* xli. 15) significatur destructio malorum oriundorum ex amore sui (n. 405[*h*]).

"Jehovah voluit conterere Ipsum" (*Esai.* liii. 10), significat ingravescentiam tentationum (n. 768[*b*]): significat tentationes Domini, quae gravissimae fuerunt, quia contra inferna; nam per tentationes amores proprii infringuntur, ita corpus conteritur et infirmatur (n. 900).

Per "Conteres gentes sceptro ferreo" (*Ps.* ii. 9) significatur castigare et domare mala quae in naturali homine (n. 177).

"Comedit et contrivit" (*Dan.* vii. 7) significat quod perverterit et destruxerit (n. 556[*a*]).

"Conteret terram" (*Dan.* vii. 23) significat prorsus destruere ecclesiam (n. 697).

(*Vide etiam articulos*, n. 714[*c*], 727[*b*], 1029[*c*].)

Conticescere.—Per "Conticescunt seniores filiae Zionis" (*Thren.* ii. 10), significatur dolor animi (n. 1175); dolor propter devastationem Divini Veri in ecclesia (n. 863[*a*]): sedere in terra, conticescere, ascendere facere pulverem super caput, et descendere facere in terram caput, erant omnia signa repraesentativa luctus et dolorum propter vastatam a malis et falsis ecclesiam (n. 637[*b*]).

Contignare.—Per "Contignare aquis triclinia sua" (*Ps.* civ. 3) significatur implere cognitionibus veri et boni illos qui in ultimo caelo et qui in

ecclesia (n. 283[*b*]); ita quod Dominus formet caelos et ecclesiam ex Divinis veris (n. 594[*b*]).

Continere.—"Ad excidendum sibi foveas confractas quae non continent aquas" (*Jerem.* ii. 13), significat ad fingendum sibi doctrinalia ex propria intelligentia, in quibus non vera (n. 483[*b*]); seu excludere doctrinalia ex propria intelligentia, quae, quia ex proprio sunt, falsa sunt (n. 537[*b*]).

Continentia. } ***Contenta.*** } —Continentia in Verbo utplurimum dicuntur pro contentis, quia continentia sunt ultima, ut sensus litterae Verbi in ultimis sit (n. 954): ideo continentia similia significant cum contentis (n. 960[*a*]).

Contrahere.—(*Hoc verbum Hebraeam vocem non unicam interpretatur.*)

"Omnes facies contraxerunt atrorem" (*Joel* ii. 6) significat quod interiora eorum sint in falsis mali (n. 412[*f*]).

"Stellae contraxerunt splendorem suum" (*Joel* ii. 10) significat quod non amplius aliquae cognitiones veri et boni (n. 400[*b*]).

"Sagena jacta in mare, et ex omni genere piscium contrahens" (*Matth.* xiii. 47), significat separationem bonorum et malorum (n. 513[*d*]).

"Contrahentes matrimonium et nuptui dantes" (*Matth.* xxiv. 38) significat conjungere falsum malo et malum falso, nam agitur de statu ecclesiae quando instat ultimum judicium (n. 617[*e*]).

Quod Dominus locutus sit de "eunuchis" (*Matth.* xix. 3–12), erat quia discipuli dixerunt, "Si sic est causa hominis cum uxore, non expedit matrimonium contrahere," et porro (n. 710[*c*]).

Spiritualis gradus mentis, seu spiritualis mens, se contrahit ad quodcunque malum ac falsum mali, sicut fibrilla corporis ad aculeum; nam fibrae corporis ad quemlibet tactum duriusculum se contrahunt (n. 739[*a*]).

Contremiscere.—"Terra contremuit" (*Jud.* v. 4) significat quod ecclesiae status tunc permutatus (n. 594[*c*]).

"Contremuit tota terra" (*Jerem.* viii. 16) significat quod ecclesia vastetur (n. 355[*f*]).

"Contremiscent montes in exaltatione maris" (*Ps.* xlvi. 4 [*B. A.* 3]), significat quod mala amorum sui et mundi perstringent secundum incrementa (n. 405[*h*]).

"Contremiscent insulae" (*Ezech.* xxvi. 15), significat quod tunc cognitiones in naturali homine, quas homo hausit ex Verbo ab infantia, et scientifica per quae confirmavit illas, perturbentur (n. 406[*b*]).

(*Vide etiam articulos*, n. 304[*c*], 400[*b,c*], 601[*a*], 650[*e*], 741[*d*], 850[*d*].)

Contristari.—Quod "Petrus ter interrogatus sit" (*Joh.* xxi. 17) significabat plenum tempus a principio ecclesiae ad finem ejus, nam "tria" id significant: quare cum tertia vice interrogabatur, dicitur quod "contristatus sit Petrus" (n. 820[*b*]).

Controversia.—Origo omnium dissensionum, controversiarum et haeresium in ecclesia (n. 365[*a*]).

Contumélia.—Quod Dominus "contumeliis afficeretur" (*Luc.* xviii. 32), causa (n. 83).

Contundere.—(*Hoc verbum Hebraeam vocem non unicam interpretatur.*)

Per "Confossus ob praevaricationes nostras, contusus ob iniquitates nostras, castigatio pacis nostrae super Ipso" (*Esai.* liii. 5), significantur tentationes atroces quas Dominus in mundo subiit, ut subjugaret inferna, et redigeret omnia ibi et in caelis in ordinem (n. 365[*e*]).

"Calamum contusum non confringet" (*Esai.* xlii. 3), significat quod Divinum Verum sensuale apud simplices et infantes non laedet (n. 627[*a*]).

"Contundent gladios suos in ligones, et hastas suas in cultros putatorios"

(*Esai.* ii. 4), significat quod tunc ex omnium consensu cessaturae sint pugnae (n. 734[*b*]).

(*Vide etiam articulos*, n. 355[*f*], 587[*c*], 627[*b*], 684[*c*]; *tum vide* n. 727[*b*], *ubi legitur* "Pertusus.")

Conventus. } —(*Haec verba Hebraeas voces non unicas interpretantur.*)
Convenire. } Per "Tentorium conventus" (*Num.* xvii. 19 [*B. A.* 4]) repraesentatum est caelum, unde vera ecclesiae (n. 727[*b*]).

"Mons conventus" et "latera septentrionis" (*Esai.* xiv. 13) sunt bona et vera in regno caelesti Domini (n. 405[*e*]): "mons conventus ad latera septentrionis" est ubi est ascensus in caelos (n. 1029[*d*]).

"Conventus perfidorum" (*Jerem.* ix. 1) eos significat qui falsificant cognitiones boni (n. 357[*c*]).

De loco qui vocatur "Conventus intelligentium et sapientium," ubi perplures eunt meditabundi (n. 364[*b*]).

(*Vide etiam articulos*, n. 449[*b*], 687[*b*], 730[*e*], 817[*d*].)

Convertere. } —De conversione ad Dominum angelorum in caelo, et de aversione
Conversio. } a Domino spirituum in inferno (n. 1112; *conf.* n. 1143).

Quid involvit quod Johannes "audiverit vocem post se," et quod "conversus sit videre illam" (*Apoc.* i. 12), et unde est quod hoc significet intellectum illustratum (n. 61, 55, 62).

Quia fides ultimo tempore ecclesia fit ut avertat se a Domino, ideo dicitur de Petro, per quem significatur illa fides, quod *conversus* viderit (n. 9).

Sicut angeli convertunt facies ad conjugem, tantum in statu sapientiae sunt; nam conjunctio veri et boni fit in mundo spirituali per aspectum (n. 998).

(*Vide etiam articulos*, n. 355[*g*], 381, 405[*c*], 519[*a*], 578, 654[*b*], 706[*b*], 721[*c*], 724[*b*], 740[*b*], 746[*f*], 768[*d*], 780[*b*], 820[*b*], 821[*b*], 1081, 1160.)

Convivium.—(*Vide* ***Cena, Comessatio, Edere, Festum.***)

"Comessationes," "convivia," "prandia" et "cenae" in Verbo significant consociationes per amorem, et inde communicationem jucundorum quae amoris (n. 252[*a*]).

Per "convivium pinguedinum" (*Esai.* xxv. 6) significatur appropriatio et communicatio bonorum; et per "convivium fecum," seu vini optimi, appropriatio verorum (n. 252[*a*]).

(*Vide etiam articulos*, n. 481, 601[*b*], 1159.)

Convocatio.—Per "convocationes Montis Zionis" (*Esai.* iv. 5) significantur vera boni ecclesiae caelestis (n. 594[*c*]; *conf.* n. 504[*b*], 850[*c*]).

Quod filii Aharonis buccinis clangerent ad convocationes et profectiones, erat quia Divinum Verum convocat, congregat, vias docet et ducit (n. 502[*a*]).

Convolvi.—Quod "convolventur caeli sicut volumen" (*Esai.* xxxiv. 4), significat dissipationem eorum (n. 403[*b*]; *conf.* n. 404).

Per "Caelum abscessit tanquam liber convolutus" (*Apoc.* vi. 14), significatur quod spiritualis homo occlusus sit (n. 404).

Cooperans.—(*Vide Marc.* xvi. 20, *ubi legitur* "Domino cooperante," n. 815[*b*].)

Cophinus.—"Duodecim cophini fragmentorum" (*Matth.* xiv. 20) significant cognitiones veri et boni in omni abundantia et plenitudine (n. 430[*c*]); ita plenam instructionem et plenam benedictionem (n. 548).

Coquere.—(*Hoc verbum Hebraeam vocem non unicam interpretatur.*)

"Coquere" (*Lev.* xxvi. 26) significat praeparare et conjungere ut serviat usui vitae (n. 555[*b*]); per quod "coquent decem mulieres panem in furno uno," significatur quod in omnibus ecclesiae apud hominem tam parum boni et veri sit ut vix aliquid (n. 675[*b*]).

Per "coquere liberos" (*Thren.* iv. 10) significatur per falsa destruere vera et bona doctrinae ex Verbo (n. 555[*d*]).

Cor.—Per "cor" (*Jerem.* xxxii. 41) significatur Divinum Bonum Divini Amoris (n. 750[*f*]).

Cor hominis correspondet bono amoris quod est voluntatis ejus, et anima pulmonum correspondet vero fidei quod est intellectus hominis (n. 750[*e*]).

Actio cordis correspondet vitae amoris (n. 1080).

"Cor" significat amorem et voluntatem (n. 152, 580, 622[*a*], 740[*b*], 750[*e*], 826, 1081); voluntatem et amorem boni (n. 1082); bonum amoris et charitatis, quod est voluntatis (n. 183[*a*], 696[*b*]); voluntatem et amorem, ita affectionem, quae est voluntas et amor in suo continuo (n. 1084); bonum amoris receptum vita (n. 183[*a*], 167); voluntarium ubi esset bonum (n. 313[*b*]).

"Cor hominis" est amor ejus, qui est ipsa vita ejus (n. 325); est internum (n. 538[*b*]).

"Fracti corde" (*Esai.* lxi. 1) sunt qui in dolore quia in paucis veris sunt (n. 811[*c*]).

Per "cor," in sensu opposito, significantur mala (n. 594[*b*]; *conf.* n. 654[*h*]); voluntas in qua malitia residet (n. 622[*b*]); amor sui (n. 175[*b*]); affectiones mali (n. 622[*b*]); fastus propriae intelligentiae (n. 654[*g*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 152, 167, 175[*b*], 183[*a*], 219, 222[*b*], 239[*c*], 257, 294[*b*], 304[*c*], 313[*b*], 323[*b*], 325[*b*], 326[*b*], 328[*c*], 340[*b*], 355[*c,f*], 357[*c*], 365[*c*], 376[*d,g*], 386[*d*], 388[*b*], 391[*d,g*], 401[*c*], 411[*c*], 412[*f*], 433[*d*], 434[*c*], 448[*c*], 453[*c*], 537[*b*], 538[*b*], 544, 580, 587[*b*], 594[*b*], 622[*a,b*], 650[*d,f*], 654[*g,h,i*], 677, 696[*b,c*], 700[*g*], 701[*c*], 706[*b*], 710[*c*], 721[*c*], 724[*b*], 730[*d*], 734[*c,d*], 740[*b*], 746[*f*], 750[*e,f*], 780[*b*], 787, 811[*c*], 815[*b*], 826, 866, 1029[*b*], 1081, 1082, 1084, 1115, 1120.)

Corallia.—De vegetatione cretaceorum in corallia (n. 1208).

Coram.—(*Videantur articuli*, n. 189, 200, 274, 292, 322, 405[*c*], 411[*c*], 456, 463, 477, 489, 493, 494, 567, 639, 687[*a,b*], 721[*a*], 747, 819, 825, 826, 858, 867, 888, 945.)

Corbis.—Per "corbem ficuum bonarum" (*Jerem.* xxiv. 3, 5, 8) significantur illi qui interius boni sunt, a quibus novum caelum formandum est; "corbis ficuum malarum" significat illos qui interius mali, qui dejiciendi in infernum (n. 403[*d*]).

Coresch. / ***Koresch.*** / ***Choresch.***—Per "Koreschum" in sensu repraesentativo intelligitur Dominus (n. 298[*b*]).

Coriaceum.—Johannes Baptista, per "cingulum coriaceum" (*Matth.* iii. 4) repraesentabat Verbi ultimum sensum (n. 543[*d*], 619[*c*]).

Coriandrum.—"Manna sicut semen coriandri album" (*Exod.* xvi. 31) significabat verum ex origine caelesti (n. 146).

Cornu.—Quod "cornu" seu "cornua" significent potentiam veri contra falsum, ac in supremo sensu, ubi de Domino, omnipotentiam; ac in opposito sensu potentiam falsi contra verum (n. 316[*a*]; *conf.* n. 272).

Quod "cornu" et "cornua" significent potentiam, est quia potentia animalium cornutorum in cornibus consistit (n. 316[*a*]).

Per "decem cornua" (*Apoc.* xvii. 12), cum de veris ex Verbo, significatur omnis potentia (n. 1069).

Per "occultationem roboris Jehovae Dei in cornibus" (*Hab.* iii. 4), significatur omnipotentia Divini Boni per Divinum Verum (n. 316[*a*]).

"Cornu salutis in domo Davidis" (*Luc.* i. 69) significat omnipotentiam salvandi per Divinum Verum ex Divino Bono (n. 316[*b*]).

Quod "cornua ex ipso altari essent" (*Exod.* xxvii. 2, xxxviii. 2), significabat quod vera, quae cornua repraesentabant, procedent ex bono amoris, quod ipsum altare repraesentabat: et quoniam omnes expiationes et purificationes fiunt per vera ex bono, ideo expiabatur super cornibus altarium; et quia omnis Divina tutela est per vera ex bono, ideo etiam qui fecerunt mala, et timuerunt mortem, apprehenderunt cornua altaris, et servati sunt (n. 316[*d*]).

Per "cornu Israelis" (*Thren.* ii. 3) significatur potentia veri ecclesiae resistendi contra falsa mali (n. 316[*b*]).

"Duo cornua arietis" (*Dan.* viii. 3, 4, 6, 20) sunt vera ex bono (n. 316[*c*]).

"Cornu filii olei" (*Esai.* v. 1) est inauguratio ecclesiae spiritualis (n. 375[*e*(viii.)]; cui fuerunt vera ex bono charitatis (n. 918).

In sensu opposito, per "cornua" significantur vera falsificata, quae in se sunt falsa (n. 316[*d*]).

Per "decem cornua" bestiae ascendentis ex mari (*Dan.* vii. 7, 19, 20, 24) significantur falsa omnis generis (n. 316[*c*]); ibi significatur summa potentia falsi contra verum (n. 675[*b*]).

"Cornua hirci caprarum" (*Dan.* viii. 5, 7, 8) sunt falsa ex malo (n. 316[*c*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 176, 272, 316[*a–d*], 336[*b*], 375[*e*(viii.)], 391[*e,g,h*], 412[*f*], 418[*b*], 567, 632, 675[*b*], 712, 716, 776, 777, 815[*a*], 816, 817[*e*], 918, 1041, 1069, 1079.)

Cornucopia.—Ex significatione "cornuum," quam antiqui noverunt, receptum fuit facere cornua germinantia et fragrantia; inde vox Cornucopia (n. 316[*d*]).

Corona. } —(*Haec verba Hebraeas voces non unicas interpretantur.*)
Coronamentum. } (*Videatur* ***Bractea.***)
Coronare. } Dominus post ultimam tentationem induit Divinum Bonum Divini Amoris Ipsius, et sic univit Divinum Humanum ipsi Divino quod in Ipso; "corona" (*Ps.* lxxxix. 40 [*B. A.* 39]) est illud (n. 272): "corona," quae data est Sedenti super Equo albo (*Apoc.* vi. 2), est Divinum Bonum, quod induit etiam quoad Humanum, ut victoriae praemium (n. 272).

Quod "corona" sit Divinum Bonum ex quo Divinum Verum, repraesentabatur per bracteam auri a facie cidaris quae super Aharonem, quae bractea etiam vocabatur "corona," seu "coronamentum" (n. 272).

Per "coronam" significatur sapientia; omnia enim quae investiunt hominem ac insigniunt illum, trahunt significationem ab illa parte hominis quam investiunt seu insigniunt; ac "corona" sapientiam, quia insignit caput, per quod in Verbo significatur sapientia, residet enim ibi (n. 126).

Quod vera sint quae coronantur (n. 272, 907).

"Corona" significat vitam aeternam quae victoriae praemium (n. 358).

"Corona aurea" significat bonum et inde sapientiam (n. 907, 272, 553): "corona ornatus" (*Esai.* xxviii. 5), sapientiam quae est boni a Divino (n. 272): "corona decoris" (*Esai.* lxii. 3) etiam est sapientia quae boni (n. 272): per "coronam stellarum duodecim" (*Apoc.* xii. 1) significantur cognitiones boni et veri (n. 724[*a*]).

Martyribus post mortem datae sunt coronae; sed ne honorem sibi inde arrogarent, et sic attraherent fastum, rejecerunt illas e capite suo (n. 358).

Per "coronam superbiae, ebrios Ephraimi" (*Esai.* xxviii. 1) intelliguntur qui in fastu propriae intelligentiae sunt (n. 734[*d*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 126, 152, 195[*b*], 218, 272, 288[*b*], 292, 340[*a*], 358, 376[*f*], 401[*b*], 430[*b*], 543[*c*], 553, 577[*a*], 684[*c*], 709, 724[*a*], 734[*d*], 907.)

Corpus.—"Corpus" (*Matth.* vi. 22, 23) est homo (n. 1081).

Vita hominis nusquam datur separata a corpore, sed in corpore, nam corpus est forma externa illius vitae quae vocatur anima, efficiens ejus arbitria et nutus in utroque mundo, tam naturali, in quo homines vivunt, quam spirituali, in quo spiritus et angeli (n. 750[*h*]).

Binae vitae apud hominem sunt, nempe vita intellectus et vita voluntatis. Binis illis vitae fontibus correspondent omnia corporis; quare etiam ad omnem nutum eorum aguntur et agunt, usque adeo ut pars corporis quae non patitur se agi ab illis non sit viva: inde est quod universum corpus sit subjectum imperiis binarum illarum vitarum (n. 622[*b*]).

Omne factum seu omnis actus, quae ad apparentiam fiunt ex corpore, non fiunt ex corpore sed per corpus ex voluntate et cogitatione hominis (n. 98).

Astus doli inimicitiae, odia, vindictae, et plura similia, discindunt et devorant interiora mentis, et inde quoque interiora corporis (n. 365[*h*]).

Totum corpus dicitur esse "lucidum" (*Matth.* vi. 22), dum intellectus est ex veris quae ex bono (n. 313[*b*]; *conf.* n. 152, 274).

Quando discipuli interrogaverunt Dominum ubinam ultimum judicium, Ipse dixit eis, "Ubi corpus, ibi congregabuntur aquilae" (*Luc.* xvii. 37): per "corpus" ibi significatur mundus spiritualis, ubi omnes homines simul sunt, tam boni quam mali (n. 281[*b*]).

Quod "monumenta aperta fuerint," et quod "sancti qui prius mortui fuerint, exiverint" (*Matth.* xxvii. 52, 53), repraesentabat resurrectionem illorum qui in locis sub caelo a Domino usque ad adventum Ipsius in mundum reservati sunt, et qui post resurrectionem Ipsius inde exempti et in caelum sublati sunt; haec quoque facta sunt et visa illis qui in Hierosolyma erant; sed usque fuerunt repraesentativa resurrectionis illorum (n. 900[*b*]): non quod ipsa illa corpora, quae in monumentis jacuerunt, resurrexerint; sed quod apparuerint ut significaretur tam regeneratio quam resurrectio ad vitam a Domino (n. 629[*d*]).

Proprium Divini Humani Domini, quod est Divinum Bonum Divini Amoris, in Sancta Cena vocatur Corpus (n. 1082).

Per "corpus Mosis" (*Epist. Judae*, vers. 9) intelligitur sensus litterae Verbi (n. 735).

(*Videantur articuli*, n. 10, 152, 274, 281[*b*], 313[*c*], 365[*h*], 526[*b*], 622[*b*], 652[*a,d*], 658, 659[*d*], 696[*d*], 714[*b*], 735, 750[*d,e*], 899[*b*], 1081, 1082.)

Correspondentia. } ***Correspondere.*** } —Correspondentia est inter spiritualia et naturalia: ac talis correspondentia ut cum in cogitatione hominis est panis et vinum, in cogitatione angelorum sit bonum amoris et bonum fidei (n. 376[*e*]).

Omnia quae in naturali mundo sunt, correspondent illis quae in spirituali mundo (n. 273).

Omnia quae apud hominem sunt in toto corpore, tam quae intra illud quam quae extra, correspondent caelo (n. 427[*a*]).

Verbum per meras correspondentias conscriptum est; quare absque scientia illarum, nec sciri potuit quid sensus internus (n. 375[*c*]).

Homo spiritualis fit per id, quod in similibus veris sit cum angelis caeli, aut in correspondentibus: *in correspondentibus* dicitur, quia omnia et singula quae in sensu litterae Verbi sunt correspondentiae sunt, correspondent enim cum veris quae apud angelos (n. 195[*a*]); et quae correspondent conjungunt (n. 659[*b*]).

Omnes comparationes in Verbo sunt ex correspondentiis (n. 376[*e*]): omnia et singula quae in sensu naturali seu ultimo Verbi sunt, perpetuae correspondentiae sunt; hoc est, correspondent spiritualibus et caelestibus quae in caelis sunt, et inde quoque significant illa (n. 597).

Sensus internus seu spiritualis Verbi non apertus fuit Judaeis, quia si apertus, profanavissent; et ideo nec apertus fuit Christianis, quoniam etiam hi, si apertus, profanavissent: ideo etiam his sicut illis celatum

fuit quod aliquis sensus internus seu spiritualis inesset sensui litterae, qui naturalis, Verbi; utque in ignorantia de illo essent, provisum est ut scientia correspondentiarum, quae fuit scientia primaria antiquis, deperdita sit, ita prorsus ut nec scitum sit quid correspondentia, et inde quid sensus spiritualis Verbi (n. 375[c]).

Corripere.—(*Videantur articuli*, n. 406[c], 734[b], 850[b].)

Corroborare.—"Corroboravi te, etiam adjuvi te" (*Esai.* xli. 10); significat ex omnipotentia et omniscientia, quae est Divino Bono per Divinum Verum, dare potentiam et intelligentiam (n. 298[b]).

"Brachium meum corroborabit Ipsum" (*Ps.* lxxxix. 22 [*B. A.* 21]), significet omnipotentiam ex unione cum ipso Divino (n. 684[c]).

Corruere.—"Corruituri gladio et flamma" (*Dan.* xi. 33) significat perire ex falsis et indè malis (n. 811[b]).

"Pueri in ligno corruunt" (*Thren.* v. 13), significat adigere illos qui in voluntate boni potuerunt esse, ad adulterandum bona (n. 1182).

Corrumpere. } ***Corruptio.*** } ***Corruptor.*** } —"Quae corrupit terram scortatione sua" (*Apoc.* xix. 2), significat a quibus falsificata sunt omnia vera Verbi, et adulterata omnia bona ejus (n. 1201).

"Corruptum erat cingulum, et non proderat ad quicquam" (*Jerem.* xiii. 7), significat quod prorsus non aliqua conjunctio ecclesiae cum Domino, proinde quod non ecclesia (n. 410[c]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 444[b], 569[c], 654[l], 701[b], 725[b], 750[d], 768[d,e], 863[b].)

Corticalis.—De substantia corticali (n. 775).

Cortina.—(*Vide* ***Aulaea.***)

Per "cortinas tentoriorum tuorum" (*Esai.* liv. 2) significantur vera ex bono amoris (n. 799[b]): per "expandere cortinas habitaculorum" significantur incrementa ecclesiae quoad vera doctrinae (n. 600[b]).

"Extendere caelos sicut cortinam" (*Ps.* civ. 2) significat implere Divino Vero, et per id intelligentia, caelum et illos qui ibi (n. 283[b]).

(*Dicta Scripturae Sacrae plura videantur in articulo*, n. 799[b].)

Corus.—"Corus hordeorum et semicorus hordeorum" (*Hos.* iii. 2), significat tam parum boni et veri ut vix aliquid (n. 374[d]). (*Vide* ***Chomeres.***)

Corvus.—"Filii corvi" (*Ps.* cxlvii. 9) sunt naturales homines, qui in tenebricoso lumine ex fallaciis sunt de veris Divinis (n. 650[b]).

Propone hoc ridiculosum, quod corvus albus sit (n. 824).

Costa.—"Tres costae in ore bestiae, inter dentes" (*Dan.* vii. 5), sunt omnia Verbi (n. 556[a]): sunt cognitiones veri ex Verbo in copia, quae per ratiocinia ex fallaciis perverteruntur (n. 781[d], 722).

Coturnix.—Quia mannam fastidiverunt, per quam significatur nutritio spiritualis, data est filiis Israelis caro coturnicum seu selav (*Num.* xi. 6, 8, 20, 31, 33), per quarum carnem significatur nutritio naturalis (n. 750[e]).

Crabro.—"Mittam crabronem ante te" (*Exod.* xxiii. 28), significat formidinem illorum qui in falsis ex malo sunt (n. 650[f]).

Cras.—Per "cras" in Verbo, ubi agitur de Domino, significatur in aeternum (n. 23).

Creare. } ***Creatio.*** } ***Creator.*** } ***Creatura.*** } —Universus mundus, cum omnibus et singulis quae in illo sunt, a Domino Creatore universi exstitit et subsistit (n. 1196).

A Sole qui est Divinus Amor, incohavit omne opus creationis; et per solem qui est ignis, illud peractum est (n. 1196; *conf.* n. 726).

Quod creata succedant in eo ordine ut unum sit pro altero, ac ut sint perpetui fines qui usus, utque fines qui usus constanter ferantur ut redeant ad Deum a quo sunt: quod omnia creata sint ex ipsa Vita, quae est ipsa Sapientia, et quoque quod universum creatum sit plenum Deo (n. 1129).

Per "Creatorem" in Verbo significatur Dominus ut Reformator et Salvator (n. 1057; *conf.* n. 294[*b*], 328[*c*], 405[*b*]).
Per "creare" significatur reformare et regenerare homines, et sic instaurare ecclesiam (n. 294[*b*], 295[*a*], 304[*f*], 328[*c*], 342[*a,b*], 453[*b*], 555[*c*], 609, 1057.)
"Creatio" in Verbo significat reformationem et instaurationem ecclesiae, quae fit per Divinum Verum quod procedit a Domino (n. 294[*d*]).
Per "creationem caeli et terrae, in primo capite *Geneseos*, in sensu spirituali describitur instauratio Ecclesiae Antiquissimae (n. 29, 229, 280[*c*], 295[*b*], 555[*c*], 650[*c*], 725[*a*], 1057).
Per "creatum" significatur quod reformatum et regeneratum est; per "omnem creaturam" (*Marc.* xvi. 15) intelliguntur omnes qui recipiunt Evangelium, et per id reformari possunt (n. 342[*a*]; *conf.* n. 335).
Homo ita creatus est ut sit spiritualis et caelestis amor, et sic imago Dei et similitudo Dei (n. 984).
"Creaturae maris," seu pisces, significant scientifica (n. 513[*a,d*]).

Credere.—"Qui credit in Me" (*Joh.* xi. 25), significat qui credit Divinum Ipsius, ac Ipsum omnipotentem et solum Deum; et quia nemo hoc credere potest quam qui charitatis vitam vivit, ideo hoc etiam per "credere in Ipsum" intelligitur (n. 899[*b*]).
Dicitur in Verbo "credere in Deum," et "credere illa quae a Deo;" et "credere in Deum" est fides quae salvat, at "credere illa quae a Deo" est fides historica, quae absque priore non salvat, quare non est vera fides; nam "credere in Deum" est scire, velle et facere, at "credere illa quae a Deo" est scire, quae [fides] dabilis est absque velle et facere (n. 349[*c*]).
Per "credere in Deum" antiqui intellexerunt tam scire et intelligere vera quam velle et facere illa, et hoc a Domino (n. 813).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 295[*d*], 349[*b*], 706[*b,c*], 740[*b*], 741[*b*], 745, 805[*c*], 813, 815, 852[*b*], 899[*b*].)

Crepusculum.—(*Videatur* ***Diluculum.***)
"Crepusculum" (*Jerem.* xiii. 16) est cum non videtur verum, sed loco ejus falsum (n. 405[*h*]).
Per "offendere in meridie sicut in crepusculo" (*Esai.* lix. 10) significatur lapsus in errores, tametsi in ecclesia sunt ubi est Verbum, ex quo in lucem veri veniri posset (n. 781[*d*]; *conf.* n. 239[*b*]).
De illis qui sibi faciunt doctrinalia ex propria intelligentia, dicitur (*Esai.* v. 11), "Vae surgentibus mane sub auroram, siceram persequuntur; commorantibus in crepusculum, vinum incendit eos;" haec significant statum perversum eorum qui credunt illustrari a semet (n. 376[*g*]).

Crescere.—Quod justus "sicut cedrus in Libano crescet" (*Ps.* xcii. 13 [*B. A.* 12]), significat multiplicationem veri apud illum (n. 458[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 279[*a*], 316[*a*], 426, 458[*b*], 518[*b*], 632, 687[*b*], 706[*c*], 864, 911[*a,c*], 1029[*b*].)

Cribrum. } ***Cribrare.*** }—Quia fides falsi est sicut palea coram vento, ideo dicitur (*Luc.* xxii. 31) quod "Satan expostulaverit eos, ut cribraret eos sicut triticum" (n. 740[*b*]; *conf.* n. 820[*b*]).

Crimen.—"Si fuerit in viro crimen, judicium mortis, suspendes eum ligno" (*Deutr.* xxi. 22), significat si malum fecerit contra bonum Verbi et ecclesiae (n. 655[*a*]; *conf.* n. 863[*b*]).

Crinis.—(*Vide* ***Capillus, Coma, Pilus.***)
Per "crinem capitis et barbae" significatur ultimum vitae hominis, quod sensuale corporeum vocatur (n. 417[*a*], 66).
Potentia Divini Veri in ultimis repraesentata est per crines apud Naziraeos, ut apud Simsonem, nam crines correspondent ultimis Divini Veri (n. 1086).

Quod in fine dierum impletionis, Naziraeus "tonderet caput, et daret crinem capitis super ignem qui sub sacrificio pacificorum" (*Num.* vi. 18) repraesentabat sensuale tunc novum ex Divino caelesti, novus enim crinis postea Naziraeo crevit; et quoque repraesentabat quod Dominus ex Divino Vero ultimo, quod est sensus litterae, intraverit in Divinum Verum interius, quod est Verbum in sensu interno, usque ad supremum ibi (n. 918).

"Comedere gramen, crinem sicut aquilarum habere, et ungues sicut avium" (*Dan.* iv. 29, 30 [*B. A.* 32, 33]), significat sensualis fieri (n. 1029[*b*]).

Cruciare. } —"Duo prophetae cruciaverunt habitantes super terra" (*Apoc.* xi.
Cruciatus. } 10) significat anxietatem cordis ex illis in ecclesia vastata (n. 662).

Mulier "clamavit parturiens et cruciata parere" (*Apoc.* xii. 2) significat non receptionem ab illis qui in ecclesia naturales sunt, et resistentiam illorum (n. 711); ita quod vera et bona spiritualia, quae ex Verbo, non nisi cum maxima difficultate et cum angustia recipi possent, obstantibus malis et falsis quae tunc in ecclesia, et quae animos religioni addictos occupaverunt (n. 721[*c*]).

"Cruciatus" (*Apoc.* xiv. 10) est diritas inferni, ita infernum; "fumus cruciatus illorum, ascendens in saecula saeculorum," est densum falsum obstipans illos et profluens ex amoribus illorum continue (n. 889).

"Cruciatus" (*Apoc.* xviii. 7) est poena infernalis (n. 1119).

"Timor cruciatus" (*Apoc.* xviii. 10, 11) est formido propter poenas infernales (n. 1133, 1161).

(*Videantur etiam articuli*, n. 548, 549, 888, 1163.)

Crucifigere. } —(*Vide* ***Crux, Passio.***)
Crucifixio. } Erant binae poenae mortis apud Judaeos, crucifixio et lapidatio. Per "crucifixionem" significabatur condemnatio et maledictio propter destructionem boni in ecclesia, et per "lapidationem" significabatur condemnatio et maledictio propter destructionem veri in ecclesia. "Lignum," super quo suspendebantur, significabat bonum, ac in opposito sensu malum; "lapis," quo fiebat lapidatio, significabat verum, et in opposito sensu falsum (n. 655[*a*]).

Per crucifixionem Domini repraesentabatur adulteratio et destructio boni ecclesiae et Verbi (n. 655[*b*]).

(*Vide etiam articulos*, n. 653[*a*], 805[*d*].)

Crudelis.—Per "diem crudelem, et excandescentiae irae Jehovae" (*Esai.* xiii. 9, 13), intelligitur ultimum judicium (n. 413[*b*]).

Falsa ex malo, quae Judaeis, intelliguntur (*Deutr.* xxxii. 32, 33) per quod "uvae ejus uvae fellis, botri amaritudinum illis, venenum draconum vinum eorum, et fel aspidum crudele" (n. 433[*e*], 714[*c*]).

(*Vide etiam articulos*, n. 519[*b*], 734[*d*].)

Crumena.—Per "crumenam" et "peram" (*Luc.* xxii. 36) significantur cognitiones spirituales, ita vera (n. 131[*a*], 840).

Crus.—Per "crura" (*Lev.* xi. 21) significatur bonum naturale conjunctum bono spirituali (n. 543[*d*]).

Ubi agitur de statua Nebuchadnezari in somnio visa, per "crura et pedes," qui ex parte erant ferrum, ex parte argilla, significatur ecclesia Israelitica et Judaica (n. 411[*b*]).

(*Vide etiam articulos*, n. 163, 176.)

Crux.—(*Vide* ***Crucifigere, Passio.***)

Quod per "crucem" intelliguntur tentationes, est quia mala et inde falsa, quae homine ex nativitate adhaerent, infestant et sic cruciant illos qui naturales sunt dum spirituales fiunt; et quia mala et inde falsa illa non discuti possunt quam per tentationes, inde per "crucem" illae signifi-

cantur: ideo dicit Dominus (*Matth.* x. 38; xvi. 24) quod "abnegaturi sint se ipsos," et "suscepturi crucem suam;" hoc est, quod rejecturi sint propria: "crux sua" est hominis proprium, contra quod pugnaturus est (n. 893).

(*Vide etiam articulos*, n. 122, 476, 750[*d*].)

Crystallum. } —"Crystallus" significet Divinum Verum (n. 253[*a*]).
Crystallus. } "Mare vitreum" (*Apoc.* iv. 6) dicitur esse "simile crystallo," ut exprimatur pellucentia ex influxu Divini Veri uniti Divino Bono (n. 275[*a*]).

(*Vide etiam articulos*, n. 717[*c*], 931.)

Cubare.—(*Vide* ***Accumbere, Discumbere.***)

(*Hoc verbum Hebraeam vocem non unicam interpretatur.*)

"Cubat . . . . , quis excitabit eum?" (*Num.* xxiv. 9,) significat statum securitatis et tranquillitatis (n. 278[*b*]).

"Cubare sicut leo" (*Gen.* xlix. 9) significat in securo esse ab omni falso et malo (n. 278[*b*]; *conf.* n. 433[*a*]).

"Pardus cum haedo cubabit, et vitulus et leo juvenis una" (*Esai.* xi. 6), siguificat quod nihil ab infernis et malis inde timebunt, quia tuti a Domino (n. 314[*b*]).

"Jehovah in pascuis herbae cubare faciet me" (*Ps.* xxiii. 2), significat quod qui confidit Domino ducatur in omnia bona et vera caeli, et abundet jucundis eorum (n. 375[*e*(viii.)]).

"Si vir cum puella virgine desponsata viro in urbe concubuerit" (*Deutr.* xxii. 23), significat adulterationem boni et veri doctrinae ex Verbo (n. 863[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 278[*b*], 280[*b*], 283[*b*], 340[*c*], 365[*c*], 375[*e*(viii.)], 388[*b*], 410[*c*], 433[*a*], 445, 448[*b*], 650[*f*], 654[*g,i*], 659[*b*], 734[*b*], 750[*e*], 781[*d*], 805[*d*], 817[*d*], 863[*b*], 1029[*e*], 1146.)

Cubiculum. } —(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 163, 388[*c*], 434[*d*], 484,
Cubile. } 650[*f*], 714[*c*], 817[*c*].)

Cucumis.—Quod filii Israelis appetiverint naturalia, significatur (*Num.* xi. 5) per quod "concupiscerent piscem in Aegypto, cucumeres, cucurbitas, porros, cepas et allia; haec omnia significant talia quae sunt infimi naturalis, hoc est sensualis corporei hominis (n. 513[*a*]).

Cucurbita.—"Cucurbitae" (*Num.* xi. 5) significant talia quae sunt infimi naturalis (n. 513[*a*]).

Culter.—Quod ex omnium consensu cessaturae sint pugnae, significatur (*Esai.* ii. 4) per quod "contundent gladios suos in ligones, et hastas suas in cultros putatorios" (n. 734[*b*]).

Cultus.—(*Videatur* ***Colere.***)

Cultus semel inceptus et animis irradicatus non abolitur a Domino, sed flectitur ad significandum sanctum religionis (n. 391[*b*]).

Non quod cultus Babylonicorum idololatricus in mundo cum ipsis destruendus sit, hic enim permansurus; verum non ut cultus alicujus ecclesiae, sed ut cultus paganismi (n. 1029[*c*]).

Cunctari.—Admiratio super gravi stupiditate, describitur (*Esai.* xxix. 9) per "Cunctamini, admiramini, obstupescite" (n. 376[*f*]).

Cupediae.—"Cupediae," quia sapidae, significant vera quae sapientiae (n. 519[*a*]).

Cupere. } —(*Vide* ***Concupiscentia.***)
Cupiditas. } (*Vide Matth.* v. 42, n. 556[*b*]; *Apoc.* ix. 6, n. 551.)

Cupreum saeculum. } —(*Vide* ***Aes.***)
Cuprum. } "Cuprum" seu "aes" significat bonum externi seu naturalis hominis (n. 176).

Ab antiquis saecula vocata sunt a metallis: "aurea" ex hominibus antiquissimis, qui vixerunt in bono amoris; "argentea" ex antiquis post illos, qui vixerunt in veris ex illo bono; "cuprea" ex posteris horum, qui in bono externo seu naturali; "ferrea" ex horum posteris, qui erant in solo vero naturali absque bono (n. 176).

Cura.—Quod Samarita duxerit vulneratum in diversorium, et dixerit "ut curam ejus haberent" (*Luc.* x. 34, 35), significat quod ad illos qui instructi sunt in ecclesiae doctrina ex Verbo, qui eum sanare possent plus quam ille, qui adhuc in ignorantia (n. 375[*e*(viii:)], 444[*c*]).

Curare. }
Curatio. } —(*Vide* ***Sanare, Sanatio.***)

Currere, }
Discurrere. } —Per "currere ad bellum" (*Apoc.* ix. 9) significatur ardor pugnandi (n. 558).

Per "discurrere" (*Nahum* ii. 5 [*B. A.* 4]) significatur aberrare (n. 652[*b*]).

(*Vide etiam articulos*, n. 316[*c*], 519[*a*], 783.)

Currus.—(*Vide* ***Rheda, Cameratae rhedae.***)

"Currus Dei" (*Ps.* lxviii. 18 [*B. A.* 17] sunt vera doctrinae (n. 336[*b*]).

"Ponere nubes currum suum" (*Ps.* civ. 3) significat doctrinam veri ex sensu litterali Verbi (n. 283[*b*]); ex Divinis veris ultimis (n. 594[*b*]).

Per "equitare super equis," dum de Jehovah, hoc est, Domino, significatur Divina Sapientia quae inest Verbo; et per "currus" significantur doctrinalia inde (n. 518[*d*]).

Per "currum" significatur doctrina (n. 187[*b*], 283[*b.c*], 329[*d*], 355[*a*], 539[*b*]); doctrina veri (n. 36, 208[*b*], 278[*b*], 355[*c*], 357[*a*], 650[*e*], 684[*b*], 700[*f*]; verum doctrinae (n. 223[*b*], 336[*b*]); doctrina e Verbo (n. 504[*b*], 617[*d*]).

Per "currus" significantur doctrinalia (n. 131[*a*], 175[*a*], 405[*d*], 518[*d*], 1155); doctrinalia seu vera doctrinae (n. 558); doctrinalia veri (n. 652[*b*]); doctrinalia veri et boni (n. 418[*b*]).

"Rotae" significant vera doctrinalium, ex eo, quod "currus" significat doctrinam (n. 283[*c*]).

In sensu opposito, per "currus" significantur doctrinalia falsi (n. 281[*b*], 355[*d,e*], 357[*d*], 654[*h*]); falsa doctrinae (n. 654[*g*], 734[*c*], 863[*a*]).

Per "rotam curruum" (*Exod.* xiv. 25) significatur facultas ratiocinandi (n. 654[*h*]).

Curvare.—Per "curvare se" (*Gen.* xlix. 9) significatur in potentiam se mittere (n. 278[*b*]); nam "curvare se," cum de leone, est mittere se in potentiam (n. 433[*a*]).

Cusch. }
Kusch. }
Cuschii. } —(*Vide* ***Aethiopia.***)
Kuschii. }

Custodia. }
Custodire. } —De custodibus, a Domino positis, ne homo ecclesiae ex sua ratione
Custos. } aut ex suo intellectu inferat se in Divina quae sunt Verbi et inde ecclesiae; quo tempore ponantur, quo tempore removeantur (n. 569[*a*]).

Custodire et facere statuta et praecepta est bonum vitae (n. 696[*b*]).

"Custodiet verbum tuum" (*Deutr.* xxxiii. 9) significat facere verbum (n. 444[*b*]).

Per "custodire Sabbatum" (*Esai.* lvi. 6) significatur in conjunctione cum Domino esse (n. 391[*e*]).

"Custodientes mane" (*Ps.* cxxx. 6) sunt qui exspectant Domini adventum (n. 179).

Per "cherubos" (*Gen.* iii. 24) significantur custodiae ne adeantur caeli superiores nisi per bonum amoris et charitatis; quare etiam de illis dicitur, "ad custodiendum viam arboris vitae" (n. 277[*a*]; *conf.* n. 739[*b*]).

"Conjicere in custodiam" (*Apoc.* ii. 10), cum de illis qui in affectione veri spirituali sunt, est conari et aggredi deprivare veris ex Verbo (n. 122).

(*Vide etiam articulos*, n. 174, 325[a], 340[b], 374[b], 401[g], 624[c], 696[c], 701[b,d], 730[d], 740[c], 866, 894, 1099, 1100[a].)

Cutis.—"Cutis," ex correspondentia cum Maximo Homine seu Caelo, significat naturalem hominem (n. 386[c]).

Radiatio cutis facierum Mosis (*Exod.* xxxiv. 28 ad fin.) significabat internum Legis, nam hoc est in luce caeli: quod velaret faciem cum loqueretur cum populo, erat quia internum Verbi fuit obtectum, ac ita obscuratum isti populo, ut non sustinuerint aliquid lucis inde (n. 937).

"Num convertet Aethiops cutem suam?" (*Jerem.* xiii. 23,) significat quod malum non possit mutare naturam suam: "Aethiops" est malum in sua forma, quia totus niger; et "cutis," quia est extremum hominis, et correspondet ejus sensuali, est natura ejus (n. 780[b]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 386[c], 540[a], 659[c], 665, 666, 730[e], 780[b], 863[a], 937.)

Daemon. } —(*Vide* ***Diabolus, Satanas.***)
Daemonium. } Illi in inferno "daemones" vocantur qui in cupiditate falsificandi vera sunt, quod fit imprimis per ratiocinia; inde per "daemones" et "daemonia" in sensu abstracto significantur cupiditates et falsitates (n. 1001).

"Daemonia" sunt qui in diris falsis sunt, ex veris et bonis profanatis (n. 1098).

Quid intelligatur per "colere daemonia" (n. 586).

Per "daemones silvestres," seu "satyros," significantur cupiditates mere corporeae (n. 586).

Per "daemonia" ejecta a Domino, quibus tunc plures obsessi fuerunt, significantur omnis generis falsitates, quibus ecclesia fuit infestata, et a quibus liberata est a Domino (n. 586, 706[c]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 455[c], 624[b], 659[b], 734[e], 740[b,c], 741[d], 815[b].)

Dago. } —Quod Dagon, deus Aschdodaeorum, ex vicinia et praesentia arcae,
Dagon. } dejectus sit in terram, et dein caput ejus ac volae manuum ejus conjectae sint super limen aedis ejus, erat quia "Dagon" significabat religiosum eorum; quod quia erat absque spirituali bono, etiam erat absque omni intelligentia et absque omni potentia; "caput" enim significat intelligentiam, et "volae manuum" significant potentiam (n. 700[c,e], 817).

Damascus.—Per "Tyrum" (*Ezech.* xxvii.) significatur ecclesia quoad cognitiones boni et veri; et per "Damascum," quae erat urbs Syriae, significatur scientificum concordans (n. 376[d]).

Apud *Esaiam*, cap. xvii., agitur de cognitionibus veri et boni quae ecclesiae, quod deperditae sint; illae ibi per "Damascum" (de qua in eo capite agitur), et per "Aroerem," significantur (n. 911[b]).

Damnare. } —Per "Unctum" (*Ps.* lxxxix. 40) intelligitur Dominus; "ira" pro
Damnatio. } statu tentationum in quo fuit cum in pugnis cum infernis; lamentatio tunc describitur per "iram" et "damnationem," prout ultima Domini in cruce quod desereretur (n. 272).

Damno afficere.—Mali, qui usque ad ultimum judicium tolerati sunt, non prius dejici potuerunt antequam ab illis separati fuerint boni; nam si simul, tunc boni, cum quibus mali per externum cultum conjuncti fuerunt, "damno afficerentur" (*Apoc.* vii. 3), hoc est perirent, illos enim mali secum auferrent (n. 425, 426).

Dan.—Per "tribum Danis" significantur ultima ecclesiae, ita illi qui in ultimis veri et boni sunt, qui dicuntur sensuales (n. 355[*b*]).

Per "Danem" intelligitur verum in suo ultimo; hoc verum in ecclesia est quod continetur in sensu litterae Verbi (n. 355[*f*]).

Inter duodecim tribus, ex quarum unaquavis duodecim millia signati dicuntur, quod non memoretur tribus Danis, sed loco ejus tribus Menassis, causa (n. 450).

Per "omnes tribus Israelis, a Dane usque ad Beerschebam," significantur omnia vera et bona ecclesiae, ab ultimis ad prima (n. 417[*b*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 391[*h*], 431[*c*(ii.)], 514[*c*], 581[*b*].)

Dare.—"Dare Deo gloriam" (*Ezech.* xiii. 16) significat agnoscere Divinum Verum (n. 405[*h*]).

Charitas erga proximum intelligitur (*Luc.* vi. 37) per "Remittite et remittetur vobis, date et dabitur vobis" (n. 629[*c*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae plura videantur*, n. 6, 102[*b*], 405[*h*], 422[*b*], 444[*c*], 507, 556[*b*], 559, 616, 629[*c*], 650[*e*], 659[*c*], 695[*a,b*], 724[*d*], 768[*b,e*], 850[*d*], 852[*b*], 874, 893, 986, 1084, 1086, 1218.)

Darius.—(*Videatur articulus*, n. 1029[*c*].)

Dathan.—Quod Korach, Dathan et Abiram cum concione illorum absorpti fuerint a terra, erat causa, quia per murmurationem eorum contra Mosen et Aharonem significabatur profanatio boni amoris caelestis; per Mosen enim et Aharonem repraesentabatur Dominus (n. 324[*b*]; *conf.* n. 496, 727[*b*]).

David.—In sensu supremo per "Davidem" significatur Dominus quoad Divinum Verum (n. 19); Divinum Verum procedens a Divino Bono Domini (n. 206); Dominus quoad regium, quod est Divinum Verum in caelo spirituali (n. 253[*a*], 684[*c*]); Dominus quoad Divinum Humanum, et ejus regium (n. 701[*b*]).

"David" ut "servus" significat Humanum Domini quoad Divinum Verum (n. 684[*c*]; *conf.* n. 316[*b*], 409[*c*], 433[*b*]).

In sensu interno per "Davidem" significatur omne verum a bono quod a Domino (n. 206).

Quod in Verbo per "Davidem" intelligatur Dominus, est quia per reges in Verbo repraesentatus est Dominus quoad Divinum Verum, et per Regem Davidem imprimis, quia is multam curam de rebus ecclesiae habuit, et quoque Psalmos scripsit (n. 205).

Dominus quoad Humanum dicitur "Radix Davidis," ex eo quia omne Divinum Verum ab Ipso est (n. 310).

Per "thronum Davidis" intelligitur caelum quoad Divinum Verum (n. 253[*a*]; *conf.* n. 401[*b*]); ita regnum Domini spirituale (n. 205, 946).

Per "domum Davidis" intelligitur regnum spirituale (n. 205); tum quoque ecclesia quoad vera doctrinae (n. 453[*b*]).

Per "semen Davidis," in sensu abstracto, intelligitur verum Verbi, seu verum doctrinae ex Verbo; inde quoque per "semen" ejus intelliguntur illi qui in veris ecclesiae ex Verbo sunt (n. 768[*d*]; *conf.* n. 205, 401[*b*]).

Quoniam per "Davidem" intelligitur Dominus, per "filios" ejus intelliguntur qui faciunt praecepta Domini (n. 392[*e*]).

"Habens clavem Davidis" (*Apoc.* iii. 7) significat cui potentia est per Divinum Verum (n. 205).

(*Dicta Scripturae Sacrae plura videantur explicata*, n. 62, 272, 375[*e*(vi.)], 376[*f*], 409[*c*], 433[*c*], 444[*b*], 449[*a*], 555[*b*], 700[*f*], 701[*c*], 781[*c*], 799[*b*], 850[*a*].)

Dealbare.—(*Vide* ***Albedo, Albus.***)

"Dealbare stolas" (*Apoc.* vii. 14) significat exuere falsa et induere vera,

"album" enim et "albari" predicatur de veris, ac "stolae" significant illa (n. 476).

(*Videantur etiam articuli*, n. 403[*b*], 476, 842, 1045.)

Debere.—(*Vide Matth.* xxvi. 52, n. 812.)

Deborah.—In cantico Deborae et Barachi, agitur de desolatione veri in ecclesia, et postea de restitutione ejus (n. 652[*b*]).

(*Videantur articuli*, n. 355[*f*], 422[*d*], 434[*c*], 439, 447.)

Decachordii nablium.—Quia "cithara" significat confessionem ex veris spiritualibus, ideo dicitur (*Ps.* xxxiii. 2), "Confitemini Jehovae in cithara;" "nablium decachordii" significat bonum spirituale correspondens; ideo dicitur, "In nablio decachordii psallite Ipsi" (n. 323[*b*]).

"Cithara" et "nablium" praedicantur de illis qui in bono spirituali (n. 326[*b*]).

Decalogus.—Quod decem Praecepta Decalogi sint omnia Verbi et omnia ecclesiae in summa (n. 1024).

De Praeceptis Decalogi in genere (n. 1024–1028).

De Praeceptis Decalogi, tum quoque singulorum praeceptorum explicatio (n. 935–1028).

Religio apud hominem consistit in vita secundum praecepta Divina, quae in summa continentur in Decalogo; apud illum qui non vivit secundum illa, non potest esse religio (n. 948).

Pleraeque gentes sciunt illa praecepta, et quoque faciunt illa suae religionis, ac vivunt secundum illa quia Deus id vult et mandavit; per id communicationem habent cum caelo, et conjunctionem cum Deo, quare etiam salvantur (n. 948).

Mala quae in Decalogo enumerantur, continent in se omnia mala quae usquam dantur; quare etiam vocantur "Decem Praecepta," nam "decem" significant omnia (n. 935).

De binis Tabulis (n. 1179).

(*Videantur articuli*, n. 240[*b*], 675[*a*].)

Decalvare.—(*Vide* ***Calvities, Calvitium, Calvus.***)

(*Videatur Esai.* iii. 17, n. 240[*b*].)

Decem.—(*Vide* ***Decimae, Decimationes.***)

Omnes numeri in Verbo significant res aut status, ac varios secundum respectum ad alios numeros. Numerus "decem" absque respectu ad alios numeros significat plenum aut multum; at respective ad majorem significat quantum ad usus (n. 124, 112).

"Decem" significant omnes et multos (n. 675[*a*]); omnes et omnia (n. 374[*b*], 675[*a,c*], 716, 1069); multos et multa (n. 675[*a*], 716, 1069); multum et omne (n. 548, 675[*b*]); multum et plenum (n. 112); omnia (n. 316[*c*], 1024); omnia in toto complexu (n. 548); multum (n. 675[*a,b*], 1041); multum, ita quoque copiam (n. 777).

Per "decem virgines" (*Matth.* xxv. 1) intelliguntur omnes qui ab ecclesia; per "quinque" intelliguntur quidam ex illis (n. 187[*b*], 252[*b*], 548).

Per "decem vicibus" significatur toties quoties, ac semper (n. 675[*b*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 223[*c*], 336[*a*], 375[*e*(viii.)], 433[*d*], 555[*b*], 633[*b*], 706[*c*], 776, 1079.)

Decidere. } ***Decisus.*** } —(*Vide* ***Caedere, Decisio.***) Exstinctio omnis boni et veri, utcunque inquiruntur, significatur (*Esai.* ix. 19 [*B. A.* 20]) per "Si deciderit ad dextram esuriet tamen, et si comederit ad sinistram non saturabuntur;" "caedere" et "comedere" ad illas est inquirere (n. 386[*b*], 600[*b*], 617[*e*]).

(*Videatur Dan.* ix. 27, n. 83, 684[*e*], 1100[*d*].)

Decidere.—(*Videatur* **Cadere.**)

Quod "omnis exercitus decidet sicut folium de vite, et sicut decidens de ficu" (*Esai.* xxxiv. 4) significat depopulationem ex falsis mali (n. 403[*b*]).

(*Videantur articuli*, n. 403[*e*], 422[*c*], 507, 627[*b*], 700[*c*], 740[*b*].)

Decies milleni.—Per greges "decies millenos" (*Ps.* cxliv. 13) significantur vera (n. 652[*c*]).

Decimae. }
Decimationes. } —(*Vide* **Decem.**)
Decimare. }

Quoniam "decem" significant omnes et omnia, sequitur quod "decima pars" significet omne: exinde decimae et decimationes traxerunt suam originem, et significabant quod omne sanctum et benedictum esset quando decima pars de frumento et vino data esset Levitis; similiter pro Levitis, quando decima pars iterum decimaretur et daretur Aharoni (n. 675[*c*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 675[*a*,*c*], 794.)

Decisio.—(*Vide* **Decidere, Decisus.**)

Per "consummationem et decisionem" (*Esai.* x. 22, 23; xxviii. 22: *Dan.* ix. 27) significatur status ultimus ecclesiae, qui est quando non verum amplius quia non bonum, seu quando non fides amplius quia non charitas (n. 397).

"Consummatio et decisio" est plenaria destructio (n. 374[*c*]).

Declinare.—"Recedere a via" et "declinare a semita" (*Esai.* xxx. 11), est recedere a vero et bono ecclesiae (n. 412[*f*]).

Decor.—(*Videatur* **Decus.**)

Ex correspondentia est quod angeli appareant pulchre comati, et quod secundum comarum ordinatam pendentiam, decorem et nitorem, sciatur qualis correspondentia est naturalis hominis cum spirituali apud illos (n. 555[*a*]).

Decreta.—De Papae decretis (n. 1067, 1070, 1074[*a*]).

Decus.—(*Videatur* **Decor.**)

Divinum Bonum et Divinum Verum in ecclesia significantur (*Ps.* xcvi. 6) per "robur" et "decus" (n. 288[*b*]).

Per "decus" (*Ps.* xlv. 4) significatur Divinum Verum (n. 298[*b*]).

"Domus decoris" (*Esai.* lx. 7) significat Divinum Humanum Domini quoad Divinum Verum (n. 391[*c*]).

"Baculus decoris" (*Jerem.* xlviii. 17) est Divinum Verum in sensu spirituali (n. 727[*a*]).

"Decus" in Verbo dicitur de ecclesia et de doctrina veri ibi (n. 316[*a*]).

"Ortus" et "decus" (*Dan.* viii. 9) sunt ubi bonum est in claro per verum (n. 316[*c*]).

"Decus" (*Esai.* lxiv. 10 [*B. A.* 11]) significat ecclesiam spiritualem (n. 504[*e*]).

"Corona ornatus" (*Esai.* xxviii. 5) est sapientia quae est boni a Divino; "cidaris decoris" est intelligentia quae est veri ex illo bono (n. 272).

"Corona decoris" (*Esai.* lxii. 3) est sapientia quae est boni (n. 272).

"Corona decoris" (*Jerem.* xiii. 18) est intelligentia (n. 223[*b*]).

Vera doctrinae significantur (*Esai.* lii. 1) per "vestes decoris" quas induet Hierosolyma (n. 811[*d*]).

Per "decus" quod datum est in manum hostis (*Ps.* lxxviii. 61), significatur verum naturale ex spirituali (n. 811[*a*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 406[*b*], 844, 850[*b*].)

Dedan.—Per "Dedan" (*Ezech.* xxvii. 20) significantur illi qui in cognitionibus caelestium (n. 195[*b*], 840).

Deducere.—"Et deducet eos ad vivos fontes aquarum" (*Apoc.* vii. 17) significat in Divinis veris (n. 483).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 555[*c*], 730[*d*].)

Deesse.—Quia praecepta facere absque Domino, nemo potest, ideo Dominus dixit (*Marc.* x. 21), "Unum tamen tibi deest (n. 893).

Defaecare.—Per "convivium pinguedinum," "pinguedinum medullatarum" (*Esai.* xxv. 6), significatur bonum tam naturale quam spirituale cum gaudio cordis; et per "faeces," "faeces defaecatas," significantur vera ex illo bono, cum felicitate ex illis (n. 1159).

(*Videantur articuli*, n. 242[*d*], 444[*b*].)

Defatigari.—(*Videatur Jerem.* vi. 11, n. 652[*d*].)

Defectus.—Per "defectum panis in omnibus locis" (*Amos* iv. 6) significatur penuria boni ex doctrinis in vita (n. 556[*c*]).

Deferre.—"Et detulit me in desertum in spiritu" (*Apoc.* xvii. 3), significat in locum in visione apparentem, qui correspondebat statui religiosi per "Babyloniam" intellecti (n. 1037).

Deficere.—(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 103, 257, 386[*c*,*d*], 537[*b*], 652[*d*], 654[*h*], 724[*d*], 730[*d*], 750[*e*], 863[*a*].)

Deflagrare.—"Flamma deflagravit omnes arbores agri" (*Joel* i. 19) significat quod fastus propriae intelligentiae consumpserit omnem intellectum veri doctrinae ex sensu litterae Verbi (n. 730[*b*]).

Deflere.—(*Vide* ***Flere, Plangere.***)

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 555[*c*], 1034, 1129.)

Defluere. } —Quod "clangere tuba" (*Apoc.* viii. 7) significet defluxum Divini
Defluxus. } veri ex caelo, causa (n. 502[*a*]). Ille defluxus, quando fortis est, alium effectum edit apud bonos et alium apud malos; apud bonos illustrat intellectum, conjungit illos arctius caelo, et inde animos laetificat et vivificat; apud malos autem perturbat intellectum, separat a caelo, conjungit arctius inferno, ac animis inducit terrorem, ac tandem infert mortem spiritualem (n. 502[*a*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 315[*b*], 587[*c*], 918.)

Defraudare.—Quod cultus ex falsificatis, quia fraudulentus, infernalis sit, significatur (*Mal.* i. 14) per "Maledictus defraudans" (n. 725[*b*]).

(*Videatur etiam Marc.* x. 19, n. 893.)

Deglutire.—(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 714[*c*], 764.)

Dejicere.—(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 316[*b*,*c*], 357[*c*], 388[*c*], 403[*a*], 410[*b*], 411[*f*], 504[*e*], 514[*c*], 535, 537[*b*], 654[*g*], 727[*b*], 1183.)

Delabi.—(*Vide* ***Cadere.***)

Per "delabi e caelo" (*Apoc.* ix. 1) significatur perire (n. 535).

Delassari.—"Delassata est anima mea ab occisoribus" (*Jerem.* iv. 31), significat a falsis quae exstinguunt vitam spiritualem (n. 315[*c*]; *conf.* n. 721[*c*]).

Delectari.—"Delectari praeceptis Jehovae" (*Ps.* cxii. 1) est amare illa, ita velle et facere illa (n. 696[*c*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 355[*e*], 391[*e*], 863[*b*].)

Delere.—"Non delebo nomen ejus e libro vitae" (*Apoc.* iii. 5), significat quod in caelo erunt, quia ei accommodati (n. 199).

"Viam semitarum delere" (*Esai.* iii. 12) significat ut non sciatur verum ducens (n. 555[*d*]).

Delicata.—(*Videatur Esai.* xlvii. 8, n. 1121.)

Deliciae.—"Deliciae" (*Jerem.* li. 34) sunt cognitiones veri et boni ex Verbo (n. 622[*b*]; *conf.* n. 714[*c*]).

"Domus deliciarum" (*Mich.* ii. 9) significat amoena et felicia caeli (n. 555[*b*]).

"Deliciae regis" (*Gen.* xlix. 20) significant amoenum ex vero (n. 438).

"Filii deliciarum" dicuntur (*Mich.* i. 16) ex amore verorum, et inde jucundis (n. 724[*c*]).

Per "flumen deliciarum" (*Ps.* xxxvi. 9 [*B. A.* 8]) significatur intelligentia et inde felicitas (n. 1159).

"Facultates deliciarum" Babyloniae (*Apoc.* xviii. 3) sunt illa ecclesiae quae vocantur cognitiones et dicuntur esse sancta, quae tamen omnia sua trahunt ex amore dominandi tam super caelum quam super mundum (n. 1104).

Quod deliciae conjugum in caelis non possint describi vocibus alicujus linguae (n. 992).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 1029[*e*], 1034.)

Delineatus.—Per "gentem delineatam et conculcatam," cujus terram depraedati sunt fluvii (*Esai.* xviii. 2), significantur illi apud quos bona ab illis qui in falsis doctrinae sunt, sublata, mutata aut perversa sunt (n. 331[*a*]).

Demergere.—Per "demergi in profundum maris" (*Matth.* xviii. 6) significatur dejici in infernum (n. 1181).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 455[*b*], 514[*d*], 629[*b*].)

Demessa.—"Demessa est terra" (*Apoc.* xiv. 16), significat quod devastata sit ecclesia (n. 912).

Demittere.—(*Vide* ***Dejicere.***)

"Demittere in foveam" (*Ezech.* xxviii. 8) significat immersionem in falsa (n. 315[*c*]; *conf.* n. 537[*b*]).

Denarius.—Is nummus quia erat omnium minimus, inde per illum significatur pretium minimum. Per "denarium" (*Apoc.* vi. 6) in sensu spirituali significatur tanquam nihili (n. 374[*a*]).

Quod Samarita dederit hospiti duos denarios, et dixerit illi, "Curam ejus habe, nam quodcunque insuper insumpseris, ego, quando reversus fuero, restituam tibi" (*Luc.* x. 35), significat omnia charitatis quantum valuit et potuit (n. 444[*c*]).

Denigrari.—"Cutes nostrae sicut clibanus denigratae sunt propter procellas famis" (*Thren.* v. 10), significat quod propter defectum cognitionum boni et veri, naturalis homo in suo amore malo sit (n. 386[*c*]); tum quod naturalis homo absque luce veri sit, et inde in tenebris falsi (n. 540[*a*]),

Denuo.—Per "generari denuo" (*Joh.* iii. 7) intelligitur regenerari (n. 419[*c*]).

Dens.—(*Vide* ***Molares.***)

Quod "dentes" significent sensualia quae sunt ultima vitae naturalis quoad intellectum et quoad scientiam (n. 556[*a*]).

Per "Albus dentibus a lacte" (*Gen.* xlix. 12) significatur quod sensuale Domini fuerit Divinum Verum ex Divino Bono (n. 556[*c*]).

"Dentes" in Verbo etiam significant vera ultima (n. 556[*c*]).

Omnia quae oris sunt, prout "guttur," "os," "labia," "maxillae," "dentes," significant talia quae perceptionis et intellectus veri sunt, quia illis correspondent (n. 556[*b*]).

Dens correspondet ultimo vitae hominis, quod est sensuale (n. 650[*g*]).

Per "dentes" proprie significantur illa quae solum memoriae insunt, et inde depromuntur, nam illa quae insunt memoriae sensualis hominis correspondent ossibus et dentibus (n. 556[*a*]).

"Dentes" significant ultima vitae hominis, quae sunt sensualia externa, ac ratiocinationes ex illis (n. 455[*b*]).

Quia dentes correspondent ultimis vitae intellectualis, quae sensualia vocantur, ideo spiritus boni et angeli aeque gaudent dentibus sicut homines (n. 556[*c*]).

Per "Oculus pro oculo, et dens pro dente" (*Matth.* v. 38), significatur quod quantum aliquis alteri aufert intellectum veri et sensum veri, tantum illi auferrentur; per "oculum" significatur intellectus veri, et per "dentem" sensus veri (n. 556[*b*]).

In opposito sensu, per "dentem" significatur falsum in sensuali (n. 556[*b*]).

Per "dentes leonis" (*Joel* i. 6) significantur falsa mali (n. 403[*b*]; *conf.* n. 556[*a*]).

Per "dentem bestiarum" (*Deutr.* xxxii. 24) significatur sensuale quoad cupiditates (n. 650[*g*]).

Per "stridorem dentium" in infernis intelligitur continua disceptatio et pugna falsorum inter se et contra vera (n. 556[*c*]; *conf.* n. 783, 911[*b*]).

Ex eo quod dentes apud malos correspondent falsis quae eis sunt in ultimis vitae intellectualis, ideo spiritus qui tales sunt apparent deformi facie, cujus multam partem faciunt dentes (n. 556[*c*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 403[*b*], 455[*b*], 556[*a–c*], 650[*g*], 781[*d*], 783, 908, 911[*a*], 1029[*c*].)

Densus.—"Terra siccitatis et umbrae densae" (*Jerem.* ii. 6) significat perceptionem boni et intellectum veri obscuratum (n. 730[*d*]).

Denudare. } —(*Vide* ***Nudus.***)
Denudatio. }

Per "Denudabitur arcus tuus" (*Hab.* iii. 9), significatur quod aperietur doctrina veri (n. 357[*b*]).

Per "denudare se" (*Esai.* xlvii. 2) significatur adulterare bona Verbi (n. 1153).

Per "Denudando denudavit eam, et projecit," (*Joel* i. 7,) significatur quod non bonum nec verum amplius quod non destructum (n. 403[*b*]).

(*Vide etiam articulos*, n. 240[*b*], 650[*f*].)

Deorsum.—Esse "sursum" (*Deutr.* xxviii. 13) est elevari a Domino ut spectet ad caelum, et esse "deorsum" est non elevari a Domino sed ex se, et ex se spectat homo solum ad mundum (n. 559).

Depascere.—"Depascere illud, et reliquum pedibus conculcare" (*Ezech.* xxxiv. 18), significat deperdere ut non appareat (n. 632).

"Depascent quisque spatium suum" (*Jerem.* vi. 3), significat quod prorsus deprivabitur bonis et veris (n. 799[*b*]).

Depauperare.—"Depauperari gladio" (*Jerem.* v. 17) significat deperdi per falsa mali (n. 911[*c*]; *conf.* n. 724[*e*]).

Depelli.—Quod "carituri pane et aqua inter gentes quo depellentur" (*Ezech.* iv. 13, 17), significat quod non illis bonum et verum amplius quia in malis et falsis: "gentes" significant mala et falsa; "depelli illuc" est tradi illis (n. 617[*e*]).

Deperditus.—"Oves deperditae domus Israelis" (*Matth.* x. 6) significant illos qui in bono charitatis sunt et inde fide (n. 223[*c*]).

Deponere.—(*Videatur Joh.* xiii. 4, n. 951.)

Deportare.—Quod "rex Aschuris ducet captivitatem et turbam deportandam" (*Esai.* xx. 4), significat per ratiocinationes addicere et confirmare se (n. 406[*b*]; *conf.* n. 532, 811[*b*]).

Depraedari. } —(*Vide* ***Direptio, Diripere.***)
Depraedatio. }

"Gens conculcata" ad quam irent legati, cujus terram depraedati sunt fluvii, (*Esai.* xviii. 1,) significat illos extra ecclesiam qui in falsis ex ignorantia sunt; "fluvii" sunt vera doctrinae, et in opposito sensu falsa (n. 304[*d*]).

Per "corrui captivitate et depraedatione" (*Dan.* xi. 33) significatur deprivatio omnium veri et boni (n. 811[*b*]).

(*Vide Ezech.* xxvi. 12, n. 1145.)

Deprecari.—Interiora ecclesiae, Verbi et cultus, significantur per "videre," "quaerere" et "deprecari facies Jehovae" (n. 412[*c*]).

(*Vide Ps.* xlv. 12, n. 863[*b*].)

Depressus.—Per "erigere e pulvere depressum, et e sterquiliniis egenum" (1 *Sam.* ii. 8), significatur instructio gentium, ac illustratio in interioribus veris (n. 741[*c*], 253[*b*]).

Depsere.—"Mulieres" sunt affectiones veri ex bono, hic (*Jerem.* vii. 18) cupiditates falsi ex malo; quae "depsere massam" dicuntur, cum doctrinam ex illis conflant (n. 555[*d*]).

Derelinquere. } —Qui applicant vera doctrinae ad bonum, significantur (*Matth.*
Derelictus. } xxiv. 40, 41) per illos qui "assumentur;" at qui applicant illa ad malum, significantur per illos qui "derelinquentur" (n. 555[*b*]).

Per "Dereliquerunt Jehovam et provocarunt Sanctum Israelis" (*Esai.* i. 4), significatur quod rejecerint Divinum Bonum et Divinum Verum (n. 768[*e*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae plura videantur explicata*, n. 388[*c*], 653[*b*], 654[*i*], 730[*b*], 810.)

Deripere.—(*Vide Sach.* xiv. 2, n. 555[*b*].)

Descendere.—"Jehovah inclinavit caelos, descendit" (*Ps.* xviii. 10 [*B. A.* 9]), significat visitationem quae precedit ultimum judicium (n. 419[*d*]; *conf.* n. 405[*h*], 601[*a*]).

"Qui super tecto ne descendito in domum" (*Marc.* xiii. 15), significat qui in genuinis veris maneat in illis (n. 405[*f*]).

"Qui descendunt in mare in navibus, facientes opus in aquis multis" (*Ps.* cvii. 23), significant illos qui intense student doctrinae veri ex Verbo (n. 514[*c*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 395[*d*], 405[*d,f,h*], 411[*c*], 419[*d,f*], 514[*a,c*], 538[*a*], 593, 601[*a*], 617[*c*], 629[*b*], 644[*c*], 659[*b,e*], 687[*b*], 724[*c*], 727[*a*], 825, 850[*d*], 863[*a*], 899[*b*], 911[*b*], 988, 1092, 1100[*d*], 1175.)

Descensus.—(*Vide Mich.* i. 4, n. 405[*h*].)

Describere.—(*Vide Ps.* lxxxvii. 6, n. 850[*c*].)

Desertum.—(*Vide* ***Solitudo.***)

"Desertum" est ubi non bonum quia non verum (n. 131[*b*]; *conf.* n. 239[*b*], 240[*b*], 275[*a*], 280[*b*], 281[*b*], 304[*b,d,e*], 326[*b*], 374[*b*], 375[*e*(viii.)], 386[*c*], 405[*g,h*], 410[*c*], 417[*a*], 419[*e*], 483[*a*], 518[*a*], 730[*a*], 768[*c*], 780[*b*], 1037, 1100[*c*]).

"Desertum" (*Ps.* cvii. 35) est ubi ignorantia veri (n. 386[*d*], 294[*b*], 730[*c*]; *conf. Jerem.* ii. 6, n. 537[*b*]; *Esai.* xliii. 20, n. 650[*e*]).

Per "desertum" (*Esai.* xlii. 11) significatur obscurum veri (n. 405[*b*]).

Per "habitare in deserto secure" (*Ezech.* xxxiv. 25) significatur quod cupiditates mali non infestabunt (n. 365[*e*]; *conf.* n. 650[*f*]).

Vastatio ecclesiae intelligitur (*Jerem.* xii. 10) per quod "redegerint agrum in desertum solitudinis" (n. 388[*b*]).
Per "desertum" significatur status illorum qui in tentationibus sunt (n. 730[*d*]; *vide Ps.* lv. 8 [*B. A.* 7], n. 282).
Quoniam "desertum" significat statum tentationum, et "quadraginta" sive anni sive dies integram durationem, ideo tentationes Domini, quas prae reliquis immanissimas a pueritia usque ad passionem crucis sustinuit, intelliguntur per tentationes quadraginta dierum in deserto (n. 730[*d*]; *conf.* n. 650[*g*], 740[*b*]).
Per "desertum" etiam significatur infernum (n. 730[*e*]).
"Desertum" dicitur (*Esai.* li. 3) ubi non bonum, et "solitudo" ubi non verum (n. 326[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae plura videantur explicata*, n. 282, 304[*d*], 388[*b,c*], 403[*b*], 513[*a*], 544, 636, 654[*i,l*], 697, 706[*b*], 707, 721[*b*], 727[*a*], 741[*d*], 760, 764, 899[*b*], 918, 1029[*d*].)

Desertus.—Per "mulierem desertam et afflictam spiritu" (*Esai.* liv. 6) intelligitur ecclesia quae non in veris, sed usque in affectione seu desiderio ad illa (n. 555[*a*]).
"Domus deserta" (*Luc.* xiii. 35) significat ecclesiam absque veris quia absque bono (n. 730[*b*]).

Desiderabilis.—"Desiderabilia" in Verbo significant vera ecclesiae (n. 504[*e*]).
"Desiderabilia oculorum" (*Thren.* ii. 4) sunt omnia quae sunt intelligentiae et sapientiae (n. 357[*d*]).
Per "desiderabile aspectu" (*Gen.* ii. 9) significatur quod desiderat intellectus (n. 739[*b*]).
Desiderium ad verum significatur (*Thren.* i. 11) per "dare desiderabilia pro cibo" (n. 750[*e*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 619[*b*], 654[*f,i*], 799[*b*].)

Desiderare.—(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 63, 391[*d*], 405[*c*], 439, 624[*b*], 627[*b*], 717[*c*], 741[*b*], 781[*d*], 850[*c*], 918, 946, 1082.)

Desiderium.—"Lapides desiderii" (*Esai.* liv. 12) sunt vera ex bono amoena et jucunda (n. 401[*e*]; *conf.* n. 717[*a*]).
Per "naves Tharschisch et imagines desiderii" (*Esai.* ii. 16) significantur cognitiones et perceptiones falsi ex malo (n. 410[*b*]); tum doctrinalia falsa faventia jucundis amorum terrestrium (n. 514[*b*]).
"Naves desiderii," cum quibus dies praeteriverunt (*Hiob.* ix. 26), significant affectiones et jucunditates naturales omnis generis (n. 514[*c*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae plura videantur explicata*, n. 589, 622[*b*], 710[*a*], 730[*b*], 811[*b*], 1145, 1158.)

Designatus.—"Triticum mensuratum et hordeum designatum et zeae designatae" (*Esai.* xxviii. 25) significant applicare bonum et verum usui vitae (n. 374[*c*]).

Desistere. }
Desistentia. } —(*De desistentia a malis, ac de libero spirituali*, n. 803[*a*], 936, 938–940.)

Desolari.—(*Vide* ***Devastare, Vastare.***)
Per "desolari" significatur plenaria exstinctio (n. 617[*e*]).
Gentes, apud quas nova ecclesia a Domino instauranda est, significantur (*Esai.* liv. 1) per "sterilem" quae non peperit, et per "desolatam" cui erunt multi filii (n. 721[*a*]).
Per "urbes quae desolatae" (*Jerem.* iv. 26) significantur doctrinalia absque veris (n. 730[*b*]; *conf.* n. 768[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae plura videantur*, n. 223[*c*], 405[*g*], 417[*b*], 650[*e*], 654[*g*], 781[*d*], 1100[*c*].)

Desolatio.—(*Vide* ***Devastatio, Vastitas.***)

"Desolatio" et "vastatio" (*Dan.* ix. 27) significant reprobationem et rejectionem Divini Veri apud illos qui ab ecclesia (n. 83).

"Desolatio" (*Ezech.* xxxiii. 28) dicitur de vero quod fidei, et "vastatio" de bono quod charitatis (n. 405[*g*]): "Devastatio" praedicatur de bono, ac "desolatio" de vero (n. 960[*a*]).

"Desolatio" significat statum ultimum ecclesiae, dum non amplius aliquod verum, sed mere falsum (n. 684[*e*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 304[*c*], 388[*d*], 397, 410[*c*], 654[*l*], 724[*e*], 1100[*d*].)

Desperare.—(*Vide Esai.* xvii. 11, n. 911[*b*].)

Desponsare. } —Quia homo, dum a naturali fit spiritualis, conjungitur Domino,
Desponsatio. } et quasi desponsatur Ei, est id quod intelligitur (*Jerem.* ii. 2) per "amorem desponsationum" (n. 730[*d*]).

Quia Domini conjunctio, cum illis qui in amore in Ipsum sunt, comparative est sicut conjunctio mariti cum uxore, ideo dicitur (*Hosch.* ii. 19, 20), "Desponsabo te Mihi in justitia et judicio" (n. 946, 650[*e*]).

Conjunctio boni et veri significatur (*Deutr.* xx. 7) per "desponsare sibi uxorem et ducere illam" (n. 734[*c*]; *conf.* n. 1162).

Quod concubitus cum virgine desponsata crimen mortis esset, causa (n. 863[*b*].

Destillare.—(*Vide Esai.* xlv. 8, n. 36.)

Destructor.—(*Vide* ***Devastator, Eversor.***)

"Destructores" et "devastatores" (*Esai.* xlix. 17) significant falsa mali (n. 724[*d*]).

Destruere.—(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 316[*b*], 391[*g*], 697, 730[*b*], 741[*d*], 1029[*d*].)

Desuper.—"Benedicet tibi benedictionibus caeli desuper" (*Gen.* xlix. 25), significat bonis et veris ab interiori (n. 448[*b*]).

Detecti.—(*Vide Esai.* xx. 4, n. 811[*b*].)

Detestari.—Quod quantum homo peccata detestatur ex causa quia sunt contra Verbum, et inde contra Deum, tantum detur ei communicatio cum Domino, et fiat ei conjunctio cum caelo (n. 803[*a*(iv.)]).

Quod quantum homo peccata enumerata detestatur, tantum intrent affectiones bonae oppositae (n. 803[*a*(v.)]).

"Detestationes" (*Ezech.* vii. 19) sunt vera profanata (n. 827[*b*]).

Detrahere.—(*Vide* ***Trahere.***)

Falsificatio et adulteratio veritatum Verbi intelligitur (*Apoc.* xii. 4) per "detrahere cauda tertiam partem stellarum caeli" (n. 718, 716).

Per "Detraham pulverem ejus ab illa" (*Ezech.* xxvi. 14), significatur quod non aliquod bonum sit (n. 411[*e*]).

Detritus.—Per "veteramenta extractorum et veteramenta detritorum," quibus extraxerunt Jeremiam prophetam (*Jerem.* xxxviii. 11), significatur vindicatio veri doctrinae et restitutio per talia bona et vera sensus litterae Verbi quae non percepta et intellecta sunt, et ideo neglecta et rejecta (n. 537[*b*]).

Deturpare.—(*Vide Jerem.* xiv. 21, n. 253[*a*].)

Deus.—(*Vide* ***Dominus, Jehovah.***)

In Verbo ubi intelligitur Divinum Bonum, ibi dicitur "Dominus" et "Jehovah;" ac ubi intelligitur Divinum Verum, dicitur "Deus" (n. 689): Per "Jehovam" intelligitur Divinum Esse, et per "Deum" Divinum Existere in caelo (n. 24).

Quod "Deus" sit Divinum Verum, et "Jehovah" Divinum Bonum, et quod ideo in Verbo Dominus dicatur "Deus" ubi agitur de Divino Vero, ac "Jehovah" ubi de Divino Bono (n. 32).
Dominus est supra caelos, apparet enim illis qui in caelo sunt ut Sol. Divinum inde procedens, quod vocatur Divinum Verum, et quod facit caelum in communi et in parte, est quod in Verbo intelligitur per "Deum;" inde est quod angeli dicantur "dii," et quod Deus in lingua Hebraea dicatur *Elohim*, in plurali (n. 222[*a*]; *conf.* n. 220[*a*], 688): Angeli dicuntur "dii" ex Divino Vero quod recipiunt a Domino (n. 313[*b*]).
"In medio deorum" (*Ps.* lxxxii. 1) significat apud omnes angelos (n. 313[*b*]).

Deus est perfectus Homo, facie sicut Homo, et corpore sicut Homo; non discrimen quoad formam, sed quoad essentiam; essentia Ipsius est, quod sit ipse Amor, et quod sit ipsa Sapientia, ita ipsa Vita (n. 1124).
Quod Dominus quoad Divinum Humanum sit Deus, ita quod Humanum Ipsius sit Divinum manifeste dicitur; dicitur enim (*Esai.* vii. 14; ix. 5 [*B. A.* 6]) quod vocabitur nomen Ipsius "Deus," "Deus nobiscum," "Pater aeternitatis" (n. 852[*b*]).
Quod Deus sit Homo, et quod Dominus sit ille Homo, manifestant omnia quae in caelis sunt et quae sub caelis. Quod a Deo procedit est instar Ejus (n. 1119).
Idea de Deo ut Homine cuivis insita est, sed idea Dei ut Hominis influens e caelo pervertitur apud multos (n. 1118).
Pauci in Christiano orbe ideam de Deo sibi comparaverunt ut de Homine (n. 1114).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 24, 32, 78, 151, 179, 205, 220[*a*], 222[*a*], 223[*a,c*], 297, 298[*b*], 316[*a,b*], 329[*b*], 340[*a*], 355[*g*], 386[*c*], 391[*b,d*], 400[*b*], 401[*b*], 405[*c–e*], 406[*b*], 411[*c*], 414, 422[*c*], 468, 546, 555[*c,d*], 587[*b*], 608[*b*], 612, 624[*e*], 639, 653[*b*], 654[*b*], 688, 701[*c*], 717[*c*], 745, 747, 850[*b*], 852[*b*], 865, 984, 991.)

Qui semet super omnia amat, alios deos colit (n. 950).
"Dii" significant falsa doctrinae et cultus quae destruunt ecclesiam; ideo dicitur (*Jerem.* x. 11), "Dii qui caelum et terram non fecerunt pereant de terra et de sub caelis" (n. 304[*f*]).
Per "formare deum" (*Esai.* xliv. 10) significatur doctrina ex proprio intellectu (n. 486[*b*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 324[*e*], 386[*c*], 406[*d*], 411[*f*], 504[*e*], 555[*d*], 585[*b*], 652[*c,d*], 654[*g*], 706[*a*], 717[*d*], 727[*b*], 811[*b*], 1029[*c*].)

Devastare.—(*Vide* ***Desolari, Vastare.***)
Per "devastatam et nudam" (*Apoc.* xvii. 16) significatur esse absque omni vero; nam significatur vastitas et nuditas spiritualis, et vastitas spiritualis est sicut in deserto, ubi non est seges nec arbor fructus, et nuditas spiritualis est sicut est homini qui est absque vestibus (n. 1081).
"Una hora devastari" (*Apoc.* xviii. 16) est exitium totale (n. 1168).

(*Dicta Scripturae Sacrae plura videantur explicata*, n. 223[*b*], 280[*b*], 304[*c*], 315[*c*], 374[*b*], 376[*d*], 388[*b*], 417[*b*], 652[*b*], 653[*b*], 654[*g*], 701[*b*], 724[*c,e*], 780[*b*], 799[*b*], 811[*c*], 1041, 1177.)

Devastatio.—(*Vide* ***Desolatio, Vastitas.***)
Quomodo dominium super sancta caeli ecclesiam devastavit (n. 879).
Quomodo sola fides devastavit ecclesiam (n. 879).
"Devastatio" (*Ezech.* xxiii. 33) praedicatur de bono, ac "desolatio" de vero (n. 960[*a*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 315[*d*], 376[*c*], 386[*b*], 650[*g*], 654[*l*], 960[*a*], 1029[*e*], 1100[*d*].)

Devastator.—(*Vide* ***Destructor, Eversor, Vastator.***)

"Destructores" et "devastatores" (*Esai.* xlix. 17) significant falsa mali (n. 724[*d*]).

Devolvere.—Quod "angelus devolverit lapidem ab ostio et sederit super illo" (*Matth.* xxviii. 18), significat quod Dominus amoverit omne falsum quod intercluserat aditum ad Ipsum, et aperuerit Divinum Verum (n. 400[*d*]).

Interitus et damnatio per falsa mali, significatur (*Jerem.* li. 25) per "Devolvam te de petris" (n. 405[*g*], 411[*e*]).

Devorare.—"Devorare" seu "comedere" libellum (*Apoc.* x. 9) significat conjungere et appropriare sibi; et quia Verbum conjungitur homini per lectionem et perceptionem, ideo hic per "devorare" seu "comedere" significatur legere et percipere (n. 617[*a*]; *conf.* n. 619[*a*], 620, 622[*a*]).

Per "devorare inimicos illorum" (*Apoc.* xi. 5) significatur quod perituri per falsa mali (n. 642).

(*Dicta Scripturae Sacrae plura videantur*, n. 650[*f*], 722, 724[*e*], 730[*b*], 893, 1100[*d*].)

Devotio. } —Per "Devotioni date universum exercitum ejus" (*Jerem.* li. 3),
Devovere. } significatur totalis destructio falsorum ex malis quae illi (n. 573[*b*]): "devotio" significat deletionem totalem (n. 700[*d*]).

Quod damnandi sunt, et quod perituri, significatur (*Esai.* xxxiv. 2) per "Devovit eas, et tradidit eas ad mactationem" (n. 405[*h*]).

Dexter.—(*Vide* ***Manus, Sinister.***)

Quod "dextra," cum de Domino, significet et omnipotentiam et omnisciantiam, causa (n. 298[*a*]).

"Dextra Dei" est Divina omnipotentia; et "sedere a dextris" est in illa esse per Humanum (n. 1087).

Quod "dextra," cum de hominibus, significet et potentiam et scientiam (n. 298[*b*]).

Per "dextram" cum de angelis et de hominibus, intelligitur sapientia et intelligentia quae illis est ex Divino Bono per Divinum Verum procedens a Domino (n. 298[*c*]).

Quod ad dextrum in caelo sit meridies, et quod ibi sit Divinum Verum in luce, ac illi qui ibi in intelligentia et sapientia (n. 298[*a*]).

Omnia apud hominem quae ad dextram ejus partem sunt, se referunt ad bonum ex quo verum (n. 1120).

Quod Jehovah dicatur juravisse "per dextram suam" (*Esai.* lxii. 8), significet per Divinam Veritatem (n. 608[*a*]).

Quod Benjamin vocatus sit "Filius dextrae," est quia per "filium" significatur verum, et per "dextram" significatur potentia veri ex bono; et omnis potentia spiritualis hominis est in naturali et per naturale, quod repraesentatum est per Benjamin (n. 449[*a*]).

Per "virum dextrae," pro quo manus, et per "filium hominis," super quem Jehovah confortaverat Sibi (*Ps.* lxxx. 18 [*B. A.* 17]), significatur verum Verbi in sensu naturali et verum Verbi in sensu spirituali (n. 724[*d*]).

Quod Dominus jusserit ut emitterint rete in dextras partes navigii, significabat quod ex bono amoris et charitatis sint omnia; "dextrum" enim significat bonum illud ex quo (n. 513[*c*]).

Quod "dextra," cum de malis, significet falsum, ac inde ratiocinationem et pugnam contra verum, est quia plagae apud illos qui in malo sunt oppositae sunt plagis quae apud illos qui in bono sunt, et sic ad eorum dextram sunt vera in densa caligine, sed falsa sicut in maximo lumine (n. 298[*c*]).

Quod "Satanas steterit ad dextram" (*Sach.* iii. 1), significat quod pugnaret contra Divinum Verum (n. 740[*c*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 36, 63, 72, 79, 88, 96, 152, 212, 297, 298, 303, 313[*c*], 316[*c*], 319, 336[*b*], 357[*d*], 386[*b*], 449[*a*], 513[*c*], 518[*d*], 556[*b*], 587[*b*], 600[*a–c*], 608[*a*], 629[*b*], 684[*b*], 687[*b*], 724[*c,d*], 740[*c*], 761, 768[*b*], 799[*b*], 850[*d*], 863[*b*], 906, 1057, 1087, 1120.)

Diabolus.—(*Vide* ***Daemon, Satanas.***)

Per "Diabolum" significatur infernum unde mala, et per "Satanam" infernum unde falsa; quod hoc infernum dicatur "Satanas," est quia omnes qui in eo sunt vocantur satanae; et quod illud infernum dicatur "Diabolus," est quia omnes qui ibi sunt dicuntur diaboli (n. 740[*a*]).

Quod non aliquis diabolus et satanas ante creationem mundi fuerit, qui fuerat lucis angelus, et postea cum turba sua dejectus in infernum (n. 740[*a*]).

Qui prorsus non vixerunt secundum aliquid Domini, interius conjuncti fuerunt inferno. Hi vocantur "Diabolus" et "Satanas," quia conspurcaverunt vera Verbi per vitam amoris sui et amoris mundi (n. 737).

Quod "Diabolus," per quem intelligitur infernum in omni complexu, a Domino dicatur "homicida ab initio," causa (n. 1014).

(*Videantur articuli*, n. 120, 122, 124, 433[*e*], 535, 581[*a*], 589, 655[*a*], 659[*f*], 735, 737, 738, 739[*b*], 740, 753, 758, 1014, 1142, 1148.)

Diadema.—(*Vide* ***Corona.***)

"Diademata," seu lapides pretiosi, sunt Divina vera in ultimo ordinis, quae sunt vera sensus litterae Verbi (n. 717[*a*], 777).

Diana.—(*Vide* n. 1118.)

Dibaphum.—(*Vide* ***Coccinum.***)

Dibon.—Per "filiam Dibonis" (*Jerem.* xlviii. 18) significatur externum ecclesiae, et inde externum Verbi, quod est sensus litterae ejus (n. 727[*a*]).

Dicere.—Quod "dicere" in Verbo, ubi de Domino, significet instruere, illustrare et providere (n. 200).

Quod "dicere" involvat id quod creditur (n. 236[*a*]).

"Dicere" in sensu spirituali significat cogitare, quia quod dicitur exit ex cogitatione, ac cogitatio est spiritualis quia est spiritus hominis, ac dictio et sermo inde est naturalis quia est corporis; ex eo est quod "dicere" in Verbo plura significet (n. 236[*a*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 100, 200, 211, 337, 365[*e*], 460, 471, 530, 741[*c*], 1053.)

Dictamen.—(*Vide* ***Papa.***)

De illis qui in veris ex Verbo sunt, ac Verbum unice sanctum habent, et pro Divino Vero agnoscunt, et non respective dictamina Papae (n. 1041).

Quod Ecclesia Gallicana Verbum pro Divino Vero agnoscat, ac Divinam inspirationem singulis Verbi addicat, et dictaminibus Papae non parem quoad illa quae media salvationis sunt (n. 1071).

De illis qui dicunt quod dictamina Papae aeque sancta essent ut sunt illa quae Verbi sunt (n. 1130).

Dies.—(*Vide* ***Nox, Tempus.***)

"Dies" in Verbo significant status; omnia enim tempora in Verbo significant status (n. 664; *conf.* n. 23, 137, 747).

Saepius in Verbo dicitur "dies magnus," "dies Jehovae," "dies irae et excandescentiae," "dies vindictae," "dies terribilis;" et in illis locis per illum intelligitur status ultimus ecclesiae, et tunc adventus Domini, ac ultimum judicium (n. 1004: *conf.* n. 298[*b*], 315[*b*], 401[*c*], 405[*d,g*], 410[*b*], 411[*a*], 413[*b*], 414, 502[*b*], 514[*b*], 578, 721[*c*], 750[*c*], 781[*d*], 850[*d*]).

"Dies ille" est adventus Domini (n. 644[c]; *conf.* n. 391[d], 502[b], 617[e], 654[e], 721[c], 1100[b]).

"Desiderare unum dierum Filii hominis" (*Luc.* xvii. 22) est desiderare Verum Divinum quod genuinnum: itelligitur ibi finis ecclesiae, quo tempore periturum omne Divinum Verum (n. 63; *conf.* n. 840).

"Dies Sabbati" (*Luc.* xiv. 5) significat Dominum quoad instructionem et doctrinam; quare Se vocat Dominum Sabbati (n. 537[a]). (*Vide* ***Sabbatum.***)

"Dies" significant status lucis, qui sunt status illustrationum omnium per Divinum Verum (n. 768[b]).

"Dies" significat lucem spiritualis hominis, ei enim est illustratio et perceptio ex bono amoris (n. 401[d]).

Per "diem" significatur status vitae quando mens in idea clara est; et per "noctem," quando mens in idea obscura est (n. 747).

Per "dies" in primo capite *Geneseos* non intelliguntur dies, sed successivi status regenerationis hominum tunc, et inde instaurationis ecclesiae apud illos (n. 664).

Per "diem" (*Apoc.* xiv. 11) significatur status falsi, et per "noctem" status mali (n. 890).

(*Dicta Scripturae Sacrae, maxima in parte explicata, videantur*, n. 63, 224, 137, 199, 285, 298[b], 304[e], 315[b], 328[c,d], 315[c], 386[d], 391[d], 401[c,d], 405[b,d,g], 410[b], 411[a], 412[b], 413[a,b], 414, 430[c], 431[b], 433[b,d], 438, 444[b], 478, 502[b], 504[b,e], 514[b], 526[a], 527, 532. 537[a], 540[a], 543[c], 548, 550, 571, 578, 584, 585[b], 594[d], 610, 611, 617[e], 624[c], 636, 644[a,c], 654[e,g], 658, 664, 706[b], 721[a–c], 727[a]. 730[d], 734[b–d], 747, 750[e], 768[b,d], 781[d], 811[b], 815[c], 840, 850[b,d], 890, 900, 907, 937, 965, 1004, 1029[e], 1100[b], 1175, 1189.)

Diffindere.—Quod cupiditates et falsitates perdent eos, significatur (*Hosch.* xiii. 8) per quod "fera diffindet eos" (n. 388[b]).

Quod prorsus nullus cultus esset, significatur (1 *Reg.* xiii. 3) per quod "altare diffinderetur et cinis effunderetur" (n. 391[h]).

(*Vide etiam Sach.* xiv. 4, n. 405[d].)

Diffluere.—Per "diffluere" et "transferri e loco" (*Hiob.* xiv. 18) significatur perire (n. 411[f]).

Diffringere.—(*Vide Ps.* lx. 4, n. 304[c], 400[c].)

Diffundere.—"Ut diffundant se equites ejus" (*Hab.* i. 8), significat ut vera Verbi per adulterationem fiant haeretica (n. 780[b]).

Digitus.—(*Vide* ***Manus.***)

"Manus" et "digiti" (*Esai.* lix. 3) significant potentiam (n. 329[f]).

Per "quod fecerunt digiti ejus" (*Esai.* xvii. 8) intelligitur cultus ex propria intelligentia, ex qua falsa doctrinae (n. 391[g]; *conf.* n. 585[b]).

Dignus.—Per "dignum," cum de Domino, significatur meritum et justitia, quae Ipsi soli (n. 293, 303, 327, 337).

Quantum quis a Domino accipit, tantum dignus est; at quantum ex se, hoc est, ex suo aut proprio, tantum non dignus est (n. 196).

Quod per "Digni enim sunt" (*Apoc.* xvi. 7) significetur quod fiat illis sicut faciunt, constat ex significatione "digni esse," nempe ut in falsis mali sint, et consequenter ut fiat illis sicut fecerunt (n. 977).

(*Videantur etiam articuli*, n. 306, 414.)

Dijudicare.—(*Vide Matth.* xvi. 3, n. 706[b].)

Dilatare. } —"Dilatatio oris" (1 *Sam.* ii. 1) est praedicatio veri cum potentia
Dilatatio. } (n. 316[a]).

Per "dilatare os" (*Esai.* lvii. 4) significatur jucundum cogitationis ex

falsificatis, et per "elongare linguam" significatur jucundum docendi et propalandi illa (n. 768[*e*]; *conf. Ps.* xxxv. 21, n. 866).

Luctus propter vera ecclesiae deperdita, describitur (*Mich.* i. 16) per "calvitiem inducere ac dilatare," ac per "tondere se" (n. 724[*c*]).

Dilectio.—(*Videantur articuli*, n. 750[*c*], 874.)

Dilectus.—(*Vide* ***Filius.***)

"Filius dilectus" (*Matth.* xvii. 5; *Marc.* ix. 7; *Luc.* ix. 35) est Divinum Humanum Domini (n. 64; *conf.* n. 706[*b*]).

Per "Filium dilectum," quem ejecerunt extra vineam et occiderunt, intelligitur Dominus quoad Divinum Verum (n. 315[*d*]).

Per "Dilectum," cui vinea fuit in cornu filii olei (*Esai.* v. 1), intelligitur Dominus (n. 375[*e*(viii.)]; *conf.* n. 918, 922[*c*]).

Diligere.—Per "diligere," cum de Domino, significatur quod praesens sit (n. 213).

Per "non diligere animam" (*Apoc.* xii. 11) significatur nihili facere vitam mundi prae vita caeli (n. 750[*a*]).

(*Vide Ezech.* xxiii. 5, n. 355[*f*].)

Diluculum.—(*Vide* ***Gallicinium, Mane, Crepusculum.***)

"Gallicinium" seu "diluculum" est status incohantis fidei et charitatis, qui est quando homo amat vera et reformationem per illa (n. 187[*b*]).

Diluvium.—(*Vide* ***Flumen, Inundatio.***)

Per "inundationem" et "diluvium" significatur immersio in mala et falsa, et inde ecclesiae interitus (n. 304[*b*]).

Per "diluvium" quo deperditum est genus humanum, significantur dira falsa mali ex quibus posteritas Antiquissimae Ecclesiae perierat (n. 595): per "diluvium" significatur devastatio Ecclesiae Antiquissimae, tum ultimum judicium super illos qui fuerunt ab ea ecclesia (n. 633[*b*]; *conf.* n. 644[*d*], 650[*c*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 419[*c*], 433[*b*], 697, 1162.)

Dimensiones.—(*Vide* ***Mensura.***)

Per "cubicula," "thalamos," "porticus," et reliqua quae novi Templi fuerunt, significantur talia quae ecclesiae, ejus doctrinae et cultus sunt; et per "dimensiones" eorum significatur quale eorum (n. 630[*b*]).

Dimidiare.—(*Vide Esai.* xxx. 28, n. 923.)

Dimidium.—(*Vide* ***Semissis.***)

Quod sanguinis foederis dimidium spargeretur super altare, et dimidium super populum, ut conjunctio repraesentaretur (n. 329[*b*]).

Quod dicatur (*Apoc.* xii. 14) "Tempus, tempora et dimidium temporis," est quia "tempus" in singulari significat statum boni, "tempora" in plurali significant statum veri, utrumque quoad implantationem eorum, et "dimidium temporis" significat sanctum ecclesiae (n. 761; *conf.* n. 610, 636, 658, 664, 761).

Dimittere.—Quod Moses permiserit dimittere uxorem, causa (n. 710[*c*]).

Quod quicunque dimiserit uxorem nisi ob fornicationem, et aliam duxerit, adulterium committat; et quod qui dimissam ducit etiam adulterium committat; causae (n. 710[*c*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 734[*b*], 811[*c*].)

Dimoveri.—Ecclesia quam Dominus instauraturus est, ac tutaturus in aeternum, significatur (*Ps.* xciii. 1) per "orbem" qui stabilietur nec dimovebitur (n. 741[*c*]).

Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata, n. 275[*b*], 405[*h*].)

Direptio. }
Direptor. } —(*Vide Jerem.* xxx. 16, n. 811[*c*].)

Dirigere.—Per "tendere arcum et dirigere eum" (*Ps.* vii. 12) significatur quod ex falsis faciat sibi doctrinam contra vera (n. 357[*d*]).

Per "dirigere pedes" (*Luc.* i. 79) significatur instructio (n. 365[*b*]).

Data regi Achaso fuit optio, ut vel ex caelo vel ex inferno vellet signum habere; quod significatur (*Esai.* vii. 11) per "In profundum dirige, vel tolle sursum" (n. 706[*c*]).

Diripere.—(*Vide* ***Depraedari.***)

Per "diripere opes" (*Ezech.* xxvi. 12) significatur destruere cognitiones veri (n. 652[*c*], 1145).

Discalceatus.—(*Vide* ***Calceus.***)

Per "nudum et discalceatum" (*Esai.* xx. 3) intelliguntur deprivati ab omni vero et ab omni bono (n. 240[*b*]; *conf.* n. 532, 655[*b*], 811[*b*]).

Discedere.—Quod legere Verbum, ac instrui ex illo, nihil faciat ad salutem, nisi simul vivatur secundum illud, significatur (*Luc.* xiii. 27) per responsum, "Non novi vos unde estis, discedite a me, operarii iniquitatis (n. 617[*c*]).

Disceptare.—(*Videatur Mich.* vi. 2, n. 405[*g*].)

Discere.—"Quando judicia tua terram doces, justitiam discunt habitatores orbis" (*Esai.* xxvi. 9), significat quod ecclesia a Domino in veris sit, et per vera in bono (n. 741[*b*]).

"Nemo poterat discere canticum nisi quam illi centum quadraginta quatuor millia" (*Apoc.* xiv. 3), significat quod agnitio et confessio Domini solum dari potuerit apud illos qui in fide ex charitate sunt (n. 859).

De illis qui in amore in Dominum sunt, quia habent vera inscripta cordibus, et ideo non disceptant de illis, dicitur (*Mich.* iv. 3) quod "non tollent gens contra gentem gladium, nec discent amplius bellum" (n. 403[*c*]).

Quod homo, ex Verbo, ex magistro, et ex praedicationibus discet quae opera peccata sunt, et sic porro (n. 803[*a*]).

Discerpere. } ***Discerptum.*** }—Quod apud profanatores sit conjunctio boni et veri quae caeli sunt cum malis et falsis quae inferni sunt; quae non separari possunt, sed discerpi; et cum discerpuntur, destruitur omne vitae spirituale (n. 375[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 619[*c*], 780[*b*], 781[*c*].)

Discindere. } ***Discissio.*** }—(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 315[*b*], 388[*b*], 395[*d*], 405[*h*], 637[*a*,*b*], 781[*d*].)

Disciplina.—Per "disciplinam Schaddai" (*Hiob.* v. 20) significantur tentationes; per "Schaddai" enim significantur tentationes, liberatio ab illis, et consolatio post illas (n. 386[*c*]).

Discipulus.—"Discipuli" sunt omnes qui in bonis et inde veris sunt (n. 25, 253[*b*], 405[*f*]).

Per "discipulos" intelliguntur omnes qui ab ecclesia Domini futuri sunt (n. 731).

Omnes discipuli Domini simul repraesentabant ecclesiam, et unusquisque eorum aliquid ecclesiae (n. 411[*d*], 433[*f*], 851).

"Discipulus" (*Matth.* x. 24) dicitur ex bono, et "servus" ex vero (n. 409[*d*]).

Per "discipulos" significantur omnia vera et bona in complexu (n. 323[*c*], 333).

Per "discipulos" in sensu spirituali repraesentativo intelliguntur omnia vera et bona ecclesiae (n. 315[*d*]; *conf.* n. 695[*b*], 851).

Per "prophetam" (*Matth.* x. 41) significatur verum, per "justum" significatur bonum, et per "discipulum" significatur bonum ex vero (n. 102[*b*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 122, 366, 624[*b*], 815[*b*].)

Discumbere.—(*Vide* ***Accumbere, Cubare.***)

(*Videatur Luc.* xii. 37, n. 187[*b*].)

Discurrere.—"Discurrere per plateas, et quaerere in vicis Hierosolymae" (*Jerem.* v. 1), est videre et explorare in ecclesiae istius doctrinalibus (n. 141[*b*]). Per "discurrere" (*Nahum* ii. 5) significatur aberrare (n. 652[*b*]).

Discutere.—(*Vide Dan.* iv. 11 [*B. A.* 14], n. 1100[*b*].)

Disjicere.—Dissipatio omnium ecclesiae significatur (*Ezech.* xxx. 23) per "Disjiciam eos in terras" (n. 654[*g*]).

Dispellere.—(*Vide Jerem.* li. 34, n. 714[*c*].)

Dispergere.—Venti, qui in mundo spirituali existunt, ex diversis plagis ibi apparent exsurgere, quidam ex meridie, quidam ex septentrione, et quidam ex oriente. Illi qui ex meridie, dispergunt vera apud illos qui in falsis sunt; et qui ex oriente, dispergunt bona apud illos qui in malis sunt (n. 419[*f*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae, maxima in parte explicata, videantur*, n. 316[*b,d*], 355[*e*], 374[*c*], 405[*h*], 411[*f*], 417[*b*], 418[*b*], 419[*e*], 433[*b*], 439, 443[*b*], 519[*a*], 610, 629[*b*], 654[*i*], 700[*b*], 724[*e*], 727[*b*], 761, 768[*c*], 863[*a*], 1029[*b*].)

Disponere.—(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 316[*b*], 365[*d*], 375[*e*(viii.)], 650[*a*], 717[*a*], 741[*c*].)

Disputare.—Quod "Michael disputans coarguerit diabolum de Mosis corpore" (*Epist. Judae*, vers. 9), significat quod sensum litterae Verbi falsificaverint (n. 735).

Disruptum.—Quod "velum Templi disruptum sit in duas partes a summo ad imum," postquam Dominus passus est, significavit unionem Divini Humani Domini cum ipso Divino Ipsius (n. 220[*a*], 400[*d*]).

Destructio ecclesiae quoad bonum amoris et verum fidei, quae faciunt illam, describitur (*Esai.* xxiv. 19) per quod "terra confracta sit, disrupta sit, commota sit," et sic porro (n. 304[*b*]).

Dissecare.—Per "Dissecabunt te gladiis" (*Ezech.* xvi. 40), significatur quod ecclesia prorsus moritura per falsificationes veri (n. 240[*b*]).

Dissensiones.—Unde est origo omnium dissensionum, controversiarum et haeresium in ecclesia (n. 365[*a*]).

Dissentientes.—Binis dissentientibus similis dari loquela potest, sed usque dissimilis perceptio; ac perceptio rei est quae facit ut verum aut falsum sit (n. 810).

Dissipare.—Ut caelum angelicum existat et subsistat, erunt omnia ibi in ordine; illud enim, nisi in ordine foret, dissiparetur (n. 306).

Per "Disperges eos ut ventus auferat eos et procella dissipet eos" (*Esai.* xli. 16), significatur quod sicut nihili erunt (n. 405[*h*]).

Per "Vidit et dissipavit gentes" (*Hab.* iii. 6), significatur dejectio omnium in infernum qui in malis et inde falsis sunt; "dissipare" significat dejicere in infernum (n. 629[*b*]).

Quod Dominus dissipaverit omnia mala et falsa ex Humano quod Ipsi a matre fuit (n. 178).

(*Videantur etiam articuli*, n. 654[*g*], 700[*d*], 850[*c*].)

Distantia.—(*Vide* ***Absentia, Praesentia.***)

In mundo spirituali non sunt distantiae quae constantes et inde mensurabiles sicut in mundo naturali, sed similitudo affectionis et inde cogitationis facit praesentiam, ac dissimilitudo earum facit absentiam: ex illa origine sunt omnes distantiae in illo mundo (n. 628).

Distinguere.—Caelum angelicum distinctum est in societates (n. 306). (*Videatur* ***Caelum.***)

"Distinguere palatia ejus" (*Ps.* xlviii. 14 [*B. A.* 13]) significat percipere bona veri (n. 453[*b*], 850[*c*]).

Distractus.—Per "populum distractum et expilatum" (*Esai.* xviii. 7) significantur illi apud quos vera ab illis qui in falsis doctrinae sunt, sublata, mutata aut perversa sunt (n. 331[*a*]).

Distrahere.—Per "Arans attinget metentem, et calcans uvas distrahentem semen" (*Amos* ix. 13), significatur quod qui recipit bonum et verum etiam usum seu fructum facturus sit; ita quod simul erunt apud hominem ecclesiae (n. 376[*b*]).

Ditare.—(*Vide* ***Dives.***)

"Ut ditatus sis" (*Apoc.* iii. 18) significat ut recipere possit vera fidei (n. 242[*a*]).

"Ditari ex pretiositate ejus" (*Apoc.* xviii. 19) est lucrari per illa (n. 1176; *conf.* n. 1034, 1104).

Nihil facit ad salutem ditare memoriam ex Verbo, et ex doctrinalibus ecclesiae, nisi illa mandentur vitae (n. 617[*c*]).

Diu et noctu.—(*Vide* ***Dies.***)

Per "diu et noctu" significatur continue (n. 890).

Divellere.—"Divulsae sunt et exaruerunt virgae roboris ejus" (*Ezech.* xix. 12) significat quod dissipatum sit omne Divinum Verum, unde ecclesiae illi nulla potentia contra inferna (n. 727[*a*]).

Diversorium.—"Diversorium" (*Luc.* x. 34) est ubi emuntur cibi et potus, per quos significantur cognitiones boni et veri, ac inde nutritio spiritualis quae datur per instructionem; "ducere in diversorium, et curam ejus habere," significat ad illos qui plus instructi sunt in cognitionibus boni et veri (n. 444[*c*]): per "diversorium" (*Luc.* x. 34; xxii. 11; *Marc.* xiv. 14; et alibi;) significatur locus instructionis (n. 706[*c*]).

Dives.—(*Vide* ***Ditare, Divitiae, Pauper.***)

Per "divites" significantur illi qui Verbum habent, et inde in cognitionibus veri et boni possunt esse (n. 118, 236[*b*], 836).

Quod "dives esse" significet possidere cognitiones veri et boni, et inde intelligens et sapiens esse (n. 236[*a*]).

Per "divitem," qui induebatur purpura et bysso (*Luc.* xvi. 19), intelligitur gens Judaica, quae habebat Verbum, et potuit inde in cognitionibus veri et boni esse; et per "pauperem" intelliguntur gentes quae non habebant Verbum, et tamen desiderabant cognitiones veri et boni (n. 118).

Per "divites" quos daret in mortibus suis (*Esai.* liii. 9), intelliguntur qui ab ecclesia in falsis ex malo sunt; falsa ex malo significantur per "mortes" (n. 659[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 118, 236[*a,b*], 242[*a*], 386[*d*], 408, 412[*f*], 455[*b*], 659[*b*], 717[*d*], 836, 863[*b*], 866, 962, 1143, 1162.)

Dividere.—(*Vide* ***Divisiones.***)

"Dividam eos in Jacobo" (*Gen.* xlix. 7), significat quod fides, a charitate separata, ab ecclesia externa sit exterminanda (n. 443[*b*]).

Per "tres" significantur vera, et per "duos" bona; quod dicatur (*Luc.* xii. 52) quod "quinque divisi erunt," significat quod apud illos qui reformantur tale dissidium erit (n. 532; *conf.* n. 724[*b*]).

Divinare. }
Divinatores. } —"Tenebrae pro divinando" (*Mich.* iii. 6), significat quod falsa pro veris revelatis (n. 624[*c*]).

De Philisthaeorum divinatoribus (1 *Sam.* vi. 2) plura (n. 700[*e*]).

Divinum Ipsum.
Divinum Humanum.
Divinum procedens. } —(*Vide* ***Dominus.***)

Divinum caeleste.
Divinum spirituale.
Divinum naturale.
Divinum sensuale. —(*Vide* **Dominus.**)

Divisiones.—(*Vide* ***Dividere.***)

Tres divisiones Templi, nempe atria, ipsum templum, et adytum, significant tres caelos secundum gradus eorum (n. 630[*b*]).

Divitiae.—(*Vide* ***Dives, Facultates, Opes.***)

Per "divitias" significantur divitiae spirituales, quae sunt cognitiones veri et boni (n. 721[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 242[*a*], 338, 721[*b*], 1168.)

Docere.—(*Vide* ***Doctor.***)

"Docere" praedicatur de veris et falsis (n. 160).

Quod Dominus neminem immediate doceat, sed mediate per illa quae apud hominem sunt ex auditu et visu (n. 1177).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 160, 212, 357[*b*], 365[*d*], 555[*b*], 696[*c*], 730[*d*], 734[*b*], 741[*b*].)

Doctor.—Quia per "patrem" significatur bonum, et per "Patrem in caelis" Divinum Bonum, et quia per "doctorem" seu "rabbi" significatur verum, et per "Doctorem, Christum" Divinum Verum, ideo propter spiritualem sensum in omnibus Verbi dicitur (*Matth.* xxiii. 8, 9), quod "non patrem in terra vocarent Patrem, nec aliquem Doctorem;" nempe, in spirituali sensu, non autem in naturali (n. 746[*e*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 587[*b*], 600[*b*], 684[*a*], 746[*e*].)

Doctrina.—Doctrina ecclesiae est verum in omni complexu (n. 724[*a*]).

Verum ecclesiae ex Verbo est doctrina, haec enim continet vera quae pro ecclesia: at genuina doctrina ecclesiae est doctrina boni, ita doctrina vitae, quae est amoris in Dominum et charitatis erga proximum; at usque est doctrina veri, nam doctrina docet vitam, amorem et charitatem, et quatenus docet est verum (n. 724[*a*]).

Verum doctrinae fit bonum, ac fit amoris et charitatis, dum a doctrina transit in vitam (n. 724[*a*]).

Vera doctrinae absque bono non sunt vera, quia omnia vera sunt boni (n. 538[*a*]).

(i.) Quod nemo possit intelligere Verbum absque doctrina. (ii.) Quod nemo possit pugnare contra mala et falsa, et dissipare illa, absque doctrina ex Verbo. (iii.) Quod nemo possit absque doctrina ex Verbo, intra ecclesiam ubi Verbum est, fieri spiritualis. (iv.) Quod doctrina non possit aliunde comparari quam ex Verbo, et non ab aliis quam qui in illustratione sunt a Domino. (v.) Quod omnia doctrinae confirmanda sint per sensum litterae Verbi. (*Haec videantur in ordine illustrata*, n. 356.)

Haec omnia bona et vera, nempe, bonum spirituale, verum spirituale, bonum naturale, verum naturale, et bonum sensuale, intrant genuinam doctrinam, quia illa est tam ex sensu Verbi spirituali quam ex sensu Verbi naturali (n. 587[*a*]).

Omne doctrinae ecclesiae formandum et confirmandum est ex Verbi sensu litterae (n. 594[*b*]).

Per "Josephum" in supremo sensu intelligitur Dominus quoad Divinum spirituale, et inde quoque verum doctrinae, quod fundatur super scientificis naturalis hominis (n. 654[*f*]).

"Quod habeas illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balacum objicere scandalum coram filiis Israelis" (*Apoc.* ii, 14), significat illos qui

quoad intellectum illustrati sunt et docent vera, sed usque amant dolo perdere illos qui ab ecclesia (n. 140).

"Habes tu tenentes doctrinam Nicolaitairum, quod odi" (*Apoc.* ii. 15), significat illos qui separant bonum a vero, seu charitatem a fide (n. 142; *conf.* n. 107).

Per "mulierem Isabelem" (*Apoc.* ii. 20) describuntur illi qui in doctrina omnium falsorum sunt ex jucundis amorum sui et mundi (n. 160).

(*Videantur etiam articuli*, n. 114, 170, 449[*a*], 725, 1145.)

Dodrans.—Per "exsolvere ultimum dodrantem" (*Matth.* v. 26) significatur poena quae vocatur ignis aeternus (n. 1015).

Dolor.—Distinguitur dolor animae et dolor cordis, sicut distinguuntur verum et bonum: "flere" (*Apoc.* xviii. 15) est ex dolore animae, ac "lugere" ex dolore cordis (n. 1164).

Cruciatus malorum ex influxu Divini Boni et Divini Veri, significantur (*Esai.* xiii. 8) per "Tormina et dolores apprehendunt, sicut pariens parturiunt" (n. 412[*f*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 275[*a*], 376[*d*], 406[*c*], 412[*f*], 448[*c*], 710[*b*], 721[*c*], 805[*b*(iii.)], 811[*a*], 911[*b*].)

Dolus.—Dolus est ex proposito, ita ex intentione quae voluntatis fallere et seducere, ita ex animo cogitare et persuadere falsa quae hominem in aeternum perdunt (n. 866).

Per "loqui mendacium" (*Zeph.* iii. 13) significatur docere falsum ex ignorantia veri, at per "dolum" significatur falsum non ex ignorantia veri sed ex consulto, ita ex proposito fallendi, sicut est apud impios (n. 866).

"Iniquitas" (*Hiob.* xiii. 7: *Ps.* xxxii. 2; *Ps.* xxxvi. 4 [*B. A.* 3]) spectat malum, et "dolus" inde falsum (n. 866).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 329[*e*,*f*], 622[*a*], 866, 908.)

Dolosi.—(*Videatur articulus*, n. 866.)

Dominari.—"Dominium" dicitur de bono, ac "regnare" de vero; inde est quod in Verbo passim dicatur utrumque, nempe "dominium" et "regnum," seu "dominari" et "regnare" (n. 685).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 406[*d*], 411[*c*], 513[*b*], 612, 629[*b*], 654[*h*], 685, 727[*a*,*b*], 768[*d*], 811[*d*], 1029[*d*], 1100[*b*].)

Dominator.—(*Vide* **Antistes, Praefectus.**)

"Reges" (*Habak.* i. 10) significant vera, ac "domini" et "dominatores" bona (n. 355[*e*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 355[*e*], 375[*e*(vi.)], 448[*d*], 684[*b*], 811[*a*], 850[*d*].)

Dominica Dies.—(*Vide* **Sabbatum.**)

Quod "in Dominica die" (*Apoc.* i. 10) significet Divinum tunc influxum, constat ex significatione "diei Dominicae," quod sit cum Dominus instruit hominem, ita cum influit. Dies Dominica est dies Sabbati; et Sabbatum in ecclesiis antiquis, quae fuerunt ecclesiae repraesentativae, erat sanctissimum cultus, ex causa quia significabat unionem Divini et Humani in Domino, et inde quoque conjunctionem Divini Humani Ipsius cum caelo; sed postquam Dominus univit suum Divinum cum suo Humano, tunc sanctum illud repraesentativum cessavit, ac dies ille factus est dies instructionis. Inde est quod revelatio facta sit Johanni die Dominica (n. 54).

Dominium.—"Dominium" dicitur de bono, ac "regnare" de vero; nam Dominus dicitur "Dominus" ex Divino Bono, et Rex ex Divino Vero (n. 685, 331[*a*]).

De illis qui per sancta ecclesiae affectant ad dominium super universum terrarum orbem, et hoc per dominium super animas hominum, plura (n. 1029).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 331[a], 433[d], 455[a], 569[b], 606, 685, 1029[d].)

Dominus.—Quia quale Dei est multiplex, continet enim omnia quae ab Ipso, ideo Ipsi plura nomina sunt, et unumquodvis nomen quale Ipsius in genere et in specie involvit et exprimit: nominatur enim "Jehovah," "Jehovah Zebaoth," "Dominus," "Dominus Jehovih," "Deus," "Messias" aut "Christus," "Jesus," "Salvator," "Redemptor," "Creator," "Formator," "Factor," "Rex" et "Sanctus Israelis," "Petra" et "Lapis Israelis," "Schiloh," "Schaddai," "David," "Propheta," "Filius Dei" et "Filius hominis," praeter alia: omnia haec nomina sunt nomina unius Dei, qui est Dominus; sed usque, ubi dicuntur in Verbo, significant aliquod universale attributum aut quale Divinum, distinctum ab attributis seu qualitatibus Divinis aliis. Similiter ubi dicitur "Pater," "Filius," et "Spiritus Sanctus," non sunt tres qui intelliguntur, sed unus Deus; seu non sunt tria Divina, sed unum; et hoc trinum, quod unum, est Dominus (n. 959; *conf.* n. 852[a]): trinum in Domino, ut in una Persona, est Divinum quod "Pater" vocatur, Divinum Humanum quod "Filius," et Divinum procedens quod "Spiritus Sanctus" (n. 1107): non tres Personae sunt, sed una Persona est (n. 1107).

Deus est unus, et non tres, ac trinum est in Domino; quare cum Dominus aditur, etiam simul Pater et Spiritus Sanctus adeuntur (n. 810).

Deus unus est tam Essentia quam Persona. Est trinitas in Deo, et est quoque unitas. Quod sit trinitas, constare potest ex locis in Verbo ubi "Pater," "Filius" et "Spiritus Sanctus" nominantur; et quod sit unitas, ex locis in Verbo ubi dicitur quod Deus unus sit. Unitas in qua trinitas, seu unus Deus in quo trinum, non datur in Divino quod "Pater" vocatur, nec in Divino quod "Spiritus Sanctus," sed in solo Domino: in Domino trinum est; nempe, Divinum quod vocatur "Pater," Divinum Humanum quod vocatur "Filius," ac Divinum procedens quod "Spiritus Sanctus;" et hoc trinum est unum, quia est unius Personae, et vocari potest triunum (n. 1106).

Quaeritur nunc quale trinum fuit Deo, antequam Dominus assumpsit Humanum et illud Divinum fecit in mundo. Tunc Deus similiter fuit Homo; ac fuit Ipsi Divinum, Divinum Humanum, ac Divinum Procedens; seu Divinum Esse, Divinum Existere, et Divinum Procedere, nam Deus absque trino non datur; sed Divinum Humanum non tunc fuit Divinum usque ad ultima; ultima sunt quae vocantur "caro et ossa:" haec etiam Divina facta sunt a Domino cum fuit in mundo; hoc accessorium fuit; et hoc nunc Deo est Divinum Humanum (n. 1112).

DE IPSO DIVINO, PLURA:—

Quod immediate ab ipso Divino Domini procedit, hoc non cadit in aliquam cogitationem et affectionem hominis, et inde nec in fidem et amorem, quia est longe supra illa (n. 151).

Ante adventum Domini, Divinum processit ex Divino Ipsius quod "Patrem" vocat, sed hoc non pertigit ad ultima postquam ecclesia vastata est (n. 422[c]).

Quod ipsum Divinum assumpturum sit Humanum, intelligitur (*Esai.* xlii. 8) per "Ego Jehovah, hoc nomen meum, et gloriam meam alteri non dabo (n. 239[b]).

Quod Dominus appellaverit Divinum Bonum quod in Se a conceptione, et quod erat Esse vitae a quo Humanum suum, "Patrem" (n. 200).

Per "Patrem" significatur Divinum in Ipso, seu quod Ipsi a conceptione fuit (n. 178, 349[b], 460, 852[a], 1112): Divinum quod "Pater" voca-

tur, est in Domino (n. 649): in Humano ipsum Divinum fuit (n. 922[*b*]).

Quod Divinum, quod "Pater" vocatur, fuerit ipsum Divinum Domini, ex quo Humanum Ipsius exstitit, et ex quo illud Divinum factum est (n. 852[*a*]).

Ipsum Divinum, quod "Jehovah" et "Pater" vocatur, ac in sua essentia erat Divinum Bonum Divini Amoris, unxit Divinum Humanum quod "Filius Dei" vocatur (n. 684[*a*]).

Unitio Humani cum Divino, ac Divini cum Humano, erat reciproca (n. 684[*b*]; *conf.* n. 447, 624[*e*]).

Quod Dominus, tam quoad Divinum quam quoad Humanum, vitam habeat in Se (n. 82).

Dominus ex Jehovah, hoc est ex ipso Divino quod in Ipso ex conceptione fuit, Secum locutus est (n. 624[*e*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 252[*a*], 365[*b*], 617[*a*], 649, 678, 699, 735, 805[*i*], 815[*b*], 1104, 1107, 1112.)

DE DIVINO HUMANO, PLURA:—

Ipsum Divinum non potest alicui apparere nisi quam per Divinum Humanum (n. 64).

Si assumatur pro doctrina et agnoscatur quod Dominus sit unus cum Patre, et quod Humanum Ipsius sit Divinum ex Divino in Ipso, videbitur lux in singulis Verbi (n. 200).

Omnes qui in caelis sunt, agnoscunt Divinum Humanum Domini (n. 209).

Qui in Nova Hierosolyma erunt, omnes agnituri sunt Divinum Humanum Domini (n. 224).

Agnoscere Divinum in Humano Domini, seu Divinum Humanum, est primarium ecclesiae, per quod conjunctio (n. 328[*b*]).

Divinum Humanum Domini cadit in ideam cogitationis, et sic in fidem, et inde in affectionem voluntatis, seu amorem (n. 114).

Quod absque agnitione Divini in Humano Domini, sit nulla salus (n. 45).

Quod omnes qui e terris in mundum spiritualem veniunt, primum explorentur qualem ideam de Deo habuerint et secum ferant. De eorum instructione plura (n. 696[*a*]).

Dominus Humanum assumpsit ut in potentia esset subjugandi inferna (n. 741[*c*]).

Ipse in mundum venit ut indueret Humanum et hoc glorificaret, hoc est, Divinum faceret usque ad ultimum, hoc est, ad carnem et ossa, ut omnia ita regeret. Quod Dominus tale Humanum induerit, et Secum in caelum tulerit, constat ex eo, quod nihil de corpore suo reliquerit in sepulcro. Per id, itaque, Dominus in ultimis est; et quia haec etiam Divina fecit, Se in Divinam potentiam regendi omnia ex primis per ultima immisit. Si Dominus hoc non fecisset, periisset aeterna morte genus humanum in hac tellure (n. 41).

Dominus susceperat quidem corpus seu humanum ex matre; sed hoc in mundo exuit, et induit Humanum ex Patre; et hoc est Divinum Humanum (n. 1108).

Omne humanum quod Dominus ex matre suscepit, per tentationes, et demum per mortem, a Se rejecit; ac per induitionem Humani ex ipso Divino quod fuit in Ipso, glorificavit Se, hoc est, Humanum suum Divinum fecit (n. 899[*c*]): glorificavit Dominus Humanum suum, hoc est, exuit humanum ex matre, ac induit Humanum ex Patre, quod est Divinum Humanum (n. 205).

Divinum Humanum dicitur, quia Dominus Humanum suum fecit Divinum, cum fuit in mundo; univit enim id suo Divino quod fuit in Ipso a conceptione, et quod fuit Ipsi anima ex Patre, ita quod fuit Ipsi vita sua; nam anima cujusvis est vita ejus, et corpus, quod est humanum, inde

vivit; quapropter cum Divinum fuit unitum Humano in Domino, sicut anima corpori, Divinum Humanum dicitur (n. 26).
Divinum et Humanum Ipsius est unica Persona, ac utrumque unitum sicut anima et corpus (n. 30, 49): nam Pater in Ipso erat, sicut anima est in suo corpore; erat enim conceptus a Jehovah, et a quo quis concipitur, ab illo est anima ejus (n. 32).
Dominus dissipavit omnia mala et falsa ex humano quod Ipsi a matre fuit (n. 178).
Dominus per id, quod fecerit Divinam voluntatem, conjunxit Divinum quod in Ipso cum Humano suo; ita Divinum appropriavit suo Humano (n. 617[a]).
Quod Dominus glorificaverit Humanum suum usque ad ultimum ejus, quod vocatur naturale et sensuale (n. 513[d]; *conf.* n. 556[c], 581[b], 619[b]).
Dominus totum Humanum suum glorificavit, hoc est, Divinum fecit; quapropter cum illo glorificato, hoc est, Divino facto, tertio die resurrexit (n. 659[d]): Dominus cum Humano suo, usque ad ultima glorificato, in caelum ascendit (n. 1087).
Quod Dominus Humanum suum plene glorificaverit, hoc est, Divinum fecerit, per ultimam suam tentationem et victoriam in cruce (n. 179[b]; *conf.* n. 272, 329[f], 400[d], 650[g], 740[b], 748, 810, 900, 922[b]).
Dominus Humanum suum, cum in mundo fuit, fecit Divinum Verum; et cum exivit e mundo fecit Humanum suum Divinum Bonum per unitionem cum Ipso Divino quod in Ipso fuit ex conceptione (n. 594[a]): cum surrexit ex mortuis, Humanum suum per unionem cum Divino, quod in Se ex conceptione erat, fecit Divinum Bonum (n. 28).
Dominus etiam quoad Humanum suum fuit Deus (n. 1091): Divinum est in Humano Ipsius (n. 10): Divinum Humanum Domini aeque ex Se est, vivit, et potest, ut Divinum Ipsius in Ipso quod "Pater" vocatur (n. 43, 82, 349[b]).
Ipsum Divinum Domini est invisibile (n. 96).
Angeli omnium caelorum unice agnoscunt Dominum; agnoscunt Divinum Ipsius quod "Pater" vocatur, vident Divinum Humanum Ipsius, et sunt in Divino Procedente (n. 1115).
Quod Divinum Humanum visum sit, cum Jesus transformatus est (n. 64): quod etiam Dominus quoad Divinum Humanum fuerit qui visus est Danieli et Ezechieli (n. 77).
Divinum quod Se revelavit est Divinum Humanum (n. 45).
Quod ipsum Divinum in caelo est Divinum Humanum (n. 49, 391[c]): quod Divinum Humanum Domini faciat caelum (n. 69, 228, 343).
Cum Dominus in mundum venit, tunc introducti sunt in caelum omnes illi qui in bono charitatis vixerunt, et Deum sub Humana forma coluerunt; qui reservati sunt sub caelo usque ad adventum Domini, ac introducti postquam Dominus glorificavit Humanum suum (n. 433[d]).
Quod nemo qui intra ecclesiam est, et non agnoscit Divinum Domini in Humano Ipsius, possit intrare in caelum (n. 113).
Quod nemo sit in veris fidei et in bonis amoris, nisi qui cogitat de Divino Domini simul cum de Humano Ipsius; ut et quod nemo sit spiritualis seu angelus, nisi in illa cogitatione et tunc agnitione fuerit in mundo (n. 135).
Dominus per tentationes glorificavit Humanum suum ex propria potentia; at homines regenerantur non ex propria potentia, sed a Domino (n. 893): sicut Ipse univit Divinum suum Humano ac Humanum Divino, ita conjungit internum externo et externum interno apud hominem (n. 178).
Dominus influit apud omnes tam in caelis quam in terris ex Divino Humano suo, et non ex Divino separato, nec ex Humano separato (n. 209).
Operatio Divina Domini per Humanum in mundo assumptum, vocatur influxus immediatus Ipsius usque ad ultimos (n. 806).

(*Videantur etiam articuli*, n. 52, 102[*b*], 115, 137, 146, 148, 149, 151, 179, 183[*c*], 220[*a*], 222[*b*], 239[*b*], 293, 304[*e*], 314[*c*], 315[*a*], 316[*c*], 319, 321, 322, 339[*f*], 337, 343, 349[*b*], 365[*b,d*], 375[*e*(vi.)], 391[*b,c*], 392[*b–e*], 405[*i*], 409[*a,b*], 417[*b*], 422[*c*], 427[*b*], 430[*c*], 433[*a,b,d,e*], 435[*a*], 439, 444[*b*], 447, 448[*b*], 460, 475[*b*], 538[*b*], 594[*c*], 595, 617[*b*], 619[*a*], 629[*a*], 630[*b*], 635, 649, 684[*a–e*], 696[*a,c*], 699, 700[*b*], 735, 749, 805[*i*], 808, 815[*b*], 816, 850[*a,d*], 852[*a,b*], 864, 865, 906, 1107, 1109, 1111, 1114, 1116.)

DE DIVINO PROCEDENTE, PLURA:—

(*Vide* ***Paracletus, Spiritus Sanctus.***)

In Verbo, multis in locis, dicitur "Spiritus Dei," "Spiritus Jehovae," "Spiritus narium Ipsius," "Spiritus oris Ipsius," "Spiritus veritatis," "Spiritus sanctitatis," et "Spiritus Sanctus;" et per illum intelligitur Divinum Verum procedens a Domino, tam immediate ab Ipso quam mediate per angelos et spiritus (n. 183[*b*]).

Quoniam Divinum et Humanum Domini non sunt duo, sed unica Persona, et sunt unita sicut anima et corpus, sciri potest quod Divinum, quod vocatur Spiritus Sanctus, exeat et procedat ex Divino Ipsius per Humanum, ita ex Divino Humano (n. 183[*c*]).

Divinum procedens quod vocatur "Verbum" (*Joh.* i. 1–3), creavit et formavit omnia caeli et mundi (n. 639, 1093).

Divinum procedens est Divinum Verum unitum Divino Bono (n. 65, 419[*b*], 710[*c*], 726, 888).

Divinum Verum procedens a Domino est Divinum Ipsius in caelo et in ecclesia, in quo Ipse est, et quod Ipse est ibi. Divinum hoc Verum vocatur a Domino "Paracletus, Spiritus veritatis" (n. 228).

Quod a Domino procedit, hoc quoque Ipse est (n. 392[*a*]): Divinum procedens est Ipse Dominus in caelo et in ecclesia (n. 617[*c*]).

Divinum quod facit caelum ac dat angelis et hominibus amorem, fidem, sapientiam et intelligentiam, non procedit immediate ex ipso Divino Domini, sed per Divinum Humanum Ipsius; et hoc Divinum quod procedit est Spiritus Sanctus (n. 343).

Peccatum et blasphemia contra Spiritum Sanctum est negare Verbum, tum adulterare ipsa bona et falsificare ipsa vera ejus (n. 778[*b,c*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 25, 27, 204[*a*], 278[*a*], 285, 297, 374[*d*], 455[*c*], 475[*b*], 504[*a*], 635, 688, 700[*b*], 701[*c*], 852[*a*], 944, 1112.)

DIVINUM CAELESTE. } —Divinum quod facit supremum caelum vocatur Di-
DIVINUM SPIRITUALE. } vinum caeleste; Divinum autem quod facit medium
DIVINUM NATURALE. } caelum vocatur Divinum spirituale; ac Divinum quod facit ultimum caelum vocatur Divinum naturale, ex spirituali et caelesti (n. 69): at sciendum est quod Divinum a Domino procedens ita dicatur ex receptione (n. 448[*b*]; *conf.* n. 496).

Sciendum est quod in Domino sint gradus adhuc superiores, et quod omnes tam supremi quam ultimi sint Vita (n. 1125).

Per "Abrahamum" in Verbo intelligitur Dominus quoad Divinum caeleste, per "Isacum" quoad Divinum spirituale, et per "Jacobum" quoad Divinum naturale (n. 696[*d*]).

Ultimum vitae, quod vocatur sensuale, in Domino erat Divinum (n. 70, 581[*b*], 918).

(*Videantur etiam articuli*, n. 283[*a,c,d*], 696[*c*].)

Per "nomen Jehovae," "Domini" aut "Jesu Christi," in Verbo, non intelligitur nomen, sed omne amoris et fidei per quod colitur (n. 102[*a*], 135, 175[*b*], 224, 295, 410[*c*]). (*Videatur* ***Nomen.***)

Nomina in mundo spirituali, sicut omnia reliqua, sunt spiritualia. Nomen "Dominus" et nomen "Jesus Christus" nec ibi enuntiantur sicut in terris; sed pro illis nominibus, nomen formatur ex idea omnium quae sciuntur et creduntur de Ipso (n. 102[a]).
Quia Dominus in intimo est, inde dicitur "Altissimus," et dicitur "habitare in altissimis" (n. 1025). (*Vide* ***Altissimus.***)
Quod Dominus dicatur "Jehovah" ab Esse, ita ab Essentia; "Deus" autem ab Existere, ita ab Existentia (n. 220[a]). (*Vide* ***Jehovah, Deus.***)
In Verbo Veteris Testamenti dicitur "Jehovah" ubi agitur de Divino Bono, ac "Deus" ubi de Divino Vero (n. 220[a], 32, 205, 272, 391[d], 406[b]).
Ubi de bono amoris agitur, Dominus in Verbo dicitur "Dominus;" et cum de bonis actu, "Deus Jacobi" (n. 405[c]).
Dominus vocatur "Dominus Jehovih" quando agitur de bono (n. 601[a]). (*Vide* ***Jehovih.***)
"Deus Schaddai" est verum increpans in tentationibus et postea consolans (n. 283[c]). (*Vide* ***Schaddai.***)
Per "Davidem regem" significatur Dominus quoad Divinum Verum, quod est Divinum Existere (n. 205). (*Vide* ***David.***)
Dominus vocatur "Servus" ab inserviendo et ministrando (n. 650[f], 409[b]).
Quod dicatur "Caecus" et "Surdus" (*Esai.* xlii. 19) est quia Dominus est sicut non videat et percipiat peccata hominum; ducit enim homines leniter; nam flectit et non frangit (n. 409[b]).
Quod "Jesus Christus" significet Dominum quoad Divinum Humanum (n. 26, 102, 135).
Per duo nomina "Jesum" et "Christum," significatur tam sacerdotale quam regium Domini; nempe, per "Jesum" Divinum Bonum, et per "Christum" Divinum Verum (n. 31[b]).
Quod Dominus dicatur "Dominus" ex Divino Bono, ac "Christus" ex Divino Vero (n. 683, 684[a,b,e], 721[a], 939, 979, 1073); ac "Deus" a Vero (n. 721[a], 939, 979); tum "Rex" a Vero (n. 1073).
Quod Dominus appellaverit Divinum Jehovae quod in Se ex conceptione, et quod Esse vitae Ipsius in Humano suo, "Patrem;" ac Divinum Verum quod ex Divino Bono, "Filium" (n. 32; *conf.* n. 178, 254, 460).
Per "Patrem," cum a Domino id dicitur, significatur Divinum Bonum quod in Ipso et ab Ipso (n. 200, 297).
Quod "Pater" sit Divinum Bonum, et "Filius hominis" Divinum Verum (n. 32, 267, 297, 907).
Quod "Filius hominis" sit Dominus quoad Divinum Humanum, et quoque quoad Divinam Verum, quod est Verbum (n. 36, 63, 113, 146, 151, 267, 297, 349[b], 455[a,b], 852[a]).
"Spiritus Sanctus" est Divinum Verum procedens a Domino (n. 183[b]). (*Vide* ***Paracletus;*** *tum caput* DE DIVINO PROCEDENTE, *s. v.* ***Dominus.***)
"Pater" Domini est Divinum in Ipso, et "Spiritus Sanctus" est Divinum ab Ipso (n. 365[a], 852[a]).
Quod "Verbum" sit Dominus quoad Divinum Humanum, et inde Divinum Verum procedens (n. 151). (*Vide caput* DE IPSO DIVINO, *s. v.* ***Dominus.***)
Dominus multis in locis in Verbo vocatur "Creator," "Factor," et "Formator ab utero," et quoque "Redemptor," ex eo quod hominem e novo creet, reformet, regeneret, et redemerit (n. 710[b]): dicitur "Redemptor" ex eo, quod liberaverit ab inferno; et "Formator ex utero" ex eo, quod regeneret hominem (n. 433[c], 710[b]): vocatur "Servator" seu "Salvator" ex bono amoris, ac "Princeps" ex veris fidei (n. 654[b]).
Per Dominum ut "Regem Judaeorum" intelligitur Dominus quoad Divinum Verum procedens ex Divino Bono Divini Amoris Ipsius (n. 433[d]).
Quod Dominus dicatur "Primus et Ultimus" ex causa quia regit omnia ex primis per ultima (n. 113).

Per "Agnum" in supremo sensu significatur Dominus quoad Divinum Humanum, nam Dominus quoad illud erat ipsa Innocentia (n. 314[c]). (*Vide* ***Agnus.***)

Per "nomen Jehovae" intelligitur Divinum Humanum Domini (n. 224).

Per "nomen Domini" intelligitur Divinum Humanum Ipsius (n. 224).

Quod Dominus est solus Homo, et quod omnes secundum receptionem Divini Boni et Divini Veri ab Ipso sint homines (n. 1120).

Quod Dominus solus habeat vitam in Se (n. 82, 186).

Quod solus Dominus sit potens, et nusquam aliquis in caelo quam a Domino (n. 43; *conf.* n. 726).

Dominus non est causa mali; et qui non est causa mali, ille nec est causa alicujus effectus qui ex malo existit (n. 647).

Dominus nusquam irascitur et excandescit, et inde alicui malum vult et facit (n. 647).

Per "amare Dominum" non intelligitur amare Dominum ut Personam; per hunc solum amorem non conjungitur homo caelo; sed per amorem Divini Boni ac Divini Veri, quae sunt Dominus in caelo et in ecclesia (n. 1099).

Dominus unumquemvis spectat a facie, et non ab occipitio (n. 1112).

Per "vocem Domini" intelliguntur vera quae Verbi, doctrinae, et fidei inde, ita praecepta (n. 259).

Per "lumbos" Domini (*Esai.* xi. 5) intelliguntur illi qui in amore in Ipsum sunt; per "femina" Ipsius intelliguntur qui in amore erga proximum sunt (n. 780[b]).

Per "vestes" Domini significatur Divinum Verum procedens ex Ipso; etiam significatur Verbum, nam Verbum est Divinum Verum a Domino in terris et in caelis (n. 195[c]).

Dominus apparet unicuivis secundum quale ejus (n. 539[a]).

Dominus est Sol caeli angelici; et lux illius Solis est Divinum Verum, et calor illius Solis est Divinum Bonum (n. 186[c], 422[a]).

Dominus apparet ut Sol illis qui in amore in Ipsum sunt, ast ut Luna illis qui in charitate erga proximum et inde fide sunt (n. 422[a]).

Cum Jesus coram Petro, Jacobo et Johanne transformatus est, splenduit facies Ipsius tanquam sol, et vestimenta Ipsius facta sunt lux. Similiter apparet Dominus in caelo coram angelis, quando Se illis praesentem sistit, sed tunc apparet extra Solem (n. 401[b]).

Angeli agnoscunt Divinum Domini quod "Pater" vocatur, vident Divinum Humanum Ipsius, et sunt in Divino Procedente (n. 1115).

Apparet Dominus in caelo angelis, sed tunc sub forma angelica; implet enim angelum suo visu et sic sua praesentia e longinquo, et hoc in variis locis, at ubivis accommodate ad bonum amoris et fidei apud illos ubi apparet. Ita visus est Dominus Guideoni, ac Manoacho et uxori ejus, tum Mosi et populo Israelitico (n. 412[a]).

Homo, ad praesentiam Divini, non corpore vivere potest; et qui vivunt, obstipantur columna angelica quae moderatur influxum Divinum; nam corpus cujusvis hominis non est receptibile Divini. Quod Jehovah visus sit pluribus, de quibus in Verbo, erat quia circumcincti tunc fuerunt columna spirituum et sic conservati. Ita quoque Dominus Swedenborgio aliquoties visus est (n. 78).

Quod "aspectus," cum de Domino, significet Divinam Ipsius praesentiam (n. 25; *conf.* n. 412[d]).

Nisi repraesentatio purificationis, per baptisma Johannis, praecesserit, Dominus non potuisset in Judaea et in Hierosolyma Se manifestare (n. 724[b]).

Nisi Dominus in mundum venisset, et sic Ipse ultimum assumpsisset, translati fuissent caeli qui ex incolis hujus telluris fuerunt, et omne

genus humanum in hac tellure periisset morte aeterna: at nunc est Dominus in suo pleno, et sic in sua omnipotentia in terris sicut est in caelis, quia est in ultimis et in primis (n. 726).
Quicquid Dominus in mundo fecit, hoc repraesentabat; et quicquid locutus est, significabat: quod in repraesentativis et significativis fuerit, cum in mundo, erat causa, ut in ultimis caeli et ecclesiae et simul in primis eorum esset, et sic ultima ex primis, et intermedia omnia ex primis per ultima, regeret et disponeret: repraesentativa et significativa sunt in ultimis (n. 405[*d*]).
Quod Dominus, dum fuit in mundo, ab infantia usque ad ultimum diem ibi, successive progressus sit ad unionem cum ipso Divino quod in Ipso fuit ex conceptione (n. 918).
Primus status fuit Domino, sicut est omni homini, quod fuerit sensualis (n. 918).
Naturale primum aperitur, et id apud omnes homines est ignorans veri et cupiens mali; at solum apud Dominum erat id appetens bonum et desiderans verum (n. 449[*a*]).
Dominus sicut alius homo instructus est, sed ex Divino suo hausit omnia intelligentius et sapientius quam omnes alii (n. 654[*d*]).
Dominus, cum in mundo fuit, glorificavit, hoc est, Divinum fecit, totum Humanum suum usque ad ultimum ejus (n. 581[*b*]).
Dominus, per tentationes ab infernis in Se admissas et per victorias tunc, redegit omnia in infernis in ordinem, et quoque Humanum suum glorificavit, hoc est, Divinum fecit (n. 405[*i*]).
Dominus per quod in deserto quadraginta diebus, repraesentabat durationem omnium tentationum, quas Ipse prae omnibus in universo terrarum orbe immanissimas subiit et sustinuit, a pueritia ad ultimum vitae suae in mundo (n. 650[*g*]).
De tentationibus atrocissimis quas Dominus sustinuit, et per quas inferna subjugavit, plura (n. 659[*b*], 740[*b*], 768[*b*]).
Quod Dominus ex propria potentia subjugaverit inferna, et redegerit omnia ibi et in caelis in ordinem (n. 309).

Quod fides in Dominum illos sanaverit quos Dominus sanavit, causae tres (n. 815[*b*]).
Fides in Dominum ut hominem solum non sistit omnipotentiam Divinam Ipsius praesentem; quae etiam causa est quod non salvari possint qui hodie in mundo solum spectant ad humanum Ipsius, et non simul ad Divinum Ipsius (n. 815[*b*]).
Dominus vult adducere cunctos ad Se et salvare (n. 647).
Quod Dominus neminem immediate doceat, sed mediate per illa quae apud hominem sunt ex auditu et visu: et tamen quod Dominus provideat ut homo, per illa quae inde suae religionis facit, possit reformari et salvari; et quod provideat omni genti universale medium salutis (n. 1176).

Quod cum ultimum judicium peragitur, appareat Dominus in caelis in multo majori jubare et splendore quam alias (n. 401[*c*]).
Per "adventum Domini" (*Matth.* xxiv. 3) non intelligitur adventus Ipsius in persona, sed quod revelaturus sit Se in Verbo (n. 870). (*Vide* ***Adventus Domini.***)
(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 78, 286, 331[*a*], 340[*a*], 405[*c*], 601[*a*], 655[*a*], 684[*d*], 850[*b*], 979, 1127, 1217.)

"Reges" (*Habak.* i. 10) significant vera, ac "domini" et "dominatores" bona (n. 355[*e*]).
Quod Domini verba quod "impossibile sit duobus dominis servire" (*Luc.* xvi. 13), spiritualiter intelligenda sint (n. 409[*d*], 902).
(*Videantur etiam articuli*, n. 275[*a*], 409[*d*], 537[*b*], 1073.)

Domini Oratio.—(*Vide* ***Oratio Domini.***)

Domus.—Quod "domus" significet totum hominem, et illa quae apud eum; ita quae ejus intellectus et voluntatis sunt (n. 240[*b*]): per "domum" intelligitur mens humana (n. 601[*a*]).

In mundo spirituali sunt domus et conclavia, sunt januae per quas intrant, et sunt serae et claves per quas aperiuntur; et singula illa significant talia quae sunt apud hominem. Ipsa domus correspondet interioribus quae ejus animi et mentis sunt, conclavia similiter, et januae correspondent communicationibus quae sunt inter interiora mentis et animi, et clavis correspondet admissioni et aperitioni ab una parte in alteram; verbo, singula domus, in qua habitant angeli et spiritus, correspondent singulis quae in illis (n. 536).

"Qui super tecto ne descendito in domum" (*Marc.* xiii. 15), significat, Qui in genuinis veris maneat in illis. "Domus" significat hominem quoad omnia interiora quae mentis ejus sunt, et inde "tectum domus" significat intelligentiam quae ex genuinis veris, ita quoque genuina vera per quae intelligentia (n. 405[*g*]): "tecta" sunt interiora (n. 652[*c*]; *conf.* n. 650[*g*]).

Quod "domus" (*Joel* ii. 9) sit illud mentis quod vocatur voluntas, ubi bonum; et "fenestrae" illud mentis quae vocatur intellectus ubi verum (n. 193[*a*]).

Per "domum" (*Ps.* cxxxviii. 3) significatur mens spiritualis, et per "latera" ejus significantur omnia quae in naturali homine (n. 638[*b*]).

"Domus" sunt bona, et "palatia" (*Ps.* xlviii. 14 [*B. A.* 13]) sunt bona veri nobiliora (n. 453[*b*]).

"Domus magna" (*Amos* vi. 11) significat hominem eruditum, et "domus parva" hominem ineruditum (n. 519[*a*]).

"Domus vineae" (*Jerem.* vi. 1) significat ecclesiam (n. 449[*b*]).

"Domus sanctitatis" (*Esai.* lxiv. 10 [*B. A.* 11]) significat ecclesiam caelestem, et "decus" ecclesiam spiritualem (n. 504[*e*]).

Per "domum decoris" (*Esai.* lx. 7) significatur Divinum Humanum quoad Divinum Verum (n. 391[*c*]).

"Domus precationis" (*Esai.* lvi. 7) est caelum ubi sunt vera spiritualia (n. 391[*e*]).

Per "domum" (*Matth.* xxi. 13) in universali sensu significatur ecclesia; et quia in templo Hierosolymae peragebatur cultus, ideo vocatur "domus precum;" "preces" significant cultum (n. 410[*c*]).

"Domus desiderii," quas evertent (*Ezech.* xxvi. 12), sunt illa quae mentis sunt, ita quae intellectus et voluntatis sunt, ibi enim homo habitat (n. 1145).

Per "tentorium domus" (*Ps.* cxxxii. 3) significantur sancta ecclesiae (n. 684[*c*]).

Aegyptus dicitur "domus servitutis," cum significat naturalem hominem qui non sub auspicio spiritualis hominis cogitat et agit (n. 540[*b*]).

Per "domum proximi" significantur ejus bona, quae in genere sunt possessiones et opes; concupiscere haec est amoris mundi (n. 1021).

Per "domos" significantur illa quae mentis humanae sunt; hic (*Amos* iii. 15) quae mentis naturalis separatae a mente spirituali; per "domum hiemis" et "domum aestatis" significantur illa naturalis hominis quae vocantur sensualia; ac per "domum eboris" et per "domum magnam" significantur illa naturalis hominis quae vocantur rationalia, haec quoad verum per "domum eboris," et quoad bonum per "domum magnam" (n. 1146).

Quia unicuique homini ecclesiae est spirituale, rationale et naturale, ideo Salomo aedificavit tres domos," "Domum Dei" seu "Templum" pro spirituali, "Domum silvae Libani" pro rationali (nam "cedrus" et inde "Libanus" significat rationale), ac "Domum filiae Pharaonis" pro naturali (n. 654[*f*]).

Apud antiquissimos, qui in bono amoris fuerunt, templa ex ligno erant, quae non vocabantur templa, sed "domus Dei" (n. 1145; *conf.* n. 831).
"Domus Dei" est Ipsius regnum et ecclesia (n. 179): tum cultus Dei secundum doctrinam (n. 799[*a*]).
(*Videantur etiam articuli*, n. 70, 204[*b*], 220[*b*], 277[*b*], 365[*e*,*f*], 375[*e*(i.)], 391[*d*], 513[*a*], 630[*c*], 860[*b*].)

Per "domum Domini" significatur ecclesia (n. 325[*b*]).

Per "domum Jehovae" significatur ecclesia interna (n. 458[*b*]).
"Domus Jehovae Dei" est caelum in omni complexu (n. 391[*d*]).
Nova ecclesia quae instaurabitur, significatur (*Sach.* viii. 9) per "domum Jehovae Zebaoth" (n. 695[*c*]).
(*Videantur etiam articuli*, n. 204[*b*], 220[*a*,*b*], 365[*f*], 458[*b*], 483[*a*], 518[*a*], 700[*e*], 799[*b*], 850[*b*].)

Per "domum Patris" intelligitur caelum (n. 220[*b*], 731).

Per "domum Aharonis" significantur omnes qui in bono amoris sunt (n. 696[*c*]).

"Israel" et "domus Jischaki" (*Amos* vii. 16) significant ecclesiam (n. 624[*c*]).

Per "domum Jacobi" intelligitur ecclesia Domini (n. 328[*f*]): per "domum Jacobi" intelliguntur qui in bono vitae (n. 448[*c*]).
(*Videantur etiam articuli*, n. 119, 710[*a*], 734[*b*].)

Per "domum Israelis" significatur ecclesia quoad verum (n. 280[*b*]).
(*Videantur etiam articuli*, n. 119, 316[*a*], 340[*d*], 386[*b*], 433[*c*,*d*], 444[*b*], 448[*c*], 555[*d*], 638[*c*], 650[*g*], 659[*c*], 665, 706[*d*], 710[*a*], 734[*d*], 768[*b*,*d*], 799[*c*], 811[*d*], 866.)

Per "domum Jehudae" significatur ecclesia quoad bonum (n. 280[*b*]).
(*Videantur etiam articuli*, n. 340[*d*], 355[*f*], 433[*b*–*d*], 448[*c*], 638[*c*], 650[*c*], 734[*d*], 768[*b*,*d*].)

Per "domum Josephi" intelliguntur qui in veris doctrinae (n. 448[*c*]).

Per "Esavum" et ejus domum intelliguntur illi qui credunt se intelligentes et sapientes esse non ex Domino sed ex semet (n. 448[*c*]).

Per "domum Davidis" significatur regnum spirituale (n. 205): significatur ecclesia quoad vera doctrinae (n. 454[*b*]).
(*Videantur etiam articuli*, n. 403[*b*], 453[*b*], 555[*b*], 701[*b*].)

Per "domos Hierosolymae" significantur bona veri ecclesiae (n. 453[*b*]).

Per "domum Pharaonis" (*Jerem.* xliii. 9) significatur naturalis homo quoad scientifica ibi (n. 540[*b*]).
(*Dicta Scripturae Sacrae plura videantur explicata*, n. 141[*b*], 220[*b*], 223[*b*,*c*], 242[*e*], 280[*b*], 315[*b*], 316[*b*], 328[*f*], 340[*c*,*d*], 342[*b*], 365[*b*], 376[*c*,*d*], 386[*d*], 400[*c*], 405[*f*], 406[*c*], 409[*d*], 411[*c*], 422[*c*], 448[*d*], 458[*a*], 543[*c*], 555[*b*,*d*], 586, 600[*c*], 627[*b*], 629[*a*,*c*], 644[*d*], 650[*e*], 654[*e*,*f*], 675[*b*], 721[*b*,*c*], 724[*b*], 730[*b*], 734[*c*], 780[*b*], 781[*d*], 785[*a*], 815[*b*], 1013, 1029[*e*], 1100[*c*].)

Donare.—De affectionibus spiritualibus, quae a Domino homini donantur (n. 803[*a*]).

Donum.—(*Vide* ***Munus.***)
Per "donum" quod super altare (*Matth.* xxiii. 19) intelliguntur sacrificia quae erant cultus (n. 391[*c*]).
"Merces" seu donum meretricium (*Ezech.* xvi. 33) est amor falsificandi per falsa aliorum (n. 695[*d*]).
(*Vide Ezech.* xx. 26, n. 724[*e*].)

Dormire. } —(*Vide* ***Cubare, Somnus.***)
Dormitare. } Quia "vigilare" significat recipere vitam spiritualem, inde "dor-
Obdormire. } mire" significat vitam naturalem absque spirituali (n. 187[*b*], 555[*c*]).

Per "cubare et dormire," ac per "habitare" (*Ps.* iv. 9) significatur vivere (n. 365[*c*]).

Quod "dormient in silvis" (*Ezech.* xxxiv. 25) significat quod falsa non infestabunt (n. 365[*e*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 187[*b*], 355[*c*], 365[*c,e*], 374[*d*], 514[*d*], 540[*a*], 659[*d*], 899[*b*].)

Dorsum.—(*Vide Esai.* xxx. 7, n. 654[*g*].)

Dote dotare.—(*Vide Exod.* xxii. 15, 16 [*B. A.* 16, 17], *Deutr.* xxii. 28, 29, n. 863[*b*].)

Drachma.—Per "drachmam" significatur verum; per "perdere drachmam" (*Luc.* xv. 8) significatur perdere unum ex veris seu ex cognitionibus veri (n. 675[*b*]).

Draco.—Quoniam per "serpentes" significantur sensualia, quae ultima naturalis hominis sunt, et illa non sunt mala nisi apud illos qui mali sunt, et quia "dracones" eadem voce in lingua Hebraea nominantur qua serpentes non venenati, inde est quod per "dracones," cum per illos intelliguntur tales serpentes, in Verbo significentur sensualia non mala, seu applicate ad personas, homines sensuales non mali (n. 714[*d*]).

Interpretari licet quod baculus Mosis projectus coram Pharaone conversus sit in draconem (n. 714[*d*]).

"Draco" est mere naturalis et sensualis homo (n. 714[*a*]).

Per "draconem," qui est serpens volans, significatur sensualis homo, qui usque versus caelum volat, per id quod loquatur et cogitat ex Verbo aut ex doctrina e Verbo (n. 714[*b*(i.)]).

Qui in specie referunt draconis caput (n. 714[*b*(ii.)]).

Qui constituunt draconis corpus (n. 714[*b*(iii.)]).

Quod per "caudam draconis intelligatur falsificatio et adulteratio Verbi (n. 714[*b*(vi.)]).

Per "draconem" intelliguntur qui vitam nihili faciunt in ecclesia; et quia id praecipue faciunt illi quibus doctrina est quod sola fides justificet, et prorsus non vita fidei, quae est charitas, inde per "draconem" significatur religio solius fidei separatae a vita charitatis (n. 757).

(*De "dracone" videantur plura*, n. 280[*b*], 518[*a*], 650[*e*], 707, 711, 713, 714, 715, 716, 717[*d*], 721[*a*], 730[*c*], 735, 737, 738, 739, 757, 758, 763, 764, 767, 775, 783, 789, 814, 817[*a*], 819, 893, 998, 1029[*e*], 1100[*c*], 1129.)

Dromades.—Per "turmam camelorum et dromades Midianis et Ephae" (*Esai.* lx. 6) significantur cognitiones veri et boni in copia (n. 324[*c*]).

Ducere.—Cur homo a Domino ducitur per affectiones et non per cogitationes (n. 1175).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 9, 242[*d*], 386[*d*], 444[*c*], 538[*a*], 633[*b*], 654[*j*], 730[*d*], 734[*c*], 780[*b*], 781[*d*], 810, 811[*c*], 850[*c*].)

Ductor.—"Ductores" (*Esai.* iii. 12) sunt qui docent (n. 555[*d*]).

Ductus.—"Rivi" et "ductus aquarum" (*Esai.* xxx. 25) significant intelligentiam ex veris (n. 401[*c*]): "rivi" significant sapientiam, et "ductus aquarum" intelligentiam (n. 405[*b*]).

"Ductus" (*Esai.* vii. 19) sunt perceptiones (n. 410[*c*]).

Dudaim.—Per "dudaim," a Reubene inventa (*Gen.* xxx. 14), significatur conjugiale quod est veri cum bono (n. 434[*b*]).

Dulcis.—"Dulce" significat jucundum ex bono veri et vero boni (n. 618).
(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 617[*a*], 618, 619[*a*], 621, 622[*a*], 1145.)

Duo.—Duo sunt quae faciunt ecclesiam, nempe charitas et fides, sicut duo quae faciunt vitam hominis, voluntas et intellectus; inde etiam sunt duo quae sicut unum agunt, prout duo oculi, duae aures, duae nares, duae manus, duo pedes, duo lobi pulmonum, duae camerae cordis, duo hemisphaeria cerebri, et sic porro, quorum unum se refert ad bonum ex quo verum, et alterum ad verum ex bono (n. 746[*c*]).

"Duo" praedicantur de bono, ac "tria" de vero; "duo" significant conjunctionem per amorem (n. 411; *conf.* n. 532, 816, 924).

Numeri ex numero "duo" exsurgentes simile significant cum "duobus" (n. 430[*a*]).

"Duae-tres" (*Esai.* xvii. 6) significant paucos qui in bono et inde veris sunt (n. 532).

Numerus "duo" in sensu opposito praedicatur de malis (n. 847).

(*Dicta Scripturae Sacrae plura videantur explicata*, n. 253[*b*], 304[*e*], 411[*d*], 493, 527, 573[*a*], 635, 638[*a*], 662, 674, 684[*e*], 710[*c*], 724[*b*], 725[*a*], 810, 815[*c*].)

Duodecim. } —"Duodecim" significant omnia et omnes, ac dicuntur de
Duodecies mille. } veris ex bono (n. 430[*a*]).

Quoniam "tria" significant plenum, ac plenum est omne, inde trahit numerus "duodecim" quod significet omnia et omnes: quod dicatur de veris ex bono est quia exsurgit ex tribus multiplicatis in quatuor (n. 430[*a*]).

Per "duodecim" significantur vera et bona in omni complexu (n. 851).

Centum quadraginta quatuor," tum "centum quadraginta quatuor millia," simile cum "duodecim" significant (n. 430[*a*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 39, 100, 194, 208[*b*], 253[*b*], 270, 330, 333, 430[*a–c*], 431[*a*], 433[*a*], 434[*a*], 443[*a*], 452, 548, 555[*b*], 687[*b*], 709, 717[*b*], 851, 1044.)

Duplex.—Bona et vera sunt ex duplici origine, nempe ex origine caelesti et ex origine spirituali; illa bona et vera quae ex origine caelesti sunt, sunt bona et vera amoris in Dominum; at illa bona et vera quae ex origine spirituali sunt, sunt bona et vera amoris erga proximum (n. 1042).

Duplicare. } —"Duplum" est multum, ac dicitur de retributione (n. 1116).
Duplum. } Per "duplicare dupla" (*Apoc.* xviii. 6) significatur retributio multa sicut profanarunt bonum (n. 1115, 960[*b*]).

Duriusculum.—Spiritualis gradus, seu spiritualis mens, se contrahit ad quodcunque malum ac falsum mali, sicut fibrilla corporis ad aculeum; nam fibrae corporis ad quemlibet tactum duriusculum se contrahunt (n. 739[*a*]).

Durus.—"Durus faciebus" (*Dan.* viii. 23) significant interiora absque bono, ubi enim non bonum ibi verum est durum (n. 412[*f*]).

Sensuale ultimum, quando accensum est igne amoris sui, "durum et obfirmatum" est (*Ezech.* ii. 6), et quoque indurat et obfirmat interiora aliorum quos alloquuntur (n. 544).

Dux.—"Praefecti" et "duces" (*Ezech.* xxiii. 6) significant principalia vera (n. 576).

Quia docebant falsa, et quoque a populo credebantur falsa, ideo Scribae et Pharisaei vocantur (*Matth.* xv. 14) "duces caeci caecorum" (n. 537[*b*]; *conf.* n. 239[*b*]).

Ebenum.—Per "ebenum," quod insulae adducunt (*Ezech.* xxvii. 15), significatur illud intellectus ex quo homo ducitur, quod est rationale (n. 1146).

Eber.—Ecclesia ab Ebero instituta vocata est Ecclesia Hebraea (n. 391[*h*]).

Quod sacrificia ab Ebero primum incepta fuerint, et dein in usu apud posteros ejus (n. 391[*h*]).

Quod altaria in usu fuerint apud omnem posteritatem ex Ebero, ita apud omnes qui Hebraei vocabantur (n. 391[*h*]).

Per "Eberum," quem affligent (*Num.* xxiv. 24), significantur externa cultus, qualia fuerunt apud filios Jacobi (n. 514[*c*]).

Ebrietas.—(*Vide* ***Inebriatio.***)

Per "carnem" et per "adipem" significatur bonum amoris, et per "sanguinem" verum ex illo bono, ex quibus cultus: abundantia utriusque describitur (*Ezech.* xxxix. 19) per quod "comederent carnem et pinguedinem ad saturitatem, et quod biberent sanguinem usque ad ebrietatem, et hoc ex sacrificio (n. 329[*d*]; *conf.* n. 1159).

Per "ebrietatem" multis in locis in Verbo significatur insania in spiritualibus, ac lapsus in errores (n. 376[*f*]; *conf.* n. 654[*l*]).

Ebrius.—Per "ebrios" significantur illi qui insaniunt in spiritualibus (n. 235; *conf.* n. 376[*f*]).

"Ebria facere tela ex sanguine" (*Deutr.* xxxii. 42) significat deliria mentis ex falsificato Verbo (n. 811[*b*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 304[*b*], 400[*b*], 543[*c*].)

Ebullitio.—Amor sui est amor mere corporeus, scaturiens ex ebullitione et fermentatione partium obsoletarum, et earum titillatione intus in corpore (n. 512).

Ebur. } —Quod per "ebur" significetur verum rationale, est quia per "ele-
Eburneum. } phantum" significatur naturale in communi; inde per "ebur," quod est ex dente ejus, et ex quo ei potentia est, tum quia est album, et quoque resistens, significatur verum rationale, quod est verum praestantissimum naturalis hominis (n. 1146).

Per "ebora, simias, et pavones" (1 *Reg.* x. 22), significantur vera et bona ecclesiae externae (n. 514[*b*]; *conf.* n. 1142).

(*Videantur etiam articuli*, n. 163, 253[*b*].)

Ecclesia.—Ecclesia est caelum Domini in terris (n. 252[*a*], 1179).

Duo regna sunt in quae caeli distincti sunt, nempe regnum caeleste et regnum spirituale; in regno caelesti sunt qui in bono amoris in Dominum sunt, et in regno spirituali qui in bono charitatis erga proximum. At duo illa regna non solum sunt in caelis, sed etiam in terris, et in terris vocantur ecclesia caelestis et ecclesia spiritualis. Praeter illos qui in duobus istis regnis, nulli dantur qui ab ecclesia (n. 331[*a*]).

Est correspondentia omnimoda caeli cum ecclesia, per quam unum faciunt (n. 90).

Ecclesia Domini est apud homines in mundo naturali, et naturale est ultimum in quod Divinum desinit, et super quo quasi subsistit; inde est quod ecclesia in terris etiam dicatur "scabellum pedum Domini" (n. 606).

Sunt duo quae faciunt ecclesiam, nempe bonum et verum, utrumque a Domino (n. 331[*a*]).

Bonum est quod facit ecclesiam; ac id bonum influit immediate e spirituali homine in naturalem, et absque illo influxu non est ecclesia apud hominem (n. 440[*b*]).

Conjunctio boni et veri facit ecclesiam apud hominem, dum in terris vivit, et postea facit caelum apud illum (n. 292).

Doctrina et inde cultus faciunt ecclesiam (n. 799[b]).
Quod scire et intelligere vera et bona fidei, seu doctrinalia et quoque Verbum, non faciat ecclesiam; sed auscultare, hoc est, intelligere et facere (n. 108).
Quod ecclesia sicut caelum sit in homine, et non extra illum; et inde quod homo qui in veris ex bono est, sit ecclesia (n. 20).
Ecclesia est in homine, et ex hominibus in quibus ecclesia (n. 400[b]): omnis ecclesia constituitur ex illis qui ecclesiae sunt, et non ab aliis tametsi natis ubi ecclesia est (n. 159).
Ecclesia Domini est ex omnibus illis, ubicunque sunt, qui ecclesia sunt, hoc est, qui in veris ex bono sunt (n. 20; *conf.* n. 21, 58, 90), seu in fide ex charitate (n. 19, 108): non alii ab ecclesia sunt (n. 108).
Omnis homo, apud quem ecclesia implantanda est, primum instruendus est in scientificis; nam absque instructione naturalis hominis per scientifica, quae etiam sunt variae experientiae ex mundanis et consortiis, non potest rationalis fieri: et si non fit rationalis, nec fieri potest spiritualis (n. 654[c]).
Ecclesia super veris ex bono aedificatur (n. 411[d]).
Ipsa ecclesia apud hominem est in interno seu spirituali homine seu mente, ita interius apud illum; at quae in externo seu naturali homine seu mente sunt, omnia correspondent illis quae ipsius ecclesiae sunt (n. 629[a]).
Per ecclesiam externam intelligitur cultus ex bono et vero in naturali homine; et per ecclesiam internam bonum amoris et fidei quod in spirituali homine, ex quo cultus (n. 400[b]).
Illi qui in externa ecclesia sunt, in bono vitae sunt, secundum vera doctrinae; et illi qui in interna ecclesia, in veris doctrinae sunt, secundum quae vita (n. 392[e]).
De initiatione ecclesiae apud hominem, quae fit in naturali seu externo homine; tum de instauratione ejus, quae fit in spirituali seu interno homine; plura (n. 281[a]).
Omnia quae ecclesiae sunt, se referunt ad haec communia, nempe ad doctrinam, ad vitam secundum illam, et ad fidem secundum vitam; tum ad tentationes, quae sunt pugnae contra mala et falsa (n. 256).
Si spectantur status successivi ecclesiarum in nostra tellure, patet quod fuerint sicut status successivi hominis qui reformatur et regeneratur; quod ut fiat spiritualis homo, primum concipiatur, dein nascatur, tum adolescat, et postea ulterius et ulterius in intelligentiam et sapientiam perducatur. Ecclesia ab antiquissimis temporibus usque ad finem Ecclesiae Judaicae, increvit sicut homo qui concipitur, nascitur et adolescit, et tunc instruitur et docetur; at status successivi ecclesiae, post finem Ecclesiae Judaicae, seu a tempore Domini, usque ad hodiernum diem, fuerunt sicut homo crescit intelligentia et sapientia, seu regeneratur (n. 641).

Antiquis temporibus, et quoque antiquissimis, ecclesia fuit in Asia, extensa per plura regna ibi (n. 21).

ECCLESIA ANTIQUISSIMA:—

In primo capite *Geneseos* agitur de instauratione ecclesiae primae in hac tellure. Quod prius nulla ecclesia, quia homines absque bono et vero erant, significatur per quod "terra esset vacua et inanis:" et quod in densa ignorantia et quoque in falsis prius fuerint, significatur per quod "tenebrae super faciebus abyssi." Prima eorum illuminatio significatur per quod "spiritus Dei se moverit super faciebus aquarum, et dixerit Deus, Fiat lux, et facta est lux" (n. 294[c]).
Per "Adamum et ejus uxorem" intelligitur Ecclesia Antiquissima, quae fuit ecclesia caelestis. Homines illius ecclesiae, quia in amore in Do-

minum fuerunt, habuerunt Divina vera sibi inscripta, et inde ex influxu noverunt correspondentia in naturali homine quae vocantur scientifica (*de quo videantur plura*, n. 617[*c*]).

Divina vera intima fuerunt revelata illis qui ab Antiquissima Ecclesia fuerunt (n. 948).

Quia verum est primum ecclesiae, nam omnis ecclesia formatur per vera, (a veris enim, seu a cognitionibus veri et boni incohat omnis ecclesia,) ideo fuit Cainus primogenitus, et nominatus est "Vir Jehovae" (n. 817[*b*]).

Intelligentia et sapientia hujus ecclesiae intelliguntur per "hortum in Edene" (n. 725[*a*], 280[*c*]).

Quia in amore in Dominum, homines hujus ecclesiae fuerunt sapientissimi, communicationem paene immediatam habentes cum angelis caeli, per quos a Domino illis fuit sapientia. Quia in amore in Dominum fuerunt, et ex caelo revelationes habuerunt, et quia Divina revelata statim mandaverunt vitae, inde in simili statu fuerunt in quo sunt angeli tertii caeli; quare id caelum ex illius ecclesiae hominibus primario consistit (n. 739[*b*]).

Sciendum est quod nusquam illis vetitum fuerit comparare sibi cognitiones boni et mali e caelo, per illas enim perficiebatur intelligentia et sapientia illorum; nec vetitum fuit comparare sibi cognitiones boni et mali e mundo, inde enim scientia naturali eorum homini; sed vetitum fuit has cognitiones intueri via posteriore, quia datum est illis videre omnia quae in mundo coram oculis eorum apparuerunt, via priore (*de quibus viis videantur plura*, n. 739[*b*]).

Datum est illius ecclesiae homini nosse omnes affectiones naturalis hominis, ob causam ut dominaretur super illas: per "dominium super bestias" (*Gen.* i. 26, 28) intelligitur dominium spiritualis hominis super naturalem (n. 650[*c*]).

Per "statuam" Nebuchadnezari in somnio visam, repraesentati sunt status successivi ecclesiae. Per "caput ex auro" repraesentata et significata est Ecclesia Antiquissima, quae in sapientia caelesti et inde in intelligentia prae sequentibus fuit (n. 577[*a*], 411[*b*]).

Illa ecclesia, quae fuit omnium praestantissima in hac tellure (n. 725[*a*]), describitur (*Deutr.* xxxiii. 15) per "montes orientis" (n. 448[*b*]).

Ecclesia Antiquissima, quae fuit ecclesia caelestis, intelligitur (*Deutr.* xxxii. 7, 8) per "dies aeternitatis, quum hereditatem daret Altissimus gentibus, quum separaret filios hominis" (n. 431[*b*]).

Antiquissimis vetitum fuit intueri cognitiones e mundo via posteriore, quod fit quando ex illis concluditur de caelestibus, sic inverso ordine; hoc factum est ab hominibus Antiquissimae Ecclesiae quando coeperunt amare mundana prae caelestibus, et se ex sapientia sua efferre et gloriari; inde posteri eorum sensuales facti sunt, et tunc sensuale eorum, quod intelligitur per "serpentem," seduxit illos; et sensuale non alia via quam posteriore progredi vult; hoc itaque est quod significatur per "arborem scientiae boni et mali," e qua comedere illis prohibitum fuit (n. 739[*b*]; *conf.* n. 280[*c*], 581[*a*]).

Homines Antiquissimae Ecclesiae fuerunt in spirituali intellectu et perceptione omnium quae viderunt oculis, et inde ex objectis in mundo perspexerunt spiritualia quae objectis correspondebant; et quia Dominus praevidit quod spiritualis illa perceptio apud posteros illorum periret, et cum perceptione illa quoque cognitio correspondentiarum, per quas generi humano est conjunctio cum caelo, ideo providit Dominus, ut quidam qui apud antiquissimos vixerunt, in unum colligerent correspondentias, ac in codicem conferrent. Is codex, quia inserviturus erat ecclesiis venturis pro scientia et pro cognitione spiritualium in naturalibus, in usum illarum conservatus est a Domino (n. 728, 670). (*Vide Chanoch.*)

Per "diluvium Noachicum" in sensu spirituali describitur exitium Antiquissimae Ecclesiae, et quoque ultimum judicium super homines istius ecclesiae (n. 640[*c*]; *conf.* n. 595, 633[*b*], 644[*d*]).
Antediluviani, qui Nephilim vocati sunt, in persuasivo fuerunt prae aliis; quos nisi Dominus, cum fuit in mundo, subjugaverit et conjecerit in infernum, et id occluserit, nemo mortalium potuisset salvari; nam infestabant et paene necabant quemcunque obvium in mundo spirituali (n. 544). (*Vide* ***Nephilim, Persuasivum.***)
"Ad populum saeculi" (*Ezech.* xxvi. 20) significat ad illos in inferno qui ibi fuerunt ab Antiquissima Ecclesia, mox ante diluvium; illi vocantur "populus saeculi," quia ab antiquo, et in diris falsis prae aliis (n. 538[*a*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 277[*b*], 364[*b*], 401[*e*], 513[*b*], 948.)

ECCLESIA ANTIQUA:—

Per "Noachum et ejus filios" significatur ecclesia nova, quae Ecclesia Antiqua dicenda est, et ejus post devastationem Ecclesiae Antiquissimae instauratio (n. 644[*d*]).
Per "bestias" introductas in arcam cum Noacho intelligantur affectiones naturalis hominis correspondentes affectioni spirituali, quae fuerunt hominibus istius ecclesiae (n. 650[*c*]).
Per "pluviam quadraginta dierum" (*Gen.* vii. 4, 12) significatur interitus Ecclesiae Antiquissimae per falsa mali; at principium ecclesiae novae significatur per exsiccationem terrae post illos quadraginta dies, ac per germinationem e novo: "columba," quae emissa (*Gen.* viii. 6, 12), significat bonum charitatis, quae novae ecclesiae essentiale erat (n. 633[*b*]).
Ecclesia Antiqua fuit ecclesia spiritualis (n. 431[*b*]).
Ecclesia spiritualis est quae in amore erga proximum, et in cultu ex illo amore (n. 799[*a*]).
Omnis lux in caelo est spiritualis, et est in sua essentia Divinum Verum procedens a Domino: inde constare potest quod per "arcum in nube" seu "iridem" (*Gen.* ix. 12–17) significetur Divinum Verum spirituale trauslucens per Divinum Verum naturale, quae translucentia fit ab illis qui per Divinum Verum ac per vitam secundum illud reformantur et regenerantur a Domino: ipsa translucentia etiam in caelis apparet ut iris; "signum foederis" significat praesentiam et conjunctionem Domini cum illis (n. 595).

Divina vera intima fuerunt revelata illis qui ab Antiquissima Ecclesia fuerunt; Divina autem vera exteriora fuerunt revelata illis qui ab Antiqua Ecclesia (n. 948).
Codex, in quem a quibusdam qui apud antiquissimos vixerunt correspondentiae collatae fuerunt, in ecclesiarum venturarum usum, a Domino conservatus erat (n. 728, 670). (*Vide* ***Chanoch.***)
Quod etiam antiquis fuerit Verbum tam Propheticum quam Historicum, hodie deperditum, constat apud *Mosen*, ubi memorantur ejus prophetica, quae ibi vocata sunt Enuntiata, et historica quae vocata Bella Jehovae (n. 734[*c*]): "Liber Recti" (*Jos.* x. 13) fuit liber propheticus (n. 401[*d*]). (*Vide* ***Jaschar.***)
Quod de Michaele a Juda apostolo dictum est, ex libris vetustis, qui per correspondentias conscripti fuerunt, adduxit (n. 735).

Liber *Hiobi* est liber Ecclesiae Antiquae, plenus correspondentiarum, secundum modum scribendi illius temporis (n. 740[*c*]): sed sensus spiritualis, ex correspondentiis ibi collectus, non agit de sanctis caeli et ecclesiae, sicut sensus spiritualis apud *Prophetas;* quare ille liber non est inter Libros Verbi (n. 543[*d*]): sed usque est liber praestans et utilis (n. 740[*c*]).

Antiquis temporibus in pluribus regnis Asiae fuit ecclesia, ut in Terra Ca-

naane, in Syria et Assyria, in Arabia, Aethiopia, Aegypto, Chaldaea, in Tyro et Sidone, et alibi (n. 422[*d*]; *conf.* n. 391[*h*]): Ecclesia Antiqua, quae per multum orbis Asiatici extensa fuit, similiter ut hodie nostra ecclesia, in plures divisa fuit; in illa fuit Verbum vetustum (n. 1177).

In Ecclesiis Antiquis et dein in Ecclesia Judaica, omnia erant repraesentativa, et inde significativa (n. 721[*b*]); repraesentabantur enim in singulis cultus et in singulis statutis spiritualia et caelestia quae sunt interna ecclesiae, ac in supremo sensu Ipse Dominus. Haec repraesentativa permanserunt apud plures usque ad adventum Domini, et inde cognitio de adventu Ipsius (n. 422[*d*]).

Quod lavationes in Ecclesiis Antiquis institutae fuerint, et postea loco illarum baptizationes, quae tamen modo ritus repraesentativi et significativi (n. 475[*b*]).

Quoniam luctus in Antiquis Ecclesiis significabat luctum spiritualem, qui est propter deprivationem veri, ideo haec repraesentabatur in luctu tunc per quod disruperint togas suas seu pallia sua (n. 395[*d*], 401[*c*]).

Antiqua Ecclesia, quae fuit ecclesia repraesentativa, ignoravit sacrificia, et aspexit illa, quando ab Ebero instituta, sicut abominanda (n. 392[*a*]).

Omnes ecclesiae, quae fuerunt in hac tellure, temporis tractu degeneraverunt in binos enormes errores; in unum qui adulteravit omnia bona ecclesiae, et in alterum qui falsificavit omnia vera ejus: sic Antiqua (n. 817[*a*]; *conf.* n. 879).

Inter eos qui ab Antiqua Ecclesia fuerunt, erant Aegyptii; sed hi quia applicuerunt repraesentativa ad magica, ecclesia illa apud eos exstincta fuit (n. 391[*h*]).

Ex illis qui ab hac ecclesia fuerunt, derivata sunt religiosa plurium gentium, quae tamen apud multos temporis tractu facta sunt idololatrica minus et magis (n. 1177).

Ecclesia Antiqua, quae fuit post diluvium, et fuit ecclesia spiritualis, intelligitur (*Deutr.* xxxii. 8) per "annos generationis et generationis, cum Altissimus constituit terminos populorum juxta numerum filiorum Israelis" (n. 431[*b*]): in eodem capite (vers. 10–14) agitur de instauratione Ecclesiae Antiquae, ac de prima reformatione eorum qui ab ea ecclesia; comparatio fit cum aquila, quia "aquila" significat intelligentiam (n. 281[*b*]; *conf.* n. 314[*b*], 329[*e*], 374[*c*], 376[*c*], 411[*c*]).

Haec ecclesia describitur per "colles saeculi" (*Deutr.* xxxiii. 15), quia "colles" significant charitatem erga proximum (n. 448[*b*]).

Per "naves e loco Kitthaeorum" (*Num.* xxiv. 24) significantur cognitiones veri et boni quae fuerunt illis qui ab Antiqua Ecclesia (n. 514[*c*]).

De Ecclesia Antiqua, quae vocatur "Hierosolyma," dicitur quod "ornata fuerit auro et argento" (*Ezech.* xvi. 13), per quae significatur amor boni et veri, qui hominibus illius ecclesiae fuit (n. 619[*b*], 617[*b*]).

Per "matrem quae sicut vitis" (*Ezech.* xix. 10) significatur Ecclesia Antiqua, quae in bono vitae et inde in veris fuit; quod ecclesia nunc absque bonis et veris sit, significatur per quod "illa nunc plantata sit in deserto, in terra ariditatis et sitis" (n. 504[*e*]).

Per "Israelem" et per "patres" (*Hiob.* ix. 10), ibi non intelliguntur patres tribuum ex filiis Jacobi, sed qui ab Antiqua Ecclesia fuerunt, quia illi in bono (n. 403[*c*]).

Per "uxorem juventutis" (*Malach.* ii. 14) significatur Ecclesia Antiqua, contra quam Ecclesia Judaica "perfide egisse" dicitur; et quia utraque repraesentativa fuit, et in eo similes, et sic forent conjunctae, ideo dicitur, "cum illa socia tua et uxor foederis tui" (n. 701[*e*]).

In statua Nebuchadnezari in somnio visa, per "pectus et brachia" quae erant argentum, significatur Antiqua Ecclesia, quae fuit ecclesia spiritualis, seu ecclesia in qua regnabat bonum charitatis erga proximum ac verum ex bono (n. 411[*b*]).

Per "Simeonem," in sensu opposito, significatur fides absque charitate, et per "Levin" non bonum charitatis: quod "Simeon et Levi occiderint Chamorem, filium ejus Sechemum, ac totam urbem quae erat gens ex Chamore" (*Gen.* xxxiv. 1 ad fin.), significat quod id ecclesiae quod per binos illos repraesentatum est, exstinxerit verum et bonum Ecclesiae Antiquae, quae ecclesia adhuc superstes erat apud Chamoris gentem (n. 443[*b*]).

Ecclesia Hebraea:—In statua Nebuchadnezari visa, per "ventrem et femora" quae erant aes, significatur ecclesia quae successit Ecclesiae Antiquae spirituali, et vocari potest spiritualis naturalis; in illa regnabat bonum fidei ac verum ex illo bono (n. 411[*b*]).

Post Ecclesiam Antiquam fuit Ecclesia Hebraea. Divina vera extrema seu ultima Ecclesiae Hebraeae, ac demum Israeliticae, revelata fuerunt (n. 948).

Ecclesia Hebraea ab Ebero instituta est. Sacrificia ab Ebero primum incepta fuerunt, et dein in usu apud posteros ejus (n. 391[*h*]).

Ecclesia Israelitica. } —(*Vide* ***Israel, Israelitae, Jacob, Jehudah, Judaeus.***)
Ecclesia Judaica. }

Filii Jacobi prorsus externi et naturales homines fuerunt, et non interni et spirituales (n. 608[*b*]).

Qui Ecclesiam Israeliticam, hi a principio usque ad finem mali fuerunt (n. 619[*b*]).

Ecclesia Judaica, sicut Ecclesiae Antiquae, fuit ecclesia repraesentativa (n. 727[*a*], 608[*b*]).

Ecclesia Judaica contra Ecclesiam Antiquam "perfide egisse" dicitur (*Malach.* ii. 14); et quia utraque repraesentativa fuit, et in eo similes, et sic forent conjunctae, ideo dicitur, "cum illa socia tua, et uxor foederis tui" (n. 701[*e*]).

In Ecclesia Israelitica, omnia quae mandata sunt, repraesentativa caelestium et spiritualium erant, et ne hilum quod non erat (n. 329[*a*], 608[*b*]).

Divina vera extrema seu ultima fuerunt revelata Ecclesiae Israeliticae, cum qua ecclesia tandem omne Divinum Verum periit; nam in Verbo tandem nihil fuit quod non adulteratum (n. 948).

Judaei repraesentaverunt regnum caeleste Domini, seu ecclesiam caelestem; Israelitae autem regnum spirituale Domini, seu ecclesiam spiritualem (n. 405[*g*]).

Cultus in Ecclesia Judaica principaliter constabat in sacrificiis (n. 391[*e*]).

Sicut omnia repraesentativa Ecclesiae Israeliticae et Judaicae Dominum spectabant, ideo etiam in Se repraesentavit et perfecit illa (n. 654[*d*]).

Quia filii Jacobi prae ceteris externi homines fuerunt, et inde proni ad idololatrica, et quoque ad magica, ideo tam severe prohibitum fuit illis sibi facere sculptilia, imagines et figuras ullius similitudinis rerum existentium in caelis, super terra et in mari; sed usque quia etiam apud illos repraesentativa ecclesia fuit, aedificatum Tabernaculum, in quo repraesentativa caelestium praecipua posita fuerunt; ac postea aedificatum est Templum, in quo etiam omnia repraesentativa erant; quae omnia illis licuit colere sicut sancta, modo agnoscerent Tabernaculum, et postea Templum, pro habitaculo Jehovae. Haec data sunt illis ne deflecterent ad idololatrica et magica quae tunc erant apud varias gentes in Asia (n. 827[*a*]).

Erant duo quae in supremo sensu significabant Divinum Humanum Ipsius, nempe altare et templum, "altare" Divinum Humanum quoad Divinum Bonum, "templum" quoad Divinum Verum procedens ex illo Bono (n. (391[*b*]): "holocausta" significabant cultum ex bono amoris, et "sacrificia" cultum ex veris quae ex illo bono (n. 391[*e*]): omnia primogenita sancta fuerunt Jehovae, quia "primogenitum" significabat bonum quod

a Domino, et in supremo sensu Ipsum Dominum quoad Divinum Humanum, ex quo omne bonum (n. 28): per "lavationes" repraesentabantur purificationes a falsis et a malis, et inde regeneratio (n. 475[*a*]): per "bella," bella spiritualia, quae sunt verorum contra falsa ac falsorum contra vera (n. 131[*a*], 64, 357[*b*], 375[*e*(ii.)], 386[*c*], 650[*a*], 671, 684[*e*], 734, 802[*a*]): "luctus" eorum significabat luctum propter desolationem veri ac vastationem boni in ecclesia, et quoque in particulari paenitentiam, et tunc luctum cordis propter mala (n. 637[*b*]): et sic porro.

In statua Nebuchadnezari visa, per "crura et pedes," qui ex parte erant ferrum, ex parte argilla, significatur Ecclesia Israelitica et Judaica, quae erat ecclesia externa in qua non internum; ibi "argilla" significat bonum adulteratum, et "ferrum" verum quale est in externo sensu Verbi (n. 411[*b*]).

Integrum tempus durationis Ecclesiae Judaicae repraesentatum est per "gradus Achasi:" per "retractionem umbrae" ab occasu versus ortum, intelligitur prolongatio illius temporis: quia Hiskias rex probus erat, prolongatum est tempus, nam iniquitas gentis istius per id non tam cito perventura erat ad consummationem (n. 706[*c*]).

Qualis erat Ecclesia Judaica et Ecclesia Israelitica, plura de perversione et falsificatione omnis veri quod illis ex Verbo per traditiones et per applicationes ad se, et quod per falsa et mala devastatae et prorsus destructae sint, multis in locis videatur:—*Esai.* xxviii. 22–26 (n. 374[*c*]); *Jerem.* xiii. 4–7 (n. 410[*c*], 569[*c*]); *Jerem.* xxv. 29–31 (n. 601[*b*]); *Ezech.* xix. 10–14 (n. 727[*a*]); *Ezech.* xxiii. 2–17 (n. 141[*b*]); *Ezech.* xxiii. 47 (n. 315[*b*]); *Hos.* iii. 1, 2 (n. 374[*d*]); *Sach.* ix. 10–14 (n. 357[*a*]); *Marc.* xii. 2–9, *Luc.* xx. 10–16 (n. 315[*d*]).

"Mali" et "injusti" (*Matth.* v. 45) significant in sensu interno illos qui ab Ecclesia Judaica (n. 401[*e*]).

Quod Judaica Ecclesia disperserit Divinum Verum quod est in sensu litterae Verbi, et quod non potuerint dispergere Divinum Verum quod est in sensu interno, significatur (*Joh.* xix. 24) per "Diviserunt vestes meas sibi, et super vestimento meo jecerunt sortem" (n. 64).

"Aedificantes" qui rejecerunt Lapidem anguli (*Matth.* xxi. 42), sunt illi qui ab Ecclesia Judaica, quae rejecit Dominum, et cum Ipso omne Divinum Verum (n. 417[*b*]).

Per "ficum" (*Matth.* xxi. 18, 19; *Marc.* xi. 12, 13) intelligitur ecclesia apud gentem Judaicam: quod apud illam gentem non aliquod bonum naturale esset, sed modo verum falsificatum, quod in se est falsum, significatur per quod "Dominus venerit ad ficum, sed nihil invenerit in illa nisi folia" (n. 403[*e*]; *conf.* n. 386[*e*]).

Quod illi qui nati et educati sunt in externa quae erant Ecclesiae Judaicae non statim possint perduci in interna quae sunt Ecclesiae Christianae, significatur (*Matth.* ix. 17) per "Nemo bibens vinum vetustum statim vult novum, dicit enim, Vetustum utilius est" (n. 376[*e*]).

Cum Dominus in mundum venit, tunc externa repraesentantia abolebantur, quia Ipse Dominus erat quem repraesentativa ecclesiae adumbrabant et significabant; et quia illa erant externa, et quasi velamenta intra quae Dominus, ideo cum Ipse venit, velamenta illa ablata sunt, et patuit Ipse cum caelo et cum ecclesia, in quibus Dominus est omne in omnibus (n. 790[*g*]; *conf.* n. 624[*e*], 641).

De Ecclesiis Repraesentativis, plura (n. 324[*e*], 412[*c*], 431[*a*], 532, 608[*b*], 617[*e*], 700[*g*]).

ECCLESIA CHRISTIANA :—

Praedictum est apud Prophetas quod quando nihil ecclesiae residuum fuerit apud Judaeos, Dominus in mundum veniret, et Ipse novam ecclesiam instauraret (n. 355[*a*]). Quod haec nova ecclesia instauranda esset *apud gentes*, multis in locis dicitur. *Vide Esai.* xli. 5, 18 (n. 304[*d*]); xli. 19 (n. 375[*e*(viii.)]); liv. 2, 3 (n. 600[*b*], 768[*b*]); liv. 12 (n. 401[*e*]): *Jerem.* iii. 18; l. 19, 20 (n. 433[*c*]): *Ezech.* xxxix. 18–21 (n. 388[*f*]): *Sach.* vi. 1 (n. 405[*d*]); ix. 10 (n. 355[*a*]).

Johannes Baptista praemissus est ad praeparandum populum ad receptionem Domini per baptismum; baptismus enim repraesentabat et significabat purificationem a malis et falsis, et quoque regenerationem per Verbum a Domino; quae repraesentatio nisi praecesserit, Dominus non potuisset in Judaea et in Hierosolyma Se manifestare, docere, et commorari, quia Dominus fuit Deus caeli et Deus terrae sub forma Humana, qui non una potuit esse cum gente quae in meris falsis quoad doctrinam, et in meris malis quoad vitam fuit; quare nisi repraesentativum purificationis a falsis et malis per baptisma praeparaverit illam gentem ad receptionem Domini, gens illa a praesentia Divini morbis omnis generis periisset (n. 724[*b*]). (*Vide* ***Johannes Baptista.***)

Dominus in mundum venit ut indueret Humanum et hoc glorificaret, hoc est, Divinum faceret usque ad ultimum, hoc est, usque ad carnem et ossa, ut omnia ita regeret. Si Dominus hoc non fecisset, periisset aeterna morte genus humanum in hac tellure (n. 41). (*Vide* ***Dominus.***)

Quando finis ecclesiae instat, tunc interiora Verbi, ecclesiae et cultus revelantur et docentur. Causa est, ut separentur boni a malis; nam haec, quae sunt caelestia et spiritualia, recipiuntur a bonis, sed rejiciuntur a malis; inde separatio. Praeterea etiam interiora Verbi, quae in fine ecclesiae revelantur, inserviunt novae ecclesiae, quae etiam tunc instauratur, pro doctrina et pro vita. Quod ita sit, constare potest ex eo, quod dum finis Ecclesiae Judaicae instabat, Ipse Dominus aperuerit et docuerit interiora Verbi, et imprimis revelaverit illa quae in Verbo de Ipso praedicta fuerunt; quibus apertis et revelatis abrogabantur externa ecclesiae, quae imprimis constabant in sacrificiis, ac in ritibus et statutis, quae adumbrabant Ipsum, et repraesentabant et inde significabant interiora ecclesiae quae ab Ipso revelabantur; quod ita fieret, praedictum est variis in locis apud *Prophetas* (n. 641; *conf.* n. 624[*e*], 670, 700[*g*]).

Quippe repraesentativa erant ultima caeli et ecclesiae, et omnia priora, quae sunt rationalia, spiritualia et caelestia, in ultima intrant et in illis sunt, quare Dominus per illa in ultimis fuit, inde erat quod tota vita Domini in mundo fuerit repraesentativa (n. 654[*d*]).

Omnes discipuli Domini simul repraesentabant ecclesiam, et unusquisque eorum aliquid ecclesiae; Petrus verum ecclesiae, Jacobus bonum ejus, et Johannes bonum actu seu opera; reliqui discipuli repraesentabant vera et bona quae derivantur ex illis (n. 411[*d*]).

Post finem Ecclesiae Israeliticae, revelata sunt Divina vera interiora, pro Ecclesia Christiana (n. 948).

Vera quae Dominus retexit erant imprimis de Se Ipso, de amore in Ipsum, de amore erga proximum, et de fide in Ipsum, quae prius recondita latuerunt in interioribus Verbi, quia in repraesentativis ejus, et inde in singulis ecclesiae et cultus. Illa vera non statim recepta fuerunt, nisi post insignem temporis tractum: causa erat quia non recipi potuerunt antequam omnia in mundo spirituali in ordinem redacta sunt (*de quo plura videantur*, n. 670): quod Ecclesia Christiana, postquam Dominus reliquit mundum, in orbe Europaeo tam lente creverit, et ad plenum suum non nisi quam post saeculum, causae plures (n. 732).

Dominus praedixit discipulis status ecclesiae successive decrescentis usque ad devastationem et consummationem ejus (n. 870).

Omnis ecclesia in principio suo est in amore faciendi bona, et in amore sciendi vera; at temporis tractu devastatur illa quoad bona et quoad vera, usque adeo ut amplius non sit aliquod bonum nec aliquod verum in ecclesia. Devastatur primum per amorem imperandi per sancta, et successive super animas hominum, et tandem super caelum, et super Ipsum Dominum; hoc in *Apocalypsi* describitur per "Babylonem," et per "meretricem" sedentem super bestia coccinea: secundo devastatur per fidem separatam a charitate, ita a bonis vitae, et tandem per solam fidem, in qua nihil veri est; hoc in *Apocalypsi* describitur per "draconem" et per binas ejus "bestias" (n. 879; *conf.* n. 817[*a*], 1029[*e*]).

Apud illos qui per "Babylonem" describuntur, omne bonum ecclesiae adulteratur, et inde quoque omne verum ejus, nam unum sequitur alterum; hoc fit apud Pontificios, qui dominium super sancta caeli essentiale ecclesiae fecerunt (n. 879). (*Vide* ***Babylonia.***)

Quia doctrina ex Verbo facit ecclesiam, ideo cum doctrina discordat cum Verbo non amplius est ecclesia, sēd est religiosum quod mentitur ecclesiam (n. 786).

Apud illos qui per "draconem" describuntur, falsificatur omne verum ecclesiae, et inde quoque omne bonum ejus, unum enim sequitur alterum; hoc fit apud Reformatos, qui solam fidem pro essentiali ecclesiae acceptarunt (n. 879). (*Vide* ***Draco, Bestia, Philisthaea.***)

In prophetia *Danielis* (cap. ix. 24–27), per "Excidetur Messias," significatur quod recedent a Domino; quod factum imprimis a Babylonicis per translationem Divinae potentiae Domini in pontifices, et sic per non agnitionem Divini in Humano Ipsius. Per "Tamen foedus septimana una" (vers. 27), significatur tempus Reformationis, quando iterum lectio Verbi, et agnitio Domini, nempe Divini in Humano Ipsius. "Sed in medio septimanae cessare faciet sacrificium et mincham" (vers. 27), significat quod usque interius apud illos qui reformati non verum et bonum in cultu (*de quibus videantur plura*, n. 684[*e*]).

De "consummatione saeculi" agitur apud *Matthaeum* (cap. xxiv.); ita de successiva vastatione Ecclesiae Christianae (n. 685). (*Vide* ***Consummatio saeculi.***)

Quod non agnoscatur Dominus quando Divinum Ipsius in Humano Ipsius non agnoscitur, est quia tunc non spectatur Dominus ut Deus, sed solum ut homo, qui non salvare potest (n. 807).

Quia separant Humanum Ipsius a Divino Ipsius, distinguunt Dominum in binas quasi personas, quas vocant naturas, sic ut Dominus sit alius sicut Filius Dei ab aeterno, ac alius sicut filius Mariae. Talis idea de Domino fuit a primo instauratione ecclesiae. Quod Dominus in ecclesia a principio ejus ita divisus sit, est quia non intellexerunt Verbum. Quod ecclesia non agnoverit Divinum Domini in Humano Ipsius a principio ejus, est quod significatur (*Apoc.* xiii. 8) per quod "Agnus mactatus sit a fundatione mundi" (n. 807; *conf.* n. 49, 52, 114).

Ultimum judicium non venit priusquam consummatio est, hoc est, quando non amplius aliquod bonum et verum superest apud homines ecclesiae (n. 624[*a*]).

Dum ultimum judicium super illos qui ab Ecclesia Christiana fuerunt factum est, tunc omnes illi qui in fide separata a charitate tam doctrina quam vita fuerunt, conjecti sunt in infernum, et conservati omnes qui in fide ex charitate fuerunt (n. 817[*e*]). (*Vide* ***Ultimum Judicium.***)

De Anglicana Ecclesia (n. 885); Evangelica (n. 376[*a*]); Gallicana (n. 1070, 1071); Lutherana (n. 885); Pontificia (n. 26, 376[*a*]); Reformata (n. 26, 684[*e*]); de coetu Moraviano (n. 893).

Papismus, Lutheranismus, Calvinismus, Melanchthonismus, Moravianismus, Arianismus, Socinianismus, Quaquerismus,—inter haereses (n. 1176).

ECCLESIA NOVA.
ECCLESIA GENTIUM.
NOVA HIEROSOLYMA.

Quando finis ecclesiae instat, tunc providetur a Domino ut nova ecclesia succedat, nam mundus absque ecclesia, in qua Verbum est et in qua Dominus notus, non subsistere potest; absque Verbo enim et inde cognitione et agnitione Domini, caelum non potest conjungi humano generi, proinde nec Divinum a Domino procedens cum nova vita influere; et absque conjunctione cum caelo et per id cum Domino, homo non foret homo, sed bestia. Inde est quod semper a Domino nova ecclesia provideatur quando vetus finitur. Incohatio ecclesiae novae solum intelligitur, et nondum ejus instauratio (n. 665).

Quod a Domino ecclesia instauranda sit quae Ipsum colet, intelligitur per quod "Ipsi datum sit dominium, et gloria et regnum," quod "dominium Ipsius dominium saeculi quod non transibit;" et ecclesia ab Ipso instauranda intelligitur per "regnum datum populo sanctorum" (*Dan.* vii. 13, 14, 27). Quod hoc futurum sit quando ecclesia facta est "Babylonia," hoc est, ita devastata ut non amplius aliquod bonum, nec verum, ibi supersit, est quia tunc finis ejus est; ita quando non aliqua ibi ecclesia amplius: hic finis per "finem Babyloniae" intelligitur. Non quod cultus illorum idololatricus in mundo, cum ipsis, destruendus sit; hic enim permansurus, verum non ut cultus alicujus ecclesiae, sed ut cultus paganismi; quare etiam iidem post mortem inter paganos veniunt, et non amplius inter Christianos. Ex illis, autem, qui non Papam, nec sanctos et sculptilia adoraverunt, sed Dominum, nova ecclesia a Domino colligitur (n. 1029[*c*]).

Cuivis insitum est e caelo, quod insitum est ex continuo influxu inde, Divinum suum velle videre, et quidem sub Humana forma; hoc insitum est apud simplices, et quoque apud gentes probas. Quoniam hoc insitum, quod est apud unumquemvis e caelo, apud eruditos mundi paene ejectum est, et sic aditus ad Divinum praeclusus, ideo a Domino nova instauratur ecclesia apud gentes quae non exstirpaverunt illam ideam, et cum idea fidem (n. 52; *conf.* n. 49, 175[*a*], 724[*d*]): Ecclesia Gentium receptura est Divinum Verum, et agnitura Divinum Humanum Domini (n. 52).

Placuit nunc Domino revelare plura arcana caeli, imprimis sensum Verbi internum seu spiritualem, qui hactenus plane ignotus fuerat, et cum illo docuit genuina vera doctrinae, quae revelatio intelligitur per "adventum Domini," apud *Matthaeum* (cap. xxiv. 3, 30, 37). Causa revelationis in fine ecclesiae est, ut per illam fiat separatio bonorum a malis, tum instauratio ecclesiae novae, et hoc non modo in mundo naturali ubi sunt homines, sed etiam in mundo spirituali ubi sunt spiritus et angeli; nam in utroque mundo est ecclesia, et utrobivis fit revelatio, et per illam separatio, ut et ecclesiae novae instauratio (n. 641).

Quando Antiquissima Ecclesia, quae fuit ante diluvium, ad finem suum pervenit, tunc repraesentativa, quae fuerunt apud antiquissimos, in unum collecta sunt ab illis qui Chanochus vocati sunt, ac reservata ad usum novae ecclesiae post diluvium; haec separata sunt a malis, per assumptionem in caelum, et sic tutata, et hoc usque dum vetus ecclesia ad suum ultimum pervenit, et quando nova ecclesia instauranda erat. Quando finis Ecclesiae Judaicae instabat, Ipse tunc Dominus in mundum venit, et interiora Verbi aperuit; illa vera quae Dominus retexit, erant vera interiora et in se spiritualia, quae postea inserviverunt ecclesiae novae pro doctrina et vita: sed usque illa non statim recepta fuerunt, nisi post insignem temporis tractum. Similiter hodie factum est: Ecclesia haec, quae Christiana vocatur, hodie ad finem suum pervenit; quapropter nunc arcana caeli et ecclesiae a Domino revelata sunt, inservitura novae ecclesiae quae per "Novam Hierosolymam" in *Apocalypsi* intelligitur, pro doctrina vitae et fidei: haec etiam doctrina

assumpta est in caelum, ne ante instaurationem novae ecclesiae laedatur a malis: hoc itaque est quod significatur per quod "bini testes ascenderint in caelum" (*Apoc.* xi. 12); similiter (*Apoc.* xii. 5) per quod "puer raptus sit ad Deum, et ad thronum Ipsius" (n. 670).

Divina vera intima fuerunt revelata illis qui ab Antiquissima Ecclesia fuerunt; Divina autem vera exteriora fuerunt revelata illis qui ab Antiqua Ecclesia fuerunt; at Divina vera extrema seu ultima Ecclesiae Hebraeae, ac demum Israeliticae, cum qua ecclesia tandem omne Divinum verum periit: at post ejus finem revelata sunt Divina vera interiora pro Ecclesia Christiana a Domino, et nunc adhuc interiora vera pro ventura ecclesia; interiora illa vera sunt quae in sensu interno seu spirituali Verbi sunt. Ex his patet quod progressio Divini Veri fuerit ab intimis ad ultima, ita a sapientia ad meram ignorantiam, et quod nunc fiat progressio ejus ab ultimis ad interiora, ita ab ignorantia iterum ad sapientiam (n. 948).

Status successivi ecclesiae post finem Ecclesiae Judaicae, seu a tempore Domini usque ad hodiernum diem, fuerunt sicut homo crescit intelligentia et sapientia seu regeneratur; quantum interiora revelantur, tantum potest homo sapientior fieri, nam interior fieri est sapientior, ac sapientior fieri est interior (n. 641).

Illi qui in Nova Hierosolyma erunt, omnes agnituri sunt Divinum Humanum Domini. Hoc est "nomen Domini novum" (n. 224).

Sciendum est quod duo principalia ecclesiae sint, nempe agnoscere Divinum Domini in Humano Ipsius, ac vera ex Verbo facere suae vitae; nemo etiam in una potest esse, nisi simul in altero, nam omnia vera quae fiunt vitae sunt a Domino, et hoc apud illos qui agnoscunt Divinum in Humano Ipsius (n. 209).

Per "septem ecclesias" (*Apoc.* i. 20) significantur omnes illi qui in novo caelo et in nova ecclesia erunt (n. 91); tum omnes qui in veris ex bono seu in fide ex charitate sunt (n. 58).

Quinam per unamquamvis ecclesiam intelliguntur, videatur in his articulis:—Quinam per Ecclesiam Ephesinam (n. 93–110); per Ecclesiam Smyrnaeorum (n. 112–128); per Ecclesiam in Pergamo (n. 130–148); per Ecclesiam in Thyatiris (n. 150–180); per Ecclesiam in Sardibus (n. 182–201); per Ecclesiam in Philadelphia (n. 203–225); per Ecclesiam Laodicensium (n. 227–255).

"Mulier circumdata Sole" (*Apoc.* xii. 1) significat ecclesiam apud illos qui in amore in Dominum sunt, et inde in amore erga proximum. Quod per "mulierem" hanc significatur nova ecclesia, quae, post finem hujus quae in Christiano orbe est, instauranda est a Domino, constare potest a sequentibus in eodem capite, nempe quod "pepererit filium masculum," quem devorare voluit draco, et qui raptus est ad Deum, et quod mulier illa "volaverit in desertum," et quod draco etiam ibi illam vellet perdere: per "filium masculum" intelligitur verum doctrinae illius ecclesiae, et per "draconem" intelliguntur qui contra illius doctrinae vera sunt. Ecclesia quae per "mulierem" hic intelligitur, est eadem ecclesia cum "Nova Hierosolyma" quae describitur in *Apocalypsi* (cap. xxi.) et vocatur (vers. 9 ibi) "Sponsa, Agni uxor" (n. 707; *conf.* n. 711, 713, 724[a], 725[a], 728, 730[a], 732). (*Vide* ***Draco.***)

In *Apocalypsi*, multis in capitibus, agitur de talibus quae obstant et quae removenda, ut novum caelum et nova ecclesia instauretur; ut quae de "dracone," et quae de "bestiis Babyloniae:" quibus remotis, novum caelum et nova ecclesia exsurgit et patet (n. 91; *conf.* n. 711, 713).

Nova ecclesia in initio externa erit (n. 403[c]).

Quod nova ecclesia, quae vocatur "Sancta Hierosolyma," primum inco-

hatura sit apud paucos, postea apud plures, et denique impleatur, sunt plures causae (*de quibus*, n. 732).
Secundum incrementum in mundo spirituum, crescit ecclesia illa in terris (n. 732).

Ecclesia in specie est ubi Verbum, et per Verbum Dominus notus (n. 252[*a*]; *conf.* n. 21).
Ecclesia in universo terrarum orbe est coram Domino sicut unus Homo: in hoc Homine est ecclesia ubi Verbum, et per id Dominus notus, sicut cor et sicut pulmo: ecclesia apud illos qui in amore caelesti sunt sicut cor, et apud illos qui in amore spirituali sunt sicut pulmo: quare sicut omnia membra, viscera et organa corporis vivunt ex corde et ex pulmone, et ex eorum influxu et inde praesentia, ita quoque omnes in universo terrarum orbe, qui ecclesiam universalem constituunt, ab ecclesia ubi Verbum; influit enim inde Dominus cum amore et cum luce, ac vivificat et illustrat omnes qui in aliqua affectione veri spirituali sunt, ubicunque sunt (n. 351).
Creditur quod ecclesia sit ubi Verbum, et ubi Dominus est notus; sed usque ecclesia non est nisi ex illis qui corde agnoscunt Divinum Domini, et qui discunt vera a Domino per Verbum et faciunt illa; reliqui non constituunt ecclesiam (n. 388[*a*]).
(*De Nova Hierosolyma, videantur etiam articuli*, n. 100, 223[*a,c*], 288[*b*], 430[*b*], 431[*b*], 629[*b*], 652[*d*], 699, 711, 865, 870, 948, 950, 1183.)

Eden.—"Eden" sicut "oriens" est Dominus (n. 717[*c*]).
"Oriens Edenis" est ubi praesentia Domini est in caelesti amore (n. 131[*b*]).
Per "hortum Eden" significatur intelligentia et sapientia inde (n. 242[*d*]; *conf.* n. 277[*a*]).
"Eden" significat bonum in abundantia, et "hortus Jehovae" significat verum in abundantia (n. 326[*b*]).
"Eden" significat amorem in Dominum, et "hortus Jehovae" sapientiam inde (n. 721[*b*]; *conf.* n. 730[*c*]).
Per "Eden hortum Dei" significatur intelligentia per Verbum ex Domino (n. 717[*c*]).
"Eden in horto Dei" significat sapientiam quae ex bono amoris (n. 654[*b*]; *conf.* n. 730[*b*]).
"Omnes arbores Edenis in horto Dei" (*Ezech.* xxxi. 9) significant perceptiones veri ex bono caelesti, unde sapientia (n. 654[*b*]): "arbores Edenis" (vers. 16) sunt cognitiones boni ex Verbo, quas naturalis homo pervertit et falsificat (n. 654[*g*]).
"Fluvius ex Edene" significat sapientiam ex amore (n. 518[*c*]).

Edere.—(*Vide* ***Comedere, Bibere.***)
Per "edere" significatur appropriare sibi et consociari (n. 141[*a*]).
Per "dare edere" significatur appropriari et conjungi (n. 109, 146).
"Edere et bibere super mensa Domini in regno Dei" (*Luc.* xxii. 30) est conjungi Domino per amorem et fidem, ac frui beatitudine caelesti (n. 252[*a*]).
Per "edere et bibere coram Domino, ac in plateis doceri" (*Luc.* xiii. 26), significatur Verbum et praedicationes ex Verbo audire, et scire quae fidei erunt (n. 212).
Ubi dicitur, "Ne solliciti sitis animae vestrae quid esuri sitis et quid bibituri" (*Matth.* vi. 25), "edere" est intellectualiter ita spiritualiter percipere bonum, "bibere" est intellectualiter ita spiritualiter percipere verum (n. 750[*e*]).
(*Videantur etiam articuli*, n. 279[*a*], 386[*d*], 617[*a,b,e*], 725[*b*], 840, 1100[*c*], 1162.)

Edicta.—(*Vide* ***Papa.***)

Simplices persuaderi possunt quod edicta Papae sint aeque sancta, immo sanctiora, quam praecepta Verbi; cum tamen haec e caelo sunt, illa autem quoad insignem partem ex inferno (n. 1033).

Edocti.—(*Videatur Jerem.* xiii. 23, n. 780[*b*].)

Edomus. } —Per "Edom," ex quo venit (*Esai.* liii. 1), significatur Humanum
Edom. } Domini (n. 328[*c*]; *conf.* n. 359, 922[*c*]): *Edom* significat rubicundum, et *Bozra* vindemiationem, ac "rubicundum" dicitur de bono, ac "vindemiatio" de vero (n. 922[*b*]).

Per "Edomum" significatur verum naturalis hominis (n. 811[*b*]).

Per "Edomum" in sensu opposito significatur fastus propriae intelligentiae, et inde falsum perdens ecclesiam (n. 410[*b*]).

Per "Edomum" significatur naturalis homo qui in falsis est ex amore sui (n. 653[*b*]; *conf.* n. 811[*b*]).

(*Videantur etiam articuli,* n. 240[*b*], 364[*b*], 400[*c*], 448[*c*], 514[*b*], 594[*c*], 654[*m*], 746[*f*].)

Educare.—Per "Si educaverint filios" (*Hos.* ix. 12), significatur si usque pro-tulerint vera (n. 282).

Quod "educati super purpura amplexi sint sterquilinia" (*Thren.* iv. 5), significat quod illis qui hauserunt genuina bona ex Verbo, non sint nisi quam falsa mali (n. 652[*c*], 653[*b*]).

Per "Non educavi juvenes, adolescere feci virgines" (*Esai.* xxiii. 4), significatur quod non intellectus veri nec affectio veri (n. 863[*a*], 275[*a*], 721[*a*]).

Educere.—Liberatio e malis et falsis intelligitur (*Ps.* lxvi. 12) per "Eduxisti tamen nos in latitudinem" (n. 355[*g*]).

Per "educere Israelem e medio eorum" (*Ps.* cxxxvi. 11) significatur aperire hominem spiritualem, et sic regenerare (n. 401[*d*]).

Reformatio per Divinum Verum a Domino, significatur (*Ps.* cxxxv. 7) per "Educit ventum e thesauris suis" (n. 419[*d*]; *conf.* n. 644[*c*]).

(*Videantur etiam articuli,* n. 328[*e*], 540[*b*], 721[*b*], 811[*a*].)

Effectus. } —Non datur effectus absque causa; quicquid in effectu existit est
Causa. } ex causa. Omne mundi spiritualis est causa, et omne mundi naturalis est effectus; in spirituali solo est vis effectrix. Sunt binae causae mediae in Natura, per quas fit omnis effectus, seu productio et formatio ibi; causae mediae sunt lux et calor (*de quibus plura videantur,* n. 1206).

Effervescere.—Ex nota significatione "ignis" in utroque sensu, videri potest quid etiam in Verbo significatur per "incalescere," "inflammari," "ardescere," "effervescere," "exuri," "comburi," et sic porro (n. 504[*e*]).

Efflorescere.—Quia internum ecclesiae fundatur super externis ejus, ac interna inde multiplicantur et fructificantur, dicitur (*Esai.* xxvii. 6) quod "Jacobus venturos radicabit," et quod "Israel efflorescet et florebit" (n. 741[*d*]).

Effluvium.—"Caro asinorum" (*Ezech.* xxiii. 20) est proprium voluntarium, et "effluvium equorum" est proprium intellectuale inde, quae pervertunt omnia (n. 654[*f*]).

Effodere. } —(*Vide* ***Fodere.***)
Effossio. } "Lapides" qui "exciduntur e Petra" (*Esai.* li. 1), significant vera ex Domino, et "humus" qui "effoditur ex fovea" significat bonum a Domino; quare dicitur "effossio foveae" (n. 411[*c*]).

Per "cisternas effossas" (*Deutr.* vi. 11) significantur interiora mentis naturalis plena cognitionibus boni et veri (n. 617[*b*]).

Per "fontem in Beer" (*Num.* xxi. 17, 18) hic significatur doctrina ex Verbo; per "principes" qui foderunt, et per "primores populi" qui effoderunt, significantur intelligentes et sapientes ex Domino, qui ibi est "Legislator;" per "baculos" per quos foderunt et effoderunt, significatur intellectus in Divinis veris illustratus (n. 727[*a*]).

Effugiens.—Per "non ruptura" (*Ps.* cxliv. 14) significatur cohaerentia, per "non effugiens" significatur non jactura ullius (n. 652[*c*]).

Effulgere.—Divinum Verum, in quo Dominus est in sua gloria, intelligitur (*Ps.* l. 2) per "E Sione, perfectio pulchritudinis, Deus effulgebit" (n. 850[*d*]).

Effundere.—Per "effundere sanguinem innocentem" significatur destruere bonum amoris et charitatis (n. 329[*g*]).

Per "effundere sanguinem justorum" significatur falsificare vera et adulterare bona (n. 329[*f*], 975).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 275[*a*], 329[*g*], 376[*c*], 405[*h*], 518[*a*], 675[*c*], 778[*c*], 799[*b*], 960[*a*], 965, 981, 988, 995, 1012, 1116.)

Egeni. }
Egens. } —(*Vide* ***Pauper.***)
Egere. }

Per "egenos" significantur qui desiderant vera ex affectione spirituali (n. 328[*d*], 329[*e*]).

"Pauperes" (*Esai.* xiv. 30) significant illos qui non in veris sunt, at usque desiderant illa; ac "egeni" significant illos qui non in bonis sunt, sed usque corde volunt illa (n. 817[*d*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 118, 386[*d*], 483[*a*], 741[*c*].)

Eglon.—(*Vide Judic.* iii., n. 811[*d*].)

Egredi.—Per "id quod egreditur ex ore" (*Matth.* xv. 18, 19) in sensu spirituali significatur cogitatio ex voluntate seu ex amore (n. 580).

(*Videantur articuli*, n. 594[*c*], 642, 1074.)

Ehud.—(*Vide Judic.* iii., n. 811[*d*].)

Ejicere.—"Ejicere in extremos angulos" (*Deutr.* xxxii. 26) significat deprivare omni bono et vero (n. 417[*b*]).

(*Videantur articuli*, n. 275[*b*], 315[*d*].)

Ejulare. }
Ejulatus. } —Lamentatio super vastatione significatur per "ejulare" (n. 654[*g*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 304[*d*], 315[*c*], 376[*d*], 406[*c*], 435[*b*], 514[*b*], 539[*b*], 543[*c*], 637[*b*], 652[*c*], 911[*b*].)

Ekron. }
Ekronitae. } —De Beelzebube, deo Ekronis (n. 740[*b*]).
Quod Ekronitae percussi fuerint propter arcam (n. 700[*c*]).

Elamus.—Per "Elamum" intelligitur scientia quae naturalis hominis (n. 357[*d*]).

Per "Elamum" (*Jerem.* xlix. 36) significantur qui in cognitionibus quae fidei vocantur, et non simul in aliqua charitate sunt (n. 418[*b*]).

Elanguescere.—Per "elanguescere" et "occidere solem" (*Jerem.* xv. 9), significatur successive et tandem prorsus perire (n. 721[*a*]; *conf.* n. 257, 401[*d*]).

Elapidare.—Per "circumdare et elapidare vineam" (*Esai.* v. 2) significatur ecclesiam a falsis et malis custodire (n. 918, 922[*c*]).

Elatio.—Per "elationem maris" (*Ps.* lxxxix. 10 [*B. A.* 9]) significatur cum naturalis homo se effert contra Divinum, negando illa quae ecclesiae sunt (n. 275[*a*]).

"Elationes" dicuntur de malis, quia sunt amoris sui (n. 412[*b*]).

Elatus.—"Mons altus" (*Esai.* xxx. 25) significat ubi sunt qui in amore in

Dominum, et "collis elatus" ubi illi qui in charitate erga proximum (n. 405[*b*]).

Fastus propriae intelligentiae ex scientia intelligitur (*Ezech.* xxxi. 10) per quod "Pharaoh elatus sit altitudine (n. 654[*g*]; *conf.* n. 410[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 388[*c*], 405[*e*], 433[*c*], 514[*b*], 650[*e*], 850[*b*].)

Elcaleh.—Per "Jaeserem," "vitem Sibmae," "Cheschbonem" et "Elealem" (*Esai.* xvi. 9), significantur externae ecclesiae homines, qui Verbum explicant ad favorem amorum mundi (n. 911[*b*]; *conf.* n. 484).

Electio.—Per "exscindere proceritatem cedrorum ejus, et electionem abietum ejus" (*Esai.* xxxvii. 24), significatur conatus destruendi bona et vera ecclesiae tam interna quam externa (n. 405[*e*]).

Electus.—Divinum Humanum est, quod intelligitur per "Servum meum in quem incumbo," et per "Electum meum in quo beneplacitum habet anima mea" (*Esai.* xlii. 1). "Servus" dicitur ex Divino Vero per quod effecit, et "Electus" ex Divino Bono (n. 409[*b*]; *conf.* n. 701[*b*]).

Electi dicuntur qui in vita charitatis sunt (n. 409[*c*]).

Omnes praedestinati sunt ad caelum, et vocantur "electi" qui discunt vera et faciunt illa (n. 802[*b*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 405[*c*], 418[*b*], 433[*c*], 624[*b*], 684[*a*], 706[*a*], 724[*d*], 849, 910, 1074.)

Eleemosyna.—Dicitur, "Date eleemosynam" (*Luc.* xi. 41), et per illam significatur amor et charitas (n. 794).

Per "eleemosynam" in universali sensu significatur omne bonum quod homo vult et facit (n. 695[*b*]): per "eleemosynam" intelligitur omne bonum opus (n. 600[*a*]).

Eliakimus.—Quid intelligitur per "Eliakimum" successurum Schbnae qui super domo regis (n. 206). (*Vide* ***Clavis.***)

Elias. } —(*Vide* ***Elisaeus, Johannes Baptista.***)
Elijah. } Elias et Elisaeus repraesentabant Dominum quoad Verbum, ac vestiti sunt secundum id quod repraesentabant (n. 395[*b*]).

Johannes Baptista similiter ac Elias repraesentabat Dominum quoad Verbum; quapropter dictus est Elias (n. 66).

"Elias" et "Elisaeus" in sensu interno significant Verbum, in sensu supremo autem Dominum a quo Verbum (n. 19).

"Moses" significat Verbum Historicum, et "Elias" Verbum Propheticum (n. 64).

Per "togam Eliae," quae pili, significabatur Verbum in ultimis, quod est Divinum Verum in communi, seu Divinum Verum in omni complexu; "pilus" etiam significat ultimum (n. 395[*b*]).

Quia in Verbo est Divina sapientia et Divina potentia, est ea quae intelligitur (*Luc.* i. 17) per "spiritum et virtutem Eliae" (n. 724[*b*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 83, 355[*c*], 430[*b*], 504[*b*], 594[*a*], 619[*c*], 624[*e*], 937.)

Eligere.—(*Vide* ***Electus.***)

Per "quem eligis" (*Ps.* lxv. 5 [*B. A.* 4]) significantur illi qui in amore erga proximum seu in charitate sunt (n. 630[*c*]).

Tantum scitur "reprobare malum et eligere bonum" (*Esai.* vii. 14, 15) quantum appropriatur Divinum Bonum spirituale et naturale; haec significantur per "butyrum et mel" (n. 617[*b*], 619[*a*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae plura videantur*, n. 304[*e*], 587[*b*], 654[*h*], 850[*c*], 1145.)

Elisaeus.—(*Vide* ***Elias, Johannes Baptista.***)
Quod "Elias togam projecerit super Elisaeum" (1 *Reg.* xix. 19), significabat quod transferret repraesentationem Domini quoad Verbum super Elisaeum: et quod "toga deciderit de Elia cum ablatus est," et quod "sumpta sit ab Elisaeo" (2 *Reg.* ii. 13, 14), significabat quod repraesentatio illa translata sit super Elisaeum (n. 395[*b*]).
Cur pueri maledicti sunt ab Elisaeo, et ideo a binis ursis discerpti, quia vocarunt illum calvum (n. 781[*c*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 19, 504[*b*], 624[*e*], 659[*d*].)

Elischa.—Per "hyacinthinum et purpuram ex insulis Elischae" (*Ezech.* xxvii. 7), significatur spiritualis affectio veri et boni (n. 576; *conf.* n. 1143).

Elohim.—(*Vide* ***Deus.***)
Quia Divinum in caelo est in pluribus, ideo in lingua Hebraea Deus vocatur *Elohim*, in plurali (n. 24, 220[*a*], 222[*a*]); per "Deum" enim, seu "Elohim," in plurali, significatur Divinum procedens quod facit caelum (n. 555[*c*]).

Elongare.—Per "elongare linguam" (*Esai.* lvii. 4) significatur jucundum docendi et propalandi falsa (n. 768[*e*]).

Emaciare.—Per "deos gentium," quos emaciabit (*Zeph.* ii. 11), significantur falsa mali; et per "emaciare" significatur ex falsis amovere mala (n. 406[*d*]).

Emarcescere.—Devastatio et desolatio significantur (*Esai.* xxxiii. 9) per "lugere," "languescere," "emarcescere," et "fieri sicut desertum" (n. 730[*b*]; *conf.* n. 223[*c*]).

Embryo.—Amor caelestis influit apud matres, quae in utero gestant, et quoque apud embryones; inde apud matres existit amor infantis, et apud infantes innocentia (n. 710[*a*]).
Embryo, quia adhuc in utero, plus trahit a bono innocentiae quam postquam natus est (n. 710[*a*]).

Emere. } —(*Vide* ***Redimere.***)
Emptor. } Per "emere" significatur comparare et appropriare sibi (n. 242[*a*]).
"Emere et vendere" significat cognitiones veri ac boni ex Verbo sibi comparare et aliis communicare; seu, quod idem est, discere et docere (n. 840).
Per "vendentes et ementes in templo" (*Matth.* xxi. 12) significantur qui sibi quaestum faciunt ex sanctis (n. 840).
Per "emptos e terra" significantur qui instructi receperunt in ecclesia illa quae Dominus in Verbo docuit; qui abalienati sunt per falsa, dicuntur "venditi;" qui a falsis reducti sunt ad vera, dicuntur "redempti," ac Dominus dicitur "Redemptor" (n. 860).
"Nec tamen emptor" (*Deutr.* xxviii. 68), significat prorsus viles (n. 514[*c*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 223[*c*], 376[*b*], 617[*b*], 863[*a*], 1104, 1162.)

Eminentia.—Omnes eminentes in caelo sunt sapientes, et omnes opulenti ibi sunt scientes. Quando amantur usus prae se et mundo, ac cognitiones boni et veri propter illos, tunc usus primo loco sunt, ac eminentia et opulentia secundo. De eminentia et opulentia angelorum caeli plura (n. 1190, 1191).

Emittere.—Per "divites" (*Luc.* i. 53) significantur qui in abundantia cognitionum sunt, et in nullo desiderio: quod depriventur, significatur per Deus "divites emittit inanes" (n. 386[*d*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 183[*a*], 294[*b*], 315[*d*], 318, 365[*b*], 405[*d,h*], 483[*a*], 518[*b*], 654[*c*], 811[*d*], 911[*b*], 1100[*c*].)

Emollescere.—(*Vide Deutr.* xx. 3, n. 734[*c*].)

Emolliri.—"Non emollita oleo" (*Esai.* i. 6) significat non per bonum temperata (n. 962).

Emorraei.—Per "reges Emorraeorum" significatur bonum ecclesiae vastatum per mala (n. 401[*d*]).

Per "quinque reges Emorraeorum" (*Jos.* x. 11) significabantur illi qui in falsis mali sunt, ac volunt destruere vera boni ecclesiae; propterea factum est quod illi per lapides grandinis e caelo occiderentur; hoc est, per suamet falsa mali destruerentur et perirent (n. 503[*b*]).

Emoveri.—"Emoveri e locis suis" (*Apoc.* vi. 14) significat auferri et perire (n. 405[*a*]).

Emptor.—(*Vide* **Emere.**)

Enakim.—(*Vide* **Anakim, Nephalim, Rephaim.**)

Per "Nephalim" et "Enakim" in Verbo significantur illi qui in maxima persuasione suae eminentiae ac sapientiae sunt prae aliis, et in sensu abstracto dirae persuasiones (n. 543[*d*]).

Enarrare.—"Ut enarretis generationi insequenti" (*Ps.* xlviii. 14 [*B. A.* 13]), significat permanentiam in aeternum (n. 453[*b*], 850[*c*]).

Enervare.—"In beneplacito suo enervarunt bovem" (*Gen.* xlix. 6), significat quod ex prava voluntate prorsus debilitaverint bonum externum quod charitatis (n. 443[*b*]).

Enthusiasmus. } —Enthusiasmus inter haereses (n. 1176).
Enthusiastae. } Non alii quam spiritus enthusiastici loquuntur cum Enthusiastis n. 1182).

Enuntiare. } —"Enuntiare" (*Amos.* iv. 13) est influere (n. 405[*b*]).
Enuntiatum. } "Enuntiatum oris Jehovae" (*Deutr.* viii. 3) est omne quod procedit ex Domino (n. 146; *conf.* n. 730[*d*]).

Epha.—"Lapis integer et justus" (*Deutr.* xxv. 15), qui erat pondus, "ac epha integra et justa," quae erat mensura, significant verum ac bonum et quale eorum (n. 304[*e*]; *conf.* n. 373).

Ephesus. } —(De Ecclesia Ephesina, videantur articuli, n. 93–110.)
Ecclesia Ephesina. } Qui in cognitionibus veri et boni ex Verbo sunt, et non aut nondum in vita secundum illa, describuntur per ea quae scripta sunt ad angelum Ecclesiae Ephesinae (n. 93).

Ephodum.—"Ephodum" significavit externum regni spiritualis, quod est Divinum verum in ultimis (n. 717[*b*]; *conf.* n. 1042).

Ephraimus.—(*Vide* **Menascheh.**)

"Ephraimus" significat intellectuale (n. 375[*e*(viii.)]); intellectuale talium quae sunt ecclesiae (n. 193[*a*], 236[*b*)]; intellectuale ecclesiae spiritualis (n. 222[*b*], 316[*d*]); verum doctrinae, ac inde intellectuale ecclesiae (n. 440[*b*]); intellectuale ecclesiae, et verum doctrinae ejus in naturali (n. 654[*i*]); intellectuale quale est illis intra ecclesiam qui illustrantur cum legunt Verbum (n. 283[*b*]); intellectum Verbi (n. 624[*c*]); ecclesiam quoad intellectum veri (n. 419[*e*]); intellectum veri ex bono (n. 376[*d*]); intellectum illustratum eorum qui ab ecclesia (n. 282).

In sensu opposito, per "Ephraimum" significatur intellectus hominis proprius (n. 376[*f*,*g*]); intellectuale perversum (n. 391[*g*]).

Per "filium Remaliae, regem Israelis," qui etiam "Ephraim" vocatur (*Esai.* vii. 4), significatur intellectuale perversum (n. 559).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 193[*a*], 222[*b*], 236[*b*], 275[*b*], 282, 283[*b*], 316[*d*], 336[*b*], 355[*a*], 357[*a*,*b*], 375[*e*(viii.)], 376[*d*,*f*,*g*], 386[*b*], 391[*g*], 405[*c*], 419[*e*], 431[*c*(ii.)], 433[*b*,*c*], 434[*d*], 440[*a*,*b*], 448[*c*], 449[*b*], 540[*a*], 559, 601[*a*], 617[*e*], 624[*c*], 654[*i*], 706[*c*], 710[*a*,*b*], 721[*b*], 724[*d*], 730[*b*], 734[*b*], 746[*c*], 799[*b*], 811[*d*], 846, 887, 962, 1100[*c*], 1145.)

Ephrata.—(*Vide* **Bethlechem.**)

Ephron.—Singula quae memorantur de spelunca ubi Abraham, Isacus et Jacobus, cum uxoribus eorum, sepulti sunt,—quod nempe fuerit in agro Ephronis, quod coram Mamre, et plura,—significabant resurrectionem ad vitam (n. 659[*d*]).

Epistolae.—Apostolorum scriptis non sensus spiritualis inest; sunt usque libri utiles ecclesiae (n. 815[*b*]).

Eques.—"Eques" significat Verbum quoad intellectum (n. 278[*b*]); affectionem veri spiritualem, unde intellectus (n. 355[*a*]); intelligentiam (n. 355[*c*], 433[*c*]); intelligentem (n. 239[*b*], 557).

"Eques" significat ratiocinationem ex intellectus veri et boni ultimis (n. 355[*b*]).

Per "equites" significantur haereses (n. 780[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 223[*b*], 239[*b*], 278[*b*], 329[*d*], 355[*a–e*], 357[*c*], 411[*e*], 433[*c*], 514[*c*], 557, 581[*b*], 654[*g,h*], 780[*b*], 863[*a*].)

Equitare.—"Equitare" cum de Jehovah seu Domino significat illustrare intellectum (n. 694[*b*]); intelligentiam et sapientiam dare (n. 355[*c*]).

Per "equitare super cherubo" significatur dare intellectum et illustrare caelum intimum (n. 529).

Per "equitare super verbo veritatis" significatur per doctrinam veri instruere et pugnare (n. 684[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 175[*b*], 208[*b*], 223[*b*], 275[*b*], 282, 283[*b*],-288[*b*], 298[*b*], 314[*b*], 355[*a,c,d,f,g*], 357[*c*], 374[*c*], 411[*c*], 419[*d*], 518[*d*], 529, 577[*a*], 594[*b*], 617[*b*], 619[*b*], 684[*b*], 734[*d*], 850[*a*], 1024.)

Equitatus.—(*Vide* ***Eques.***)

Per "equitatum" (*Apoc.* ix. 16) significantur ratiocinia ex falsis mali (n. 573[*a*]).

Equus.—Per "equum" significatur intellectuale (n. 152); intellectus veri (n. 281[*b*]: "equi" sunt intellectualia, ita quoque vera quae ex origine rationali sunt (n. 1155).

Intellectus veri ex Verbo intelligitur (*Apoc.* xix. 13) per "equum album" (n. 355[*a*]; *conf.* n. 381, 717[*c*]).

Unde est quod Johanni visi sint "equi" quando aperta sunt sigilla libri, et quoque quid significant (n. 365[*b*]).

Quod "equus rufus" significet intellectum Verbi deperditum quoad bonum (n. 364[*a*], 400[*a*]).

Quod "equus niger" significat intellectum Verbi deperditum quoad verum (n. 372[*a*], 400[*a*]).

Quod "equus pallidus" significat intellectum Verbi nullum ex malis vitae et inde falsis (n. 381, 400[*a*]).

"Capita equorum" (*Apoc.* ix. 17) significant scientiam et inde cogitationem (n. 577[*a*]).

Per "calcaneos equi" (*Gen.* xlix. 17) significantur vera in ultimis, quae sunt scientifica sensualia (n. 581[*b*]).

"Ungulae" sunt scientifica sensualis hominis, quae sunt vera in ultimo ordinis (n. 176); sunt extrema naturalis hominis, quae vocantur sensualia (n. 355[*d*]).

"Effluvium equorum" (*Ezech.* xxiii. 20) est proprium intellectuale (n. 654[*l*]).

"Hinnitus" (*Jerem.* xiii. 27) sunt profanationes veri (n. 141[*b*]).

Per "frena equorum" significantur regimen et dominium (n. 923).

"Frenum seducens" (*Esai.* xxx. 28) est proprie abstractio ab intellectu veri (n. 923).

Per "tintinnabula equorum" (*Sach.* xiv. 20) significantur scientifica et

cognitiones, ac inde praedicationes, quae sunt ex intellectu veri (n. 355[a]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 31[b], 131[a], 141[b], 187[b], 204[b], 208[b], 239[b], 275[b], 281[b], 283[e], 329[d], 355[a–g], 356, 357[a,c], 364[a], 365[a,b], 372[a], 373, 374[a], 375[e(viii.)], 381, 382, 400[a], 433[c,e], 504[a,b], 518[d], 519[a], 543[d], 552, 557, 573[a], 575, 576, 577[a], 579, 581[b], 617[d], 650[e], 652[c], 654[g,h,l], 717[c], 734[b–d], 780[b], 863[a], 923, 1024, 1155.)

Eradicare.—"Ne forte colligentes zizania eradicetis simul cum illis triticum" (*Matth.* xiii. 29), significat quod sic etiam periret verum ex bono et incrementum ejus (n. 911[a]; *conf.* n. 426).

Ergastula.—Illi qui in inferno sunt, in ergastulis sunt, et sub judice, qui captivis imponit operas (n. 1194).

Erigere. } —(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 386[d], 433[c], 532,
Erectus. } 741[c], 781[d], 799[b].)

Eripere.—(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 386[d], 537[b], 556[c], 714[c], 724[c], 783, 811[c].)

Errare. } —"Hi per vinum errant, et per siceram aberrant" (*Esai.* xxviii. 7),
Aberrare. } significat per falsa et per illa quae ex illis (n. 376[f]).

Per "oves in montibus" (*Matth.* xviii. 12) significantur qui in bono amoris et charitatis sunt, per "errantem" autem significatur qui non in illo est, quia ex ignorantia in falsis (n. 405[f]).

"Errarunt caeci in plateis" (*Thren.* iv. 14) significat prorsus non videre vera (n. 329[f]).

Error.—Mala quae loquuntur contra bona intelliguntur (*Esai.* xxxii. 6) per "hypocrisin quam facit;" et falsa quae loquuntur contra vera, per "errorem quem loquitur contra Jehovam" (n. 386[d]; *conf.* n. 238).

(*Vide Deutr.* xix. 5, *explicatum*, n. 1145.)

Erubescere.—Luna et sol dicuntur "erubescere" et "pudefieri" (*Esai.* xxiv. 23), quando verum fidei et bonum amoris non amplius recipiuntur (n. 401[d]).

(*Dicta Scripturae Sacrae plura videantur explicata*, n. 304[b], 401[d], 406[b,c], 654[h], 730[b], 739[b], 863[a].)

Eruca.—"Eruca" est falsum destruens (n. 403[b], 573[b], 638[c]).

Erudire.—(*Vide Dan.* xi. 33, n. 811[b].)

Creditur a multis quod eruditi, quia plura e Verbo et ex doctrina e Verbo sciunt, intelligentiores et sapientiores aliis sint; sed usque non illis plus intelligentiae et sapientiae est quam secundum bonum amoris apud illos (n. 998).

Eruere.—Per "oculum dextrum scandalizantem" (*Matth.* v. 29) significatur intellectus cogitans malum; "eruere et abjicere illum," est tale non admittere sed rejicere (n. 152).

Erumpere.—Quod "erumpent in deserto aquae" (*Esai.* xxxv. 6), significat quod vera aperientur ubi non prius fuerunt (n. 455[b], 518[a]).

Per "erumpere ad dextram et ad sinistram" (*Esai.* liv. 3), significatur amplificatio quoad bonum charitatis et quoad verum fidei (n. 600[b], 768[b]).

Esavus.—Per "Esavum" significatur bonum naturale ex spirituali (n. 710[b]).

Per "Esavum" (*Mal.* i. 3) significatur amor naturalis hominis (n. 730[b]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 410[b], 448[c].)

Esse. } —Nihil existere potest nisi ex alio, ita demum ex Illo qui in Se est et
Existere. } existit; Ille est Deus: ideo etiam Deus vocatur Esse et Existere; Jah ex Esse, ac Jehovah ex Esse et Existere in Se (n. 1206.)

Esse, cum de Domino est Esse ex Se, quod est in Se; et Existere cum de

Ipso, est etiam Existere ex Se et in Se. Divinum Existere est etiam Divinum Esse; dicitur Existere respectu caeli (n. 972).

De Bestia (*Apoc.* xvii. 7, 8) "quae erat, et non est, attamen est" (n. 1052, 1058, 1059, 1067).

Esurire.—(*Vide* ***Famelici, Fames, Sitire.***)

In Verbo legitur de Domino quod "esuriverit" et "sitiverit," et per illa intelligitur quod ex amore Divino volverit et desideraverit salutem generis humani (n. 386[*e*]); per "esurire," cum de Domino, significatur desiderare bonum in ecclesia (n. 403[*e*]).

Per "esurire" significatur deprivari bono amoris (n. 386[*b*]).

"Esurire" significat deprivationem boni (n. 386[*b*]); tum defectum boni (n. 480).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 118, 236[*b*], 386[*b–e*], 403[*e*], 480, 481, 600[*b*], 730[*d*], 741[*c*], 750[*e*].)

Etiam.—"Etiam" (*Apoc.* i. 7) est confirmatio praecedentium, quod ita futurum (n. 40; *conf.* n. 979).

Eunuchus.—Per "eunuchos," de quibus Dominus locutus est, intellecti sunt qui non volunt conjungi cum affectione mali. Conjugium intellectus veri et boni cum affectione veri et boni apud caelestes, intelligitur per "eunuchos qui in utero matris nati sunt eunuchi;" hoc conjugium apud spirituales, intelligitur per "eunuchos qui ab hominibus facti sunt eunuchi;" hoc conjugium autem apud naturales, intelligitur per "eunuchos qui se ipsos faciunt eunuchos" (*de quibus plura*, n. 710[*c*]).

Euphrates.—Ultima caeli sunt maria et sunt fluvii; haec repraesentata sunt per bina maria et per binos fluvios qui erant termini Canaanis: bina maria erant mare Aegypti et mare Philisthaeorum, et bini fluvii erant Euphrates et Jordanes (n. 518[*b–d*]).

Euphrates terminabat ab una parte Terram Canaanem, et separabat illam ab Assyria; et per "Terram Canaanem" significatur ecclesia, et per "Assyriam" rationale (n. 996).

Per fluvium "Euphratem" significatur rationale, quo medio spiritualis mens intrat naturalem (n. 569[*c*], 518[*b*]).

Ubi dictum est ad prophetam, "Abi ad Euphratem" (*Jerem.* xiii. 4), per "Euphratem" significatur omne ecclesiae quoad bonum; ibi quoad malum (n. 410[*c*]).

Ubi dicitur, "ad fluvium magnum, fluvium Euphratem" (*Jos.* i. 41), per "fluvium magnum" intelligitur influxus spiritualium in rationalia, et per "fluvium Euphratem" influxus rationalium in naturalia (n. 569[*b*]).

Vocatur "fluvius magnus" ab intelligentia quae est homini ex rationali (n. 995).

In sensu opposito, per "Euphratem," qui erat fluvius Aschuris, intelligitur ratiocinatio (n. 569[*a*]); ita falsa ratiocinia (n. 518[*e*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 410[*c*], 518[*b–e*], 569[*a–c*], 995.)

Europa.—Angeli, cum Europa nominatur, percipiunt septentrionem (n. 21).

Quod Ecclesia Christiana, postquam Dominus reliquit mundum, in orbe Europaeo tam lente creverit, causae (n. 732).

Eurus.—(*Vide* ***Ventus.***)

"Ventus" (*Hos.* xii. 2 [*B. A.* 1]) est falsum, ac "eurus" est falsum exsiccans et dissipans vera (n. 419[*e*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 419[*f*], 483[*b*], 654[*i*].)

Evacuare.—Devastatio ecclesiae quoad bonum amoris et charitatis, significatur (*Esai.* xxiv. 1, 3) per "evacuare terram; et desolatio ejus quoad vera

doctrinae et fidei, significatur per "exinanire" et "spoliare" illam (n. 697).

(*Videantur etiam articuli*, n. 304[*b*], 357[*d*], 386[*d*].)

Evaginare.—Per "evaginare gladios" (*Ezech.* xxviii. 7) significatur exstinctio per falsa (n. 315[*c*]; *conf.* n. 419[*e*], 518[*d*]).

Evanescere.—Utprimum aliquis impugnat spirituum et angelorum amorem, evanescit ille, cum toto suo corpore, tametsi inclusus conclavi sederet (n. 8372).

Evangelium. } —Per "Evangelium" in supremo sensu significatur Ipse Domi-
Evangelistae. } nus quoad adventum suum, quoad judicium, et quoad salvationem fidelium (n. 612, 870; *conf.* n. 741[*c*]).

In Evangelistis sunt Ipsius Domini verba, quae omnia in se sensum spiritualem recondunt, per quem immediata communicatio cum caelo datur; Apostolorum autem scriptis non talis sensus inest; sunt usque libri utiles ecclesiae (n. 815[*b*]).

Evangelizare. } —Per "evangelizare" significatur annuntiare adventum Do-
Evangelizatrix. } mini (n. 612).

Per "evangelizare" (*Esai.* lii. 7) significatur praedicare Dominum, et inde caelum illis qui Ipsi conjuncti sunt; per "evangelizare bonum" significatur conjunctio cum Ipso per bonum (n. 365[*e*]).

Per "evangelizatricem Zionem" (*Esai.* xlix. 9) intelligitur ecclesia quae in bono amoris in Dominum est; ac per "evangelizatricem Hierosolymam," ecclesia quae inde ex Verbo in veris doctrinae (n. 405[*b*]; *conf.* n. 850[*b*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 405[*b*], 725[*b*], 811[*c*], 871.)

Evasor.—"Non in die irae Jehovae evasor et residuus" (*Thren.* ii. 22), significat non bonum et verum (n. 413[*b*]).

Evehi.—Glorificatio Humani Ipsius intelligitur (*Esai.* lii. 13) per "Extolletur, exaltabitur et evehetur valde" (n. 409[*b*]).

Evellere.—"Omnes funes mei evulsi" (*Jerem.* x. 20), significat quod non conjunctio veri cum bono (n. 724[*c*]; *conf.* n. 799[*b*]).

Non ex Divino ordine est ut quisque acciperet quod petit, si modo fidem haberet; tum quod evellerent montem et arborem ex suo loco, et projicerent in mare. Quomodo haec intelligenda sunt (n. 815[*b*]).

Everrere.—Quod prorsus nihil veri remansurum sit, significatur (*Esai.* xiv. 23) per "Everretur scopis perdendo" (n. 724[*e*]).

Eversio.—"Eversio Dei" (*Esai.* xiii. 19) significat damnationem ad infernum (n. 357[*c*]; *conf.* 1029[*e*]).

Eversores.—Apud *Obadiam* (vers. 5) falsa vocantur "fures," et mala "eversores noctu" (n. 193[*a*]): per "vindemiatores" significantur falsa, per "fures" mala, quae devastant vera et bona ecclesiae; per "eversores" autem, tam falsa quam mala (n. 919).

Evertere.—Quod "montes evertentur" (*Ezech.* xxxviii. 20) significat quod periturum omne bonum amoris (n. 400[*c*]; *conf.* n. 405[*g*]).

"Everti" significat perire (n. 411[*e*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 355[*e*], 391[*g*], 400[*c*], 405[*g*], 411[*e*], 697, 850[*b*], 1100[*c*], 1145.)

Evigilare.—Ut elevemur ex falsis a Domino, significatur (*Ps.* xliv. 24) per "Evigila Domine, ne desere nos in perpetuum" (n. 315[*c*]).

Evomere.—(*Vide* ***Exspuere.***)

Per "evomere" (*Jerem.* xxv. 27) significatur prorsus ejicere falsificata (n. 235).

Quod verum ejiciatur per falsum, significatur (*Hiob.* xx. 15) per "Opes absorpsit et evomet eas" (n. 519[*b*]).

Exacerbare.—"Exacerbabunt illum" (*Genes.* xlix. 23), significat quod ex falsis pugnabunt (n. 448[*b*]).

Exactores.—"Exactores" (*Esai.* iii. 12) sunt qui vera violant (n. 555[*d*]).
(*Videantur etiam articuli*, n. 365[*g*], 811[*d*].)

Exacuere.—Per "bella" (*Ps.* cxl. 2, 3) significantur ratiocinationes; quare etiam additur, "Exacuerunt linguam suam sicut serpentis" (n. 734[*d*]).

Exaequare.—Ordinatio omnium in caelis, significatur (*Esai.* xl. 12) per "caelos spithama exaequare" (n. 629[*b*]).

Exaltare.—"Exaltari," cum de Deo (*Ps.* xviii. 47 [*B. A.* 46]; 2 *Sam.* xxii. 47), dicitur de cultu ex bono per vera (n. 411[*c*]).
"Exaltare" (*Ps.* xci. 14) est ducere ad interiora vera (n. 714[*c*]).
(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 298, 316[*a,b,d*], 405[*e*], 409[*b*], 410[*b*], 684[*d*], 799[*b*], 815[*c*], 850[*c*], 899[*a*], 946.)

Examen.—"In cadavere ejus invenit examen apum et mel" (*Judic.* xiv. 8), significat quod, postquam fides separata a charitate dissipata est, loco ejus succedat bonum charitatis (n. 619[*c*]).
"Sub examen mittere" (n. 802, 1091).

Exanimatus.—Per quod "exanimati erunt homines prae timore et exspectatione quae venient super terrarum orbem" (*Luc.* xxi. 26), describitur timor illorum qui in caelis sunt, quod periturum sit omne ecclesiae quoad bonum et inde quoad vera ejus, et exspectatio opis a Domino (n. 741[*d*]).

Exardere. }
Exardescere. } —Ultimum judicium a Domino, significatur (*Ps.* ii. 12) per quod "exardebit brevi ira Ipsius" (n. 850[*a*], 684[*b*]; *conf.* n. 817[*e*]).
Quia gens Judaica non aliis bene voluerunt quam sibi ipsis, non autem gentibus, ideo Jonae, qui illam gentem repraesentabat, exarsit valde, quod Jehovah pepercerit Ninive (n. 401[*h*]).

Exarescere.—Per "lugere" et "exarescere" (*Jerem.* xii. 4) significatur perire et per cupiditates dissipari (n. 650[*e*]).
(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 304[*b*], 375[*e*(viii.)], 401[*h*], 458[*b*], 507, 518[*d*], 556[*c*], 727[*a*], 730[*b*].)

Exaudire.—(*Vide* **Audire.**)
Per "exaudire" intelligitur obedire et recipere (n. 375[*e*(viii.)]).

Excandescentia.—(*Vide* **Ira.**)
Multis in locis praedicatur ira et excandescentia de Deo; et per "iram" significatur zelus pro bono, et per "excandescentiam" zelus pro vero; nam ex eadem voce in lingua originali dicitur "excandescentia" et "aestus" (n. 481; *conf.* n. 887, 1022).
Quia non aliqua ira et excandescentia est Domino contra malos, sed malorum contra Dominum, et haec apparet illis, cum pereunt, sicut a Domino, ideo secundum apparentiam ita dicitur (n. 741[*d*]).
Ultimum judicium, quod a Domino cum fuit in mundo, in Verbo Veteris Testamenti intelligitur per "diem indignationis," "irae," "excandescentiae Jehovae," ac per "annum retributionum" (n. 405[*d*]).
(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 316[*b*], 400]*b*], 401[*c*], 405[*h*], 411[*e*], 413[*a,b*], 443[*b*], 693, 1022.)

Excandescere.—"Excandescére contra Jehovam" (*Esai.* xlv. 24), significat in falsis ex malo esse (n. 693).

Excellere.—(*Vide Gen.* xlix. 4, n. 817[*c*].)

Excelsa. } —(*Vide* **Clivus, Altus.**)
Excelsus. } "Excelsa terrae" (*Deutr.* xxxii. 13) sunt spiritualia ecclesiae (n. 411[*c*]).

Per "excelsa" apud antiquos significabatur caelum, et quoque per "altum;" unde ritus sacrificandi super montibus altis, et loco eorum super excelsis in altum aedificatis; quare cultus ex malis et falsis doctrinae significatur (*Ezech.* xvi. 24, 25) per "facere excelsum et altum in omni platea, et super omni capite viae" (n. 652[*c*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 314[*b*], 374[*c*], 391[*g*], 405[*h*], 510, 514[*b*], 619[*b*], 695[*d*].)

Excidere.—(*Vide* **Cadere, Decidere.**)
(*Vide Apoc.* ii. 5, n. 105.)

Excidere.—(*Vide* **Caedere.**)
(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 315[*d*], 316[*d*], 391[*g*], 406[*d*], 411[*c,e*], 444[*b*], 537[*b*], 543[*c*], 638[*b*], 659[*c*], 781[*d*], 922[*c*], 1029[*b*], 1145.)

Excisio.—Per "excisiones montium" ad quas Jonas descendit (*Jon.* ii. 6), significantur inferna ubi et unde mala (n. 538[*b*]).

Per "terram excisionis" (*Levit.* xvi. 22) significatur infernum (n. 730[*e*]).

Excisor.—"Cum securibus" (*Jerem.* xlvi. 22) significat cum falsis destruentibus bonum; "sicut excisores lignorum," significat sicut vellent exstirpare malum, cum tamen exstirpant bonum (n. 1145).

Excitare.—(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 275[*b*], 278[*b*], 323[*b*], 401[*e*], 406[*b*], 706[*c*], 724[*d*], 811[*a,c*], 850[*d*], 1057.)

Exclamare.—(*Vide* **Clamare, Clamor.**)

Per "exclamare" (*Apoc.* xviii. 2) significatur manifestare (n. 1096; *conf.* n. 326[*b*]).

Excogitare.—(*Videatur Amos* vi. 5, n. 448[*c*].)

Excoli.—(*Vide* **Colere.**)
(*Videantur articuli*, n. 304[*e*], 768[*d*].)

Excommunicare.—"Excommunicare ex orbe" (*Hiob.* xviii. 18) est ejicere ex bono ecclesiae (n. 741[*d*]).

Excrementum.—"Excrementum" (*Esai.* iv. 4) est malum amoris sui (n. 475[*b*]).

Nihil jucundius est nidore excrementitio illis qui amore imperandi inescati fuerunt, tum qui jucundum in adulteriis et non jucundum in conjugiis ceperunt (n. 659[*b*]).

Excutere.—"Excutietur olea tua" (*Deutr.* xxviii. 40) significat quod bonum periturum (n. 638[*c*]; *conf.* n. 730[*b*]).

"Excutere in mare opes" (*Sach.* ix. 4) significat conjicere in infernum falsa (n. 538[*b*]).

Mandatum est quod "discipuli exeuntes excuterent pulverem pedum suorum" (*Matth.* x. 14), per quod significatur ne damnatum adhaereret (n. 365[*b*]).

Execratio.—(*Vide Jerem.* xlii. 18, n. 654[*k*].)

Exercitus.—"Princeps exercitus" (*Dan.* viii. 11) est Dominus quoad Divinum Humanum, quia ex illo procedunt omnia vera et bona quae faciunt ecclesiam (n. 316[*c*]).

Quod tribus Israelis dictae fuerint exercitus, est quia duodecim tribus simul sumptae repraesentaverunt omnia vera et bona ecclesiae, ac per "exercitus" significata sunt vera et bona caeli et ecclesiae in omni complexu (n. 573[*b*]).

Quia vera et bona caeli et ecclesiae intelliguntur in Verbo per "exercitus," ideo est quod Jehovah in Verbo dicatur "Jehovah Zebaoth," et

"Jehovah Deus Zebaoth," hoc est, "exercituum" (n. 573[a]). (*Vide* ***Zebaoth.***)

Per "exercitum caelorum" in sensu litterae intelliguntur sol, luna, et stellae, nam illa vocantur "exercitus Jehovae" in Verbo; sed in sensu spirituali per "exercitum" significantur omnia bona et vera caeli et ecclesiae in complexu, nam per "solem" significatur bonum amoris, per "lunam" bonum fidei, et per "stellas" cognitiones boni et veri (n. 453[b]).

Quaenam significantur per "exercitum caelorum" (n. 444[b], 453[b], 573[b], 632, 659[e], 720, 768[d], 817[c]).

Quia pleraque in Verbo etiam oppositum sensum habent, ita quoque "exercitus;" in quo sensu significant falsa et mala in omni complexu (n. 573[b]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 72, 208[b], 275[b], 294[b], 316[c], 355[g], 391[d], 401[d,e], 403[b], 444[b], 453[b], 538[a], 573[a,b], 632, 659[e], 720, 727[a], 768[d], 817[e], 1143.)

Exhalare.—Per "exhalare facere animam" (*Hiob.* xxxi. 39) significatur vitam spiritualem evacuare (n. 374[c]).

Exhortatio.—Exhortationes ad illos qui ad Sacramentum Cenae accedunt, in lingua Anglica (n. 250[c], 254, 885).

Exiguus.—Quod "exiverit cornu unum de exiguo" (*Dan.* viii. 9), significat justificationem; "de exiguo" dicitur, quia principium de sola fide non apparet sicut falsum (n. 316[c]).

Exilium.—"In exilium abire" (*Jerem.* xlix. 3) significat deperdi (n. 637[b]).

Per "in exilium abire" (*Ezech.* xii. 11) significatur dissipatio veri, et per "in captivitatem abire" significatur occupatio a falsis (n. 811[a]).

Exinanire.—Desolatio ecclesiae quoad vera doctrinae et fidei significatur (*Esai.* xxiv. 1) per "exinanire et spoliare terram" (n. 697).

Exire.—Ultimum judicium intelligitur (*Mich.* i. 3) per "Jehovah exiens e loco suo, descendit et calcat super excelsa terrae" (n. 405[h]; *conf.* n. 405[d], 734[c]).

Per "exire a Patre," et "redire ad Patrem" intelligitur concipi et sic existere ab Ipso, ac uniri Ipsi, sicut anima corpori (n. 853[b]).

"Exire" praedicatur de vero (n. 336[b]).

Quod exit et procedit a Divino Vero recepto, est vita secundum illud (n. 768[c]).

Per "exire e monumentis" (*Joh.* v. 28) significatur e corpore materiali (n. 659[c]).

Per "monumenta" quae aperientur, intelliguntur loca in inferiore terra; non intelligitur quod monumenta in terra aperienda sint, et quod ex illis die ultimi judicii exituri sint (n. 899[b]).

"Exire ex Babylone" (*Apoc.* xviii. 4) est relinquere illos qui per "Babylonem" intelliguntur (n. 1107).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 279[a], 313[b], 315[d], 336[b], 355[b], 405[d,h], 406[b], 417[b], 518[a,b], 543[a], 594[c], 659[c], 721[b,c], 734[c], 799[b], 815[b,c], 850[b], 852[b], 899[a,b], 923, 947, 949, 1013, 1145.)

Existere.—(*Vide* **Esse.**)

Exitium.—Per "dispergere" et "adducere exitium" (*Jerem.* xlix. 32) significatur devastatio (n. 417[b]).

Exitus.—"Exitus" (*Deutr.* xxxiii. 18) significat omnia, quia ultimum, effectum et conclusum (n. 445).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 386[d], 401[f], 445, 447, 730[b].)

Exoriri.—(*Vide* **Oriri.**)

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 386[*d*], 391[*c*], 401[*e,h*], 422[*c*].)

Exosus.—(*Vide* **Odium.**)

(*Vide Matth.* xxiv. 9, n. 175[*b*]; *Apoc.* xviii. 2, n. 1100[*a*].)

Expandere.—"Cum expandit Schaddai" (*Ps.* lxviii. 15) significat statum tentationum (n. 283[*b*]).

Per "expandere cortinas habitaculorum" (*Esai.* liv. 2) significantur incrementa ecclesiae quoad vera doctrinae (n. 600[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 283[*b,d*], 294[*b*], 304[*f*], 315[*c*], 340[*d*], 513[*c*], 594[*c*], 600[*b*], 659[*c*], 721[*c*], 799[*b*], 1042.)

Expansa.—Expansa sunt sex: in supremo habitant angeli tertii caeli, et sub illis angeli secundi caeli, et sub his angeli primi; infra hos habitant spiritus primi inferni, sub illis spiritus secundi inferni, et sub his spiritus tertii (n. 1133).

Expansio.—Per "tegumentum" et "expansionem" significantur externa (n. 1042).

"Expansio" et "signum" (*Ezech.* xxvii. 7) significant manifestationem (n. 654[*f*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 277[*b*], 576, 1143.)

Expellere.—Per "expulsos Israelis" (*Esai.* xi. 12) intelliguntur qui non in veris sunt, sed usque in desiderio discendi illa (n. 433[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 388[*b*], 405[*c*], 418[*b*], 433[*b*], 519[*b*], 650[*f*], 654[*c,e*].)

Expendere.—"Expendens" (*Esai.* xxxiii. 18) est sapientia (n. 453[*b*]).

Expergisci.—(*Videatur Joel* i. 5, n. 543[*c*].)

Expiare.—"Expiare facies" (*Gen.* xxxii. 20) significat captare animum (n. 412[*f*]).

Expilatus.—Per "populum distractum et expilatum" (*Esai.* xviii. 2) significantur illi apud quos vera ab illis qui in falsis doctrinae sunt, sublata, mutata aut perversa sunt (n. 331[*a*]; *conf.* n. 850[*b*]).

Explorare. }
Exploratores. } —Per "aurum exploratum igne" (*Apoc.* iii. 18) significatur bonum amoris purificatum a malis (n. 242[*a,d*]).

De exploratoribus Terrae Canaanis (n. 918).

Expostulare.—(*Vide Luc.* xxii. 31, n. 820[*b*].)

Expressio.—Quod binae expressiones similes in Verbo, imprimis Prophetico, non sint repetitiones vanae, sed quod una se referat ad bonum, et altera ad verum (n. 484).

Exprimere.—(*Vide Ezech.* xxiii. 34, n. 960[*a*]; *Esai.* i. 6, n. 962.)

Expromere.—(*Vide Esai.* lviii. 10, n. 386[*d*].)

Expurgatio.—Quia Divinum Verum purificat, dicitur (*Esai.* iv. 4), "per spiritum expurgationis" (n. 329[*f*]; *conf.* n. 475[*b*]).

Exscindere.—(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 148, 275[*b*], 280[*b*], 316[*d*], 355[*a*], 357[*a*], 386[*b*], 388[*b–d*], 391[*h*], 403[*e*], 405[*e*], 555[*b*], 577[*b*], 624[*e*], 652[*b*], 654[*g*], 734[*b*], 750[*g*], 768[*e*], 1029[*d,e*], 1100[*c*].)

Exsiccare.—Per "ponere fluvios in insulas, et exsiccare stagna" (*Esai.* xlii. 15), significatur annihilare omnem intellectum et perceptionem veri (n. 405[*h*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 275[*a,b*], 405[*h*], 458[*b*], 483[*b*], 518[*d*], 538[*a*], 627[*b*], 996.)

Exsolvere.—(*Vide Ps.* l. 14, n. 741[*c*].)

Exspectare.—(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 281[*b*], 355[*b*], 514[*c*], 526[*a*], 741[*b*], 918, 922[*c*].)

Exspectatio.—(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 49, 304[*f*], 406[*b*].)

Exspirare.—(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 183[*a*], 257, 721[*a*].)

Exspuere.—(*Vide* ***Evomere.***)

(*Videantur articuli*, n. 239[*c*], 304[*g*].)

Exstinguere.—(*Videantur articuli*, n. 50, 627[*a*], 951.)

Exsugere.—(*Videantur articuli*, n. 724[*d*], 960[*a*], 1116.)

Extendere.—Per "extendere caelum et fundare terram" (*Sach.* xii. 1) non intelligitur extendere caelum aspectabile, et fundare terram habitabilem, sed ecclesiam quoad interna ejus et quoad externa (n. 1057).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 275[*b*], 294[*b*], 304[*f*], 388[*c*], 644[*c*], 727[*a*], 734[*b*], 746[*d*], 799[*b*], 820[*b*], 1057, 1186.)

Extensio.—(*Vide* ***Sphaera.***)

In mundo spirituali est communicatio omnium affectionum, et quandoque cogitationum; et intra quamcunque societatem est communicatio communis, se extendens e medio ejus quaquaversum usque ad fines, paene sicut lux e medio ad peripherias: variationes et mutationes affectionum oriundarum ex communicatione et ejus extensione, existunt ex influxu affectionum ex aliis societatibus (*de quibus plura*, n. 674; *conf.* n. 889, 1076, 1092, 1093, 1174).

Quod omnis cogitatio ex affectione procedens ab angelis extensionem habeat in caeli societates secundum quale amoris et sapientiae illorum (n. 837(2)).

Exterior.—Quale interius est, tale fit exterius; non autem quale exterius est, tale fit interius; nam interius influit in exterius, ac disponit hoc ad convenientiam secum, non autem vicissim (n. 960[*b*]; *conf.* n. 803[*b*], 842, 1045).

Influit Dominus in interiora mentis hominis, et per illa in exteriora ejus (*de quo plura*, n. 1173).

Externum. } —(*Vide* ***Internum.***)

Externus. } Est apud unumquemvis hominem internum et externum; internum ejus est quod vocatur spiritualis homo, externum quod vocatur naturalis homo. Externus seu naturalis homo primum aperitur, per talia quae haurit ex mundo. Externus seu naturalis homo formatus est ad receptionem talium quae in mundo sunt: illa quae in mundo sunt, ad quorum receptionem formatus est externus seu naturalis homo, se referunt in genere ad omnia quae sunt vitae civilis et moralis. Apud hominem qui a Domino regeneratus est, conjunctum est internum et externum (n. 150): cum internum et externum conjuncta sunt, tunc Dominus castigat mala et falsa quae in naturali homine, et hoc per cognitiones veri et boni (n. 176): unum se conjungit cum altero per correspondentias; inde quale unum est, tale est alterum; et omne quod non per correspondentias unum facit cum altero, dissipatur et perit (n. 441).

Extima.—"Tenebrae extimae" (*Matth.* xxii. 13) sunt falsa ex malo (n. 195[*b*]).

Extimescere.—(*Vide Ps.* xxxiii. 8, n. 741[*b*].)

Extollere.—Glorificatio Humani Domini intelligitur (*Esai.* lii. 13) per "Extolletur, exaltabitur et evehetur valde" (n. 409[*b*]).

Gaudium ex praedicatione et cognitione veri, intelligitur (*Esai.* xlii. 10) per "cantare laudem" et "extollere vocem" (n. 730[*c*]; *conf.* n. 406[*b*], 850[*b*]).

Per quod "omnis vallis extolletur" (*Esai.* xl. 4), significatur quod omnes humiles corde, qui sunt qui in bonis et veris sunt, recipiantur (n. 405[*g*]).

Extrahere.—(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 513[*c*,*d*], 537[*a*], 560, 659[*f*], 1029[*e*].)

Extraneus.—(*Vide Ps.* lxix. 9 [*B. A.* 8], n. 746[*d*].)

Extremitas.—"Extremitas terrae" significat ultima ecclesiae (n. 1133).

"Extremitas dierum" (*Jerem.* xlviii. 47) significat adventum Domini (n. 811[*b*]; *conf.* n. 850[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 239[*b*], 294[*b*], 304[*d*], 326[*b*], 335, 357[*d*], 406[*b*], 410[*c*], 412[*f*], 907.)

Extremum. } —Extrema, seu ultima, significant omnia in complexu, ita totum,
Extremus. } quia extrema includunt et comprehendunt omnia (n. 417[*a*]).
Extrema naturalis hominis sunt quae vocantur sensualia (n. 410[*c*]).
In extremis seu ultimis residet omnis potentia (n. 918).

(*Videantur etiam articuli*, n. 815[*c*], 907.)

Exuere.—Quod Dominus exuerit humanum ex matre, ac induerit Humanum ex Patre, quod est Divinum Humanum (n. 205, 899[*c*]). (*Vide* ***Dominus.***)

"Exuere" in Verbo significat orbare veris (n. 444[*c*]; *conf.* n. 240[*b*], 654[*l*]).

Exulare.—(*Vide Esai.* xxiv. 11, n. 652[*b*], 919.)

Exules.—"Afflicti exules" (*Esai.* lviii. 7) sunt qui in dolore ex falsis, nam qui in falsis sunt foris stant, at qui in veris domi sunt (n. 386[*d*]).

Exultare. } —(*Vide* ***Gaudium, Laetitia.***)
Exultatio. } "Exultatio" est jucundum ex bono; "laetitia" est jucundum ex vero (n. 294[*b*]): "exultatio" significat jucundum ex amore et affectione boni, ac "laetitia" amoenum ex amore et affectione veri (n. 660).
"Exultare" significat gaudium cordis (n. 1179); seu gaudium ex affectione veri (n. 1218).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 31[*b*], 238, 288[*b*], 304[*d*], 326[*c*], 376[*c*], 405[*b*], 710[*c*], 811[*c*], 850[*b*], 863[*b*].)

Exundare.—(*Videatur Joel* iv. [*B. A.* iii.] 13, n. 922[*b*]; *tum* cap. ii. 24, n. 543[*c*], 644[*c*].)

Exurere.—(*Vide* ***Ardere, Comburere.***)

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 280[*b*], 401[*g*], 504[*e*], 962.)

Ezechiel.—Quod prophetae Ezechieli mandatum fuerit ut comederet volumen libri, simile involvit quod mandatum Johanni ut comederet libellum, nempe ut exploraretur quomodo Divinum Verum, quod est in Verbo, adhuc recipitur, percipitur, et appropriatur illis qui ab ecclesia; nam per prophetam Ezechielem et Johannem repraesentabatur doctrina veri et Verbum (n. 619[*a*]).

EzionJeber.—Quod naves factae sunt in EzionJeber (1 *Reg.* ix. 26), ad litus Maris Suph in terra Edomi, significabat scientias naturalis hominis (*de quo plura*, n. 514[*b*]).

Faber.—"Fabri" (*Sach.* ii. 3 [*B. A.* i. 20]) significant similia quae "ferrum;" nempe, verum in ultimis, quod validum et potens (n. 316[*b*]).

"Opus manuum fabri" (*Jerem.* x. 3) est quod ex propria intelligentia est (n. 1145; *conf.* n. 458[*b*], 585[*b*], 587[*b*]).

Fabricare.—Per "fabicare ferrum forcipe, et operari carbone" (*Esai.* xliv. 12), significatur excudere falsa faventia amoribus propriis (n. 587[*b*]; *conf.* n. 386[*b*]).

Fabricator.—"Fabricator mendacii" (*Hab.* ii. 18) significat qui excudit falsum (n. 587[*b*]).

Facere.—(*Vide* ***Factor, Factum.***)

Amare et facere unum sunt; quare ubi in Verbo dicitur "amare," intelligitur facere; et ubi dicitur "facere," etiam intelligitur amare: nam quod amo hoc facio (n. 1099).

Maxime falleris si putas te credere in Deum, et non facis quae Dei sunt (n. 1099).

"Facere" est voluntatis, ita amoris et boni (n. 696[*b*]).

Fugere mala est facere bona (n. 803[*b*]).

"Facere," aut "creare," significat facere hominem novum (n. 294[*d*]).

"Facere" in sensu opposito dicitur de malo (n. 391[*g*]).

Per "quod fecerunt digiti" (*Esai.* xvii. 8) intelligitur cultus ex propria intelligentia, ex qua falsa doctrinae (n. 391[*g*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 239[*b*], 250[*c*], 281[*a*], 294[*d*], 295[*c*], 391[*g*], 411[*c*], 419[*d*], 514[*c*], 538[*b*], 555[*d*], 654[*h*], 785[*a,b*], 813, 824, 827[*a*].)

Facies.—"Facies," cum de Domino, significat Divinum Amorem Ipsius, ex quo omne bonum (n. 74; *conf.* n. 340[*b*], 401[*b*], 412[*a*]).

Dominus quoad Divinum Humanum dicitur "facies Jehovae" (n. 74).

"Facies Jehovae" (*Esai.* lxv. 3) sunt illa quae in Verbo revelata sunt (n. 659[*a*]).

Tota facies, ubi sensoria visus, olfactus, auditus et gustus sita sunt, correspondet affectionibus et inde cogitationibus in genere (n. 427[*a*]).

Facies apud hominem est imago repraesentativa affectionis quae amoris ejus (n. 504[*a*]).

"Facies" significat affectionem (n. 379[*g*]).

"Facies" significat interiora quae mentis; ita quae amoris et fidei (n. 381).

Facies apud angelos sunt formae affectionum eorum (n. 381).

"Cadere super facies" significat humiliationem cordis (n. 463, 688, 815[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 64, 74, 254, 275[*a*], 280[*a*], 282, 283[*c,d*], 294[*c*], 304[*f*], 316[*c*], 328[*c*], 340[*b*], 376[*g*], 381, 401[*b*], 405[*d*], 406[*b*], 412[*a–f*], 455[*b*], 463, 504[*a*], 544, 553, 554, 596, 600[*b*], 652[*c*], 659[*a,e*], 688, 700[*b*], 706[*b*], 724[*e*], 741[*d*], 750[*g*], 768[*e*], 811[*a*], 815[*b*], 863[*b*], 937, 1042, 1100[*c*].)

Factor.—(*Vide* ***Facere, Factum.***)

Dominus multis in locis in Verbo vocatur "Creator," "Factor" et "Formator ab utero" et quoque "Redemptor," ex eo quod hominem e novo creet, reformet, regeneret, et redemerit (n. 710[*b*]; *conf.* n. 1057).

Per "Factorem," ad quem homo respiciet (*Esai.* xvii. 7), intelligitur Dominus quoad Divinum Bonum (n. 585[*b*]): Dominus dicitur "Factor" ex eo, quod ducat in bona vitae, nam haec faciunt hominem (n. 391[*g*]).

Factum.—(*Vide* ***Facere, Factor, Opus.***)

Omne opus, seu omne factum, seu omnis actus, quae ad apparentiam fiunt ex corpore, non fiunt ex corpore, sed per corpus ex voluntate et cogitatione hominis. Facta nihil sunt in se, sed omne eorum est ex voluntate; sunt enim facta voluntas in actu (n. 98).

"Opus Jehovae" (*Esai.* v. 12) dicitur de bonis vitae, ac "factum manuum Ipsius" de veris doctrinae, utraque ex Verbo (n. 376[*g*]; *conf.* n. 585[*b*]).

Facultates.—(*Vide* ***Opes.***)

Per "abnegare omnes facultates" (*Luc.* xiv. 33) est nihil intelligentiae et sapientiae sibi tribuere; qui id non facit non potest instrui a Domino, hoc est, discipulus Ipsius esse (n. 236[*b*]).

"Facultates" in Verbo sunt divitiae et opes spirituales (n. 236[*b*]).
"Facultates" sunt cognitiones boni et veri, per quas intelligentia; et "quod ingentes invenisset manus mea" (*Hiob.* xxxi. 25) est num ex proprio acquivisset (n. 401[*e*]).

Sunt duae facultates vitae apud hominem; una vocatur intellectus, et altera voluntas. Illae facultates sunt inter se prorsus distinctae, sed creatae ut unum faciant; et cum unum faciunt, vocantur una mens. Sed apud hominem sunt primum divisae, postea autem sunt unitae (n. 1170; *conf.* n. 837(4), 750[*e*], 831).

Est unicuivis homini facultas intelligendi vera, nam haec facultas est per quam homo distinguitur a bestiis: haec quoque residua est apud omnem hominem, etiam malum, nam illa est spirituale hominis, et ipsissimum medium regenerationis ejus. Compertum est quod infernalis spiritus vera caeli intellexerit cum audivit, tam bene quam spiritus bonus, sed quod usque noluerit intelligere, aversabatur enim illa (n. 970; *conf.* n. 559, 874, 996, 997).

Ipsum humanum in illa facultate consistit; ex illa est quod homo vivat post mortem, et quod appareat tunc sicut homo; Divinum enim cum illa facultate conjunctum est. Inde est quod tametsi homo quoad binas suas vitas, quae sunt vita intellectus et vita voluntatis, a Divino aversus sit, usque per id quod possit intelligere verum et percipere bonum, conjunctionem cum Divino habeat, et inde vivat in aeternum (n. 547; *conf.* n. 1144).

Faeces.—(*Vide* ***Vinum.***)

Per "faeces, faeces defaecatas" (*Esai.* xxv. 6) significantur vera ex bono tam naturali quam spirituali, cum felicitate ex illis (n. 1159).

"Faeces calicis" (*Esai.* li. 17) sunt mere falsa ex quibus mala; illa attrahere significatur per "bibere" et "exsugere" (n. 724[*d*]; *conf.* n. 960[*a*], 1116).

Fallaciae.—Fallacia est inversio ordinis, et est judicium oculi et non mentis, et est conclusum ex rei apparentia et non ex rei essentia (n. 1215).

Conclusa et ratiocinia ex solo naturali homine, et ejus fatuo lumine, sunt fallaciae (n. 781[*b*]).

Dantur fallaciae in naturalibus, in civilibus, in moralibus et in spiritualibus, multae (n. 575).

Quid et quales sunt fallaciae in spiritualibus (n. 575).

Sensualis homo in fallaciis est, quia omnes ideae cogitationis ejus sunt ex mundo et intrarunt per sensus corporis, quare etiam ex illis cogitat et concludit de spiritualibus (n. 575).

Enumerantur fallaciae quoad fidem a bonis operibus separatam, quae significantur (*Apoc.* xiii. 2) per "pedes ursi" (n. 781[*b*]).

Falsificare. }
Falsificatio. } —Quam infernale et inde quam damnosum sit falsificare Verbum usque ad destructionem Divini Veri ac Divini Boni in caelis (*illustratum*, n. 888).
Falsificator. }

Quantum homo falsificat Verbum, tantum occludit sibi caelum; et quantum tunc destruit Divina vera interiora, quae sunt Divina vera in caelis, et ex quibus caeli, tantum removetur ille a caelis, et inferius in infernum dejicitur (*de quibus plura*, n. 888).

Falsificatio Verbi est quoque productio falsi ex malo, malum enim falsificat (n. 920).

Falsificatum verum est falsum mali, quia malum falsificat verum (n. 976).

Falsus. } —(*Vide* ***Malum.***)
Falsum. } Quia omnia mala insident naturali et sensuali homini, sequitur quod etiam falsa, ex causa quia omnia falsa sunt mali; homo enim dum ex malo cupit et vult, ex falso cogitat et loquitur; malum enim voluntatis,

cum format se in cogitatione, ut manifestetur aliis aut sibi quale est, vocatur falsum; quare falsum est forma mali, sicut verum est forma boni (n. 543[*b*]).
Mala absque falsis non intrant cogitationem, sunt enim solius voluntatis (n. 1109).
Dantur falsa plurium generum; nempe, falsa ignorantiae, falsa religionis, et falsa ex non intellecto Verbo. Non alia falsa claudunt caelum quam falsa mali: falsa quae ducunt ad vitam mali, et quae procedunt ex vita mali, illa, quia ex inferno sunt, claudunt caelum (n. 812).
Falsificatum verum est falsum mali, quia malum falsificat verum (n. 976; *conf.* n. 759).
Ex operibus malis, seu ex malis vitae, existit falsum mali; nam sicut bonum sibi conjungit verum, ita malum sibi conjungit falsum, unum enim est alterius (n. 526[*b*]).
Mala falsi fluunt ex falsis doctrinae (n. 400[*c*]; *conf.* n. 526[*a*]).
Quod falsa in quibus bonum dentur apud illos qui extra ecclesiam sunt, et inde in ignorantia veri; etiam apud illos qui intra ecclesiam ubi falsa doctrinae (n. 452).
Quod falsa religionis, apud illos qui in bono sunt, recipiantur a Domino ut vera (n. 452; *conf.* n. 455[*a*]).
Qui in falsis ex ignorantia sunt, et usque in bono vitae secundum religionem suam, illi non salvari possunt priusquam falsa apud illos sunt remota, et vera loco illorum implantata (n. 478).
Illis qui in caelum venturi sunt auferuntur falsa, nam cum falsis non potest aliquis intrare caelum (n. 474).
Falsis ex malo prorsus nulla potentia est, quia omnis potentia est veris ex bono: sed falsa in falsa potentiam habent, quia similia in similia (n. 783).
Inferna ubi persuasiones falsi regnant, obtecta sunt petris, et in genere glarea ac terra sterili, et sic clausa; sed usque continue transpirant falsa ex malis (n. 889).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 624[*b*], 684[*a*], 706[*a*].)

Falx.—Quoniam per "messem" significatur ultimus status ecclesiae, praecedens ultimum judicium, per "falcem acutam" significatur Divinum Verum exquisite explorans et separans (n. 908; *conf.* n. 272, 849, 911[*a,b*], 912, 914, 917, 918).

Fama.—Quod Verbum duraturum sit in aeternum, significatur (*Deutr.* xxxiii. 25) per "Sicut dies fama tua" (n. 438).

(*Vide Esai.* xxiii. 5, n. 406[*c*]; *Jerem.* vi. 24, n. 721[*c*].)

Famelicus.—(*Vide* ***Esurire.***)
"Panem dare famelico" (*Ezech.* xviii. 16) significat ex bono charitatis instruere illos qui desiderant vera (n. 195[*c*]).
"Famelici" qui cessarunt (1 *Sam.* ii. 5), sunt qui desiderant vera et bona ecclesiae (n. 257, 386[*d*]).
Per "frangere famelico panem" (*Esai.* lviii. 7) significatur ex amore bonum facere proximo qui desiderat bonum (n. 295[*c*]).
"Et facit ibi habitare famelicos" (*Ps.* cvii. 36), significat pro illis qui desiderant vera; hi per "famelicos" et "esurientes" in Verbo intelliguntur (n. 730[*c*]).
Per "somniantem famelicum quasi comedentem" (*Esai.* xxix. 8), significatur opinio et fides erronea de bono; "somniare" significat opinionem et fidem erroneam, "famelicus" et "quasi comedens" significat quasi desiderium ad bonum quo nutriendus (n. 750[*e*]).

Fames.—"Fames" est defectus cognitionum veri et boni (n. 131[*b*], 315[*b*], 386[*c*]): est defectus verorum (n. 175[*b*]).
"Fames" (*Jerem.* xiv. 12) est deprivatio boni per mala (n. 386[*b*]).

"Dies famis" significat statum tentationum (n. 386[*d*]).
"Qui ad famem, ad famem" (*Jerem.* xv. 2), significat quod qui rejiciunt vera pereant per falsa (n. 811[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 131[*b*], 175[*b*], 315[*b,c*], 386[*a–d*], 387, 388[*d*], 400[*c*], 540[*a*], 652[*a*], 654[*c*], 734[*e*], 811[*b*], 863[*a*], 1125.)

Familiae.—(*Vide* ***Paterfamilias.***)
Per "familias" (*Gen.* xii. 3; *Sach.* xii. 12) significantur vera ecclesiae (n. 340[*d*]; *conf.* n. 355[*e*], 555[*b*]).
"Familiae terrae" significant illos qui in veris ex bono sunt (n. 340[*d*]; *conf.* n. 654[*e*]).

Farina.—(*Vide* ***Simila.***)
Quod "simila" significet verum ex bono spirituali, est quia illa fit ex tritico, per quod significatur bonum spirituale; per "farinam" autem ex hordeo significatur verum ex origine naturali, "hordeum" enim significat bonum naturale (n. 1153; *conf.* n. 1182).
Per "farinam" in pulmentum immissam, ex qua sanatum est (2 *Reg.* iv. 41), significatur verum ex bono; verum enim quod ex bono dissipat falsa, ex quibus falsificatio (n. 618).
Per "molere farinam" (*Esai.* xlvii. 2) intelligitur falsificare vera (n. 240[*b*]).

Fasciae.—"Fasciae" (*Luc.* ii. 12) significant vera prima quae sunt vera innocentiae, quae etiam sunt vera Divini Amoris (n. 706[*b*]).

Fasciculus.—Quod mali, secundum genera et species mali quod apud illos, colligendi sint et rejiciendi in infernum, intelligitur (*Matth.* xiii. 30) per "collectionem zizaniorum in fasciculos" (n. 426; *conf.* n. 911[*a*]).

Fastidire.—Vastatio ecclesiae describitur (*Ps.* xcv. 10) per "Fastidivi in generatione hac" (n. 633[*b*]).
Desertio et vastatio ecclesiae significatur (*Esai.* vii. 16) per quod "terra deseretur et fastidietur" (n. 617[*b*]; *conf.* n. 304[*e*]).
"Fastidivit urbes" (*Esai.* xxxiii. 8) significat quod respuant doctrinam (n. 280[*b*]).

Fastigium.—"Quoniam elatus est altitudine, et dedit fastigium inter implexa" (*Ezech.* xxxi. 10), significat quia gloriatus est ex intelligentia, et ex scientia quae est naturalis hominis; "dare fastigium" est se efferre (n. 388[*c*]).

Fastus.—Qui in fastu ex propria intelligentia fuerunt, et se confirmaverunt ex Verbo in talibus quae favent amoribus sui et mundi, occupant tractus et montes, et sibi faciunt ibi instar caeli, credentes quod caelum illis sit prae aliis; sed exacto tempore ejiciuntur locis suis (n. 448[*c*]).

Fatuus.—Per "quinque fatuas virgines" significantur illi ab ecclesia qui in fide sunt absque amore (n. 252[*b*]; *conf.* n. 250[*c*]).

Favilla.—Per "favillam fornacis" (*Exod.* ix. 10) significantur falsa cupiditatum (n. 962).

Favus.—(*Vide* ***Mel.***)
Dominus ostendit et confirmavit quod totum Humanum Ipsius usque ad ultima ejus glorificatum, hoc est, Divinum factum sit, per id quod comederit coram discipulis piscis assi partem et de favo apiario (*Luc.* xxiv. 42, 43): "piscis assus" significat verum boni naturalis et sensualis hominis, et "favus apiarius" bonum veri ejusdem (n. 619[*b*]).
Per "mel" (*Ps.* xix. 11 [*B. A.* 10]) significatur bonum naturale, per "stillationem favorum" verum naturale (n. 619[*b*]).

Fax.—Apparuit Abrahamo "furnus fumi et fax ignis" (*Gen.* xv. 17); et per "furnum fumi" significabatur densum falsum, et per "facem ignis"

dirum malum, in quibus futuri posteri ex Jacobo (n. 701[d]; *conf.* n. 401[f]).

(*Vide Sach.* xii. 6, n. 433[c]; *Exod.* xx. 15 [*B. A.* 18], n. 539[a].)

Febris.—Ubi varii generis morbi in Verbo nominantur, sicut "lepra," "febris," "anthrax," "haemorrhoides," et plures alii, hi omnes correspondent cupiditatibus oriundis ex amoribus malis, et inde significant illas (n. 962).

Fecunda.—Ubi Josephus dicitur "Filius fecundae" (*Gen.* xlix. 22), per "fecundam" significatur bonum spirituale, quod est bonum charitatis (n. 357[a]; *conf.* n. 448[b], 483[b]).

Fel.—Per "fel" (*Ps.* cxl. 10 [*B. A.* 9]) significatur verum falsificatum, quod in se est falsum (n. 455[b]).

"Convertere in fel judicium" (*Amos* vi. 12), significat in falsum vertere verum (n. 355[g]).

Quod dederint Domino "acetum felle mixtum" significabat quale Divini Veri ex Verbo erat apud gentem Judaicam, nempe commixtum falso mali, et sic prorsus falsificatum et adulteratum; quare id non voluit bibere (n. 519[a]).

Per "aquas fellis" (*Jerem.* viii. 14; ix. 14 [*B. A.* 15]) significatur falsum mali, mixtum cum veris et bonis Verbi (n. 519[a]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 519[b], 618, 714[c], 811[b].)

Femellae.—"Uxor" est affectio boni, ac "maritus" est intellectus veri; femellae et mares etiam nascuntur tales (n. 863[a]).

Femina.—(*Vide* ***Femellae, Mulier, Mas, Masculus.***)

Femina nata est ut sit affectio quae amoris, et vir natus ut sit intellectus; ita femina nata est ut sit bonum, omne enim bonum est affectionis quae amoris, ac vir ut sit verum, omne enim verum est intellectus (n. 1120; *conf.* n. 1121).

Dicitur, "Masculum et feminam creavit illos, et vocavit nomen illorum Homo" (*Gen.* v. 2); et per "masculum" intelligitur verum illius ecclesiae, et per "feminam" bonum ejus; ita quoque per "masculum" doctrina, et per "feminam" vita (n. 725[a]; *conf.* n. 555[c]): quod "masculum et feminam creaverit eos," significat quod reformaverit quoad verum et bonum; "masculus" est verum, et "femina" est bonum (n. 294[c]).

"Creavit Jehovah novum in terra, femina circumdabit virum" (*Jerem.* xxxi. 22), significat quod instauranda sit nova ecclesia, in qua verum conjungetur suae affectioni: "creare novum in terra" est instaurare novum illud, "femina" est ecclesia quoad affectionem veri, "vir" est verum, et "circumdare" est conjungi (n. 555[a]).

(*Vide Matth.* xxiv. 40, 41, n. 555[b].)

Femoralia.—"Femoralia ex lino," quae Aharoni fuerunt, significabant vera integentia (n. 1009; *conf.* n. 240[c], 951).

Femur.—"Femur" significat bonum amoris; et cum de Domino, Divinum Bonum Divini Amoris. Per "femur" Domini significatur Verbum quoad Divinum Bonum. Quod "femora" et "lumbi" significent amorem conjugialem, est quia ille amor est fundamentalis omnium amorum; ideo "femora" et "lumbi" significant bonum amoris (n. 1242; *conf.* n. 195[c], 355[g]).

"Uterus" seu "venter" significat amorem conjugialem spiritualem, et "femur" eundem naturalem (n. 618).

"Accingere gladium super femore" (*Ps.* xlv. 4), significat Divinum Verum pugnans ex Divino Bono (n. 298[b]; *conf.* n. 684[b]).

Per "femina" Domini (*Esai.* xi. 5) intelliguntur qui in amore in Ipsum sunt (n. 780[b]).

Per "femur" significatur conjunctio boni et veri; et per "luxationem ejus" (*Gen.* xxxii. 32), quod nulla conjunctio veri cum bono esset Jacobo et posteris ejus (n. 710[*b*]).

Per "revelare femur transiens flumina" (*Esai.* xlvii. 2) significatur adulterare bona per ratiocinia (n. 1182).

Fenestrae.—"Domus" et "fenestrae" (*Joel* ii. 9) significant illa quae sunt mentis; "domus" illud mentis quod vocatur voluntas, ubi bonum; et "fenestrae" illud mentis quod vocatur intellectus, ubi verum (n. 193[*a*]; *conf. Jerem.* ix. 20 [*B. A.* 21], n. 555[*b*]).

Per "fenestras" (*Esai.* lx. 8) significatur verum in luce (n. 282); et inde intellectuale (n. 406[*c*]).

Per "fenestras" (*Jerem.* ix. 20 [*B. A.* 21]) significantur cogitationes ex intellectu (n. 652[*d*]).

Per "aperire fenestras caeli et effundere benedictionem" (*Mal.* iii. 10), significatur Divinum influens ex quo intelligentia ac vita aeterna (n. 675[*c*]).

Per "vocem in fenestra" (*Zeph.* ii. 14) significatur praedicatio falsi (n. 650[*f*]).

Fera.—(*Vide* ***Animal, Bestia, Chajah.***)

In Verbo probe distinguitur inter "bestias" et "feras;" et per "bestias" significantur affectiones naturalis hominis quae sunt ejus voluntatis, et per "feras" affectiones naturalis hominis quae sunt ejus intellectus (n. 650[*b*]; *conf.* n. 388[*b*], 650[*a,g*], 1100[*b*]).

Vox ex qua ferae denominantur et vocantur, in lingua Hebraea, significat *vitam;* fera enim in illa lingua vocatur *chajah*, et *chajah* significat vitam. Dum "fera" in bono sensu nominatur in Verbo, potius vertendum et dicendum est *animal*, quod significat animam viventem. Cum in bono sensu dicitur "fera," tunc omnino exuenda est idea quae adhaeret voci *ferae* in lingua Latina; nam voci *ferae* in hac lingua adhaeret idea feri et ferocis (n. 388[*e*]; *conf.* n. 650[*b*]).

Animalia quae comedenda sunt, ut quoque animalia quae non comedenda, communi voce dicuntur "ferae;" et omnia animalia quae comedenda significant affectiones bonas, sunt enim mitia et utilia, proinde non fera et ferocia: etiam animalia quae sacrificabantur dicuntur "ferae" (n. 388[*e*]).

Per "feras" domesticas, quae utiles, significantur affectiones veri et boni (n. 388[*e*]).

Ubi dicitur, "Fera tua (coetus tuus) habitabunt in ea" (*Ps.* lxviii. 11 [*B. A.* 10]) ibi manifeste "fera" dicitur pro populo qui recipit influxum Divini Veri a Domino (n. 650[*a*]): per "feram" hic significantur illi qui in affectionibus veri et boni sunt, seu abstracte ipsae illae affectiones (n. 388[*e*]).

Per "feram agri" significantur affectiones naturalis hominis quae sunt ejus intellectus (n. 650[*b*], 730[*b*], 1100[*b*]).

Per "feras agrorum" in sensu spirituali intelliguntur gentes quae in bono vitae sunt (n. 650[*b*], 388[*e*]).

Per "feram agri" quae Dominum honorabit (*Esai.* xliii. 19), significantur qui modo ex memoria sciunt vera et bona (n. 518[*a*]).

Per "feram" malam in genere significantur mala vitae, seu cupiditates et inde falsitates oriundae ex amoribus sui et mundi, quae vastant omnia ecclesiae apud hominem (n. 388[*d*]).

Per "feram agri" in sensu opposito significantur cupiditates quae destruunt affectiones bonas (n. 388[*b–e*], 781[*d*]).

Per "feram arundinis" (*Ps.* lxviii. 31 [*B. A.* 30, *in margine*,]) significatur scientificum naturalis hominis pervertens bona et vera ecclesiae (n. 439); naturalis homo separatus a spirituali (n. 627[*b*]); quoniam naturalis homo separatus a spirituali fertur in falsa omnis generis, et nocet (n. 388[*c*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 304[*g*], 365[*c,e*], 386[*b*], 388[*a–f*], 400[*c*], 403[*b*], 405[*g*], 439, 518[*a*], 627[*b*], 650[*a–g*], 654[*i*], 701[*c,e*], 730[*c*], 734[*b*], 750[*g,h*], 783, 811[*b*], 1100[*b–d*].)

Ferire.—Per "ferire cornibus" significat per falsa destruere (n. 316[*c,d*]).
Per "foedus ferire" significatur conjungi (n. 388[*e*], 734[*b*], 1100[*b*]).

Fermentatio. }
Fermentatum. } —Per "fermentum" significatur falsum, et per "fermentatum" verum falsificatum (n. 329[*d*]).
Fermentum. } "Fermentum" significat falsum naturalis hominis (n. 619[*c*]).
Per "fermentationem" (*Hos.* vii. 4) significatur separatio (n. 540[*a*]).
Amor sui est amor mere corporeus, scaturiens ex ebullitione et fermentatione partium obsoletarum, et earum titillatione intus in corpore (n. 512).

Ferox.—"Ephraimus," per quem intelligitur intellectus Verbi, "inter fratres ferox" dicitur (*Hos.* xiii. 15), quando falsa animose defendit, ac pro illis contra vera pugnat (n. 730[*b*]).

Ferre.—Per "non posse ferre" (*Apoc.* ii. 2) significatur rejicere; nam quod homo non potest ferre, hoc rejicit (n. 99).
"Ferre sicut alis aquilarum, et adducere" (*Exod.* xix. 4), est in intelligentiam, quia in caelum et ejus lucem (n. 281[*b*]).
Per "ferre benedictionem" (*Ps.* xxiv. 5) significatur receptio Divini Veri; et per "ferre justitiam," receptio Divini Boni (n. 340[*b*]).
"Ferre fructum proventus" (*Ps.* cvii. 37), est facere vera spiritualia et recipere bona (n. 386[*d*]).

Ferrum. } —Per "ferrum" significatur verum naturale (n. 70).
Ferreus. } "Ferrum" est verum in ultimis (n. 650[*d*]).
Ultimum saeculum vocabant "Ferreum," quia tunc regnabat modo verum absque bono; et cum id regnat, tunc quoque regnat falsum (n. 70).
Per "ferrum" significatur verum in naturali homine; "virga ferrea" (*Apoc.* xii. 5) est potentia veri naturalis ex spirituali (n. 726).

"Ferrum" in sensu opposito est falsum (n. 386[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 70, 131[*b*], 176, 177, 237[*b*], 316[*b,c*], 365[*g*], 386[*b*], 391[*g*], 411[*b*], 438, 540[*b*], 557, 585[*b*], 587[*b*], 650[*d*], 726, 727[*b*], 1029[*b,c*], 1142, 1147.)

Festinare.—(*Vide Esai.* xlix. 17, n. 724[*d*]; cap. xvi. 5, n. 799[*b*].)

Festinum.—Per "velox" et "festinum" in Verbo significatur excitatum ab affectione et cupidine (n. 281[*b*]): "velox" et "festinum" significat quod fit ex cupiditate seu ex amore (n. 355[*e*]).

Festuca.—Per "festucam" (*Matth.* vii. 3–5) significatur exile falsum mali, ac per "trabem" magnum falsum mali (n. 746[*f*]).

Festum.—(*Vide* ***Cena, Convivium, Pascha.***)
Per festum Paschatis repraesentabatur glorificatio Humani Domini (n. 314[*c*]).
Primus status ecclesiae, cum adhuc in ignorantia est, significatur per incohationem Paschatis "in vespera, cum occidit sol" (*Deutr.* xvi, 6): per festum enim Paschatis significabatur celebratio Domini propter liberationem a damnatione, quae fit per regenerationem; et in supremo sensu recordatio glorificationis Humani Domini, quia inde liberatio (n. 401[*f*]).
Per "festum Tabernaculorum" significabatur implantatio boni per vera (n. 458[*b*]).
Per "ligare festum funibus usque ad cornua altaris" (*Ps.* cxviii. 27) significatur conjungere omnia cultus; "ligare funibus" est conjungere, "festum ad cornua altaris" sunt omnia cultus; "festum" et "altare" sunt cultus (n. 391[*e*]).
Per "sacrificia, mincham, suffitum, novilunia et stata festa" (*Esai.* i. 11–14), intelliguntur omnia cultus (n. 939; *conf.* n. 1061).

Fetus.—"Fetus" quem mulier paritura esset (*Apoc.* xii. 4), significat doctrinam ecclesiae (n. 722, 893).

Quod "raptus sit fetus ad Deum et thronum Ipsius" (*Apoc.* xii. 5) significat tutationem doctrinae a Domino, quia pro Nova Ecclesia (n. 728).

Quod "juvenca et ursus pascent, et una cubabunt fetus eorum" (*Esai.* xi. 7), significat potentiam et cupidinem naturalis hominis falsificandi vera Verbi, et quod illae non nociturae sint bono naturalis hominis et ejus affectioni (n. 781[*d*]).

Per "fructum ventris" et per "fructum terrae," per "frumentum," "mustum" et "oleum," per "fetum boum et arietum gregis" (*Deutr.* vii. 13), intelliguntur multiplicationes veri et fructificationes boni, ita benedictiones spirituales (n. 340[*c*]).

Fibrae.—Spiritualis mens se contrahit ad quodcunque malum ac falsum mali, sicut fibrilla corporis ad aculeum; nam fibrae corporis ad quemlibet tactum duriusculum se contrahunt (n. 739[*a*]).

Fictile.—(*Vide* ***Figulus.***)

Ficus.—"Ficus" significat naturalem hominem et ejus interiora (n. 109; *conf.* n. 403[*a*], 739[*b*]); hoc est, naturale apud hominem (n. 403[*a*]): significat naturalem hominem quoad bona et vera ibi (n. 815[*b*]); bonum naturale (n. 375[*e*(viii.)], 386[*e*]); bonum et verum naturale (n. 458[*b*]); verum naturale (n. 503[*a*]); bonum morale, quod est bonum caeleste et spirituale externum (n. 638[*c*]): ecclesiam quoad naturale bonum, in specie Ecclesiam Judaicam (n. 386[*e*]); externa ecclesiae (n. 638[*c*]); ecclesiam externam (n. 175[*b*]).

"Ficus" ut fructus significat bonum naturalis hominis; ac "folium" ejus, verum illius boni (n. 403[*c*], 109); "folium" ejus significat verum scientificum (n. 739[*b*]).

"Ficus" ut arbor, in opposito sensu, significat naturalem hominem quoad malum et falsum; "ficus ejus" ut fructus, malum naturalis illius hominis; et "folium ejus," falsum illius mali (n. 403[*d*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 109, 175[*b*], 374[*c*], 375[*e*(viii.)], 386[*e*], 388[*b*], 403[*a–e*], 458[*b*], 503[*a*], 556[*a*], 638[*c*], 650[*e*], 717[*c*], 724[*e*], 739[*b*], 815[*b*], 911[*c*], 918.)

Fidelis.—Dominus dicitur "Testis fidelis et verus" (*Apoc.* iii. 14), quia omne verum, et omne fidei, est ab Ipso (n. 228).

Per "testem in nubibus fidelem" (*Ps.* lxxxix. 38) significatur Verbum in sensu litterae (n. 401[*b*]).

Per profectiones filiorum Israelis in deserto repraesentabantur et inde significabantur tentationes fidelium (n. 581[*b*]).

Angeli primi caeli, qui in fide charitatis sunt, dicuntur fideles (n. 1074).

Fides.—Id proprie fides vocatur quod creditur absque visu intellectuali et perceptione num ita sit; quare possunt credere falsum aeque ac verum; at cum videtur et percipitur quod creditur, tunc non dicitur fides, sed apperceptio et perceptio; intellectus enim illustratus a Domino videt, et voluntas afficitur, et actus ex utroque sequitur (n. 445).

Sciendum est quod verum et fides in sua essentia unum sint, quia fides erit veri, ac verum erit fidei; quare antiqui non dixerunt fidem, sed pro fide verum; hodierni autem pro vero dicunt fidem: causa est, quia antiqui non aliud dixerunt esse credendum quam quod videbant verum esse, ita quod intellectu ceperunt; hodierni autem, quod credendum sit tametsi non vident, seu non intellectu capiunt. Angeli in superioribus caelis non quidem nominare volunt fidem; vident enim verum ex amore boni et ex luce veri, quae in illis est a Domino, et dicunt quod fatuum sit fidem habere alicui dicenti quod hoc aut illud credendum sit, et non intellectu capitur, nam hoc foret cogitare ita esse sive verum sit sive falsum; et credere falsum, damnosum est. Praeterea, quod creditur et

non videtur, nec intrat hominem altius quam in memoriam, quod ei non potest appropriari (n. 895).
Inde sequitur quod potius omittenda sit vox fidei, et loco ejus dicenda veritas: sed usque quod creditur et non videtur, hoc nominari potest fides, sed haec fides est modo scientia; ast ut primum homo fit spiritualis, quod fit dum internum ejus, quod communicat cum caelo, aperitur, tunc scientificum illud, quod vocatur fides, fit veritas, nam tunc ex luce e caelo videtur (n. 895).
Qui in ultimis caeli sunt, quia non vident et percipiunt, illi manent in norma in mundo a multis recepta, quod intellectus erit sub aliqua obedientia caeca fidei; sed usque instruuntur, ac instructi sciunt vera (n. 345).
Quod veritas loco fidei nominanda sit, est quia per veritates est omnis intelligentia et sapientia; per fidem autem, imprimis per fidem separatam, est omnis ignorantia, nempe in spiritualibus (n. 895).
In Vetere Testamento nullibi dicitur fides, sed loco ejus veritas (n. 813).
Voluntas est subjectum et receptaculum charitatis, sicut est subjectum et receptaculum boni; et intellectus est subjectum et receptaculum fidei, quia est subjectum et receptaculum veri: charitas enim omne suum trahit ex bono, et fides omne suum ex vero; quare etiam dicitur bonum charitatis, et verum fidei. Inde sequitur quod charitas et fides unum agant, sicut voluntas et intellectus, et quod qualis est charitas talis sit fides. Sed haec in mente naturali; in mente autem spirituali pro charitate est amor boni, et pro fide est perceptio veri (n. 790[*b*]).
Unusquisque in caelo, in quacunque societate sit, cogitat ex sua affectione. Affectio producit fidem, et talem fidem qualis affectio est; nam fides non aliud est quam cogitare quod ita sit in veritate (n. 790[*b*]).
Quod Dominus plures sanaverit secundum fidem eorum, erat causa quia primum et primarium ecclesiae instaurandae erat, ut crederent Dominum esse Deum omnipotentem, nam absque illa fide non aliqua ecclesia potuit instaurari; erat enim Dominus Deus caeli et Deus terrae, cum quo non datur aliqua conjunctio quam per agnitionem Divinitatis Ipsius, quae agnitio est fides. Externi homines solum ad cultum Divinum per externa quae animos percellunt, qualia sunt miracula, moveri poterant; ideo miraculosa fides erat prima fides apud illos apud quos Christiana Ecclesia instauranda erat; etiam illa fides est prima fides apud omnes in Christiano orbe hodie; quare miracula a Domino facta descripta sunt, et quoque praedicantur (n. 815[*b*]).
Fides historica omnino praecedet, antequam eadem fit salvifica (n. 815[*b*]): fides absque intellectu ejus est fides historica, quia ab alio: quae in se spectata est modo scientia (n. 895).
Fides salvifica non dari potest nisi praecedat fides historica, quae est cognitio rerum ecclesiae et caeli ab aliis; verbo, est scientia talium quae postea fidei erunt (n. 427[*a*]; *de qua fide videantur plura*, n. 232, 242[*b*], 250[*d*], 832).
Tunc fides historica apud hominem fit salvifica quando homo vera ex Verbo addiscit, et secundum illa vivit (n. 815[*b*]).
Fides salvifica est fides veri ex amore in Dominum (n. 815[*c*]).
Fides apud hominem est verum corde agnitum; nam nisi agnoscitur corde, non potest esse fides ejus (n. 813).
Fides spiritualis in sua essentia est agnitio veri quia visum est intellectu. Amor spiritualis est amor veri actu; amor veri actu est secundum visum veri intellectu: fides illius amoris non aliud est quam agnitio veri ex illo viso ac intellecto; haec itaque est fides spiritualis (n. 832).
Fides est agnitio, et ex agnitione intuitio; ac omnis intuitio ex agnitione sistit alium sibi praesentem. Fides sistit Dominum praesentem in homine secundum quale perceptionis de Ipso (n. 815[*b*]).
Si amor spiritualis est apud hominem, etiam vera sunt spiritualia, haec enim unum agunt cum ejus amore. Omnia vera in uno complexu,

quia creduntur, vocantur fides. Inde patet quod fides spiritualis in sua essentia sit charitas. Fides autem naturalis non procedit ex amore erga proximum seu charitate, quae est ipsum spirituale ex quo fides, sed ex amore quodam naturali, qui se refert vel ad amorem sui vel ad amorem mundi; et quicquid ex his amoribus procedit est naturale (n. 204[*a*]).

Maxime fallitur qui putat quod Dominus intret seu influat in solam fidem, seu in fidem separatam a charitate apud hominem; huic fidei nulla vita inest, est enim sicut spiritus pulmonicus absque cordis influxu, qui spiritus foret solum motus inanimatus; spiritus enim pulmonicus animatur per influxum cordis, ut notum est (n. 251): fides separata a charitate dicitur, et per id intelligitur fides separata a vita, nam charitas est vitae; quare cum fides inde separata est, illa non est in homine, sed est extra illum (n. 227: *de qua fide videantur etiam articuli*, n. 211, 239[*a*], 242[*a*], 427[*a*], 796, 797, 812).

Quales sunt conjunctionis modi, quos praecipue eruditi invenerunt, ut discordantia dogmatis fidei separatae appareret cum Verbo sicut concordans (n. 786, 787).

Maxime falleris si putas te credere in Deum, et non facis quae Dei sunt (n. 1099).

(*De fide a charitate separata videantur plura* s. v. **Draco, Hircus, Philisthaea.**)

(*Videantur articuli*, n. 136, 155, 204[*a*], 211, 227, 229, 232, 233, 237[*b*], 239[*a*], 242[*a–c*], 250[*d*], 251, 315[*c*], 349[*c*], 405[*i*], 427[*a*], 445, 737, 759, 769, 781[*b*], 786, 787, 789, 790[*b*], 795, 797, 798, 800, 802[*b*], 803[*a*], 805[*b*(vii.),*h*,*i*], 813, 815[*b*,*c*], 817[*c*], 832, 837, 842, 846, 847, 895, 988, 1099.)

Fiducia.—Fallacia est quod fiducia, quae vocatur fides salvans, capta absque intellectu, sit fiducia spiritualis; cum tamen fiducia absque intellectu est persuasio ex alio, aut ex confirmatione per loca Verbi hic et ibi sparsim collecta, et per ratiocinia ex naturali homine falso principio applicata. Talis fiducia caeca fides est (n. 781[*b*]).

Fiducia confirmat talia quae non vera sunt, ita quae non fidei erunt (n. 806; *conf.* n. 805[*j*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 355[*e*], 627[*b*], 710[*a*], 1133.)

Figulus. } —Ipse Dominus in Verbo, ex formatione hominis per vera, vocatur
Figulina. } Figulus (n. 177).
Fictilia. } Quod "vas figuli" seu "vas fictile" significet falsum, est quia figulus est qui format, et vas est quod formatur; quando homo id format est falsum, quando autem Dominus id apud hominem format est verum (n. 177; *conf.* n. 242[*d*], 727[*e*]).

Filia.—(*Vide* **Filius.**)

In spirituali sensu Verbi agitur solum de talibus quae sunt ecclesiae et caeli, et omnia ecclesiae et caeli se referunt ad bona quae amoris et vera quae fidei: inde est quod nomina consanguinitatum et affinitatum significent spiritualia quae se referunt ad nativitatem spiritualem, quae est regeneratio, et ad conjugium caeleste, quod est conjugium boni et veri. Illa quae ex hoc conjugio nascuntur sunt etiam bona et vera: inde est quod per "filias" in Verbo significentur bona, et per "filios" vera, utraque derivata ex bono quod significatur per "patrem," et ex vero quod significatur per "matrem" (n. 166).

"Filiae" sunt qui recipiunt bona (n. 294[*b*]).

Per "filias regum" significantur affectiones veri spirituales (n. 684[*b*]; *conf.* n. 195[*b*], 242[*e*], 298[*b*], 395[*c*], 863[*b*]).

"Filiae" in opposito sensu significant cupiditates falsi et mali (n. 617[*d*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 141[*b*], 166, 175[*b*], 176,

195[b], 236[b], 240[b], 357[a,c], 372[b], 395[c], 403[c], 412[f], 438, 448[a], 504[e], 518[a], 526[b], 532, 555[a,b], 586, 587[c], 617[e], 622[b], 624[b], 637[b], 650[c], 654[h,l], 655[a], 684[b], 687[b], 714[c,d], 721[c], 724[c,d,e], 730[c], 734[d], 811[b], 815[b], 850[a,c,d], 863[a,b], 911[b,c], 919, 922]b], 1175.)

Filius. } —(*Vide* ***Dominus.***)
Filius Dei. }
Filius hominis. } Quia conceptus a Jehovah, ideo Dominus in Verbo toties vocatur "Filius Dei," et Jehovah vocatur "Pater" Ipsius (n. 1069).

Humanum Domini est quod vocatur "Filius Dei" (n. 852[a,b]).
(*Videantur etiam articuli*, n. 200, 411[d], 815[d].)

Dominus quoad Divinum Verum intelligitur per "Filium hominis" (n. 850[d]).

Per "Filium hominis" (*Luc.* xii. 10) intelligitur Divinum Verum quale est in terris, ita Verbum quale est in sensu naturali; et per "Spiritum sanctum" intelligitur Dominus quoad Divinum Verum quale est in caelis, ita Verbum quale est in sensu spirituali (n. 778[b,c]).
(*Videantur etiam articuli*, n. 63, 77, 131[a], 146, 151, 200, 267, 272, 294[b], 297, 298[b], 331[a], 376[d], 455[a], 504[a], 655[b], 687[b], 695[c], 815[d], 851, 870.)

Per "Filium dilectum" intelligitur Dominus quoad Divinum Verum, qui inde etiam vocatur "Verbum:" quod "ejecerint Illum extra vineam et occiderint" (*Luc.* xx. 15), significat quod non modo Ipsum, sed etiam omne Divinum Verum quod ab Ipso (n. 315[d]; *conf.* n. 83, 594[d]).

(*Videantur etiam*, n. 183[e], 309, 349[b,d], 409[d], 411[d], 460, 617[b], 619[a], 684[b], 706[b], 805[h], 815[d], 850[a], 852[a,b], 899[b], 906, 907, 922[c].)

Filius.—(*Vide* ***Filia, Mas, Masculus.***)

Quoniam per "mulierem" significatur ecclesia, inde sequitur quod per "filios" et "filias," quia sunt partus, significentur vera et bona ecclesiae; per "filios" vera, et per "filias" bona ejus; verbo, quod per omnia nomina quae sunt conjugii, et inde procreationis in terra, significentur talia quae sunt conjugii boni et veri (n. 724[a]).

Equitatio Domini super pullo (seu filio) asinae significabat magnificentiam regiam (n. 31[b]; *conf.* n. 918).

Dominus glorificavit Humanum suum, hoc est, exuit humanum ex matre ac induit Humanum ex Patre, quod est Divinum Humanum. Inde est quod non filius Davidis esset; inde etiam est quod non filius Mariae, quam ideo non vocavit matrem suam (n. 205).

Per "filios Dei" (*Hiob.* xxxviii. 7) significantur Divina vera (n. 502[b]; *conf.* n. 815[d], 899[b]).

Per "filios adolescentiae" (*Ps.* cxxvii. 4) significantur vera Ecclesiae Antiquae, quae vera naturalia ex spirituali erant (n. 724[c]).

"Filii armenti" (*Jerem.* xxxi. 12) sunt vera naturalia (n. 374[b]).

"Filii deliciarum" dicuntur (*Mich.* i. 16), ex amore illorum et inde jucundis (n. 724[c]).

Per "sterilem quae non peperit," et per "desolatam" cui erunt multi filii (*Esai.* liv. 1), intelliguntur gentes, apud quas ecclesia a Domino instauranda erat (n. 721[a]); "filii desolatae" sunt vera quae accepturae (n. 223[c]).

Quod filius Jacobi, minimus natu, dictus sit "Benjamin," hoc est "filius dextrae," quia per "filium" significatur verum, et per "dextram" significatur potentia veri ex bono; et omnis potentia in spirituali mundo est vero quod ex bono in naturali homine, quod verum repraesentabatur per Benjamin (n. 449[a]).

"Filius fecundae juxta fontem" (*Gen.* xlix. 22) significat fructificationem a veris quae ex Verbo (n. 448[b], 483[b]).

"Filii filiorum" (*Ps.* cxxviii. 6) significant vera doctrinae ac multiplicationem eorum in aeternum (n. 365[*f*]).
"Filii gregis" (*Jerem.* xxxi. 12) significant vera spiritualia (n. 374[*b*]).
"Filii Hierosolymae" (*Joel* iv. [*B. A.* iii.] 6) sunt vera Verbi (n. 433[*c*]).
Per "filios hominis" (*Ps.* xlix. 3 [*B. A.* 2]) significantur vera spiritualia quae a Domino per Verbum, quae sunt doctrinalia (n. 724[*d*]; *conf.* n. 376[*d*]): "filii hominis" (*Ezech.* xxxi. 14), in opposito sensu, sunt qui in propria intelligentia (n. 654[*g*]). (*Videantur etiam articuli*, n. 63, 280[*b*], 458[*b*], 507, 684[*b*], 741[*d*], 750[*e*], 768[*d*], 840.)
Per filios Israelis repraesentabatur regnum Domini spirituale (n. 433[*b*]: per vagationem eorum in deserto repraesentatus est omnis status tentationum in quem veniunt illi qui regenerantur (n. 730[*d*]). (*Videantur etiam articuli*, n. 405[*c*], 569[*c*], 654[*e,h*], 700[*c*], 1145.)
Per "filios Jacobi et Josephi" (*Ps.* lxxvii. 16 [*B. A.* 15]) intelliguntur illi qui in bono vitae secundum religiosum suum sunt; per "Jacobum" in Verbo intelligitur ecclesia externa, quae est apud illos qui in bono vitae sunt; et per "Josephum" hic intelliguntur Menascheh et Ephraim, per quos intelliguntur qui quoad externum hominem in bono et vero sunt, ita quoad vitam (n. 448[*c*]).
"Filii Jehudae" (*Joel* iv. [*B. A.* iii.] 6) sunt bona Verbi (n. 433[*c*]).
Per "filium Jonae" significatur verum ex bono (n. 443[*a*]; *conf.* n. 411[*d*]).
Per "filios Levi" (*Mal.* iii. 3) intelliguntur omnes qui in bono charitatis et inde in bono fidei sunt (n. 444[*b*]).
"Filii lucis" (*Joh.* xii. 36) sunt qui in veris (n. 724[*e*]).
"Filii maritatae" (*Esai.* liv. 3) sunt vera apud illos qui in ecclesia (n. 223[*c*], 721[*a*]).
Per "filium masculum" (*Apoc.* xii. 5) significatur doctrina veri quae pro nova ecclesia quae "Nova Hierosolyma" vocatur (n. 707, 724[*a–e*], 725[*a*]).
"Filii nuptiarum" (*Marc.* ii. 19) sunt qui in conjugio veri et boni a Domino (n. 724[*e*]).
"Filius olei" (*Esai.* v. 1) est verum ex bono (n. 375[*e*(viii.)], 401[*c*], 918, 922[*c*]).
Per "filios orientis" in Verbo significantur cognitiones boni et veri (n. 422[*d*]; *conf.* n. 654[*f*]).
Qui receperunt illa quae Domini sunt, seu quae pacis, intelliguntur (*Luc.* x. 6) per "filios pacis" (n. 365[*b*]).
"Pater in caelis" (*Matth.* v. 45) est Divinum procedens; omnes qui recipiunt illud dicuntur "filii Patris" (n. 644[*c*]).
"Filii patris" (*Gen.* xlix. 8) sunt omnia vera ecclesiae (n. 433[*a*]).
Quoniam "filii" significant vera, ideo semina quae ceciderunt in bonam terram vocantur a Domino "Filii regni" (n. 724[*e*]): "filii regni" autem, qui "ejicientur in tenebras exteriores" (*Matth.* viii. 12), sunt qui ab ecclesia ubi non vera sed falsa regnant (n. 48). (*Videantur etiam articuli*, n. 373, 683, 911[*a*].)
"Quomodo dicitis ad Pharaonem, Filius sapientum ego, filius regum antiquitatis!" (*Esai.* xix. 11,) significat quod sapientia et intelligentia naturalis hominis ex spirituali perierit (n. 654[*h*]; *conf.* n. 844).
Per "filios tonitrui" (*Marc.* iii. 17) significantur vera ex bono caelesti (n. 821[*b*]).
Per "filios viri" (*Ps.* xlix. 3 [*B. A.* 2]) significantur vera rationalia et naturalia, quae sunt ex intellectu, ita intellectus Verbi (n. 724[*d*]).
Per "filios Zionis" (*Joel* ii. 23) significantur illi qui in genuinis veris sunt, per quae illis bonum amoris (n. 644[*c*]; *conf.* n. 650[*e*], 850[*d*], 922[*c*]).
Per "filios corvi" (*Ps.* cxlvii. 9) significantur naturales homines, qui in tenebricoso lumine ex fallaciis sunt de veris Divinis (n. 650[*b*]).

Per "filios" in opposito sensu significantur falsa (n. 166).
"Filii Graecorum" (*Joel* iv. [*B. A.* iii.] 6) sunt falsa (n. 433[*c*]).

"Filii Aschuris" (*Ezech.* xxiii. 9) sunt ratiocinationes contra vera et bona (n. 654[*l*]).
"Filii Babelis" (*Ezech.* xxiii. 17) sunt falsa mali ex amore sui (n. 654[*l*]).
Per "filios Ammonis" significantur qui in bono naturali sunt et qui falsificant vera ecclesiae (n. 637[*b*]).
Per "filios alienigenae" (*Ps.* cxliv. 11) intelliguntur falsa (n. 724[*c*]; *conf.* n. 376[*c*]).
"Zizania sunt filii illius mali" (*Matth.* xiii. 38), significat falsa apud illos qui in malo sunt (n. 911[*a*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae, plurima in parte explicata, videantur*, n. 48, 63, 166, 175, 195[*b*], 205, 223[*c*], 240[*b*], 242[*d*], 275[*b*], 279[*a*], 280[*b*], 282, 294[*b*], 315[*b*], 316[*a*], 340[*b,c*], 357[*a,b*], 365[*b,d*], 373, 374[*b*], 375[*e*(viii.)], 376[*d*], 401[*c,h*], 403[*c*], 405[*c*], 409[*d*], 411[*d,e*], 412[*f*], 422[*d*], 433[*a–c*], 438, 443[*a*], 444[*b*], 448[*b,c*], 449[*a*], 458[*b*], 502[*b*], 504[*e*], 507, 532, 555[*b,d*], 569[*c*], 586, 617[*e*], 622[*b*], 624[*b*], 627[*b*], 637[*b*], 644[*c*], 650[*b,e*], 652[*d*], 654[*e–h,l*], 659[*d*], 683, 684[*b*], 700[*c*], 707, 710[*a–c*], 721[*a*], 724[*a-e*], 725[*a*], 730[*d*], 741[*d*], 750[*e*], 768[*c,d*], 799[*b*], 811[*b*], 815[*b,d*], 821, 840, 844, 849, 850[*c,d*], 899[*b*], 906, 908, 911[*a*], 918, 922[*c*], 1082, 1100[*c*], 1133, 1145, 1189.)

Filum.—Solenne fuit antiquis temporibus, cum significativa in usu fuerunt, alligare filum coccineum in rei memoriam seu recordationem (n. 1042).
"Filum hyacinthini" (*Num.* xv. 38) manifeste est pro recordatione praeceptorum Jehovae (n. 576).

Fimbriae.—Per "fimbrias," cum de Domino, significatur Divinum Ipsius Verum in ultimis (n. 220[*a*]): ideo illi qui tetigerunt fimbriam vestimenti Ipsius (*Matth.* ix. 21) sanati sunt (n. 195[*c*], 815[*b*]).

(*Videantur etiam articuli*. n. 253[*a*], 285, 1042.)

Finis.—"Finis terrae" significat ultima ecclesiae (n. 644[*c*], 1133): "fines" (*Ps.* lxv. 8 [*B. A.* 7]) sunt ultima caeli et ecclesiae (n. 706[*d*]).
"A fine terrae usque ad finem terrae" (*Jerem.* xii. 12), significat omnia ecclesiae (n. 374[*b*], 730[*b*]).
"Tempus finis" (*Dan.* xi. 40) significat tempus ultimum ecclesiae, quando non verum quia non bonum (n. 514[*c*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae plura videantur explicata*, n. 294[*b*], 304[*c–f*], 313[*b*], 406[*d*], 612, 659[*e*], 677, 768[*c*], 850[*a*], 946.)

Finis, causae mediae, et effectus, vocantur etiam finis principalis, fines intermedii, et finis ultimus: hi vocantur fines quia finis principalis producit illos, et est omne in illis, et est esse illorum, et anima illorum. Finis principalis est amor voluntatis hominis, fines intermedii sunt amores subordinati, et finis ultimus est amor voluntatis existens sicut in sua effigie. Quia finis principalis est amor voluntatis, sequitur quod fines intermedii, quia sunt amores subordinati, praevideantur, provideantur et producantur per intellectum, et quod finis ultimus sit usus ab amore voluntatis per intellectum praevisus, provisus et productus; omne enim quod amor producit est usus (n. 1186).
Quod spirituale per influxum sistat sibi correspondens in naturali, est ut finis fiat causa, et causa fiat effectus, et sic quod finis per causam in effectu sistat se visibilem et sensibilem (n. 1082).
Hoc trinum, nempe finis, causa, et effectus, in unoquovis caelo ex creatione datur; finis est bonum amoris, causa est verum ex illo bono, et effectus est usus (n. 1082).
Fines sunt in regno caelesti, causae in regno spirituali, et effectus in mundo naturali (n. 1083).
Quoniam omnia media sapiunt ex fine, et in essentia sua sunt talia quales sunt fines, ideo etiam vocantur fines intermedii (n. 182).

Firmare.—Per "firmare columnas terrae" (*Ps.* lxxv. 4) significatur suffulcire veris super quibus ecclesia fundatur (n. 219).

Per "firmare clavos" (*Esai.* liv. 2) significatur confirmatio ex Verbo (n. 600[*b*], 799[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 253[*a*], 405[*b*], 518[*c*], 741[*c*].)

Fissura.—Per "intrare in scissuras petrarum et fissuras pulveris" (*Esai.* ii. 21) significatur damnatio illorum qui in malis et falsis ex amoribus sui et mundi, et ex fastu propriae intelligentiae sunt; inferna enim eorum apparent ut speluncae in petris, ac aditus in illa ut scissurae petrarum et fissurae rupium (n. 410[*b*]; *conf.* n. 411[*f*]).

(*Vide Ezech.* xxvii. 9, n. 514[*a*], 1170.)

Fistula.—Apud *Esaiam* (cap. v. 12), per "citharam, nablium, tympanum, fistulam, et vinum," in opposito sensu, significantur exultationes et gloriationes ex falsis mali (n. 323[*c*]).

Flagellare.—Per "flagellare" (*Matth.* xxiii. 34) significatur pervertere (n. 655[*b*]).

Flagrare.—Ex correspondentia ignis et amoris est, quod in communi sermone dicatur incalescere, incendi, flagrare, effervescere, ignescere, et similia, cum loquela est de affectionibus quae amoris (n. 504[*b*]).

Flamma. } —(*Vide* ***Ignis.***)
Flammans. } Quod "flamma" sit verum ex bono intimi caeli, et "lux" verum ex bono medii caeli; ex causa quia lux in intimo caelo apparet flammea, et in medio candida (n. 68).

Per "flammam" significatur bonum amoris spiritualis (n. 504[*a*]).

"Ignis flammans" significat bonum amoris et inde verum (n. 419[*d*]).

Per "flammam" in opposito sensu significatur amor mundi (n. 504[*e*]).

Per "flammam" significatur fastus propriae intelligentiae (n. 730[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae plura videantur explicata*, n. 131[*b*], 152, 277[*a*], 403[*e*], 412[*f*], 455[*b*], 811[*b*], 850[*c*], 955.)

Flare. } —Per "flatum," "spiritum" et "halitum narium" Jehovae intelligitur
Flatus. } Divinum procedens, per quod disperguntur et dejiciuntur mali, dum intense et fortiter influit (n. 419[*c*]; *conf.* n. 578).

(*Videatur Apoc.* vii. 1, n. 419[*a*].)

Flere. } —Per "flere" significatur dolere (n. 306).
Deflere. } "Deflere" significat luctum propter falsa, et "plangere" propter
Fletus. } mala (n. 1129).
Plangere. } "Flere" est ex dolore animae, ac "lugere" ex dolore cordis (n. 1164).

(*Videantur etiam articuli*, n. 308, 376[*c*], 405[*h*], 483[*a*], 484, 637[*b*], 1138, 1175.)

Florere.—(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 288[*b*], 403[*b*], 458[*b*], 741[*d*].)

Flos.—Per "flores," in templo sculptas, in supremo sensu significatur Divina intelligentia Domini; in sensu autem interno per "flores" significatur bonum spirituale naturale (n. 458[*a*]).

"Flos agri" est spirituale verum (n. 507).

"Flos" significat implantationem (n. 828).

(*Dicta Scripturae Sacrae plura videantur explicata*, n. 376[*f*], 1029[*b*], 1100[*b*].)

Fluctus.—Per "fluctus" qui tumultuantur (*Jerem.* xxxi. 35), significantur communia veri in naturali homine, et scientifica (n. 275[*b*]).

Per "ventum procellae" et inde "fluctus elevatos maris" (*Ps.* cvii. 25, 29) significantur tentationes; quoniam tentationes spirituales, fiunt per irrup-

tionem falsorum in cogitationes, ex quibus conscientiae morsus, ac mentis et animi dolores; illae significantur per "Constitit ventus procellae, et in altum sustulit fluctus ejus;" liberatio ab illis significatur per quod "subsistere fecerit procellam ut silerent fluctus" (n. 419[f]).

Per "fluctus maris" (*Sach.* x. 11) significantur ratiocinationes ex falsis contra vera (n. 538[a]).

Per "tumultum marium et tumultum fluctuum" (*Ps.* lxv. 6 [*B. A.* 7]) intelliguntur disceptationes et ratiocinationes illorum qui infra caelos sunt, ac naturales et sensuales (n. 706[d]).

Per "fluctus" quos attollit (*Ps.* lxxxix. 10) significantur falsa (n. 275[a]; *conf. Jerem.* li. 42, n. 275[b]).

Fluenta.—Per "effundere fluenta super aridam" (*Esai.* xliv. 3) significat dare intelligentiam illis qui in desiderio veri ex bono sunt (n. 518[a]).

Fluere.—Per "Fluunt aquae" (*Ps.* cxlvii. 18) significatur receptio veri (n. 419[d]).

Per quod "colles fluent lacte" (*Joel* iv. [*B. A.* iii.] 18) intelligitur quod ex bono charitatis erga proximum vita spiritualis; et per quod "omnes vivi Jehudae fluent aquis," intelligitur quod ex singulis Verbi vera (n. 376[b], 405[b]).

Quod inde intelligentia spiritualis, significatur (*Joh.* vii. 37, 38) per quod "flumina e ventre fluent aquae viventis" (n. 518[d]; *conf.* n. 71, 183[d], 622[a], 815[c]).

Flumen.—(*Vide* ***Fluenta, Fluvius, Diluvium, Inundatio.***)

"Fluvii" (*Esai.* xxxiii. 21) significant sapientiam, "flumen" intelligentiam (n. 514[c]).

Per "flumina" ter nominata (*Ps.* xciii. 3) significantur omnia quae sunt intelligentiae hominis in interno homine, et omnia quae in externo (n. 518[c]).

Per "venire ad Dominum et bibere" (*Joh.* vii. 37, 38) significatur ab Ipso recipere vera doctrinae et eorum fidem; quod inde intelligentia spiritualis, significatur per quod "flumina e ventre ejus fluent aquae viventis;" "aqua vivens" est Divinum Verum quod unice est a Domino; "flumina" sunt illa quae intelligentiae, et "venter" significat cogitationem ex memoria (n. 518[d]).

Quoniam omnes tentationes spirituales fiunt per falsa quae irrumpunt in cogitationes, et infestant mentem interiorem, ita per ratiocinia ex illis, inde etiam tentationes per "aquarum inundationes," et per "fluminum et torrentium irruptiones" significantur (n. 518[e]).

Per "flumen inundans" (*Jerem.* xlvii. 2) significatur vastatio (n. 223[b]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 223[b], 240[b], 275[a], 304[c,d], 326[c], 329[f], 336[b], 365[g], 372[b], 513[a], 514[c], 518[c–e], 538[a,b], 569[a,b], 619[b], 622[a], 627[b], 644[d], 654[h], 741[b], 763, 764, 815[c], 1057, 1159, 1182.)

Fluvius.—(*Vide* ***Fluenta, Flumen, Diluvium, Ductus, Rivus.***)

"Fluvii" significant intellectum veri, tum intelligentiam, quia "aquae" significant vera, ac intellectus est receptaculum et complexus veritatum, sicut fluvius est aquarum; et quia cogitatio ex intellectu, quae est intelligentia, est sicut flumen veri (n. 518[a]).

Ubi vocatur Zion et Hierosolyma "locus fluviorum, fluminis, et latitudinis spatiorum" (*Esai.* xxxiii. 21), "fluvii" significant sapientiam, "flumen" intelligentiam, "latitudo spatiorum" vera ex bono in multitudine et extensione (n. 514[c]).

"Fluvius ex Edene" (*Gen.* ii. 10) significat sapientiam ex amore (n. 518[b]).

"Fluvius Aegypti" seu Nilus, ac "fluvius Assyriae" seu Euphrates, significabant terminationes ecclesiae, et quoque introductiones in ecclesiam. Per "fluvium Aegypti" significantur cognitiones et scientiae, quae in ec-

clesiam introducunt; nam absque cognitionibus et scientiis non potest aliquis introduci, nec potest percipere illa quae ecclesiae sunt: "fluvius" autem "Assyriae" significabat rationale, quia homo per rationale introducitur in ecclesiam: per "flumen Jordanem" significabatur introitus in ecclesiam internam seu spiritualem (*de quibus plura*, n. 569[*a*]; *conf.* n. 577[*b*], 627[*b*], 995).

Per "fluvios" in opposito sensu significantur ratiocinationes ex falsis contra vera (n. 504[*e*]).

Dicta "Meus est fluvius, et ego feci me" (*Ezech.* xxix. 9) involvunt fastum propriae intelligentiae; per "fluvium" hic significatur propria intelligentia (n. 654[*i*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 253[*a*], 275[*a*], 304[*d*], 365[*d*], 374[*c*], 388[*c*], 405[*d,h*], 406[*d*], 410[*c*], 411[*f*], 455[*b*], 483[*a,b*], 504[*e*], 514[*c*], 518[*a,b,d,e*], 522, 538[*a*], 569[*b,c*], 577[*a*], 627[*b*], 650[*e*], 654[*c,i*], 714[*c*], 730[*b,c*], 750[*h*], 995, 1000, 1100[*c*].)

Fluxus.—"Affectus fluxu" (*Levit.* xv. 4, 5) significat illos qui in naturali amore sunt separato a spirituali (n. 163).

Focus.—Ex nota significatione "ignis," in utroque sensu, videri potest quid etiam in Verbo significatur per "flammam," "ardorem," "ustionem," "focum," et plura (n. 504[*e*]).

"Cui focus in Zione" dicitur (*Esai.* xxxi. 9), quia per "Zionem" significatur ecclesia in qua amor caelestis; "et clibanus in Hierosolyma," quia per "Hierosolymam" significatur ecclesia in qua verum doctrinae: amor caelestis est respective "focus," et verum doctrinae sicut "clibanus," in quo parantur panes (n. 504[*a*]; *conf.* n. 540[*b*]).

Discipuli dicebant quod "tota nocte laboraverint et nihil acceperint" (*Joh.* xxi. 3, 5), per quod significabatur quod a semet seu proprio nihil, sed a Domino omnia: simile etiam significabatur per "focum" super quo pisciculus, et per "panem" (vers. 9); per "panem" enim significabatur Dominus, et bonum amoris ab Ipso; et per "pisciculum super focum," cognitio veri ex bono, per "pisciculum" cognitio veri, per "focum" seu "ignem" bonum. Eo tempore non erant aliqui spirituales homines, quia ecclesia prorsus vastata fuit, sed omnes naturales; horum reformatio repraesentabatur per piscaturam illam, et quoque per piscem super foco (n. 513[*c*]).

Ubi dicitur, "Ad accipiendum ignem de foco, aut ad hauriendum aquas e fovea" (*Esai.* xxx. 14), "focus" significat Verbum quoad bonum, "fovea" Verbum quoad verum (n. 177).

(*Vide Esai.* l. 11, n. 504[*c*]; cap. xxxi. 9, n. 850[*c*].)

Fodere.—(*Vide* ***Effodere.***)

Quod vinitor dixerit, "ut ficus adhuc relinqueretur et foderetur circum illam" (*Luc.* xiii. 6–9), significat quod gens Judaica relinquetur, et quod instruentur posthac a Christianis, in quorum medio erunt (n. 403[*e*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae plura videantur explicata*, n. 537[*a,b*], 727[*a*], 922[*c*].)

Foedus.—"Foedus" est conjunctio (n. 242[*d*], 279[*a*], 329[*b*], 357[*b*], 365[*d*], 391[*e*], 433[*d*], 535, 695[*b*], 700[*a*], 701[*a*], 1100[*b*]).

Per "foedus" significatur conjunctio cum Domino per receptionem Divini Veri intellectu et voluntate, seu corde et anima, hoc est, amore et fide; et conjunctio illa fit reciproce (n. 701[*a*]).

Quod Ipse Dominus dicatur "foedus," quia conjunctio fit ab Ipso cum Ipso per Divinum quod procedit ab Ipso (n. 701[*b*]).

Quod Divinum procedens, quod est Divinium Verum, ita Verbum, sit foedus, quia illud conjungit (n. 701[*b*]).

Arcus in nube, seu iris, dicitur "signum foederis" (*Gen.* ix. 13), quia per

"arcum in nube" significatur Divinum Verum spirituale translucens per Divinum Verum naturale, et per illud erat praesentia et conjunctio Domini, quae est foedus (n. 595).
De foedere quod Dominus pepigit cum Abrahamo, Isaco et Jacobo (n. 701[*d*], 569[*b*]).
De foedere circumcisionis (n. 701[*d*], 750[*b*]).
Quod praecepta, judicia, statuta, filiis Israelis mandata, fuerint illis foedus, quia per illa fuit tunc conjunctio cum Domino (n. 701[*d*]).
Quod quicquid conjungit, dictum sit foedus; ut Sabbatum (n. 701[*e*]).
Quod Verbum dicatur foedus; illud Verbum quod fuit ante adventum Domini "vetus foedus," et quod post adventum Ipsius "novum foedus (n. 392[*d*]; *conf.* n. 701[*c*]).
Tabulae, quibus Lex inscripta fuit, vocantur "tabulae foederis" (n. 701[*c*]); et arca, in qua tabulae illae repositae fuerunt, dicta est "arca foederis" (n. 701[*b*]).
Dominus dicitur "Angelus foederis," ex Divino Vero (n. 701[*b*]).
Per "foedus diei et noctis" (*Jerem.* xxxiii. 20) intelliguntur omnia statuta ecclesiae filiis Israelis praescripta in Verbo; quod illa dicantur "foedus diei et noctis," est quia illa sunt pro caelo et quoque pro ecclesia; pro caelo sunt spiritualia quae repraesentantur et significantur, et pro ecclesia sunt naturalia quae repraesentant et significant (n. 528).
Vetus foedus fuit conjunctio per tale Divinum Verum quale continetur in Libris Mosis, in quibus tamen intus latuit Divinum Verum quale est in caelo, quod est internum et spirituale: hoc Divinum Verum apertum est a Domino cum fuit in mundo; et quia per id solum est conjunctio Domini cum hominibus, ideo id intelligitur per "novum foedus," et quoque id intelligitur per "sanguinem" Ipsius, qui inde vocatur "sanguis novi foederis" (n. 701[*c*]).
Per "foedus Levi" (*Mal.* ii. 4) intelligitur conjunctio cum Domino per amorem et charitatem; quae conjunctio dicitur "foedus vitae et pacis" (n. 444[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 242[*d*], 279[*a*], 280[*b*], 304[*d*], 329[*b,d*], 340[*c*], 357[*b*], 365[*d,e*], 388[*e*], 391[*e*], 392[*d*], 433[*d*], 444[*b*], 527, 535, 537[*b*], 569[*b*], 595, 650[*e*], 684[*c*], 695[*b*], 696[*c*], 700[*a*], 700[*g*], 701[*a–e*], 706[*d*], 730[*c*], 734[*b*], 768[*d*], 811[*d*], 1100[*b*].)

Foedus.—"Res foeda," quam Israelitae fecerunt (*Jerem.* xviii. 13), est quod bona ecclesiae verterint in mala, et vera ecclesiae in falsa, et ex his et illis coluerint Jehovam (n. 411[*f*]; *conf. Hos.* vi. 10, n. 811[*d*]).

Folium.—Illa quae sunt super arboribus, ut folia et fructus, significant talia quae apud hominem,—"folia," vera apud illum (n. 109).
"Frondes" et "folia" significant illa quae sunt cognitionum veri et boni, ac "fructus" ipsa bona vitae. In mundo spirituali apparent arbores omnis generis; arbores solum foliaceae et absque fructibus correspondent illis qui modo in cognitionibus veri sunt: inde patet quid significatur per quod ficus arefacta sit quia Dominus in ea solum folia invenit, et non fructus (n. 109): per "ficum" non intelligitur ficus, sed ecclesia quoad naturale bonum, in specie Ecclesia Judaica; per "folia" in ea significantur vera ex sensu litterae Verbi (n. 386[*e*]).
"Erit folium viride" (*Jerem.* xvii. 8) significat scientifica viventia ex veris; "folium" significat scientificum, ac "viride" vivens ex veris (n. 481).
Per "folium ficus" in opposito sensu significatur falsum mali hominis naturalis (n. 403[*d*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 403[*c,e*], 638[*b*], 918, 1100[*b*].)

Fons.—(*Vide* ***Scaturigo.***)
Per "fontem Jacobi" intelligitur Verbum, ita quoque Dominus quoad Verbum (n. 483[*b*]; *conf.* n. 376[*c*]).

"Scaturigo" seu "fons" est Verbum, et quoque doctrina ex Verbo (n. 386[d]).
"Scaturigo" (*Hos.* xiii. 15) est doctrina, et "fons" est Verbum (n. 730[b]).
"Fontes in medio vallium" (*Esai.* xli. 18) significant intelligentiam ex veris naturalibus (n. 730[c]; *conf.* n. 483[a]).
"Ponere fontes" (*Esai.* xli. 18) est instruere in veris (n. 483[a]).
"Fontes" in opposito sensu significant doctrinam falsorum ac falsa doctrinae (n. 483[b]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 177, 239[b], 326[b], 329[f], 340[a], 357[a], 374[c], 376[c], 386[d], 405[c,d], 433[c], 439, 448[a], 483[a,b], 518[a], 522, 537[b], 730[b,c], 876, 969, 1100[c].)

Foramina.—Quod interna quae insunt externis Verbi, ecclesiae et cultus, non visa sint, nec videri potuerint, genti Judaicae et Israeliticae, repraesentabatur et significabatur (*Exod.* xxxiii. 18–23) per quod Moses positus fuerit in foramine petrae, et per obtectionem manus usque dum praeteriverit Jehovah (n. 412[c]).
Qui "ex foraminibus petrarum" (*Jerem.* xvi. 16), sunt qui in obscuris veri (n. 405[c]).
Per "Euphratem" (*Jerem.* xiii. 4–7) significatur omne ecclesiae quoad bonum, ibi quoad malum; et per "petram," omne ecclesiae quoad verum, ibi quoad falsum, nam dicitur "foramen petrae" (n. 410[c]; *conf.* n. 569[c]).
Per "foramen viperae," et "speluncam basilisci" (*Esai.* xi. 8) intelliguntur inferna in quibus dolosi et astuti spiritus sunt; apparent etiam introitus ad illa sicut furva foramina, ac intus sicut speluncae (n. 581[a]; *conf.* n. 314[b], 410[c]).

Forceps.—"Fabricare ferrum forcipe et operari carbone" (*Esai.* xliv. 12) significat excudere falsa faventia amoribus propriis (n. 587[b]).

Fores.—Per "fores" Templi, super quibus erant cherubi, significatur aditus seu introitus ad caelum et ad ecclesiam (n. 277[b], 458[a]): cherubi enim, ut et fores et postes ad adytum Templi, significabant custodiam, ne aditus sit ad Dominum nisi quam per bonum amoris (n. 638[b]).

Foris.—"Foris orbabit gladius, et ex conclavibus terror" (*Deutr.* xxxii. 25), significat quod falsum et malum, quae ab interno, devastabunt et naturalem et rationalem hominem (n. 863[a]).

Forma.—"Non facietis vobis formam ullius animalis in terra, nec formam ullius avis alatae quae volat versus caelum" (*Deutr.* iv. 17), significat quod sapientia et intelligentia non comparandae sint ex homine, seu ex proprio ejus (n. 282).
"Forma" (*Thren.* iv. 8) significat quale veri (n. 372[b]).
Domus Jehudae et Israelis vocatur "olea virens pulchra fructu formae" (*Jerem.* xi. 16), quia per "oleam" et ejus fructum significatur bonum amoris, et per "virens" et "pulchram forma" significatur verum illius boni, ex quo intelligentia (n. 638[c]).
Omnes angeli sunt formae suarum affectionum. Formae intimi caeli sunt formae vere humanae (n. 1001).

Forma Humana.—(*Vide* ***Humana forma.***)

Formare.—Per "creare caelos et formare terram," ac "facere et praeparare eam" (*Esai.* xlv. 18), significatur plene instituere ecclesiam (n. 304[f]).
Per "formare deum" (*Esai.* xliv. 10) significatur doctrina ex proprio intellectu (n. 386[b]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 239[b], 710[b], 741[c].)

Formator.—Dominus dicitur "Formator" ac "Formator ex utero," ex eo quod regenerat hominem (n. 433[c]; *conf.* n. 294[b], 328[c], 419[d], 710[b]).

"Formator omnium Ille" (*Jerem.* x. 16; cap. li. 19), significat Dominum a quo omnis intelligentia veri (n. 727[*a*]).

(*Videantur Amos* iv. 13, n. 405[*b*]; *Esai.* xliv. 9, n. 587[*b*].)

Formidabilis.—(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 412[*e*], 556[*a*], 650[*g*], 1029[*c*].)

Formidare.—Per "terreri," "consternari," "formidare," et similia, significatur animo commoveri ex mutatione status interiorum (n. 677).

Formido.—Fremor sanctus, qui occupat, vibrat et pervellit interiora capitis, quando Divinum influit ac implet, dicitur "timor," "terror," "formido" (n. 677).

(*Vide Esai.* xxxi. 9, n. 411[*e*].)

Fornax.—(*Vide* ***Caminus, Clibanus, Furnus.***)

"Fornax" est naturalis homo (n. 540[*b*]).

Per "fornacem ferri" (*Deutr.* iv. 20; 1 *Reg.* viii. 51; *Jerem.* xi. 4) significatur naturalis homo quoad scientificum (n. 540[*b*]).

Quod "fornax" mala amorum terrestrium et corporeorum significet, est ex apparentiis in mundo spirituali; inferna enim, in quibus illi amores regnant, quando inspiciuntur, apparent sicut fornaces candentes igne, ac supra illá apparent fumi quales ascendunt ex fornacibus et quales conspiciuntur in incendiis: inde est quod in Verbo "fornaces" significent vel inferna, vel coetum hominum, vel ipsum hominem, in quibus tales amores et cupiditates regnant; seu, quod idem, ubi mala ex illis scaturientia (n. 540[*a*]).

Per "reparare fornacem lateritiam" (*Nahum* iii. 14) significatur reparare doctrinam compactam ex falsificatis veris et figmentis (n. 540[*b*]).

Per "favillam fornacis" (*Exod.* ix. 10) significantur falsa cupiditatum (n. 962).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 433[*c*], 539[*a*], 540[*a,b*], 654[*m*], 962.)

Fortis.—Quod Dominus quoad Divinum Humanum vocetur "Sanctus Israelis" ac "Fortis Jacobi," est quia per "Israelem" et "Jacobum" significatur ecclesia, ita illi qui regenerati et reformati, hoc est, redempti sunt a Domino (n. 328[*f*]; *conf.* n. 357[*a*], 608[*a*]): omnipotentia et omniscientia quae sunt Divino Bono per Divinum Verum, significatur (*Ps.* lxxxix. 13) per "Fortis est manus tua, exaltabitur dextra tua" (n. 298[*b*]).

Per "fortem" (*Ezech.* xxxix. 20) significatur verum ex bono quod destruit falsum (n. 355[*a*]).

"Congregatio fortium" (*Ps.* lxviii. 29 [*B. A.* 30]) est scientificum naturalis hominis pervertens vera et bona ecclesiae (n. 439; *conf.* n. 627[*b*], 654[*i*]).

"Fortis gentium" (*Ezech.* xxxi. 11) significat falsum mali (n. 654[*g*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 298[*b*], 355[*a,c,d*], 357[*a,c,d*], 439, 593, 617[*d*], 627[*b*], 650[*e*], 654[*g,i*], 727[*b*], 783, 850[*b*], 1082, 1127.)

Fortitudo.—"Per fortitudinem nostram sumere cornua" (*Amos* vi. 13) significat per vires propriae intelligentiae assumere falsa, per quae destruentur vera (n. 316[*d*]; *conf. Dan.* iv. 27, n. 1029[*b*]).

Fortuna.—Dominus permittit ut homo potius tribuat illa quae fiunt prudentiae, et quae contingunt Fortunae, immo ut adscribat plura Naturae, quam ut per exstantia et manifesta signa providentiae et praesentiae Divinae intempestive conjiciat se in sanctitates in quibus non permanet (n. 1159).

Fossa.—Per "fossam" intelligitur doctrina (n. 652[*c*]; *conf.* n. 684[*e*]).

Fovea.—(*Vide* ***Puteus.***)

Per "puteum" et per "foveam" significatur Verbum, ac verum doctrinae; ac in opposito sensu Verbum falsificatum, et inde falsum doctrinae: aliquibus in locis etiam simile significatur per "puteum" et "foveam" quod per "fontem:" et quoque "fovea" est terra inferior, ubi illi qui in falsis ex ignorantia usque ad adventum Domini detenti fuerunt (n. 537[*b*]).

Devastatio omnis veri significatur (*Zeph.* ii. 9) per "foveam salis" (n. 653[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 177, 315[*c*], 328[*d*], 329[*e*], 372[*b*], 411[*e*], 419[*c*], 475[*b*], 483[*b*], 537[*b*], 538[*b*], 644[*b*], 653[*b*], 654[*g*], 659[*b,e*], 666, 811[*d*], 1029[*c*].)

Fractura.—(*Vide* ***Confractio, Frangere.***)

Reformatio doctrinae per vera significatur (*Esai.* xxx. 26) per quod "obligabit Jehovah fracturam populi sui" (n. 962; *conf. Ps.* lx. 4, n. 304[*c*]).

Quod ita falsis se immerserint ut nihil veri interesset, describitur (*Esai.* xxx. 14) per fracturam utris figulorum, ut non inveniretur in fragmento testa ad accipiendum de foco, aut ad hauriendum aquas e fovea (n. 177).

Fragor.—Glorificatio Domini propter adventum Ipsius, et inde salvationem generis humani, significatur (*Ps.* xciii. 3) per quod "flumina sustulerint vocem suam et fragorem suum" (n. 518[*c*]).

Fragrantia.—(*Vide* ***Odor, Suaveolentia.***)

Sciendum est quod bonum amoris et charitatis producat suaveolentiam seu fragrantiam, sed per verum, non autem ex se absque vero; minus verum quod vocatur fidei absque bono (n. 324[*a*]).

Per "fragrantiam" et "suaveolentiam" significatur gratum et acceptum (n. 494).

Frangere. } —(*Vide* ***Fractura.***)
Fractas. }

Per "frangere esurienti panem" (*Esai.* lviii. 7) significatur ex charitate communicare, et instruere illos qui in ignorantia, et simul in desiderio sciendi vera sunt (n. 386[*d*], 295[*c*]).

Per "fractos corde" (*Esai.* lxi. 1) significantur qui in dolore quia vera sibi sunt pauca (n. 811[*c*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 295[*c*], 304[*d*], 313[*b*] 316[*c,d*], 357[*c,d*], 365[*f*], 376[*d*], 386[*b,d*], 514[*b*], 537[*b*], 627[*b*], 654[*i*], 675[*b*], 721[*a*], 727[*b*], 734[*b*], 783, 811[*a,c*], 817[*d,e*], 922[*b*].)

Frater. } —Illi qui bona charitatis praestiterunt dicuntur a Domino "fratres"
Fraternitas. } (*Matth.* xxv. 40). Pater illorum est ex Divino Amore, sed Frater ex Divino quod procedit ex Ipso: qui sunt recipientes hujus, illi vocantur "filii Dei;" et ex illo Divino apud se recepto sunt fratres. Sunt itaque bona charitatis quae in sensu spirituali sunt Domini fratres. Tenendum itaque est quod Dominus non vocaverit illos fratres ex eo, quod Ipse Homo fuerit sicut illi, secundum opinionem in Christiano orbe receptam; ex quo sequitur quod ideo non liceat alicui homini vocare Dominum, Fratrem; est enim Deus etiam quoad Humanum; et Deus non est Frater, sed est Pater (*de quo plura*, n. 746[*d*]).

In caelo non aliae affinitates dantur quam spirituales, ita nec aliae fraternitates: non enim ibi ex aliqua nativitate fiunt fratres; et quoque qui fratres fuerunt in mundo non ibi se cognoscunt, sed quisque alterum cognoscit ex bono amoris; illi qui conjunctissime ut fratres, et reliqui secundum conjunctionem per bonum ut affines et ut amici. Inde est quod per "fratrem" in Verbo significetur bonum amoris (n. 46).

Fratres sunt omnes qui agnoscunt Dominum ac in bono charitatis ab Ipso sunt (n. 746[*f*]).

Ubi dicitur "frater et socius," per "fratrem" significatur bonum, et per "socium" verum ejus (n. 746[*c*].)

Per "virum et fratrem" significatur verum et bonum, ac in opposito sensu falsum et malum (n. 746[c]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 46, 47, 315[d], 355[c], 365[f], 366, 375[e(viii.)], 386[b], 391[e], 397, 433[a,e], 438, 443[b], 444[b], 577[a], 654[h], 693, 710[b], 724[b], 730[b], 734[c,d], 740[b], 746[a–f], 750[g], 813, 1155, 1156.)

Frendere. } —(*Vide* ***Stridor.***)
Frendor. } Quod "frenderent dentibus" in Verbo dicitur, quia "dentes" significant falsa in extremis, et "frendor" vehementiam pugnandi pro illis (n. 556[c]).

Frenum.—Per "equos" significatur intellectus, ac per "frenum" illorum regimen et dominium (n. 923).

"Frenum seducens" (*Esai.* xxx. 28) est proprie abstractio ab intellectu veri (n. 923).

Frigidus.—Per "potare potu frigidae unum parvorum in nomine discipuli" (*Matth.* x. 42), intelligitur ex obedientia bonum facere et verum docere; nam per "aquam" significatur verum affectione, et per "frigidam" verum obedientia; sola enim obedientia est affectio naturalis et non spiritualis; quare respective est frigida (n. 695[b]; *conf.* n. 624[b]).

"Frigidum" significat deprivationem boni amoris (n. 503[b]).

Per "aquas alienas frigidas" (*Jerem.* xviii. 14) significantur falsa in quibus non bonum; "aquae alienae" sunt falsa, ac "frigidum" est in quo non bonum (n. 411[f]).

Per "Quod nec frigidus sis nec calidus" (*Apoc.* iii. 15), significatur quod nec sit in amore infernali nec in amore spirituali, sed inter utrumque (*de quo plura*, n. 231; *conf.* n. 189, 232).

Frigus.—Quod "frigus" significet amorem infernalem, est quia "calor" significat amorem caelestem (n. 231).

Per "frigus in nocte" (*Jerem.* xxxvi. 30) significatur aversatio ad vera; est enim illis qui in falsis ex malo sunt, quando influit lux caeli, frigus, intensum secundum incalescentiam falsi ex malo (n. 481; *conf.* n. 419[d]).

Homo ante reformationem est prorsus frigidus; frigus quoque illud manifeste sentitur cum Divinum e caelo influit (n. 419[d], *ubi explicatur Ps.* cxlvii. 17).

Frondes.—(*Vide* ***Folium.***)

"Frondes" et "folia" significant illa quae sunt cognitionum veri et boni (n. 109).

Frons.—Frons correspondet amori, et inde significat illum (n. 148; *conf.* n. 427[a], 838, 852[a]).

Frons correspondet bono amoris (n. 242[a], 1046).

Frons correspondet bono amoris; supremum etiam faciei facit, ac immediate includit anteriorem et primariam partem cerebri, unde intellectualia hominis. Inde est quod Dominus aspiciat angelos, ac illos qui in bono amoris, in fronte, ac implet illos bono amoris; ex quo illi aspiciunt Dominum oculis, hoc est, cogitatione ex affectione. Reliqui non in fronte aspici possunt a Domino, quia avertunt se ab Ipso, ac vertunt se ad amorem oppositum, a quo implentur et trahuntur (n. 427[a]; *conf.* n. 242[a], 852[a]).

"Frons," in opposito sensu, significat id quod oppositum est bono amoris, nempe, malum amoris; et inde durum, obfirmatum, impudens, ac infernale (n. 427[b]).

Frontalia.—Quod dicatur "Et sint verba in frontalia ante oculos" (*Deutr.* vi. 8), erat repraesentativum quod Dominus aspiciat angelos et homines in fronte, ac det ut angeli et homines aspiciant Ipsum ex intelligentia et sapientia, nam "oculi" significant intellectum (n. 427[b]).

Fructificare.—"Usque dum fructificeris" (*Exod.* xxiii. 30) significat secundum incrementum boni (n. 650[*f*]).

Fructificatio.—Status fructificationis significatur (*Hos.* xiv. 6) per quod "Erit sicut olivae honor ejus" (n. 638[*b*]).

Fructifera.—Per "vitem fructiferam" (*Ps.* cxxviii. 3) significatur ecclesia quoad affectionem veri (n. 638[*b*]; *conf.* n. 340[*c*]).

"Olea fructifera" (*Esai.* xvii. 6) significat illos in ecclesia qui in bono quoad vitam (n. 532).

Fructus.—"Fructus" est bonum (n. 48, 340[*c*]): "fructus" sunt bona vitae (n. 109); opera charitatis (n. 212); bona quae sunt usus (n. 281[*b*]); bonum amoris (n. 329[*e*]).

"Fructus terrae" sunt bona ecclesiae (n. 304[*e*]); omne ecclesiae (n. 710[*b*]).

Per "fructum ventris" significatur bonum amoris et verum illius boni (n. 710[*b*]).

Per "fructus ventris," qui merces (*Ps.* cxxvii. 3), significantur bona per quae felicitas (n. 357[*c*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 48, 109, 212, 236[*b*], 281[*a*], 304[*e*], 329[*c*], 340[*c*], 357[*b,c*], 365[*e*], 376[*c*], 386[*d,e*], 391[*g*], 403[*b,c,e*], 405[*c,d*], 458[*b*], 519[*a*], 543[*c*], 581[*b*], 617[*b*], 622[*b*], 644[*c*], 650[*e*], 695[*c*], 706[*c*], 710[*b,c*], 724[*c*], 730[*b*], 768[*d*], 811[*c*], 813, 817[*d*], 865, 874, 899[*c*], 919, 1158.)

Frumentum.—Per "frumentum" (*Joel* i. 10) significatur bonum omnis generis in externo homine (n. 374[*b*]).

Ubi dicitur "Valles operiuntur frumento" (*Ps.* lxv. 14 [*B. A.* 13]), per "frumentum" significatur verum naturale (n. 730[*c*]).

"Frumentum," ex quo panis, significat (*Hos.* ix. 1) omne quod spiritualiter nutrit: "area frumenti" est Verbum quoad bona charitatis (n. 695[*d*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae plura videantur explicata*, n. 304[*e*], 340[*c*], 375[*e*(viii.)], 376[*c,d*], 543[*c*], 863[*b*], 911[*c*], 922[*c*].)

Fugere.—De malis quae sunt fugienda ut peccata (n. 949).

Qui non fugit mala ut peccata, non est homo (n. 948).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 313[*b*], 355[*e*], 405[*c,d,f*], 551, 1024.)

Fulcire.—(*Vide Esai.* ix. 6 [*B. A.* 7], n. 946.)

Fulcrum.—Verbum quoad litterae sensum est fulcrum pro caelo (n. 816).

Fulgere.—Quod fulserit facies Domini transformati, erat quia "facies" significat interiora, quae Divina (n. 64).

(*Vide Dan.* xii. 3, n. 72; *Apoc.* i. 16, n. 74, 401[*b*].)

Fulgur.—"Fulgura," "voces," "tonitrua," in Verbo significant Divina vera ex caelo (n. 220[*b*]); "fulgura" de Divini Veri illustratione praedicantur, "tonitrua" de ejus intellectu, et "voces" de ejus perceptione (n. 273).

In mundo spirituali audiuntur tonitrua, quae existunt ex veris quae ex bono caelesti sunt, dum haec ex caelis superioribus delabuntur in inferiora; ipsa lux veri ex bono apparet tunc sicut fulgur, ipsum bonum sicut tonitru, et ipsa vera inde sicut variationes soni (n. 821[*b*]).

In opposito sensu per "fulgura" significantur caligationes intellectus, per "voces" ratiocinationes, et per "tonitrua" conclusa falsa ex malo (*de quibus plura*, n. 702).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 220[*b*], 273, 353, 357[*a*], 401[*d*], 419[*d*], 422[*d*], 644[*c*], 702, 704, 741[*d*], 821[*b*], 1014.)

Fulmen.—Per "Emitte fulmen et disperge illos" (*Ps.* cxliv. 6), significatur Divinum Verum per quod dissipantur: nam per praesentiam Divini Veri

revelantur mala et falsa, et ex collisione tunc apparent sicut fulmina (n. 405[*h*]).

"Fulmen hastae" (*Hab.* iii. 11) significat bona fatua, quae in se sunt mala falsi (n. 401[*d*]).

(*Vide Luc.* x. 18, n. 544, 740[*b*].)

Fumigare.—Per "Linum fumigans non exstinguet" (*Esai.* xlii. 3) significatur quod Divinum Verum quod apud simplices et infantes ex pusillo bono amoris incipit vivere, non perdet; "linum" enim significat verum, et "fumigans" significat vivens ex aliquanto amore (n. 627[*a*]; *conf.* n. 951).

Per "tangere montes ut fumigent" (*Ps.* cxliv. 5) significatur per praesentiam destruere illos qui in malis amorum sui et mundi sunt, et inde in falsis; "fumigare" significat mitti in mala amorum illorum et in eorum falsa, nam "ignis" significat amores illos, et "fumus" falsa eorum (n. 405[*h*]).

Fumus.—Quoniam "ignis" significat amorem in utroque sensu, tam amorem caelestem quam amorem infernalem, et inde "fumus" significat id quod profluit ex amore, falsum quod ex amore infernali, et verum quod ex amore caelesti, ideo "fumus" in bono sensu significat sanctum verum; hoc significat "fumus" ex igne suffituum (n. 539[*b*]; *conf.* n. 494).

Custodia ne laedatur a nimia luce et a nimia umbra, significatur (*Esai.* iv. 5) per "nubem interdiu," ac per "fumum et splendorem ignis flammae noctu" (n. 504[*b*]).

Ubi dicitur, "Et impletum est templum fumo ex gloria Dei et virtute Ipsius" (*Apoc.* xv. 8), per "fumum" significatur intellectus Verbi in sensu naturali. Simile hic per "fumum" significatur quod per "nubem," ac per "fumum suffituum" (n. 955).

"Fumus" in opposito sensu significat densum falsum. Inferna in quibus regnant amores terrestrium et corporeorum, quando inspiciuntur, apparent sicut fornaces candentes igne, ac supra illa apparent fumi quales ascendunt ex fornacibus, et quales conspiciuntur in incendiis (n. 540[*a*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 220[*b*], 324[*d*], 401[*f*], 494, 504[*b*], 539[*a,b*], 540[*a*], 541, 543[*a*], 578, 579, 594[*c*], 701[*d*], 817[*d*], 889, 955, 1131, 1204.)

Fundamentum.—(*Vide* ***Fundatio.***)

Per "fundamenta montium" (*Ps.* xviii. 7) significantur vera super quibus fundatur ecclesia, quae sunt vera ex bono (n. 400[*b*]; *conf.* n. 357[*d*], 405[*h*]).

"Fundamenta orbis" (*Ps.* xviii. 16; 2 *Sam.* xxii. 16) sunt bona ecclesiae (n. 741[*d*]).

Per "fundationem mundi," "fundationem terrae," ac per "fundamentum terrae," significatur instauratio ecclesiae super terra (n. 1057; *conf.* n. 391[*e*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 100, 304[*c*], 357[*d*], 391[*e*], 400[*b*], 405[*g,h*], 430[*b*], 504[*d*], 587[*c*], 727[*b*], 741[*d*], 785[*a*], 1057.)

Fundamentalis.—Quod amor vere conjugialis sit fundamentalis omnium amorum caelestium et spiritualium (n. 993).

Fundare.—Instauratio ecclesiae describitur (*Ps.* xxiv. 2) per "fundare terram et orbem super maria, et stabilire super flumina" (n. 1057; *conf.* n. 304[*f*], 405[*d*], 518[*d*], 741[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 275[*b*], 304[*f*], 405[*d*], 417[*b*], 518[*d*], 741[*b*], 768[*b*], 817[*d*], 850[*b*], 1057.)

Fundatio.—(*Vide* ***Fundamentum.***)

Per "fundationem mundi" significatur instauratio ecclesiae (n. 1057).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 391[*e*], 417[*b*], 785[*a*], 804, 807, 850[*b*], 1057.)

Fundere.—(*Vide* ***Effundere, Fusile.***)

Per "formare deum" (*Esai.* xliv. 10) significatur doctrina ex proprio intellectu; et per "fundere fusile," ex proprio amore (n. 386[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 386[*b*], 540[*b*], 587[*b*], 654[*i*], 730[*b*], 734[*d*], 1186.)

Funes.—Per "funes" qui non avellentur (*Esai.* xxxiii. 20) significatur conjunctio per Divinum Bonum (n. 799[*b*]).

"Omnes funes mei evulsi" (*Jerem.* x. 20), significat quod non conjunctio, veri cum bono, nec veritatum inter se (n. 724[*c*]).

Per "longos facere funes" (*Esai.* liv. 2) significatur extensio verorum doctrinae (n. 600[*b*]: *conf.* n. 799[*b*]).

Quod "terra fune dividetur" (*Amos* vii. 17), significat quod ecclesia et omne ejus dissipabatur (n. 624[*c*]).

Fur. ***Furari.*** ***Furtum.*** —(*Vide* ***Latrones.***)

"Veniam super te tanquam fur" (*Apoc.* iii. 3), significat mortis tempus inopinatum, quando eripientur omnes cognitiones comparatae ex Verbo, quae non spiritualem vitam adeptae sunt (n. 193[*a*]): tribuitur Domino quod auferat cognitiones boni et veri, ac devastet ecclesiam, sicut fur aufert opes et despoliat domum (n. 1005): per "venire sicut fur," cum de Domino, significatur adventus Ipsius, et tunc ultimum judicium (n. 1005).

Per "furta" non solum intelliguntur furta manifesta, sed etiam furta non manifesta (*de quibus plura*, n. 967).

Qui abstinet a furtis in lato sensu intellectis, immo qui fugit illa, ex alia causa quam ex religione et propter vitam aeternam, non purificatur ab illis (n. 972).

(*Videatur explicatio praecepti*, "Non furaberis," n. 967–979.)

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 193, 591, 893, 919, 967, 1005, 1156.)

Furnus.—(*Vide* ***Caminus, Clibanus, Fornax.***)

"Tenebrae magnae et furnus fumi" (*Gen.* xv. 17) significant falsa ex malo (n. 401[*f*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 401[*f*], 540[*b*], 675[*b*], 701[*d*].)

Furor.—Per "virgam furoris" (*Thren.* iii. 1) significatur dominium falsi infernalis (n. 727[*b*]).

(*Vide Dan.* viii. 6, n. 316[*c*].)

Fusile.—(*Vide* ***Fundere, Sculptile.***)

Per "fusilia" significantur quae homo ex propria intelligentia excludit, quae omnia sunt falsa et mala (n. 419[*e*]).

In Verbo describitur formatio religionis et doctrinae falsi per "idola," "sculptilia," et "fusilia," quae significant falsa religionis et doctrinae, oriunda ex proprio intellectu et ex proprio amore: per "fusile" significatur doctrina ex proprio amore (n. 386[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 386[*b*], 419[*e*], 587[*b–d*], 654[*i*], 1186.)

Gabriel.—Per "angelum" in Verbo non intelligitur unus angelus, sed integra societas angelica, ut per "Michaelem," "Gabrielem," "Raphaelem" (n. 302).
(*Vide Luc.* i. 19, n. 414.)

Gad. } ***Gaditae.*** } —Per "Gadem" significatur bonum vitae, quia nominatus est a *turma* (*Gen.* xxx. 10, 11); nam *Gad* in lingua Hebraea significat *turmam*, ac per "turmam" in sensu spirituali significantur opera, et bonum vitae consistit in faciendo bona quae sunt opera (n. 435[*b*]). (*Vide* ***Turma.***)
Quoniam bonum vitae est bonum naturalis hominis, ideo hereditas tribui Gadis data est trans Jordanem (n. 435[*b*]).
Per "Gadem" in supremo sensu significatur Dominus quoad omnipotentiam et omniscientiam, in sensu interno bonum veri, et in sensu externo opera inde, quae sunt bonum vitae (n. 435[*a*]).
Per Reubenitas et Gaditas, quia extra Jordanem habitabant, repraesentabatur ecclesia externa (n. 911[*b*]).
(*Videantur etiam articuli*, n. 278[*c*], 431[*c*(i.)], 434[*c*], 436, 438, 441.)

Galbanum.—(*Vide Exod.* xxx. 34–37, n. 324[*f*], 1151.)

Galea.—Per "galeam salutis" (*Esai.* lix. 17) significatur Divinum Verum ex Divino Bono, per quod salus; nam "galea" simile significat cum capite, quia caput illa induitur (n. 557).
"Galeae" (*Jerem.* xlvi. 4) sunt quae rationis (n. 557).

Galilaea.—"Terra Sebulonis" et "terra Naphthali" atque "Galilaea gentium" (*Matth.* iv. 13–18) significant instaurationem ecclesiae apud gentes quae in bono vitae sunt et recipiunt vera, ita in conjunctione eorum ac in pugna contra mala et falsa (n. 447).

Gallicana Ecclesia.—(*Vide* ***Ecclesia.***)
De lite Gallicanae Ecclesiae cum Romana (n. 1070).
Quod Ecclesia Gallicana Verbum pro Divino Vero agnoscat, ac Divinam inspirationem singulis Verbi addicat, et dictaminibus Papae non parem quoad illa quae media salvationis sunt (n. 1071).

Gallicinium.—"Gallicinium," aeque ac "diluculum," significat ultimum tempus ecclesiae (n. 9).
"Diluculum" ante mane, seu "gallicinium," significat statum incohantis fidei et charitatis (n. 187[*b*]).

Gath. } ***Gittita.*** } —"Gath," ubi erat ObedEdomus, qui inde vocatur "Gittita," significavit spirituale ecclesiae, quam significationem induit postquam filii Israelis ceperunt urbes ab Ekrone usque ad Gath a Philisthaeis (n. 700[*f*]; *conf.* n. 700[*e*]).

Gaudere.—(*Vide* ***Gaudium, Laetari, Laetitia.***)
Multis in locis in Verbo dicitur "gaudere et laetari," et hoc propter conjugium boni et veri; "gaudium" enim praedicatur de bono, quia de amore, est enim proprie cordis et voluntatis; et "laetitia" praedicatur de vero quia de ejus amore, est enim proprie animi et ejus cogitationis (n. 660).
Per "gaudere" (*Apoc.* xii. 12) significatur gaudium propter salvationem (n. 751).
Ubi dicitur, "Gaudeamus et exultemus" (*Apoc.* xix. 7), per "gaudere" significatur gaudium ex affectione veri (n. 1218).
(*Videantur etiam articuli*, n. 326[*c*], 960[*a*], 1189, 1218.)

Gaudium.—Per "gaudium" (*Joel* i. 12) significatur gaudium spirituale, quod unice est ex bono per vera (n. 458[*b*]).
"Gaudium" praedicatur de jucundo ex affectione boni, et "laetitia" de jucundo ex affectione veri (n. 652[*b*]).

Per "vocem gaudii" (*Apoc.* xviii. 21) significatur exultatio cordis ex bono amoris, et per "vocem laetitiae" significatur glorificatio animae ex veris fidei, nam "gaudium" in Verbo dicitur de bono, ac "laetitia" de vero (n. 1182; *conf.* n. 1189).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 238, 274, 323[*b*], 326[*b*], 328[*c*], 376[*c*], 405[*e*], 410[*c*], 458[*b*], 652[*b*], 660, 730[*b,c*], 840, 850[*b*], 863[*a,b*], 919, 922[*b*], 1189.)

Gebal.—(*Vide Ezech.* xxvii. 9, n. 514[*a*], 1170.)

Gedalia.—Per "Gedaliam" quem rex Babelis praefectum fecit in terra, et per homines qui fuerunt cum eo (*Jerem.* xli. 1, 18), intelliguntur illi qui profanant (n. 374[*b*]).

Gehenna.—"Gehenna ignis" (*Matth.* v. 22) est infernum ubi sunt illi qui bonum charitatis et inde proximum odio habent. Punitiones pro malis levioribus significantur per "judicium," punitiones pro malis gravioribus per "synedrium," et punitiones pro malis gravissimis per "gehennam ignis" (n. 746[*f*]).

Gemaria.—(*Vide Jerem.* xxxvi. 10, n. 630[*b*].)

Gemere. } ***Gemitus.*** } —"Gementes et suspirantes super abominationibus" (*Ezech.* ix. 4), sunt qui non in malis et inde falsis sunt; "gemitus et suspirium" super illis significant aversionem et dolorem pro illis (n. 427[*a*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 376[*d*], 406[*b*], 427[*a*], 618, 750[*e*], 781[*d*].)

Generare. } ***Generatio.*** } —Per "parturire" et "partum" ac per "generare" et "generationem" in Verbo significantur partus et generatio spiritualis, quae sunt fidei et amoris, ita reformatio ac regeneratio (n. 304[*f*]; *conf.* n. 419[*c*], 710[*a,d*], 721[*a–c*], 1082).

Omnia membra generationi dicata, tam apud mares quam apud feminas, significant amorem conjugialem (n. 710[*a*]); correspondent amori caelesti et ejus productis, quae sunt usus, qui vocantur vera illius amoris (n. 710[*b*]); correspondent societatibus tertii seu intimi caeli (n. 985). (*Vide* ***Genitalia.***)

Per "in generationem et generationem" significatur aeternum (n. 1029[*e*], 1037).

Per "tertiam generationem" (*Exod.* xx. 5) significantur qui in falsis mali sunt; et per "quartam generationem," qui in malis falsi sunt (n. 532).

(*Videantur etiam articuli*, n. 624[*e*], 706[*b*], 730[*b*], 768[*b*], 850[*c*].)

Genezareth.—Per "mare" et per "lacum Genezareth," cum de Domino, significantur cognitiones veri et boni in omni complexu (n. 514[*d*]).

Genii.—Quod genii et spiritus quidam in sepulcris, latrinis et paludibus, quae in nostro mundo sunt, habitent (n. 659[*b*]).

Genimen.—Per "genimen vitis" seu vinum quod Dominus cum discipulis bibiturus "novum in regno Patris sui," seu non "donec quando regnum Dei venturum est," intelligitur quod a Divino Humano Ipsius, tunc omne Divinum Verum in caelo et in ecclesia (n. 376[*e*]; *conf.* n. 329[*b*]).

Genitalia.—(*Vide* ***Generatio.***)

Omnia membra generationi dicata, in utroque sexu, correspondent societatibus tertii seu intimi caeli. Quoniam talis correspondentia est membrorum genitalium utriusque sexus, patet quod a creatione sancta sint, ac ideo unice dicata casto et puro amori conjugiali, et non profananda ab incasto et impuro amore adulterii; per id convertit homo caelum apud se in infernum (n. 985).

Genitalia utriusque sexus correspondent amoribus caeli in genere, et tunc correspondent quando induta sunt: inde correspondent amoribus inferni quando non induta sunt, ita quando nuda (n. 1009).

Gens. } —Distinguitur inter "populos" et inter "gentes;" "populi" signifi-
Gentes. } cant illos qui e regno spirituali Domini sunt, et "gentes" illos qui e regno caelesti Ipsius; ita illos qui in bono spirituali et qui in bono caelesti (n. 331[*a*,*b*]; *conf.* n. 175[*a*], 406[*b*]).

Quod "gentes" significent illos qui in bono sunt, et abstracte bona, est quia homines antiquis temporibus vixerunt distincti in gentes, familias, et domos, et tunc amaverunt se mutuo, et pater gentis totam gentem quae ex se erat; ita erat inter illos bonum amoris regnans: inde est quod per "gentes" significentur bona; tum omnes qui in amore in Dominum sunt (n. 175[*a*]).

Cum in contrarium iverunt quod factum est in sequentibus aevis, cum imperia coeperunt, tunc per "gentes" significata sunt mala (n. 175[*a*]; *conf.* n. 48, 175[*b*], 331[*b*], 406[*e*]).

Praesentia Domini et inde angelorum caeli apud homines hujus telluris est per Verbum, hoc enim conscriptum est per meras correspondentias. Inde fit ut quoque praesentia Domini et angelorum caeli sit apud illos qui circumcirca seu extra ecclesiam sunt, qui Gentes vocantur (n. 351).

Pleraeque gentes sciunt praecepta quae in decalogo continentur, et quoque faciunt illa suae religionis, ac vivunt secundum illa, quia Deus id vult et mandavit; per id communicationem habent cum caelo, et conjunctionem cum Deo; quare etiam salvantur (n. 948).

Omnes gentes quae unum Deum crediderunt, ac ideam Hominis de Ipso habuerunt, recipiuntur a Domino (n. 957).

Cuivis insitum est e caelo, quod insitum est ex continuo influxu inde, Divinum suum velle videre, et quidem sub Humana forma. Hoc insitum est apud simplices, et quoque apud gentes probas. Quoniam hoc insitum, quod est unumquemvis e caelo, apud eruditos mundi paene ejectum est, et sic aditus ad Divinum praeclusus, ideo a Domino nova instauratur ecclesia apud gentes quae non exstirpaverunt illam ideam, et cum idea fidem (n. 52; *conf.* n. 49, 175[*a*], 724[*d*]).

Ecclesia Gentium receptura est Divinum Verum, et agnitura Divinum Humanum Domini (n. 52).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 48, 175, 208[*b*], 223[*b*,*c*], 242[*e*], 275[*b*], 288[*b*], 294[*b*], 298[*b*], 304[*b*–*d*], 316[*b*], 323[*b*], 324[*c*], 331[*a*,*b*], 340[*d*], 351, 355[*a*,*d*–*f*], 357[*b*,*c*], 365[*e*,*g*], 388[*b*,*c*,*f*], 400[*b*,*c*], 403[*c*], 405[*c*,*d*], 406[*b*–*e*], 417[*b*], 422[*c*], 427[*a*], 433[*c*], 453[*b*], 454, 455[*a*,*b*], 518[*d*], 519[*a*], 556[*a*], 573[*b*], 625, 629[*b*], 650[*f*], 654[*c*,*g*], 655[*b*], 657, 693, 696[*c*], 701[*b*], 724[*d*,*e*], 726, 734[*b*,*c*,*e*], 741[*c*], 768[*b*,*c*,*e*], 783, 803[*a*], 811[*a*], 850[*b*], 881, 945, 960[*a*], 1029[*e*], 1033, 1077, 1100[*c*], 1133, 1145, 1191.)

Gentiles.—(*Vide* ***Gentes.***)

Dominus dat illis qui in vita amoris sunt cogitare Deum sub Humana forma, et Deus sub Humana forma est Dominus. Ita cogitant simplices in Christiano orbe; ita quoque gentiles qui in charitate secundum religiosum suum vivunt (n. 392[*b*]).

Profanum dicitur quod sancto est oppositum, et quod sancto violentiam infert et illud destruit; inde sequitur quod ex quarto genere profanationis non sint qui Verbum non legunt, et Dominum non adeunt, sicut Pontificii; minus adhuc qui nihil de Domino nec de Verbo sciunt, sicut gentiles (n. 1063).

Gentilismus.—Babylonia in fine suo parum est dissimilis gentilismis antiquorum (n. 1029[*a*]).

Insitum est, nempe in spiritu hominis, Deum ut Hominem videre: insitum dicitur quod est ex influxu communi. Ex influxu communi est quod homines vivi et homines mortui, qui sancti dicuntur, a plebe in

Gentilismo Christiano adorentur ut dii, et quod sculptilia eorum amentur (n. 955; *conf.* n. 1118).

(*Videatur etiam articulus*, n. 1176.)

Genu. } —Per "genua" (*Esai.* lxvi. 12), significatur amor conjugialis,
Genuflexiones. } et inde amor caelestis (n. 365[*g*]).

Per quod "omnia genua abeant in aquas" (*Ezech.* vii. 17) significatur dolor propter bonum amoris deperditum, et gaudium propter id nunc recuperatum; "genua" significant amorem boni (n. 677).

Per "aquas ad genua" (*Ezech.* xlvii. 4) significatur intelligentia qualis est spirituali naturali homini, nam "genua" significant spirituale naturale (n. 629[*b*]).

Quod "incurvaturum se sit omne genu" (*Esai.* xlv. 23), significat quod adoraturi Dominum omnes qui in bono naturali ex spirituali sunt; "genu" enim significat conjunctionem boni naturalis cum spirituali: inde patet quod "genuflexiones" significent agnitionem, gratiarum actionem, et adorationem, ex bono et jucundo spirituali in naturali (n. 455[*b*]).

Omnia quae de Passione Domini memorantur, (ut quod genua coram Ipso flexerint,) significant illusionem Divini Veri, proinde falsificationem et adulterationem Verbi (n. 627[*c*]).

Genus Humanum.—Omnia et singula in principio in mundo creata sunt ad usum, et quoque omnia in homine formata sunt ad usum; ac Dominus ex creatione spectavit omne genus humanum ut unum Hominem, in quo unusquisque similiter sit usui, seu usus; et istius Hominis Ipse Dominus est Vita (n. 1226).

Apud homines essentia usuum in communissimo sensu est bonum totius generis humani (n. 1226).

Divinum blasphematur per id, quod credant et cogitent quod Divinum a se removerit aut rejecerit humanum genus (n. 778[*a*]).

Nisi Dominus in mundum venisset, et sic Ipse ultimum assumpsisset, translati fuissent caeli qui ex incolis hujus telluris fuerunt, aliquo, et omne genus humanum in hac tellure periisset morte aeterna (n. 726).

Gerentes.—"Gerentes in utero" (*Matth.* xxiv. 19) sunt qui recipiunt bonum amoris, et "lactantes" sunt qui recipiunt vera illius boni (n. 710[*a*]).

Germen.—"Germen Davidis" (*Jerem.* xxxiii. 15) est Dominus (n. 433[*c*], 444[*b*], 946).

"Germen Jehovae," quod erit in decus et in gloriam (*Esai.* iv. 2), significat verum ecclesiae (n. 304[*d*]).

"Germen agri" (*Gen.* xix. 25) significat verum ecclesiae nascens (n. 578).

Per "benedicere germini" (*Ps.* lxv. 11 [*B. A.* 10]) significatur e novo jugiter producere et nascere facere vera (n. 644[*c*]).

Germinare. } —Principium ecclesiae novae significatur per exsiccationem terrae
Germinatio. } post quadraginta dies, ac per germinationem e novo (n. 633[*b*]).

Per "irrigare terram, ac parere et germinare facere eam" (*Esai.* lv. 10), significatur vivificare ecclesiam ut producat verum doctrinae et fidei ac bonum amoris et charitatis (n. 644[*c*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae plura videantur explicata*, n. 281[*a*], 316[*b*], 405[*e*], 518[*a*], 594[*b*], 864.)

Gestare.—Per "Vae ventre gestantibus et lactantibus" (*Luc.* xxi. 23), significatur quod tunc bonum et verum non possint recipi (n. 693).

Gibea.—Gibea, ubi BaalJehudae, ultimum ecclesiae, quod vocatur naturale ejus, repraesentavit (n. 700[*f*]).

Gibeon.—(*Vide* ***Ajalon.***)

Gignere.—Per "steriles" et per "ventres qui non genuerunt" (*Luc.* xxiii. 29) significantur qui non genuina vera, hoc est, vera ex bono amoris, receperunt (n. 710[*a*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 721[*b*], 1145.)

Gilead.—Per "adducere ad terram Gileadis" (*Sach.* x. 10) significat ad bonum ecclesiae (n. 328[*d*]; *conf.* n. 433[*c*], 654[*e*]).

Per "Gilead" (*Jud.* v. 17) significatur naturalis homo quae facta est hereditas filiis Menassis (n. 434[*c*]; *conf.* n. 440[*b*]); per "Gilead" intelligitur simile quod per "Menassen," et per "Menassen" significatur bonum naturalis hominis (n. 514[*c*]).

"Pascent Baschane et Gileade" (*Mich.* vii. 14), significat instructionem in bonis ecclesiae et in veris ejus ex Verbi sensu naturali (n. 727[*a*]).

Per "Gilead" (*Jerem.* xlvi. 11) significatur ratiocinatio ex sensu litterae Verbi, per quam confirmantur falsa (n. 654[*h*]).

Gilgal.—"Gilgal" significabat doctrinam veri naturalis, inservientis pro introductione in ecclesiam (n. 700[*c*]).

Gittitae.—(*Vide* ***Gath.***)

Gladius.—(*Vide* ***Machaera, Romphaea.***)

Quia per "bella" in Verbo significantur bella spiritualia, ac bella spiritualia sunt verorum contra falsa ac falsorum contra vera, ideo etiam omnia arma belli, sicut gladius, hasta, arcus, et plura, significant aliqua specialia pugnae spiritualis,—gladius imprimis, quia in bellis pugnatur gladiis (n. 131[*a*]).

Quod "gladius" in Verbo significet verum pugnans contra falsum, ac falsum contra verum, ac inde dispersionem falsorum, et quoque tentationem spiritualem, constare potest a pluribus locis ibi (n. 131[*a*]).

Per "gladium" significatur in genere verum pugnans contra falsum, et in opposito sensu falsum pugnans contra verum; per "machaeram," quae est brachii, significatur pugna veri ex bono, ac falsi ex malo; ac per "romphaeam," quae dicitur "exire ex ore," significatur pugna veri ex doctrina contra falsum, ac falsi ex doctrina contra verum (n. 367).

Per "gladium super femur" (*Ps.* xlv. 4) significatur Divinum Verum pugnans ex Divino Bono (n. 288[*b*]; *conf.* n. 684[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 73, 131, 152, 175[*b*], 177, 235, 238, 240[*b*], 275[*a*], 277[*a,b*], 280[*b*], 288[*b*], 298]*b*], 304[*b,g*], 314[*b*], 315[*b,d*], 355[*d,e*], 357[*b–d*], 365[*c,e,f*], 367, 374[*b*], 386[*b,c*], 387, 388[*b,d*], 391[*g*], 401[*d*], 405[*g*], 406[*d*], 411[*e*], 419[*e*], 455[*b*], 504[*e*], 518[*d*], 519[*a*], 537[*b*], 539[*b*], 543[*c*], 556[*a*], 590, 600[*b*], 601[*b*], 637[*b*], 650[*f*], 652[*c,d*], 654[*g,i,l*], 659[*a,e*], 684[*b*], 721[*c*], 724[*c,e*], 725[*b*], 730[*b,d*], 811[*a,b*], 812, 840, 844, 863[*a*], 866, 908, 911[*c*], 960[*a*], 1029[*e*], 1100[*b*], 1145.)

Glocitare.—"Bestia agri glocitat ad Te" (*Joel* i. 20) significat dolorem illorum qui in affectione naturali, et inde in desiderio cognitionum veri et boni (n. 650[*e*], 730[*b*]).

Glomeres.—Per "glomeres hyacinthini et acupictum" (*Ezech.* xxvii. 24) significantur omnia vera spiritualia et naturalia (n. 576).

Gloria.—Quod "gloria" sit Divinum Verum in caelo, est quia Divinum Verum ibi est lux; et illa quae ex luce caeli existunt vocantur gloria, quia existunt a Domino et repraesentant Divinum Verum quod ab Ipso, et narrant gloriam Ipsius; imprimis quae intra angelum, quae sunt intelligentiae et sapientiae (n. 33; *conf.* n. 220[*b*], 235, 282, 288, 345, 874, 1094).

Gloria Domini est illustrare homines et angelos, ac beare illos sapientia et felicitate, quod fit unice per receptionem Divini Veri doctrina et simul vita (n. 874); salus generis humani est gloria Domini (n. 33).

Creditur in mundo quod per "Gloria sit Deo" intelligatur quod Deus velit gloriam ab homine propter Se, et quod illa afficiatur, ac propterea benefaciat; sed fallitur: Deus vult gloriam ab homine propter hominem; sic enim homo omnia tribuit Divino et nihil sibi; et cum hoc facit, tunc Divinum potest influere cum Divino Vero, et dare ei intelligentiam et sapientiam; sic et non aliter Dominus glorificatur in homine (n. 33); "dare Deo gloriam" est vivere secundum Divinum Verum, hoc est, secundum praecepta Ipsius in Verbo (n. 874, 986); "dare Deo gloriam" est colere et adorare Ipsum (n. 678).

Per "venire in nubibus caeli cum virtute et gloriâ" (*Matth.* xxiv. 30) intelligitur manifestatio Domini in Verbo; nam post adventum Ipsius, manifeste viderunt praedictiones de Domino in propheticis Verbi, quas non prius: et adhuc manifestius hodie, cum sensus spiritualis Verbi apertus est, in quo in supremo sensu ubivis agitur de Domino, de subjugatione infernorum ab Ipso, et de glorificatione Humani Ipsius; hic sensus est qui intelligitur per "gloriam" in qua venturus (n. 906; *conf.* n. 36, 455[*a*]).

Cum a Domino subjugata fuerunt inferna, tunc facta est "pax in caelo" (*Luc.* xix. 38), et tunc Divinum Verum fuit illis qui ibi, a Domino; quod est "gloria in altissimis," seu "excelsissimis" (n. 365[*b*]).

Per "gloriam Moabi" (*Esai.* xvi. 14), et per "multitudinem magnam ejus," intelliguntur falsa ex malo (n. 532).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 33, 48, 179, 200, 220[*b*], 235, 239[*b*], 242[*e*], 253[*a*], 272, 282, 288, 293, 294[*b,d*], 298[*b*], 316[*a*], 339, 345, 346, 355[*f*], 365[*b,e,g*], 391[*c*], 400[*c*], 401[*h*], 405[*e,h*], 406[*b*], 412[*f*], 422[*c*], 427[*a*], 455[*a*], 465, 466, 526[*b*], 532, 555[*a*], 594[*b–d*], 630[*c*], 632, 650[*e*], 678, 727[*a*], 741[*c,d*], 850[*d*], 851, 874, 906, 955, 960[*a*], 986, 1069, 1082, 1094, 1100[*c*], 1198, 1218.)

Gloriari.—(*Vide Esai.* xlv. 25, n. 768[*c*]; *Ps.* lxxv. 5, n. 316[*d*]; *Jerem.* l. 38, n. 1029[*e*].)

Glorificare. } —(*Vide* ***Dominus.***)
Glorificatio. } Per "glorificare," cum de Domino, intelligitur unire ipsum Divinum suum Humano suo, et hoc quoque facere Divinum (n. 288[*b*]): Dominus enim totum Humanum suum glorificavit, hoc est, Divinum fecit (n. 659[*e*]): unio Humani cum ipso Divino vocatur glorificatio in Verbo Novi Testamenti (n. 684[*c*]).

Dominus per tentationes ab infernis in Se admissas, et per victorias tunc, redegit omnia in infernis in ordinem, et quoque Humanum suum glorificavit, hoc est, Divinum fecit (n. 405[*i*]).

Non notum est quod cum Dominus plene glorificavit Humanum suum, exuerit humanum ex matre, et induerit Humanum ex Patre (n. 183[*c*]).

Glorificatum Humanum est Divinum Humanum (n. 748).

Dominus totum Humanum suum glorificavit, hoc est, Divinum fecit; quapropter cum illo glorificato, hoc est, Divino facto, tertio die resurrexit (n. 659[*d*]).

Dominus Judaeis respondit de Templo, per quod intellexit corpus suum, quod hoc solveretur, hoc est, moreretur, et glorificatum tertio die resurgeret (n. 706[*b*]).

Dominus dicit *apud Johannem*, "In hoc glorificatus est Pater meus, ut fructum multum feratis" (n. 874): sic, et non aliter, Dominus glorificatur in homine (n. 33).

Omnis glorificatio Domini quae fit ab angelis caeli et ab hominibus ecclesiae, non est ab ipsis, sed influit a Domino: glorificatio quae est ab hominibus et non a Domino, non est ex corde, sed solum ex activo memoriae et sic ex ore; et quod solum ex his prodit non auditur in caelo, ita nec recipitur a Domino (n. 288[*a*]).

Glorificatio, cum a Domino, est perpetuus influxus Divini Boni uniti Divino Vero apud angelos et apud homines; et apud hos et illos glorificatio Domini est receptio, et agnitio corde quod omne bonum et omne verum a Domino sit, et inde omnis intelligentia, sapientia et felicitas (n. 288[a]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 228, 678, 943, 1118.)

Gloriosus.—Per "filiam regis" (*Ps.* xlv. 14 [*B. A.* 13]) significatur affectio veri spiritualis; quae "gloriosa" dicitur ex abundantia veri, et "intus" significat spirituale (n. 863[b]).

(*Vide Esai.* xliv. 23, n. 405[b].)

Gluma.—"Tribula praedita aculeis, ut tritures montes, et conteras, et colles sicut glumam ponas" (*Esai.* xli. 15), significat destructionem malorum oriundorum ex amore sui et mundi (n. 405[h]).

Gogus.—"Gogus" significat illos qui in cultu externo sunt, et in nullo interno (n. 257).

Per "Gogum" significatur sanctum externum absque sancto interno, ita illi qui in tali sancto (n. 650[e]).

(*Videantur etiam*, n. 355[d], 357[d], 388[c], 400[c], 405[g], 578, 644[d], 716, 734[e], 1061.)

Goliathus.—Per "Goliathum," qui erat Philisthaeus, et inde vocatur "praeputiatus," significantur illi qui in veris absque bono sunt; et vera absque bono sunt vera falsificata, quae in se falsa sunt (n. 781[c]).

Gomorrha.—(*Vide* ***Sodoma.***)

"Sodoma et Gomorrha" significant mala ex amore sui et inde falsa (n. 357[c]): "Sodoma" etiam significat destructionem omnis boni per amorem sui; et "Gomorrha," destructionem omnis veri inde (n. 1029[e]).

Qui se super omnia amant, illi in maxima caligine sunt quoad spiritualia et caelestia; etiam excogitant falsa quibus destruant illa: haec falsa sunt quae significantur per "fumum" visum ex Sodoma et Gomorrha (n. 539[a]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 519[b], 653[b], 714[c], 918.)

Gradus.—(*Vide* ***Simultaneus, Successivus.***)

Idea de Vita quae Deus non haberi potest nisi etiam comparetur idea gradduum, per quos vita ab intimis ad ultima ejus descendit (n. 1125).

Sunt gradus spiritualium, et quilibet gradus distinctus est ab altero, ac prior seu superior gradus perfectior est posteriori seu inferiori (n. 1210; *conf.* n. 1201).

Est gradus vitae intimus et est gradus vitae ultimus, et sunt gradus vitae intermedii; distinctio eorum est sicut inter priora et posteriora, et discrimen est sicut inter minus et magis communia (n. 1125).

Tales gradus vitae sunt in quovis homine ex creatione, et aperiuntur secundum receptionem vitae a Domino; in quibusdam aperitur penultimus gradus, in quibusdam medius, et in quibusdam intimus. Homines in quibus aperitur intimus gradus, fiunt post mortem angeli intimi seu tertii caeli; illi in quibus aperitur medius gradus, fiunt post mortem angeli medii seu secundi caeli; illi autem in quibus aperitur penultimus gradus, fiunt post mortem angeli ultimi caeli (n. 1125; *conf.* n. 436, 449[a], 538[a], 563, 739[a], 832, 1201, 1210, 1224).

Illi gradus dicuntur gradus vitae hominis, sed sunt gradus sapientiae et amoris ejus, quia aperiuntur secundum receptionem sapientiae et amoris, ita vitae a Domino (n. 1125).

Omni homini sunt tres gradus vitae; infimus communis cum bestiis, ac duo superiores qui cum illis non communes sunt: homo per binos hos gradus superiores est homo; hi clausi sunt apud malos, sed aperti apud bonos. Sed hi gradus apud malos non clausi sunt pro luce caeli, quae est sapientia; sed clausi sunt pro calore, qui est amor (n. 1224).

Illi gradus aperiuntur apud hominem secundum receptionem Divini Veri in vita sua (n. 832: *de quo plura videantur*, n. 436, 739[*a*], 832, 940, 1125).

Est gradus infimus, qui est corporeus ac materialis, qui est apud hominem dum vivit in mundo (n. 832).

Sunt in homine tres gradus affectionum naturalium, similiter in bestiis; in infimo gradu sunt insecta varii generis, in superiori sunt volatilia caeli, et in adhuc superiori sunt bestiae terrae quae a principio creatae sunt (n. 1201; *conf.* n. 1224): a principio solum creatae sunt bestiae utiles et mundae, quarum animae sunt affectiones bonae (n. 1201).

Quod tales gradus in homine sint, est quia tales gradus sunt vitae quae procedit a Domino; sed illi in Domino sunt Vita, in homine autem recipientes vitae. At sciendum est quod in Domino sint gradus adhuc superiores, et quod omnes tam supremi quam ultimi sint Vita (n. 1125).

Sunt gradus vitae in omni organo, viscere et membro corporis, ac unum agunt cum gradibus vitae in cerebris per influxum: cutes, cartilagines et ossa faciunt illorum gradum ultimum (n. 1125).

Sciendum est quod bona caeli et ecclesiae trium graduum sint (*de quibus plura*, n. 710[*d*]).

Divinum Verum in descensu procedit secundum gradus a supremo seu intimo ad infimum seu ultimum (n. 627[*a*]).

Differunt plagae in caelis qui constituunt regnum caeleste Domini a plagis in caelis qui constituunt regnum spirituale Ipsius; distant inter se circiter triginta gradibus (n. 422[*a*]).

Per "gradus Achasi" (*Esai.* xxxviii. 8) significatur tempus usque ad Domini adventum; per "umbram" significatur progressio ab ortu ad occasum; per quod "retrorsum retraheretur decem gradus," significatur prolongatio temporis per plures adhuc annos (n. 706[*c*]).

Omnibus gradibus prohibitis (*de quibus Exod.* xx. 11 et seq.) correspondent sphaerae ex spiritibus qui scortationes et adulteria diligunt (n. 141[*b*]).

(*Videantur articuli*, n. 253[*b*], 275[*a*], 400[*c*], 422[*a*].)

Graecia. } —Per "Graeciam" significantur gentes accepturae vera doctrinae (n.
Graeci. } 50).

Quod gentiles in Graecia Heliconem [?*Parnassum*] posuerint in alto monte, et Parnassum [?*Heliconem*] in colle infra illum, et ibi deos et deas suas habitare crediderint, derivatum est ab antiquis in Asia, et praecipue in terra Canaane non inde remota, apud quos omnis cultus ex repraesentativis (n. 405[*i*]).

Quod apud Graecos et Romanos inter religiosa eorum fuerit ignis perpetuus, cui praeerant Virgines Vestales; quod coluerint ignem ut sanctum duxerunt ab ecclesiis antiquis quae fuerunt in Asia, quarum omnia cultus repraesentativa erant (n. 504[*a*]).

Per "filios Graecorum" in Verbo intelliguntur falsa (n. 242[*d*], 433[*c*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 119, 411[*d*], 1145.)

Gramen.—Per "gramen" (*Ps.* cxlvii. 8) significatur nutritio spiritualis, quae est illis qui in bonis amoris sunt; nam intelligitur gramen pro bestiis, ac "bestiae" significant affectiones boni naturalis hominis (n. 405[*e*]).

"Gramen" (*Esai.* xl. 6–8) est scientificum verum, et "flos agri" est spirituale verum (n. 507; *conf.* n. 650[*b*]).

Per "gramen" (*Esai.* xxxv. 7) significatur scientia ex origine spirituali, seu per quam verum spirituale confirmatur (n. 627[*b*]).

Per "gramen" quod e terra (2 *Sam.* xxiii. 4) significatur nutritio spiritualis, simile quod per "pascuum;" et inde scientia, intelligentia et sapientia, quae sunt cibi spirituales (n. 644[*c*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 405[*e*], 422[*c*], 504[*e*], 507, 545, 594[*b*], 627[*b*], 644[*c*], 650[*a,b*], 1029[*b*].)

Grandinati.—Per "equos grandinatos" (*Sach.* vi. 3) significatur quale intellectus quoad verum et bonum (n. 364[*b*]; *conf.* n. 355[*b*]).

Grando.—In mundo spirituali grando formatur ex defluxu Divini Veri, ubi sunt mali. Grando apparet etiam concreta in partes majores et minores secundum impugnationes fortiores et leniores veri per falsa; majores partes vocantur in Verbo "lapides graminis," quia per "lapides" etiam significantur falsa. Ex his nunc constare potest unde est quod per "grandinem magnam" (*Apoc.* xi. 19) significetur falsum infernale destruens vera et bona ecclesiae (n. 704).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 304[*b*], 419[*d*], 503[*a,b*], 504[*e*], 578, 704, 1026, 1027.)

Granum.—Per "arborem ex grano sinapis" (*Matth.* xiii. 31) significatur homo ecclesiae, et quoque ecclesia, incohans ex pusillo bono spirituali per verum (n. 1100[*c*]; *conf.* n. 815[*b*]).

(*Vide Joh.* xii. 24, n. 899[*c*].)

Gratia. } —"Gratia" est affectio veri, sive jucundum veri (n. 22).
Gratiarum actio. } In genere Divina gratia est omne id quod donatur a Domino (n. 22; *conf.* n. 850[*d*]).

Per "gratiarum actionem" significatur glorificatio Domini, quae est receptio, et agnitio corde quod omne bonum et omne verum a Domino sit, et inde omnis intelligentia, sapientia et felicitas (n. 288[*a*]; *conf.* n. 466).

Gratis.—"Aquae" (*Esai.* lv. 1) sunt vera ex Verbo, et "sitire" est desiderare illa; quod gratis a Domino darentur, significatur per "cui non argentum," tum "sine argento et pretio" (n. 840).

"Gratis vendi" (*Esai.* lii. 3) significat ex se ipso seu ex proprio abalienare se et abdicare falsis (n. 328[*d*]).

Gratus.—Quod cultus non acceptus sit, significatur (*Hos.* ix. 4) per quod "non libabunt Jehovae vinum, et libamina non grata erunt" (n. 376[*d*]).

Gravida.—"Gravida" (*Jerem.* xxxi. 8) est qui recepit vera, et "pariens" est qui facit illa (n. 721[*b*]).

Gravis.—Per "populos profundi labii et graves lingua, quorum non audiuntur verba" (*Ezech.* iii. 5), significantur illi qui in doctrina non intelligibili, et inde in religione abstrusa, cujus dogmata non perceptibilia sunt; "labium" significat doctrinam, "lingua" religionem, et "verba" dogmata ejus (n. 455[*b*]).

Gressus.—Adventus Domini significatur (*Ps.* lxviii. 25 [*B. A.* 24]) per "gressus Ipsius in sanctuario" (n. 863[*b*]).

Per "Venati sunt gressus nostros, ut non ire in plateis" (*Thren.* iv. 18), significatur seductio, ut non sciatur quomodo vivendum (n. 652[*b*]; *conf.* n. 714[*c*]).

Grex.—(*Vide* ***Armentum.***)

Illa quae ex armento erant significabant affectiones boni et veri in externo seu naturali homine, et illa quae ex grege affectiones boni et veri in interno seu spirituali homine. Quae ex grege erant agni, caprae, oves, arietes, hirci; et quae ex armento erant boves. juvenci, vituli (n. 279[*a*]; *conf.* 453[*b*], 513[*b*], 650[*e*], 710[*b*], 730[*e*], 911[*c*], 1100[*b*]).

"Grex pascui" (*Ezech.* xxxiv. 31) significat bonum et verum spirituale (n. 280[*b*]).

"Filii gregis" (*Jerem.* xxxi. 11) sunt vera spiritualia, et "filii armenti" vera naturalia (n. 374[*b*]).

Per "gregem Ipsius hereditatis (*Mich.* vii. 14) significantur illi ab ecclesia

qui in spiritualibus Verbi sunt, quae sunt vera sensus interni ejus (n. 727[a]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 279[a], 280[b], 314[b], 336[b], 342[b], 374[b,c], 405[c], 410[c], 434[c], 453[b], 513[b], 632, 650[e], 652[c], 710[b], 724[e], 727[a], 730[b,c], 799[b], 911[c], 1100[b].)

Grossus.—(*Vide* ***Ficus.***)

"Grossi" (*Apoc.* vi. 13) sunt illa quae in naturali homine, quae imprimis sunt cognitiones naturali homini implantatae ab infantia, et nondum maturae, quia solum auditae et inde receptae (n. 403[a]).

Gubernator.—(*Vide* ***Nauclerus.***)

Illi qui docent, ducunt et regunt, intelliguntur per "gubernatorem," "naucleros," "remiges" et "nautas" (n. 514[a]).

Per "gubernatorem," seu "nauclerum" (*Apoc.* xviii. 17), significantur qui in sapientia sunt (n. 1170).

Guideon.—(*De Guideone, videatur articulus*, n. 502[b].)

Gula.—Qui omne jucundum ponunt in comessationibus et epulis, ac cottidie indulgent gulae, quoad spiritualia obesi sunt, utcunque ratiocinari possunt de rebus mundi et corporis; unde post obitum ferinam potius quam humanam vitam agunt (n. 617[a]).

Gustus.—(*Vide* ***Sapor, Sapidus.***)

"Gustus" significat appetitum, desiderium et affectionem (n. 455[b]).

"Lingua," sicut organum gustus, significat perceptionem boni et veri naturalem; "olfactus," autem, perceptionem boni et veri spiritualem (n. 990).

Spiritibus et angelis est gustus, aeque ac hominibus; sed spirituum et angelorum gustus ex origine spirituali profluit, hominum autem gustus ex origine naturali (n. 618).

Gutta.—Per "rorem a Jehovah" (*Mich.* v. 7) significatur verum spirituale; per "guttam super herba," verum naturale (n. 278[b]).

Guttur.—"Torques super guttur" (*Ezech.* xvi. 11) significat conjunctionem verorum et bonorum interiorum cum exterioribus, seu spiritualium cum naturalibus (n. 242[d]). (*Vide* ***Collis.***)

Quod interius sit infernum, significatur (*Ps.* v. 10 [*B. A.* 9]) per quod "guttur eorum sit sepulcrum apertum" (n. 659[b]).

Habitaculum.—(*Vide* ***Tabernaculum, Tentorium.***)

Caelum et ecclesia dicuntur "sanctuarium" (*Ezech.* xxxvii. 26, 27) ex bono amoris, et "habitaculum" ex veris illius boni; nam Dominus habitat in veris ex bono (n. 701[c]).

Habitaculum Tentorii apud filios Israelis repraesentavit et significavit caelum (n. 133).

Tabernaculum vocabatur "Habitaculum Jehovae Dei," sicut vocatur ipsum caelum (n. 700[a]).

Per "habitacula" (*Ps.* lxxxiv. 2, 3 [*B. A.* 1, 2]) intelliguntur caeli superiores, et per "atria" caeli inferiores, ubi introitus (n. 391[d]).

"Tabernacula" et "habitacula" (*Num.* xxiv. 5) significant habitationes quales sunt in caelis; "tabernacula" habitationes illorum qui in bono amoris sunt, et "habitacula" habitationes illorum qui in veris ex illo bono (n. 431[c]; *conf.* n. 799[b]).

Per "tentoria Jacobi et habitacula ejus" (*Jerem.* xxx. 18) significantur omnia ecclesiae et ejus doctrinae; per "tentoria" bona ejus, et per "habitacula" vera ejus (n. 724[c]).

"Habitacula" dicuntur illi caeli ubi est regnum spirituale Domini, in quo regnat verum ex bono amoris (n. 391[*b*]).
"Habitacula" dicuntur (*Ps.* lxv. 13 [*B. A.* 12]) de interioribus hominis, quae mentis ejus sunt (n. 730[*c*]).
"Habitacula pastorum" (*Amos* i. 2) significant omnia bona ecclesiae (n. 601[*b*]).
"Habitacula deserti" (*Joel* i. 20) significant bona doctrinae ex sensu litterae Verbi (n. 730[*b*]; *conf.* n. 403[*b*]).
Per "habitaculum" et "cubile draconum" in Verbo significatur ubi mere falsum et malum est (n. 714[*c*]).
Fides falsi significatur (*Esai.* xxii. 16) per "habitaculum in petra" (n. 411[*c*]).
Infernum eorum qui in diris falsis sunt ex veris et bonis profanatis, describitur (*Apoc.* xviii. 2), quod sit "habitaculum daemoniorum, custodia omnis spiritus immundi, et omnis avis immundae et exosae" (n. 1098).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 278[*b*], 294[*b*], 316[*c*], 365[*g*], 391[*b,d*], 403[*b*], 411[*e*], 431[*c*], 504[*b*], 594[*c*], 600[*b*], 601[*b*], 700[*a*], 701[*c*], 714[*c*], 724[*c*], 730[*b,c*], 799[*b*], 1098.)

Habitare. } —(*Vide* ***Incolere.***)
Habitans. } "Habitare coram Jehovah" (*Esai.* xxiii. 18) significat vivere a Domino (n. 617[*b*]).
Quod "habitare" in sensu spirituali sit vivere, est quia habitationes in mundo spirituali sunt omnes distinctae secundum vitas ac vitae differentias (n. 133; *conf.* n. 365[*c*], 386[*d*], 600[*b*], 662, 741[*b*], 751).
"Habitare" in Verbo dicitur de bono; unde per "habitatores" significantur illi qui in bono sunt: cum itaque "habitare" dicitur de Domino, significatur influxus Divini Boni (n. 479, 482; *conf.* n. 871).
"Non habitari in aeternum" (*Esai.* xiii. 20) spectat destructionem boni; et "non incoli in generationem et generationem" spectat destructionem veri (n. 1029[*e*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 133, 138, 294[*b*], 355[*f*], 365[*c,e*], 375[*e*(viii.)], 386[*d*], 388[*c,e,f*], 394, 405[*c*], 406[*b*], 410[*b*], 411[*e*], 417[*b*], 433[*c*], 447, 479, 482, 531, 538[*a*], 586, 600[*b*], 617[*b*], 650[*f*], 660, 662, 721[*b*], 730[*b,c*], 751, 752, 768[*b*], 826, 827[*a*], 1029[*e*], 1056.)

Habitatio.—Habitationes in mundo spirituali sunt omnes distinctae secundum vitas ac vitae differentias (n. 133).
"Habitationes" in Verbo significant illa quae mentis sunt, ita quae intelligentiae et sapientiae, ex quibus vita homini (n. 133).
"Habitatio" (*Dan.* v. 21) est vitae sors (n. 376[*d*]).
"Ut erigant urbem habitationis" (*Ps.* cvii. 36), significat ut sibi faciant doctrinam vitae (n. 730[*c*]; *conf.* n. 386[*d*]).

"Attrahere habitationem violentiae" (*Amos* vi. 3) est vitam contrariam charitati vivere (n. 279[*a*]).

Habitator.—(*Vide* ***Incola.***)
"Habitare" in Verbo dicitur de bono; unde per "habitatores" significantur illi qui in bono sunt (n. 479): per "habitatores orbis" significantur homines ecclesiae qui in bonis doctrinae et inde vitae sunt (n. 741[*b*]).
Per "habitatores Hierosolymae" significantur omnes qui ab ecclesia (n. 376[*f*]; *conf.* n. 659[*e*]).
"Habitatores insularum" (*Ezech.* xxvii. 35) sunt bona veri naturalis hominis (n. 406[*b*]).
Per "habitatores petrae" (*Esai.* xlii. 11) significantur bona fidei, seu illi qui in bonis fidei (n. 405[*b*]).
"Habitatores finium" (*Ps.* lxv. 9 [*B. A.* 8]) sunt qui in ultimis caeli et ecclesiae sunt, et ibi in fide charitatis (n. 706[*d*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae, videantur explicata*, n. 131[*a*], 257, 280[*b*], 304[*g*], 326[*b*], 357[*d*], 376[*f*], 405[*b*], 406[*b,c*], 479, 560, 652[*b*], 659[*e*], 700[*d*], 706[*d*], 741[*b,d*].)

Habitatrix.—Per "habitatricem Zionis" (*Esai.* xii. 6) simile significatur quod per "filiam Zionis," nempe, ecclesia caelestis, seu ecclesia quae in bono amoris in Dominum est (n. 313[*b*]): "habitatrix" et "filia Zionis" est ecclesia ubi Dominus colitur (n. 326[*b*]).

"Habitatrix filia Dibonis" (*Jerem.* xlviii. 18) significat externum ecclesiae, et inde externum Verbi, quod est sensus litterae ejus (n. 727[*a*]).

"Habitatrix vallis" (*Jerem.* xxi. 13) significat falsum vitae (n. 411[*f*]).

Haedus.—Affectiones naturalis hominis, cum in mundo spirituali sistuntur videndae in forma animalium simili, apparent prorsus sicut formae variarum bestiarum; ut sicut agni, oves, caprae, haedi, hirci, juvenci, boves, vaccae, etc. (n. 650[*a*]).

"Haedus" est innocentia secundi gradus, cujus oppositum est pardus; quae innocentia est qualis est illis qui in secundo seu medio caelo, et ejus bonum vocatur bonum spirituale (n. 314[*b*]): per "haedum" significatur charitas (n. 780[*b*]).

Haemorrhoides.—"Haemorrhoides" (1 *Sam.* v. 9, 12; vi. 4, 5, 11) significant verum conspurcatum malo vitae, quale est apud illos qui absque bono sunt: nam "sanguis" significat verum, et "sanies haemorrhoidum" verum conspurcatum; et "pars posterior," ubi haemorrhois, significat amorem naturalem, qui apud illos qui non spirituales sunt, et est amor mundi (n. 700[*e*]; *conf.* n. 817[*d*], 827[*b*], 962).

Haereses.—Quaenam origo omnium dissensionum, controversiarum et haeresium in ecclesia (n. 365[*a*]).

Sunt duo per quae dogma aliquod haereticum potest confirmari, nempe, sunt ratiocinia ex naturali homine, et sunt confirmationes ex sensu litterae Verbi (n. 815[*a*]).

Qualis potentia persuadendi et confirmandi quodcunque haereticum ex Verbo (n. 816; *conf.* n. 384).

Omnes haereses, quatenus sunt adulterationes et falsificationes Verbi, correspondent adulteriis et meretricatibus varii generis (n. 817[*c*]).

Quaedam haereses memoratae (n. 1176).

Plures contra Divinam Providentiam se confirmant ex variis quae contingunt et existunt; inter haec, quod tot haereses sint (n. 1176).

"Ne laeteris, Philisthaea tota, quod fracta sit virga percutiens te" (*Esai.* xiv. 29), significat ne gaudeant ex eo, quod liceat illis permanere in sua haeresi ob paucitatem illorum qui in veris ex bono sunt (n. 817[*d*]).

Hagar.—Quomodo Dominus cum antiquis locutus est, ut cum Abrahamo, Hagare ancilla ejus, cum Guideone, et in genere cum prophetis (n. 1228).

Halitus.—"Halitus Dei" (*vide Hiob.* iv. 9, n. 183[*c*]).

Ex halitibus in terra reconditis trahit aurum suum elementum, argentum suum, cuprum et ferrum suum, et hoc per quoddam caloris ignoti, distincte, simul ac in instanti (n. 1084).

Hallelujah.—"Hallelujah" significat glorificationem Domini; nam per *Hallelu-Jah* in lingua originali significatur *Laudate Deum* (n. 1197).

"Hallelujah" est vox gaudii et laetitiae in confessionibus et in cultu Dei (n. 1210).

(*Videantur etiam articuli*, n. 1203, 1208, 1217.)

Hamus.—"Propterea dabo hamum in maxillas tuas" (*Ezech.* xxix. 4), significat falsiloquium propter quod castigabitur (n. 654[*i*]).

"Extrahere hamis piscationis" (*Amos* iv. 2) significat abducere a veris per fallacias sensuum, ex quibus homo sensualis ratiocinatur (n. 560).

Harioli.—Quando homines ecclesiarum repraesentativarum ab internis facti sunt externi, tunc caelestia et spiritualia, quae repraesentabantur et inde significabantur, remanserunt sicut traditiones apud illorum sacerdotes et sapientes, qui vocati sunt magi et harioli (n. 827[*a*]).

(*Vide Levit.* xx. 6, n. 141[*b*]; *ac* 1 *Sam.* vi. 2, n. 827[*b*].)

Hasta.—"Arma," "scutum," "clipeus," "arcus," "tela," "baculus manus," "hasta," (*Ezech.* xxxix. 9,) sunt omnia quae doctrinae (n. 257).

Per "hastam" in opposito sensu significatur falsum mali, destruens bonum (n. 357[*c*]).

Quod non erit pugna ex aliquo falso mali, significatur (*Ps.* xlvi. 10 [*B. A.* 9]) per quod "amputabit hastam" (n. 357[*d*]).

"Fulmen hastae" (*Hab.* iii. 11) significat bona fatua quae in se sunt mala falsi (n. 401[*d*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae plura videantur explicata*, n. 131[*a,b*], 257, 357[*c,d*], 401[*d*], 734[*b*].)

Hebetare.—Per "hebetari dentes" (*Jerem.* xxxi. 30; *Ezech.* xviii. 2), significatur in falso mali esse; "hebetari" significat appropriationem falsi ex malo (n. 556[*c*]).

Hebraei. } —De Ecclesia Hebraea (n. 391[*h*]).
Hebraeus. }

Altaria in usu fuerunt apud omnem posteritatem ex Ebero, ita apud omnes qui Hebraei vocabantur, qui quoad plurimam partem fuerunt in terra Canaane, et proxime circum illam, tum etiam in Syria unde Abram (n. 391[*h*]).

Per "Armageddon" (*Apoc.* xvi. 16) significatur amor honoris, imperii, et supereminentiae; hic amor etiam per "Megiddonem" (2 *Reg.* xxiii. 29, 30; 2 *Chron.* xxxv. 22; *Sach.* xii. 11), in lingua vestusta Hebraea significatur, ut patet a significatione illius vocis in lingua Arabica (n. 1010).

Lingua Hebraea, et voces Hebraicae (n. 183[*a*], 220[*a*], 222[*a*], 295[*c*], 364[*b*], 365[*f*], 388[*e*], 391[*d*], 401[*e*], 406[*b*], 411[*d*], 418[*b*], 419[*a*], 431[*a*], 434[*b*], 435[*b*], 438, 449[*a*], 481, 563, 576, 654[*b*], 684[*a*], 687[*c*], 688, 696[*d*], 714[*d*], 722, 725[*a*], 740[*b*], 768[*b*], 887, 995, 1010).

Hedad.—Ovatio calcantium torcular intelligitur per "hedad." Quod non gaudium ex aliquo amore spirituali amplius, significatur (*Jerem.* xlviii. 34) per "Non calcabit hedad, hedad non hedad" (n. 922[*b*]; *conf.* n. 376[*c*]).

Helicon.—Quod gentiles in Graecia Heliconem [?*Parnassum*] posuerint in alto monte, et Parnassum [?*Heliconem*] in colle infra illum, et ibi deos et deas suas habitare crediderint,—hoc derivatum est ab antiquis in Asia, et praecipue in terra Canaane non inde remota, apud quos omnis cultus ex repraesentativis constabat (n. 405[*i*]).

Herba.—"Herba" (*Deutr.* xxix. 22 [*B. A.* 23]) significat verum ecclesiae nascens (n. 653[*b*]; *conf.* n. 405[*h*], 650[*e*]).

Per "herbam omnis agri" (*Jerem.* xii. 4) significatur omne verum et bonum ecclesiae (n. 304[*b*]).

Per "pascua herbae" (*Ps.* xxiii. 2) significantur cognitiones veri et boni (n. 375[*e*(viii.)]).

Per "herbam terrae" (*Hiob.* v. 25) significantur vera ex bono (n. 659[*d*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 278[*b*], 406[*e*], 507.)

Herbosus.—"Herbosum" (*Joel* ii. 22) significat crescentiam et multiplicationem cognitionum veri (n. 403[*b*]).

Hereditare.—"Dum heredites terram" (*Exod.* xxiii. 30), significat dum in bono fit, et regeneratus (n. 650[*f*]).

(*Videatur Esai.* liv. 3, n. 600[*b*].)

Amor regnans parentum traducitur in prolem, et quandoque in seram posteritatem, et fit illis natura hereditata (n. 1002).

Hereditarium.—(*Vide* ***Hereditare.***)

Omnia mala quae homo trahit a parentibus, quae mala hereditaria vocantur, insideant ejus naturali et sensuali homini, non autem spirituali: inde est quod naturalis homo, et maxime sensualis, sit oppositus spirituali homini (n. 543[*b*]).

Mala parentum, quae hereditaria vocantur, imprimis latent in homine sensuali (n. 556[*c*]).

Spiritualis homo ab infantia est occlusus, et aperitur modo ac formatur per Divina vera recepta intellectu et voluntate; et quantum ac qualiter ille aperitur et formatur, tantum removentur mala naturalis et sensualis hominis, et loco illorum implantantur bona (n. 543[*b*]).

Si homo vivit secundum cognitiones ex Verbo, aperitur apud illum interior gradus, ac fit spiritualis, sed non plus quam sicut afficitur veris, intelligit illa, vult illa et facit illa; causa est, quia sic, non aliter, removentur et quasi discutiuntur mala et inde falsa quae in naturali ac in sensuali homine ex hereditario resident (n. 739[*a*]).

Homo propter hereditaria mala non punitur, sed propter sua, et quoque si hereditaria facit actualia apud se (n. 556[*c*]).

Ex justitia Divina etiam est ut nemo luat poenas propter mala parentum, sed propter sua; quare providetur a Domino ne post mortem mala hereditaria recurrant, sed mala propria; et propter illa quae recurrunt, homo tunc punitur (n. 989).

Provisum est a Domino quod nemo ad infernum propter mala hereditaria damnetur, sed propter mala quae homo suamet actualiter per vitam fecerat (n. 989).

Hereditas.—"Hereditas Dei" significat ecclesiam (n. 650[*a*,*f*]).

Per "hereditatem laborantem," quam confirmabit Deus (*Ps.* lxviii. 10 [*B. A.* 9]), significatur ecclesia quae in Divino est quoad doctrinam et quoad vitam (n. 388[*e*]).

Per "Jehovah hereditas eorum in aeternum erit" (*Ps.* xxxvii. 18), significatur quod Ipsius proprii sint, et in caelo (n. 386[*d*]).

Per "hereditatem Jacobi" (*Esai.* lviii. 14) intelligitur terra Canaan, et per illam terram significatur ecclesia, et in superiori sensu caelum (n. 617[*c*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae plura videantur explicata*, n. 304[*e*], 331[*a*], 340[*d*], 654[*f*], 714[*c*], 724[*c*], 730[*b*], 850[*a*].)

Heres.—Angeli in caelis et homines in terris qui in veris ex bono a Domino sunt, dicuntur "filii Regis," tum "filii regni," ac "heredes" (n. 1034).

"Heres" (*Jerem.* xlix. 1) est bonum veri (n. 435[*b*]).

Per "montes" quorum "heredes ex Jehudah" (*Esai.* lxv. 9) significatur bonum amoris in Dominum, et inde ii qui in illo (n. 405[*c*]).

Herod.—Quod infantes pueri in Bethlechem ex mandato Herodis occisi sint, quid significat (n. 695[*c*]).

Heroes.—Per "heroes ad potandum vinum" (*Esai.* v. 22) significantur illi qui adulterant verum Verbi (n. 618; *conf.* n. 376[*g*]).

Hiems.—Tempus veris est homini cum intrat caelum, quod fit cum aperitur internum spirituale ejus; ante illud est ei tempus hiemis (n. 942).

Potentia regnumque Domini veniunt quando mali separati sunt a bonis, illi enim sunt frigora sicut hiemis, quae calorem Solis spiritualem qui est amor, exstinguunt (n. 691).

Hieroglyphica.—Quia antiquae ecclesiae repraesentativae fuerunt, ideo homines istarum ecclesiarum fecerunt sibi sculptilia et imagines variarum rerum quae repraesentabant et inde significabant caelestia. In Aegypto, ubi scientia repraesentationum, quae eadem est cum scientia correspondentiarum, floruit, fuerunt imagines, idola, et sculptilia: tum inde hieroglyphica (n. 827[*a*]).

Hierosolyma.—(*Vide* ***Jerusalem, Nova Hierosolyma.***)

"Hierosolyma" (*Esai.* lxvi. 12, 13) est ecclesia Domini in caelis et in terris (n. 175[*a*]).
Per "Hierosolymam" (*Ezech.* xvi. 3, 13, 19) significatur ecclesia, primum Ecclesia Antiqua, et postea Ecclesia Israelitica (n. 619[*b*]; *conf.* n. 83, 617[*b*]).
Per "Hierosolymam" (*Sach.* viii. 42) intelligitur nova ecclesia a Domino instauranda (n. 433[*d*]).
Per "Novam Hierosolymam" (in *Apocalypsi*) significatur nova ecclesia in caelis et in terris (n. 288[*b*]; *conf.* n. 100, 223[*a,c*], 224, 431[*b*], 629[*b*], 652[*d*], 670, 732, 758, 764, 857, 870 948, 1044, 1183).
Per "Hierosolymam" significatur ecclesia quoad doctrinam et cultum (n. 102[*a*]).
"Hierosolyma" est ecclesia ubi vera doctrina (n. 195[*b*]).
"Zion" in Verbo significat regnum caeleste Domini, ita quoque ecclesiam caelestem, et "Hierosolyma" regnum spirituale et ecclesiam spiritualem (n. 195[*b*]).
Ubi simul memorantur Samaria et Hierosolyma, per "Samariam" metropolin Israelitarum significatur ecclesia spiritualis, et per "Hierosolymam" metropolin Judaeorum ecclesia caelestis, utraque quoad doctrinam (n. 555[*b*]; *conf.* n. 576, 653[*b*], 724[*e*], 960[*a*]).
Per "circuitus Hierosolymae" (*Jerem.* xvii. 26) significantur vera doctrinae in naturali homine (n. 449[*b*]).
Per "suburbia Hierosolymae" (*Sach.* ii. 8 [*B. A.* 4]) significatur ecclesia ex illis qui exterius recepturi sunt Divinum a Domino procedens (n. 629[*a*]).
Per "Hierosolymam, montem sanctitatis" (*Esai.* lxvi. 20), significatur ecclesia in qua charitas regnat (n. 1155).
"Virgines Hierosolymae" (*Thren.* ii. 10) significant illos in ecclesia qui in affectione veri sunt (n. 637[*b*]; *conf.* n. 863[*a*]).

In sensu opposito, per "Samariam" significatur ecclesia in qua non vera sed falsa, et per "Hierosolymam" ecclesia in qua non bona sed mala (n. 240[*b*]).
Per "regem Hierosolymae" significatur verum ecclesiae prorsus vastatum per falsa (n. 401[*d*]).

In urbe Hierosolyma et extra illam omnes loci correspondebant locis in mundo spirituali; nam in hoc habitationes sunt secundum Divinum ordinem; in medio sunt qui in maxima luce seu sapientia, in terminis qui in minima: et quoniam "Hierosolyma" significabat caelum et ecclesiam quoad doctrinam, inde etiam loca ibi ad plagas, et ad distantias a Templo et a Zione, repraesentabant (n. 659[*f*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 39, 83, 100, 130[*b*], 141[*b*], 175[*a*], 195[*b*], 205, 208[*b*], 223[*a–c*], 224, 240[*b*], 242[*d*], 252[*b*], 253[*a*], 268, 270, 272, 275[*b*], 279[*a*], 282, 283[*b*], 288[*b*], 294[*b*], 298[*b*], 315[*b*], 316[*b*], 324[*d,e*], 329[*f*], 340[*c*], 355[*a,c*], 357[*a*], 365[*b,f,g*], 372[*b*], 374[*c*], 375[*e*(vi., viii.)], 376[*c,f*], 386[*b*], 388[*c*], 391[*e*], 392[*e*], 395[*c*], 401[*d*], 403[*e*], 405[*b,d,e,i*], 427[*a*], 430[*b*], 431[*b*], 433[*c*], 439, 444[*b,c*], 449[*a,b*], 453[*b*], 455[*b*], 458[*b*], 475[*b*], 502[*b*], 514[*c*], 538[*a*], 540[*b*], 555[*b*], 576, 584, 600[*b*], 608[*b*], 612, 617[*b*], 619[*a,b*], 629[*a,b*], 632, 633[*b*], 637[*b*], 638[*c*], 652[*b–d*], 653[*b*], 659[*e,f*], 670, 684[*e*], 700[*f*], 714[*c*], 721[*a*], 724[*d,e*], 725[*b*], 730[*b*], 732, 734[*d*], 740[*c*], 741[*b,c*], 750[*f*], 758, 764, 850[*a,c*], 857, 863[*a*], 870, 948, 1044, 1183.)

Hilaris. } —Per "laetitias" et "hilaritates" in Verbo significantur laetitiae et
Hilaritas. } hilaritates spirituales, quae omnes sunt ex affectionibus veri et boni (*vide Esai.* xxiv. 8, n. 323[*b*]).
"Super omnibus domibus laetitiae, urbe hilari" (*Esai.* xxxii. 13), significat ubi bona et vera doctrinae ex Verbo cum affectione recepta sunt (n. 730[*b*]).

Hines.—Justitia, ubi per illam intelligitur aestimatio et exploratio hominum secundum quale boni et veri apud illos, passim in Verbo exprimitur per mensuras, inter quas hines (*vide Levit.* xix. 36: *Hiob.* vi. 2; xxxi. 6: n. 373).

Hinnire. } —"Hinnitus" (*Jerem.* xiii. 27) sunt profanationes veri, quia "equus"
Hinnitus. } significat intellectuale ubi verum (n. 141[*b*]).

Falsificationes veri intelliguntur (*Jerem.* viii. 16) per "vocem hinnituum robustorum" (n. 355[*f*]).

Hinnomi vallis.—"Topheth" et "vallis Hinnomi" significabant inferna; "Topheth" infernum a tergo, quod vocatur Diabolus, et "vallis Hinnomi" infernum a facie, quod vocatur Satanas (n. 659[*f*]; *conf.* n. 1029[*e*]).

Hiobus. } —Quod Hiob fuerit ex "filiis orientis" (n. 422[*d*]).
Hiob. } Quod amici Hiobi "sciderint tunicam suam, et sparserint pulverem super capita sua versus caelum" (*Hiob.* ii. 12) significabat luctum propter Hiobum, qui visus sicut damnatus (n. 1175).

De se Hiobus dixit, "Confregi molares iniqui, et e dentibus ejus eripui praedam" (*Hiob.* xxix. 17): quod pugnaverit contra falsa et vicerit illa, significatur per "Confregi molares iniqui;" et quod liberaverit alios a falsis instruendo, significatur per "E dentibus ejus eripui praedam" (n. 556[*c*]).

Antiquissimi libri, inter quos est *Hiobus*, scripti erant per meras correspondentias; scientia enim correspondentiarum tunc fuit scientia scientiarum; et illi prae reliquis aestimati fuerunt qui per plures et significantiores correspondentias libros concinnare potuerunt. Talis est *Liber Hiobi;* sed sensus spiritualis ex correspondentiis ibi collectus, non agit de sanctis caeli et ecclesiae sicut sensus spiritualis apud *Prophetas;* quare ille liber non est inter libros Verbi; sed usque ex illo adducuntur loci propter correspondentias, quibus est plenus (n. 543[*d*]).

Liber Hiobi est liber Ecclesiae Antiquae, plenus correspondentiis, secundum modum scribendi illius temporis; sed usque est liber praestans et utilis (n. 740[*c*]).

Hircus.—Per "hircos" in sensu bono intelliguntur qui in bono naturali sunt, et inde in veris, quae vera vocantur cognitiones veri et boni ex sensu naturali Verbi. Omnes bestiae ex quibus sacrificia fiebant, significabant talia quae sunt ecclesiae, quae omnia se referunt ad bona et vera. Bona et inde vera naturalia, in quibus sunt angeli qui in ultimo caelo, significabantur per "hircos" (n. 817[*e*]).

Quod bini hirci ad expiationem aut purificationem repraesentandam accepti fuerint (*Levit.* xvi. 5–29), erat quia "hircus" ex correspondentia significabat naturalem hominem; hircus qui sacrificandus erat, naturalem hominem quoad partem purificatam; et hircus qui mittendus erat in desertum, naturalem hominem non purificatum (n. 730[*e*]).

Per "hircos" qui ad sinistram (*Matth.* xxv. 33) significantur qui in fide et nulla charitate (n. 212; *conf.* n. 298[*c*], 817[*e*]).

Per "hircum caprarum qui venit ab occidente super facies omnis terrae" (*Dan.* viii. 5) significatur fides separata a charitate oriunda a malo vitae (n. 316[*c*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 212, 250[*c*], 298[*c*], 314[*b*], 316[*c*], 376[*c*], 412[*f*], 573[*a*], 600[*a*], 632, 717[*d*], 730[*e*], 817[*e*].)

Hirundo.—Per "hirundinem" (*Ps.* lxxxiv. 4 [*B. A.* 3]) significatur verum naturale (n. 391[*d*]).

Hiskias.—Quia Hiskias rex probus erat, prolongatum est Ecclesiae Judaicae tempus, nam iniquitas gentis istius per id non tam cito proventura erat ad consummationem (n. 706[*c*]).

(*Videantur* 2 *Reg.* xx. 7, *Esai.* xxxviii. 21, n. 403[*c*]; *Esai.* xxxviii. 10, n. 453[*a*]; *Esai.* xxxviii. 7, 8, cap. xxxvii. 30, n. 706[*c*].)

Historica Fides.—(*Vide* ***Fides.***)

Fides alius in se, et non facta sua per visum et intellectum, non absimilis est fidei caeci nati de coloribus et aspectabilibus mundi, cui etiam tactus gravis est, de quibus extraneam ideam habet quam nemo novit quam ipse: haec fides est quae vocatur fides historica (n. 232; *de qua plura videantur*, n. 242[*b*]).

Fides historica sistit Dominum praesentem, est enim illa fides intuitio Domini ex quali Divinitatis Ipsius; sed usque illa fides non salvat priusquam homo vivit vitam fidei quae est charitas (n. 815[*b*]).

Historica Verbi.—(*Vide* ***Verbum.***)

Omnia historica Verbi, aeque ac prophetica ejus, continent sensum spiritualem, in quo agitur de ecclesia et de ejus instauratione et progressione, nam hoc spirituale Verbi est, et historicum est naturale continens spirituale (n. 700[*c*]; *conf.* n. 503[*b*]).

Historica occultant magis sensum spiritualem, quam mere prophetica; verum omnia historica Verbi etiam sensum spiritualem continent, inde magis adhuc historica prophetica, quae sunt quae apparuerunt et quae dicta sunt prophetis cum fuerunt in visione spiritus (n. 471).

Historica de creatione caeli et terrae, tum de horto in Edene, deque posteris Adami usque ad diluvium, sunt historica facta; sed usque sanctissima, quia singuli sensus ac singulae voces ibi correspondentiae sunt, et inde significant spiritualia (*de quibus plura*, n. 739[*b*], 817[*b*]).

Hodie.—Ubi dicitur, "Annuntiabo de statuto, Jehovah dixit ad Me, Filius meus Tu, Ego hodie genui Te" (*Ps.* ii. 7), scitur quod ea de Domino dicta sint, et quod per "hodie" intelligatur ab aeterno: "cras" autem in Verbo ubi agitur de Domino, significat in aeternum (n. 23).

Hollandia.—Intra Babyloniam sunt illi qui in regno Galliae sunt, et plures in Hollandia, Anglia, Scotia et Irlandia, qui potestatem salvandi homines non ademerunt Domino, nec sanctitatem Divinam Verbo (n. 1070).

Holocausta.—(*Vide* ***Sacrificium.***)

"Holocausta et sacrificia" significabant omnem cultum repraesentativum ex bono amoris et ex veris inde; "holocausta" ex bono amoris, et "sacrificia" in specie ex veris inde (n. 314[*c*]; *conf.* n. 391[*e*]).

Quoniam "holocausta" et "sacrificia" significabant caelestia et spiritualia, "holocausta" caelestia, et "sacrificia" spiritualia, ideo lex lata erat (*Levit.* i. 2, 3; cap. iii. 1, 6), ut "holocausta fierent ex masculis integris, vel ex grege vel ex armento, at sacrificia vel ex masculis vel ex femellis (*de quibus plura*, n. 725[*b*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 324[*b*,*d*], 444[*b*], 504[*b*].)

Homicida. } ***Homicidium.*** }—"Homicidium," seu hominis occisio, significat exstinctionem vitae spiritualis, seu exstinctionem intellectus veri et voluntatem boni. "Occidere" spiritualiter est exstinguere vitam spiritualem, quod fit per falsa mali. Inde est quod Diabolus dicatur "homicida ab initio" (n. 589).

Homo.—(*Vide* ***Humana Forma, Filius hominis, Maximus Homo, Vir.***)

Quod solus Dominus in supremo sensu sit Homo (n. 280[*c*]).

Quod Verbum secundum sensum litterae intelligendum sit, quod Deo facies sit, quod oculi et aures, tum quod manus et pedes sint (n. 1116).

Quod Deus sit Homo, et quod Dominus sit ille Homo, manifestant omnia quae in caelis sunt, et quae sub caelis (*de quo plura*, n. 1119). (*Vide* ***Humana Forma.***)

Universum caelum, et unusquisque ibi, non in alia idea est de Deo quam ut de Homine, nec in alia potest esse, quia universum caelum est in

maxima effigie Homo, ac Divinum procedens a Domino facit caelum; quare cogitare aliter de Deo quam secundum Divinam illam formam, quae est Humana, angelis impossibile est. Haec idea Dei influit e caelo apud omnes in mundo, ac residet in spiritu illorum (n. 955).

Quod universum caelum angelicum cum ecclesia sit coram Domino ut unus Homo; similiter societas ex millibus angelorum consistens; quod universum caelum, tum integra societas in caelo possit ex beneplacito Domini apparere ut Homo magnus aut parvus, sicut gigas aut sicut infans; et tamen non sunt angeli qui ita apparent, sed est Divinum in illis; quod caelum et ecclesia sint Homo in concreto seu complexu maximo, minori, et minimo,—sola causa est, quia Deus est Homo; et inde Divinum procedens, quod est Divinum ex Ipso, simile est in omni minimo et maximo, quod est Homo (n. 1222; *conf.* n. 1127, 1223).

Ecclesia in terris in communi est Homo; tum omnes coetus qui vocantur ecclesiae, per se, sunt homines (n. 1127).

Caelum in forma est sicut homo, et inde vocatur Maximus Homo, et quoque correspondet omnibus hominis (n. 622[*a*]; n. 280[*c*], 391[*c*], 837, 955, 1223, 1224).

Quia angeli sunt modo recipientes, ac Divinum in illis facit angelicum et caelum, constat quod Dominus sit vita illius Hominis, hoc est, caeli et ecclesiae (n. 1222).

Homo ita creatus est ut sit spiritualis et caelestis amor, et sic imago Dei et similitudo Dei. Amor spiritualis, qui est amor veri, est imago Dei; et amor caelestis, qui est amor boni, est similitudo Dei. Omnes angeli in tertio caelo sunt similitudines Dei, et omnes angeli in secundo caelo sunt imagines Dei (n. 984).

Quod sit imago et similitudo Domini per amorem, est quia homo per amorem est in Domino et Dominus in illo (n. 1093).

Sunt duae facultates vitae apud hominem; una vocatur intellectus, et altera voluntas; illae facultates sunt inter se prorsus distinctae, sed creatae ut unum faciant. Quia intellectus videt ex luce caeli, patet quod ille sit subjectum et receptaculum illius lucis, ita quoque subjectum et receptaculum veri et inde sapientiae; et quia voluntas amat ex calore caeli, patet quod illa sit subjectum et receptaculum illius caloris, ita quoque subjectum et receptaculum boni, ita amoris (n. 1170). (*Vide* ***Facultates, Intellectus, Voluntas.***)

Quod homo sit modo recipiens boni et veri a Domino, ac mali et falsi ab inferno (*de quo plura*, n. 1146).

Omni homini sunt tres gradus vitae; infimus communis cum bestiis, ac duo superiores qui cum illis non communes sunt. Homo per binos hos gradus superiores est homo; hi clausi sunt apud malos sed aperti apud bonos. Sed hi gradus apud malos non clausi sunt pro luce caeli, quae est sapientia; sed clausi sunt pro calore, qui est amor (n. 1224).

Quod tales gradus in homine sint, est quia tales gradus vitae quae procedit a Domino; sed illi in Domino sunt Vita, in homine autem recipientes vitae (n. 1126). (*Vide* ***Gradus.***)

Illi gradus dicuntur gradus vitae hominis, sed sunt gradus sapientiae et amoris ejus, quia aperiuntur secundum receptionem sapientiae et amoris, ita vitae a Domino (n. 1126).

Homines in quibus aperitur intimus gradus, fiunt post mortem angeli intimi seu tertii caeli; illi in quibus aperitur medius gradus, fiunt post mortem angeli medii seu secundi caeli; illi autem in quibus aperitur penultimus gradus, fiunt post mortem angeli ultimi caeli (n. 1125; *conf.* n. 436, 449[*a*], 538[*a*], 563, 739[*a*], 832, 1201, 1210, 1224).

Homo ita creatus est ut sit imago caeli et imago mundi, est enim microcosmus: nascitur homo a parentibus imago mundi, ac denuo nascitur ut sit imago caeli; denuo nasci est regenerari, ac regeneratur a Domino per vera ex Verbo et per vitam secundum illa. Homo imago mundi

est quoad mentem suam naturalem, ac imago caeli est quoad mentem spiritualem. Mens naturalis est plena omnis generis malis; inde patet quod antequam Dominus e caelo cum caelo possit influere et formare hominem ad imaginem caeli, necessario removenda sint mala quae in mente naturali coacervata resident (n. 969). (*Vide* ***Malum, Proprium.***)

Homo qui non per bona et vera caeli imbuit affectiones spirituales, parum a bestiis differt (n. 650[*a*]; *conf.* n. 280[*a*], 1202). (*Vide* ***Bestia.***)

Homo quidem intellectum veri et perceptionem boni potest perdere, quod fit per falsa mali; sed usque non ideo perdit facultatem intelligendi verum et percipiendi bonum: ipsum humanum in illa facultate consistit; ex illa est quod homo vivat post mortem (n. 547).

Apud illos qui conjungunt Verbi vera cum affectione amoris sui, clauditur etiam mens naturalis, et aperitur modo ultimum hujus mentis, quod vocatur sensuale (n. 579).

Quod homini imputetur malum, est quia illi datum est, et continue datur, sentire et percipere sicut vita in illo sit; et quia in illo statu est, etiam in libero et in facultate agendi sicut a se est: haec facultas in se spectata, et id liberum in se spectatum, non ei aufertur, quia natus est homo qui victurus est in aeternum; ex illa facultate et ex illo libero est, quod sicut ex se possit recipere et bonum et malum (n. 1148).

Homo in medio constitutus est inter caelum et infernum; ex caelo influunt continue bona, ex inferno continue mala: et quia in medio est, in libero est cogitandi bona et cogitandi mala. Hoc liberum Dominus nusquam alicui aufert, est enim vitae ejus, et est medium reformationis ejus. Quantum itaque homo ex eo libero cogitat velle fugere mala quia peccata sunt, ac supplicat Dominum de ope, tantum Dominus removet illa, ac dat homini sicut a se ab illis desistere, et dein illa fugere (n. 936; *conf.* n. 1163, 1182).

Homo a Domino ducitur per affectiones, et non per cogitationes. Cum homo ducitur a Domino per affectiones, apparet illi sicut ex se libere cogitet, et sicut ex se libere loquatur, et quoque agat (*de quo plura*, n. 1175).

Sunt in mundo homines angeli, et sunt homines diaboli; ex hominibus angelis est caelum, et ex hominibus diabolis est infernum. Apud hominem angelum aperti sunt omnes gradus vitae ejus usque ad Dominum; apud hominem autem diabolum, apertus modo est gradus ultimus, ac superiores sunt occlusi. Homo angelus ducitur a Domino tam ab intra quam ab extra; homo autem diabolus ducitur a semet ab intra, et a Domino ab extra. Homo angelus ducitur a Domino secundum ordinem, ab intra ex ordine, ab extra ad ordinem; homo diabolus autem ducitur a Domino ad ordinem ab extra, sed a semet contra ordinem ab intra. Homo angelus a Domino continue abducitur a malo, et ducitur ad bonum; homo autem diabolus a Domino continue etiam abducitur a malo, sed a graviori ad minus, non enim duci potest ad bonum (*de quibus plura*, n. 1145, 1224).

(*Videantur etiam articuli*, n. 342[*c*], 412[*b*], 546, 554, 555[*a,c*], 579, 650[*c*], 806, 837, 942, 1086, 1116, 1133, 1142.)

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 63, 131[*b*], 176, 304[*b,d,f*], 315[*b*], 328[*d*], 342[*c*], 370, 388[*d*], 391[*g*], 400[*c*], 411[*c*], 426, 537[*b*], 572, 584, 600[*b*], 622[*a*], 637[*b*], 650[*a–c*], 695[*c*], 722, 805[*b*(vii.)], 846.)

Homogenea.—Cum homogenea, quae sunt Divina vera ex Verbo, quae ex bono suam essentiam trahunt, mentem spiritualem adeunt, tunc aperit se (n. 739[*a*]).

Honor.—"Gloria" (*Apoc.* iv. 9) significat Divinum Verum, ac "honor" Divinum Bonum (n. 288; *conf.* n. 293, 298[*b*], 339, 340[*a*], 345, 346, 466).

"Honor" et "timor" dicitur (*Mal.* i. 6), quia "honor" dicitur de cultu ex bono, et "timor" de cultu per vera (n. 696[*c*]).

Honorare.—Cultus ex bono significatur (*Esai.* xxv. 3) per "honorare," nam "honor" praedicatur de bono amoris (n. 696[*c*]).

In praecepto, "Patrem tuum et matrem tuam honorabis," homo in mundo per "patrem et matrem" intelligit patrem et matrem in terra, ut et omnes qui loco patris et matris sunt aut esse possunt, et per "honorare" intelligit illos honore habere: at angelus regni spiritualis per "patrem" intelligit Divinum Bonum, ac per "matrem" Divinum Verum, et per "honorare" intelligit amare: angelus vero regni caelestis per "patrem" intelligit Dominum, et per "matrem" caelum et ecclesiam, et per "honorare" intelligit facere (n. 1083; *conf.* n. 966).

(*Videantur etiam articuli*, n. 304[*e*], 406[*b*], 652[*d*].)

Hora.—Per "horas" in mundo intelliguntur tempora, sed in caelo status vitae, quia in caelo non sunt horae, ex causa quia tempora ibi non mensurabilia (n. 194).

"Hora" significat durationem quamcunque status, minorem et majorem, ita tempus et statum; et numerus adjectus determinat statum quoad ejus quale (n. 673).

"Hora judicii" (*Apoc.* xiv. 7) significat statum ultimum ecclesiae (n. 875).

Per "unam horam" (*Apoc.* xvii. 12) significatur aliqua pars (n. 1070).

"Duodecima hora" (*Matth.* xx. 1–17), ad quam omnes laborarunt, significat vera et bona in suo pleno (n. 194).

Hordeum.—(*Vide* ***Triticum, Farina, Simila.***)

Per "farinam" ex hordeo significatur verum ex origine naturali, "hordeum" enim significat bonum naturale (n. 1153; *conf.* n. 1182).

Per "triticum et hordeum" significantur bonum et verum ecclesiae; "triticum" significat bonum ejus, et "hordeum" verum ejus (n. 374[*a c*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 375[*a,b*], 617[*e*], 911[*b*].)

Horreum.—Per "cibum" significantur bona et vera ecclesiae; inde quoque per "horrea," quae sunt supellectualia illius (n. 336[*b*]).

Per "horreum" significatur ubi sunt bona et vera, sive ecclesia, sive homo in quo ecclesia, sive mens hominis quae est subjectum (n. 403[*b*]).

Per "congregare in horreum" (*Matth.* xiii. 30) significatur conjungere caelo (n. 911[*a*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 336[*b*], 374[*d*], 403[*b*], 849, 911[*a*].)

Horror.—Sunt variae commotiones animi, quae in specie significantur (*Ps.* lv. 5, 6 [*B. A.* 4, 5]) per "trepidationem cordis," per "terrores mortis," "timorem," "tremorem," et "horrorem," qui, secundum ordinem quo succedunt, ibi ordine memorantur (n. 677).

Hortus.—Per "hortos" significantur omnia ecclesiae quae faciunt intelligentiam et sapientiam (n. 403[*b*]).

Horti dicuntur paradisi in spirituali homine, luci et nemora in naturali, at silvae umbrosae in sensuali (n. 724[*a*]).

Quod antiqui cultum Divinum habuerint in hortis et lucis secundum arborum significationes ibi, sed quod id apud gentem Israeliticam prohibitum fuerit, ne fingerent sibi cultum ex proprio (n. 324[*d*]).

Per "hortum" in opposito sensu significatur propria intelligentia (n. 324[*d*]).

(*Videantur articuli*, n. 110, 294[*b*[, 324[*d*], 326[*d*], 340[*c*], 374[*b*], 376[*b*], 403[*b*], 504[*e*], 518[*b*], 638[*a*], 654[*b*], 721[*b*], 724[*a*], 730[*b*], 739[*b*], 988.)

Hospitalia.—Quod hodie vix sciatur quid charitas, proinde quid bona opera, nisi solum dare pauperibus, opitulari egenis, benefacere viduis et pupillis, et conferre sportas aedificandis templis, hospitaliis et xenodochiis (n. 933).

Hostis.—(*Vide* ***Inimicus.***)

Per "hostes" (*Mich.* v. 8) significantur mala, et per "inimicos" falsa (n. 278[*b*]).

"Reverti e terra hostis" (*Jerem.* xxxi. 16) significat educi ex inferno (n. 695[*c*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 242[*d*], 278[*b*], 316[*d*], 357[*b,d*], 376[*c*], 391[*d*], 401[*d*], 406[*d*], 411[*c*], 413[*b*], 573[*b*], 632, 650[*g*], 684[*c*], 695[*c*], 740[*c*], 741[*b*].)

Humana Forma.—(*Vide* ***Homo.***)

Angeli sapientissimi non aliter de Deo cogitant quam in Humana forma; aliter cogitare illis impossibile est, ex causa quia perceptiones eorum vadunt secundum formam caeli, quae est forma Humana ex Divino Humano Domini (n. 392[*b*]).

Quod Deus sit Homo, et quod Dominus sit ille Homo, manifestant omnia quae in caelis sunt et quae sub caelis. In caelis omnia quae procedunt a Domino in maximis et in minimis, vel in Humana forma sunt, vel ad Humanam formam se referunt: universum caelum in forma Humana est, omnis societas caeli in forma Humana est, unusquisque angelus est forma humana, et quoque unusquisque spiritus sub caelis; et revelatum est quod omnia minima sicut maxima quae immediate procedunt a Domino, in illa forma sint; nam quod a Deo procedit, est instar Ejus (n. 1119).

Insitum est e caelo Divinum suum velle videre, et quidem sub Humana forma (n. 52).

Qui Divinum sub Humana forma coluerunt, vertuntur ad Dominum (n. 151).

Spiritus hominis in tali forma humana apparet post mortem, in quali vita affectionis ejus fuit in mundo; in forma pulchra si vita amoris caelestis ei fuerat, at in forma impulchra si vita amoris terrestris (n. 157).

Unusquisque angelus est in perfecta forma humana (n. 299): formae angelici intimi caeli sunt formae vere humanae (n. 1001).

Humanum.—(*Vide* ***Dominus.***)

Humanum Genus.—(*Vide* ***Genus Humanum.***)

Humerus.—Per "humeros" significatur potentia omnimoda (n. 431[*a*]).

"Humerus" (*Ezech.* xxix. 7; *Hiob.* xxxi. 22) significat potentiam seu facultatem intelligendi verum (n. 627[*b*]).

"Inter humeros habitare" (*Deutr.* xxxiii. 12) est in securitate et in potentia (n. 449[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 316[*d*], 431[*a*], 449[*b*], 540[*b*], 627[*b*], 654[*g,i*], 727[*b*].)

Humiliare.—Per quod "omnis mons et collis humiliabitur" (*Esai.* xl. 4) significatur quod omnes elati animo, qui sunt qui in amore sui et mundi sunt, deprimentur (n. 405[*g*]).

Humilis.—"Omnis magnificus et altus" (*Esai.* ii. 12) sunt qui in amore sui et mundi; et "omnis elatus et humilis" sunt qui in amore propriae intelligentiae (n. 410[*b*]; *vide A. C.*, n. 1306, *ubi legitur* "et humiliabitur" *pro* "et humilem:" *Schmidius autem habet* "et humilem").

Humus.—"Humus" significat ecclesiam (n. 239[*b*], 364[*b*], 817[*b*]).

"Humus" qui effoditur ex fovea significat bonum a Domino: quare dicitur (*Esai.* li. 1) "effossio foveae" (n. 411[*c*]; *conf.* n. 391[*f*]).

Per "humum" (*Matth.* xiii. 5) significatur bonum spirituale, quia hoc recipit vera sicut humus semina (n. 401[*g*]).

Hyacinthus. } —"Hyacinthinum" in spirituali sensu significat caelestem amo-
Hyacinthinum. } rem veri, at in opposito sensu diabolicum amorem falsi (n.
Caeruleum. } 576).

"Caeruleum" a caelo trahit quod significet verum (n. 1063).

(*Videantur etiam articuli*, n. 195[*b*], 427[*b*], 587[*b*].)

Hydriae lapideae.—Per "hydrias sex lapideas" positas juxta mundationem Judaeorum" (*Joh.* ii. 6), significantur omnia in Verbo et inde in Ecclesia Judaica et ejus cultu, quae erant repraesentativa et significativa Divinorum in Domino et a Domino, quae continebant interna (n. 376[*e*]).

Hypocrisis. } —Per "hypocrisin" quae exivit ex prophetis Hierosolymae"
Hypocritae. } (*Jerem.* xxiii. 15), significatur commixtio falsi et veri, quia locuti sunt vera, et docuerunt falsa; locuti vera dum ex Verbo, et docuerunt falsa dum ex se et sua doctrina (n. 519[*a*]; *conf.* n. 238, 386[*d*], 706[*b*]).

De purificatione societatum in mundo spirituali, quae fit quoties mali, imprimis hypocritae, insinuaverunt se in illos, et commiscuerunt se bonis ibi (n. 677).

Hyssopum.—Per "hyssopum" significatur medium purificationis externum (n. 386[*e*]; *conf.* n. 519[*a*]).

Idea.—Idea de Deo est omnium primaria, nam qualis illa est, talis est homini illustratio, affectio veri et boni, perceptio, intelligentia et sapientia (n. 957).

Idea de Deo ut Homine est insita e caelo omni genti in universo terrarum orbe (n. 1097).

Idea Dei Hominis, seu Divini Humani, fuit incolis hujus telluris a primaevo tempore (n. 808).

Idea de Deo est idea de Domino ac de Ipsius Divino, nam non alius est Deus caeli et Deus terrae (n. 957).

Sed idea de Domino est plena magis et minus, et clara magis et minus (*de quo plura*, n. 957).

Omnes qui non ideam Divini de Domino habent, sub caelis sunt (n. 957).

Invisibile, quia non cadit in ideam, non cadit in fidem. In spirituali mundo indeterminata idea de Deo est nulla idea de Ipso (n. 956).

Illi qui habent ideam duplam, nempe, de Deo invisibili et de Deo visibili sub forma humana, sub caelis manent, nec recipiuntur priusquam unum Deum, ac Ipsum visibilem, agnoscunt (n. 957).

Idea plurium deorum destruit ideam unius Dei (n. 1097).

Idea de Deo ut Homine deperdita est in Christiano orbe (n. 1097).

Sunt cogitationi hominis binae ideae, una abstracta quae spiritualis, et una non abstracta quae naturalis (*de quibus plura*, n. 1124).

Idea vitae absque ortu non dari potest apud naturalem hominem, ita nec idea Dei ab aeterno, sed datur apud spiritualem (*de quo plura*, n. 1130, 1131).

Omnes ideae cogitationis angelorum et spirituum vertuntur in varia repraesentativa extra illos (*de quo plura*, n. 513[*a*]).

Ideale.—Confirmari possunt falsa, etiam infernalia, usque ut appareant sicut vera, per fallacias et per sophismata; sicut id falsum infernale quod Natura sit omne, quod quicquid apparet sit ideale, quod homo et bestia parum differant, similiter moriantur, et post mortem non vivant, quod Verbum non sanctum sit, et similia alia (n. 988).

Idola.—(*Vide* ***Imago, Fusile, Sculptile.***)
Per "idola" significantur falsa doctrinae, religionis et cultus, quae ex propria intelligentia. Quando doctrinale falsum confirmatur per spiritualia Verbi, tunc fit illud idolum aureum et idolum argenteum; cum autem id confirmatur per naturalia Verbi, qualia sunt sensus litterae ejus, tunc fit idolum aeneum et lapideum; et quando ex mero sensu litterae, fit idolum ligneum. In mundo spirituali, mali spiritus, qui sibi falsa doctrinae finxerunt, apparent sicut idola formare, et variis insignire (n. 587[*a*]).
Quod gentes idololatrae adoraverint simulacra non modo hominum, sed etiam variarum bestiarum, avium et reptilium, erat causa quia ex antiquis habuerunt quod illa significaverint caelestia et spiritualia; sicut quod "bestiae" affectiones, "aves" cogitationes inde, "reptilia" et "pisces" easdem in sensuali naturali homine; inde erat, cum audiverunt sancta caeli et ecclesiae per illas significari, quod illi qui in externo cultu absque aliquo interno fuerunt, inceperint illa colere (n. 587[*d*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 131[*b*], 141[*b*], 279[*b*], 376[*g*], 386[*b*], 391[*g*], 410[*b*], 411[*e*], 587[*a–d*], 588, 650[*g*], 654[*a*], 695[*d*], 780[*a*], 827[*a,b*], 887.)

Idololatrica.—Unde derivata sunt religiosa plurium gentium, quae apud multos temporis tractu facta sunt idololatrica minus et magis (n. 1177).

Idolothyta.—"Idolothyta," quae sunt quae sanctificata sunt idolis, significant mala omnis generis (n. 141[*a*], 161).

Ignis. } —(*Vide* ***Flamma.***)
Igneus. } Quoniam "ignis" in supremo sensu significat Divinum Amorem Domini, ideo mandatum est ut ignis jugiter arderet super altari, et quod ex illo igne sumeretur ad suffitus; ex hoc erat quod apud Graecos et Romanos inter religiosa eorum fuerit ignis perpetuus, cui praeerant Virgines Vestales (n. 504[*a*]).
Divinus Amor Domini significabatur per "ignem" in quo Dominus praeivit filiis in deserto, quando proficiscebantur; tum per "ignem" super Tentorio conventus, tempore noctis (n. 504[*b*]).
"Baptizare Spiritu sancto et Igne" (*Matth.* iii. 11) significat regenerare hominem per Divinum Verum et Divinum Bonum Amoris a Domino; "Spiritus sanctus" est Divinum Verum procedens ab Ipso, et "Ignis" est Divinus Amor ex quo (n. 504[*b*]).
Quod "ignis" significet amorem, est quia Dominus apparet in caelo angelico ex Divino Amore ut Sol, ex quo Sole procedit calor et lux (n. 504[*b*]).

Quia bonum amoris per "ignem" significatur, et cultus ex bono amoris per holocausta repraesentatus est, ideo ignis e caelo quandoque demissus est, et consumpsit holocaustum: per hunc "ignem" etiam significabatur Divinus Amor, et inde acceptatio cultus ex bono amoris (n. 504[*b*]).
Ex correspondentia ignis et amoris est, quod in communi sermone dicatur "incalescere," "incendi," "flagrare," "effervescere," "ignescere," et similia, cum loquela est de affectionibus quae amoris. Etiam homo ex amore quocunque secundum gradum ejus incalescit (n. 504[*b*]).

Ubi "ignis" in Verbo dicitur de malis ac de infernis, tunc is significat amorem sui et mundi, et inde omnem affectionem malam et cupiditatem quae cruciat impios post mortem, in infernis. Causa quod ignis haec opposita significet, est quia Divinus Amor, quando e caelo descendit, ac in societates ubi mali sunt illabitur, vertitur in amorem Divino Amori contrarium (n. 504[*c*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 66, 68, 152, 177, 238, 239[*b*], 240[*b*], 242[*a,d*], 315[*b*], 324[*b*], 336[*b*], 357[*d*], 374[*d*], 386[*b*],

391[*c,e*], 400[*b*], 401[*f*], 405[*h*], 411[*e*], 455[*c*], 496, 503[*a,b*], 504[*a–e*], 539[*a,b*], 576, 578, 595, 597, 642, 650[*c*], 654[*g*], 700[*d*], 725[*b*], 730[*b*], 825, 916, 931, 944, 982.)

Ignitum.—Dicitur, "tanquam in camino igniti" (*Apoc.* i. 15), ut exprimatur Divinus Amor in maximo gradu, et in suo pleno (n. 69): "ignitum" (*Ps.* li. 21 [*B. A.* 19]) significat amorem (n. 391[*e*]).

Ijim. } —(*Vide* ***Ochim, Tziim.***)
Iim. } Agitur (*Esai.* xxxiv. 14) de totali ecclesiae devastatione per concupiscentias corporeas et mere naturales, ex quibus omnis generis falsa et mala profluunt: illae concupiscentiae significantur per "tziim" et "ijim," tum per "noctuam" et "daemonem silvestrem" seu "satyrum" (n. 586).

"Tziim" et "ijim" (*Jerem.* l. 39) significant falsa et mala infernalia, ac "filiae noctuae" affectiones falsi (n. 587[*c*]).

Per "ijim" (*Esai.* xiii. 22) significantur adulterata et profanata vera, et per "dracones" adulterata et profanata bona (n. 714[*c*]; *conf.* n. 1029[*e*]).

Illudere.—"Ad illudendum, flagellandum, et crucifigendum" (*Matth.* xx. 19), significat blasphemationem, falsificationem et perversionem veri, ac adulterationem et destructionem boni ecclesiae et Verbi (n. 655[*b*]).

Quod vera et bona Verbi subsannaturi et blasphematuri sint, significatur (*Hab.* i. 10) per quod "reges illudet, ac dominatores risus illi" (n. 811[*a*]).

Illuminare.—Per "illuminare" (*Ps.* cxviii. 27) significatur illustrare in veris (n. 391[*e*]).

"Illuminare facies" (*Ps.* xxxi. 17 [*B. A.* 16]) significat illustrare Divino Vero ex Divino Amore (n. 412[*a*]).

Illustrare. } —Quod civitati sanctae Novae Hierosolymae erunt amor spiritualis
Illustratio. } et lux spiritualis, significatur (*Apoc.* xxi. 23, xxii. 5) per quod "gloria Dei illustrabit illam, et lucerna ejus Agnus" (n. 401[*h*]).

"Gloria Domini," per quam terra illustrata est (*Apoc.* xviii. 1), est Divinum Verum (n. 1094).

Res ecclesiae et caeli, quae spiritualia vocantur, non intrant in intellectum hominis quam media luce caeli, et lux caeli illustrat illum. Illa causa est quod Verbum, in quo res ecclesiae et caeli sunt, non possit intelligi quam ab illustrato; et illustrantur illi soli qui in affectione veri ex bono sunt (n. 11).

Sciatur quod omnia vera Verba, quae sunt vera caeli et ecclesiae, intellectu videri possint, in caelo spiritualiter, in mundo rationaliter, nam intellectus vere humanus est ipse visus illorum; est enim separatus a materiali, et cum separatus est, videt vera tam clare sicut oculus objecta; videt vera sicut amat illa, nam sicut illa amat illustratur (n. 1100[*d*]).

Illustratus videt ex spirituali et simul ex naturali luce, et naturalis lux apud illum illustratur a spirituali. Non illustratus vero videt solum ex naturali luce separata a spirituali quae lux in spiritualibus non lux sed caligo est (n. 826).

Unusquisque qui in affectione veri spirituali est, a Domino illustratur dum legit Verbum, ac intellectus est qui illustratur: qui autem non in affectione veri spirituali est, non quoad intellectum potest illustrari, nam is videt verum sicut in nocte, ac falsum sicut in luce (n. 923).

Qui legunt Verbum ex affectione veri spirituali, illi vident vera ibi, et gaudent corde cum vident illa. Causa est, quia in illustratione sunt a Domino: descendit illustratio a Domino per caelum e luce ibi, quae lux est Divinum Verum; ideo datur illis videre vera ex sua luce: sed illi solum in hac illustratione sunt qui in binis amoribus caeli sunt; hi enim amores aperiunt mentem interiorem seu superiorem, quae formata est ad recipiendum lucem caeli; per illam apud eos influit lux caeli et illustrat; sed non percipiunt vera in illa mente dum vivunt in mundo, verum

vident illa in mente inferiore, quae mens est externi seu naturalis hominis (n. 177).

Omnis illustratio, cum legitur Verbum, est e caelo a Domino; et cum nulla illustratio est, tunc vera quae in Verbo in obscuro sunt (n. 365[*a*]).

Quando homo est in cogitatione de veris a Domino, tunc elevatur ejus mens usque in lucem caeli; inde illi est illustratio et perceptio veri justa (n. 517).

Perceptio est angelis tertii seu intimi caeli, illustratio intellectus est angelis secundi et ultimi caeli; distinguuntur per id, quod perceptio sit confirmatio plena, ex influxu a Domino; illustratio autem intellectus est visus spiritualis: hic est illis qui in charitate erga proximum et inde fide sunt; illa autem, nempe perceptio, est illis qui in amore in Dominum sunt (n. 307).

Tres gradus intellectus, nempe naturalis, rationalis et spiritualis, una erunt, ut homo ex illustratione videat et percipiat genuinas veritates Verbi; nam intellectus naturalis, qui est infimus, non potest a suo lumine illustrari, sed illustrabitur a luce rationalis hominis, qui est medius, et hic ex luce spirituali: intellectus enim spiritualis est in luce caeli, et inde videt; rationale est medium inter spirituale et naturale, ac recipit lucem spiritualem, quam transmittit in naturale ac illustrat illud (n. 846).

Cum internum spirituale apertum est, et per id data communicatio cum caelo, et conjunctio cum Domino, tunc fit homini illustratio. Illustratur imprimis cum legit Verbum, quia in Verbo est Dominus, ac Verbum est Divinum Verum, et Divinum Verum est lux angelis. Illustratur homo in rationali, nam hoc proxime subjectum est interno spirituali, et excipit lucem e caelo, et transfert in naturale purificatum a malis, ac implet illud cognitionibus veri et boni, et quoque illis scientias, quae ex mundo sunt, adaptat, ut confirment et concordent (n. 941).

Bonum charitatis a Domino unice aperit mentem spiritualem, per quam influit Dominus et illustrat, et absque illius mentis aperitione, non dari potest illustratio, proinde nec intellectus veri (n. 923).

Nemo illustrari potest ex Verbo, nisi in affectione veri spirituali est (n. 242[*b*]).

Qui non in amore sui sunt, ac ambiunt intelligentiam propter usus vitae, illi a proprio elevantur a Domino in lucem caeli, ipsis nescientibus, ac illustrantur (n. 377[*g*]).

Ubi Dominus praesens est, ibi est illustratio (n. 529).

Quod per voluntatem in intellectum, seu per amorem in fidem, intrat, hoc in illustrationem venit (n. 61).

Qui in doctrina de sola fide sunt et non in charitate, in nulla illustratione sunt (n. 210).

Datur quidem simile illustrationi apud illos qui se confirmaverunt in talibus quae sunt doctrinae de sola fide, et de justificatione per illam, sed illa illustratio est illustratio fatua (n. 242[*b*]).

Praeterea sciendum est quod homo possit in illustratione esse quoad intellectum, tametsi in malo est quoad voluntatem: in illustratione tali erat Bileamus (*de quibus plura*, n. 140).

Potest Dominus intellectum apud unumquemvis hominem illustrare, et sic cum Divinis veris influere, quoniam omni homini data est facultas intelligendi verum: illustrare autem intellectum veris usque ad fidem, nisi quantum voluntas unum agit, periculosum est (n. 730[*a*]).

Vera in naturali homine sunt scientifica et cognitiones, ex quibus homo naturaliter cogitare, ratiocinari, et concludere potest de veris et bonis ecclesiae, et de falsis et malis quae illis opposita sunt, et inde in quadam illustratione naturali esse cum legit Verbum; Verbum enim in littera absque illustratione non intelligitur, et illustratio est vel spiritualis vel naturalis: illustratio spiritualis modo datur apud illos qui spirituales sunt, qui sunt qui in bono amoris et charitatis sunt, et inde in veris; at illustratio solum naturalis apud illos qui naturales sunt. Apud illos etiam

qui spirituales sunt, dum vivunt in mundo, est illustratio in naturali, sed existit illa ab illustratione in spirituali (n. 176).

Visus intromittitur in caelum quando visus oculorum corporis hebetatur, ac tunc visus oculorum spiritus illustratur; per hunc visum sunt omnia visa quae visa a prophetis (n. 260[*b*]).

De illustratione in qua Johannes cum vidit et audivit illa quae in *Apocalypsi* descripta sunt (n. 79).

Quomodo homo in illustratione possit esse, ut discat vera quae fidei ejus erunt, et in affectione, ut faciat bona quae amoris ejus erunt (*plenius expositum*, n. 803[*a*]).

Qui cum legunt Verbum non vident ex doctrina ecclesiae ubi nati, sed vident quasi separati ab illa, (nam volunt illustrari, et intus in se videre vera, et non ab aliis,) illi illustrantur a Domino, et datur illis doctrinam sibi facere ex veris quae ipsi vident; quae etiam doctrina illis implantatur, et manet in spiritu eorum in aeternum (n. 190).

Verbum in ultimis est sicut homo indutus veste, qui tamen quoad faciem et quoad manus nudus est; et ubi sic Verbum est nudum, ibi apparent bona et vera ejus nuda sicut in caelo, ita qualia in sensu spirituali sunt; quare non deest quin ex sensu litterae Verbi doctrina genuini boni ac genuini veri possit ab illustratis videri, et a non illustratis confirmari (n. 778[*c*]).

Doctrina non aliunde comparanda est quam ex Verbo, et non ab aliis quam qui in illustratione sunt a Domino. In illustratione sunt qui amant vera quia vera sunt, et faciunt illa suae vitae (n. 1089).

Illustratio per religiosa non est sicut illustratio per Verbum; illustratio per religiosa est sicut vespere luna lucente minus aut magis; illustratio autem per Verbum est sicut diu sole lucente a mane ad meridiem, ita quoque minus aut magis (n. 1177).

Illustrari per caelum a Domino est illustrari per Spiritum sanctum; nam Spiritus sanctus est Divinum procedens a Domino ut Sole, ex quo est caelum (n. 1177).

"Spiritus vitae a Deo intravit in illos" (*Apoc.* xi. 11) significat illustrationem et receptionem Divini Veri a Domino apud quosdam, ad novam ecclesiam incohandam (n. 665).

Datum est hominibus Novae Ecclesiae, quae "Sancta Hierosolyma" vocatur, Divina vera quae in Verbo sunt, non sensualiter, hoc est, secundum apparentias, intueri, sed spiritualiter, hoc est, secundum essentias: ideo detectus est sensus internus Verbi, qui spiritualis est, et solum pro illis qui ab illa ecclesia erunt; ex illo sensu apparet Divinum Verum quale est in sua luce spirituali, et ex hac luce quale est Divinum Verum in sua luce naturali: Divinum Verum est Verbum; et illi qui ab ea ecclesia sunt, illustrantur ex luce Verbi spirituali, per influxum e caelo a Domino, ex causa quia agnoscunt Divinum in Humano Domini, et ab Ipso in affectione veri spirituali sunt: ab his, et non ab aliis, lux spiritualis, quae jugiter influit per caelum a Domino apud omnes qui legunt Verbum, recipitur: inde illorum illustratio (*de quibus plura*, n. 759).

Imago.—(*Vide* ***Similitudo, Idola, Fusile, Sculptile.***)

Homo ita creatus est ut sit spiritualis et caelestis amor, et sic imago Dei et similitudo Dei. Amor spiritualis, qui est amor veri, est imago Dei; et amor caelestis, qui est amor boni, est similitudo Dei. Omnes angeli in tertio caelo sunt similitudines Dei, et omnes angeli in secundo caelo sunt imagines Dei (n. 984).

"Imago bestiae" (*Apoc.* xiii. 14) est doctrina fidei separatae a bonis operibus et inde cultus, confirmata ex sensu litterae Verbi per ratiocinia ex naturali homine (n. 827[*a*]).

Per "naves Tharschisch et imagines desiderii" (*Esai.* ii. 16) significantur cogitationes et perceptiones falsi ex malo (n. 410[*b*]; *conf.* n. 514[*b*]).
Per "imagines maris," quas vestibus acupicti sui texit, et cum quibus scortabatur (*Ezech.* xvi. 17), significantur falsa quae fecerunt per interpretationes perversas apparere sicut vera, ita falsificata vera (n. 324[*d*]; *conf.* n. 195[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 195[*b*], 294[*c*], 324[*d*], 410[*b*], 514[*b*], 654[*l*], 725[*b*], 827[*a,b*], 831, 832, 885, 933, 963.)

Imber.—(*Vide* ***Pluvia, Procella.***)
"Statim dicitur quod imber venit" (*Luc.* xii. 54), significat quod tunc influxus Divini Veri (n. 644[*c*]).
Per "inundationes aquarum" et "imbres," in Verbo, significantur tentationes (n. 411[*c*], 419[*e*], 644[*d*]).

Immaculatus.—(*Vide* ***Macula.***)
"Immaculatus esse" (*Apoc.* xiv. 5) significat esse absque falsis ex malo (n. 867).

Immanis.—"Immanis leo" (*Hos.* xiii. 8) significat potentiam falsi ex malo (n. 388[*b*]: *conf. Joel* i. 6, n. 403[*b*]).

Immediatus. }
Immediate. } —Quod non detur immediata misericordia, sed mediata; ita non immediata salvatio (n. 805[*g*]).
Operatio Divina Domini per Humanum in mundo assumptum, vocatur influxus immediatus Ipsius, usque ad ultimos (n. 806).
Quod immediata revelatio non detur nisi quae data est in Verbo (n. 1177).
Quod Dominus non immediate doceat hominem vera, neque ex Se, neque per angelos (n. 1136(ix.), 1173, 1177).
In *Evangelistas* sunt Ipsius Domini verba, quae omnia in se sensum spiritualem recondunt, per quem immediata communicatio cum caelo datur: Apostolorum autem scriptis non talis sensus inest; sunt usque libri utiles ecclesiae (n. 815[*b*]).

Immissio.—Per "immissionem angelorum malorum" (*Ps.* lxxviii. 49) significatur falsum mali ex inferno (n. 503[*a*]).

Immundus.—Per "immundum" (*Apoc.* xviii. 2) intelligitur quod ex amore spurco, ac imprimis ex amore dominandi, profluit, hoc enim facit immundum in inferno (n. 1100[*a*]).
Per "septem spiritus immundos" (*Matth.* xii. 45) significantur omnia falsa mali (n. 257).
Per "spiritum immundum" (*Sach.* xiii. 2) significantur mala scaturientia ex falsis doctrinae (n. 483[*b*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 586, 1000, 1099.)

Immutatio. }
Immutatus. } —De immutatione status ecclesiae (n. 534).

Impellere.—(*Vide Ezech.* xxxiv. 21, n. 316[*d*]; *Hiob.* xviii. 18, n. 741[*d*].)

Imperare.—(*Vide* ***Dominari.***)
Odium est imprimis apud illos qui in amore imperandi super omnes sunt; apud reliquos est inimicitia (n. 1016).

Imperia.—Cum in contrarium iverunt, quod factum est sequentibus aevis, cum imperia coeperunt, tunc per "gentes" significata sunt mala (n. 175[*a*]).

Impietas. }
Impius. } —"Impii" dicuntur (*Ps.* xxxvii. 20) qui in falsis, et "hostes" qui in malis (n. 539[*b*]).
Per "confringere baculum impiorum" (*Esai.* xiv. 5) significatur destruere potentiam falsi ex malo (n. 727[*b*]).
"Baculus impietatis" (*Ps.* cxxv. 3) significat potentiam falsi ex malo (n. 727[*b*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 238, 304[*d*].)

Impingere.—"Quicunque tibi impegerit alapam in dextram tuam maxillam, obverte illi etiam alteram" (*Matth.* v. 39), significat, si quis damnum inferre vult perceptioni et intellectui veri interioris, ut permittatur quantum tentat (n. 556[*b*]).

Quod a veris doctrinae aberraverint, et quod inde non verum in vita, quod est bonum vitae, significatur (*Esai.* lix. 14) per quod "impegerit in platea veritas, ut rectitudo non possit venire" (n. 652[*b*]).

Per "recedere a via et impingere in lege" (*Mal.* ii. 8) significatur vivere contra Divinum Verum (n. 701[*b*]).

Implere.—(*Vide* ***Plenus.***)

Per "impletos" in Verbo (*vide Luc.* vi. 25) intelliguntur qui Verbum habent, ubi omnes cognitiones boni et veri (n. 386[*c*]).

Per quod "impleti Spiritu sancto" (*Act. Apos.* ii. 4), significabatur receptio Divini Veri a Domino (n. 455[*c*]).

Quod "implebuntur dies luctus" (*Esai.* lx. 20), significat quod finientur (n. 401[*c*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 376[*f*], 386[*d*], 411[*b*], 652[*c*], 741[*d*], 774.)

Impletio.—De impletione Legis (*plura, in serie*, n. 774).

Impotentia.—Qui abstinet ab adulteriis ex alia causa quam quod sint peccata et contra Deum,—ut ex impotentia,—is usque tamen interius incastus et adulter est (n. 1009).

Sors illorum ultima qui in adulteriis est, quod ex summa impotentia, in quam tandem se redigunt, fient expertes omnis ignis et lucis vitae, ac degant solitarii in desertis sicut inertiae ac taedia suaemet vitae (n. 1003).

Implexus.—"Implexa" (*Ezech.* xxxi. 3) sunt scientifica quae naturalis hominis (n. 388[*c*]).

Per "calvitiem loco operis implexi" (*Esai.* iii. 24) significatur fatuitas loco scientiae (n. 637[*b*]).

"De implexis auri vestis ejus" (*Ps.* xlv. 14 [*B. A.* 13]), significat vera induentia, formatur ex bono amoris (n. 863[*b*]).

Imponere. } ***Impositio.*** }—Quia per "tangere" et "imponere manus" significatur communicare et transferre in alterum quod apud se, ideo ab antiquis temporibus receptum est in ecclesiis imponere manus capiti eorum qui inaugurantur et benedicuntur (n. 79).

Impositio manuum discipulorum correspondebat communicationi et conjunctioni cum Domino, et sic remotioni iniquitatum per Divinam Ipsius potentiam (n. 706[*c*]).

Improbus.—Quia infernale malum et falsum praevalet, dicitur (*Ps.* cix. 6), "Praefice illi improbum, et Satanas stet ad dextram ejus" (n. 740[*c*]).

Impulsi.—"Impulsi" dicuntur (1 *Sam.* ii. 4) qui a falsis ignorantiae pressi (n. 357[*d*]).

Impulsio.—(*Vide* ***Attractio.***)

Homini bono post mortem conversio faciei ad Dominum est perpetua, et sicut attractio ad Ipsum ut ad centrum commune; sed quia secundum Divinum ordinem est quod ubi attractio ibi debeat esse impulsio, ideo secundum Divinum ordinem est ut apud hominem etiam sit impulsio; quae tametsi ibi est a Domino usque apparet sicut foret ab homine, et apparentia facit ut sit sicut hominis (n. 646).

Imputare. } ***Imputatio.*** }—Per imputationem meriti Domini intelligitur, ab illis qui in veris sunt, solum imploratio ut Dominus misereatur, qui tam dura passus est ad redimendum et salvandum homines (n. 810).

Quod homini imputetur malum, est quia illi datum est, et continue datur,

sentire et percipere sicut vita in illo sit; et quia in illo statu est, etiam in libero et in facultate agendi sicut a se est (*de quo plura*, n. 1148).

Inanis. } —(*Vide* ***Vacuum.***)
Inanitas. } Per "vacuum et inane" (*Jerem.* iv. 23) significatur quod non bonum et verum (n. 280[*b*]).

"Inanitas" est falsum (n. 376[*d*]).

"Ventus" (*Esai.* xli. 29) significat falsa mali, et "inanitas" mala falsi (n. 419[*e*]): "ventus et inanitas" praedicantur in Verbo de falsis ex proprio (n. 587[*c*]).

Per "urbem inanitatis" (*Esai.* xxiv. 10) significatur doctrina in qua non verum sed falsum (n. 652[*b*]; *conf.* n. 376[*d*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 294[*b,c*], 386[*d*].)

Inaurata.—"Inaurata auro" (*Apoc.* xvii. 4; xviii. 16), significat apparentiam in externis sicut foret ex spirituali bono (n. 1043, 1044, 1167).

Inaures.—Quod monilia et inaures sint repraesentativa perceptionis et obedientiae (n. 195[*b*]).

Per "inaures super aures" significatur auscultatio et obedientia (n. 577[*a*]; *conf.* n. 272).

Incalescere. } —(*Vide* ***Ardere.***)
Incalescentia. } Ex nota significatione "ignis" in utroque sensu, videri potest quid etiam in Verbo significatur per "incalescere," et per "incalescentiam" (n. 504[*e*]). (*Vide* ***Ignis.***)

"Incalescere in diis" (*Esai.* lvii. 5) est ardens cultus (n. 411[*e*]).

Ardor consociatorum ad destruendum Divinum Verum per falsa mali, significatur (*Jerem.* li. 39) per "cum incaluerint, [ponam] convivia eorum" (n. 601[*b*]).

Incantatio.—Incantationes per quas excitabantur affectiones bonae, auscultatio, et obedientia, nominantur in Verbo (apud *Esaiam*, cap. iii. 1–3, 20; cap. xxvi. 16: apud *Jeremiam*, cap. viii. 17: et apud *Davidem*, Ps. lviii. 5, 6 [*B. A.* 4, 5]). Antiquis temporibus inter artes infernales fuerunt incantationes, per quas inducebant affectiones et voluptates quibus alter non potuit resistere; quod fiebat per sonos et tacitas voces, quas vel producebant vel mussitabant, quae per correspondentias analogas communicationem habebant cum voluntate alterius, et excitabant ejus affectionem, et fascinabant ad ita et non aliter volendum, cogitandum et faciendum (n. 590).

Facta Isabelis una voce dicuntur "scortationes et incantationes" (n. 161).

Incarnatio.—(*Vide* ***Dominus.***)

Quod nisi Dominus in mundum venerit, et Homo factus sit, et eo modo liberaverit ab inferno omnes illos qui credunt in Ipsum, et amant Ipsum, nullus mortalium salvari potuerit; ita intelligitur quod absque Domino nulla salus: hoc nunc est mysterium incarnationis Domini (n. 806).

Incastum.—Qui in jucundo amoris conjugialis est, perspicue sentit quod jucundo conjugii non insit aliquid impuri ac incasti, ita non aliquid lascivi; et quod in jucundo adulterii nihil nisi quam impurum, incastum et lascivum sit; sentit quod ab infra ascendat incastum, et quod desuper descendat castum (n. 990).

Incendere.—(*Vide* ***Ardere.***)

"Incendere" (*Ezech.* xxxix. 9) significat consumere per mala (n. 257).

"Persequi siceram et incendi vino" (*Esai.* v. 11) significat excludere doctrinalia ex semet (n. 376[*g*]).

Incendium.—"Domus sanctitatis nostra, et decus nostrum, ubi laudaverunt Te patres nostri, facta est in incendium ignis" (*Esai.* lxiv. 10 [*B. A.* 11), significat quod omnia bona Antiquae Ecclesiae versa sint in mala, a quibus bona consumpta sunt et perierunt (n. 504[*e*]).

Incidere. } —(*Vide* ***Excidere, Excisio.***)
Incisio. } "Incisiones super omnibus manibus" (*Jerem.* xlviii. 37) significant falsificata (n. 637[*b*]).

Amor falsi significatur (*Esai.* xxii. 16) per "sepulcrum in altitudine," ac fides falsi per "habitaculum in petra;" quod ipsi illa sibi faciant, significatur per "excidere" et "incidere" sibi (n. 411[*e*]).

Inclinare.—Per "inclinare caelos et descendere" (*Ps.* cxliv. 5) significatur visitare et judicare (n. 405[*h*]; *conf. Ps.* xviii. 10 [*B. A.* 9], n. 419[*d*]).

(*Vide Ps.* lxxxvi. 1, n. 238.)

Incola. } —(*Vide* ***Habitator, Habitare.***)
Incolere. } "Non habitari in aeternum" (*Esai.* xiii. 20) spectat destructionem boni; et "non incoli in generationem et generationem" spectat destructionem veri (n. 1029[*e*]).

Per "habitatores orbis et incolas terrae" (*Esai.* xviii. 3) significantur omnes in ecclesia qui in bonis et in veris sunt (n. 741[*b*]).

Inconspicuus.—Quod cum aliquis avertit se ab alio, fiat inconspicuus, hoc commune est in mundo spirituali (n. 426).

Increpare. } —Quod exitium sit ex odio et ex furore malorum contra Divina,
Increpatio. } significatur (*Ps.* xviii. 16 [*B. A.* 15]) per "Ab increpatione tua, Jehovah, a flatu spiritus nasi tui;" per "increpationem et spiritum nasi Jehovae;" simile significatur quod per "iram et excandescentiam Ipsius," alibi in Verbo (n. 741[*d*]).

Quod cavendum sit a scientifico false applicato e naturali homine separato a spirituali, intelligitur (*Ps.* lxviii. 31 [*B. A.* 30]) per "Increpa feram calami (n. 627[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 275[*a*], 342[*c*], 439, 627[*b*], 735, 740[*c*], 741[*d*].)

Incrustare. } —(*Vide* ***Ineptum.***)
Incrustatio. } Per "incrustantes ineptum" (*Ezech.* xiii. 11) significantur qui falsa confirmant, ut extrinsecus appareant sicut vera (n. 503[*a*]): "incrustatio" est applicatio et inde apparens confirmatio, "ineptum" est falsificatum (n. 237[*a*]; *conf.* n. 644[*d*]).

Incumbere.—Est Divinum Humanum quod intelligitur (*Esai.* xlii. 1) per "Servum meum in quem incumbo" (n. 409[*b*]).

Incurvare.—"Incurvare se" (*Num.* xxiv. 9) est in potentiam se mittere (n. 278[*b*]).

Per "scabellum pedum," cui se incurvabunt (*Ps.* cxxxii. 7), significatur sensus naturalis Verbi, et inde etiam ecclesia in terris (n. 700[*b*]).

Cultus ex malis et falsis significatur (*Esai.* ii. 20) per "idola" quae fecerunt sibi ad incurvandum se talpis et vespertilionibus (n. 410[*b*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 502[*b*], 650[*b*], 750[*e*].)

Indeterminatus.—In spirituali mundo indeterminata idea de Deo est nulla idea de Ipso; quare datur determinata ad aliquem, qui vel in alto sedet, vel alibi, ac responsa dat (n. 955).

Index.—Quia animus et affectiones, seu interiora quae mentis hominis sunt, se videnda sistunt in facie, inde est quod facies dicatur index animi (n. 412[*f*]).

India.—Quod spatia in mundo spirituali sint modo apparentiae, patuit auctori ex eo, quod praesentes ipsi facti sunt plures qui e terris longinquis fuerunt, ut qui ex regnis Europae variis, ex Africa, et India, tum etiam incolae planetarum, et tellurum dissitarum (n. 1219).

Indignari.—Indignatio describitur (*Esai.* viii. 21) per "Fiet cum esuriverit indignabitur, et maledicit regi suo et diis suis" (n. 386[*c*]).

Indignatio.—Judicium super malos vocatur "dies indignationis," "excandescentiae," "irae," et "vindictae" (n. 405[*d*], 413[*a*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 400[*b*,*c*], 411[*e*].)

Indignitas.—Defectus, in tentatione, intellectus et fidei, significatur (*Ps.* xxxi. 10 [*B. A.* 9]) per "contabescere prae indignitate" (n. 750[*e*]).

Inducere.—"Antequam tenebras inducat" (*Jerem.* xiii. 16), significat ne falsa occupent (n. 405[*h*]).

"Inducere calvitiem" (*Ezech.* xxvii. 31) significat luctum propter omnia intelligentiae deperdita (n. 637[*b*]).

Induere. }
Induitio. } —(*Vide* ***Vestes, Vestimentum.***)
Indumentum. }

Quoniam homines resurgunt post mortem, ideo Dominus voluit mortem subire, et tertio die resurgere; sed propter causam ut omne humanum quod ex matre Ipsi fuit, exueret, ac Divinum Humanum indueret; nam omne humanum quod Dominus ex matre suscepit, per tentationes, et demum per mortem, a Se rejecit; ac per induitionem Humani ex ipso Divino, quod fuit in Ipso, glorificavit Se, hoc est, Humanum suum Divinum fecit (n. 899[*c*]).

Per "talarem" (*Apoc.* i. 13), qui est indumentum commune, significatur in genere omne Divinum Verum (n. 64).

Per "vestimenta alba" (*Apoc.* iii. 18) significantur genuina vera; "ut induaris," significat inde intelligentiam sibi comparare (n. 243).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 64, 240[*c*], 243, 279[*a*], 288[*b*], 457, 472, 695[*d*], 811[*a*].)

Inebriare. }
Inebriati. } —(*Vide* ***Ebrietas.***)
Inebriatio. }

Quod attinet insanitionem quae significatur per "inebriationem" et per "ebrietatem" in Verbo, illa non est ex falsis, sed ex falsificatis veris: causa est quia verum ex caelo agit in intellectum, et simul falsum ex inferno; inde fit discidium in mente, et similis insania qualis est ebrio in mundo. Ex falsis autem quae non ex malo sunt, non fit inebriatio spiritualis (n. 1035).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 235, 240[*b*], 376[*f*], 413[*b*], 481, 601[*b*], 1035, 1049.)

Ineptum.—(*Vide* ***Incrustare.***)

"Ineptum" est falsificatum (n. 237[*a*]; *conf.* n. 503[*b*], 644[*d*]).

Infans. }
Infantia. } —Omnis infans nascitur naturalis; et naturale, quia sensibus externis et mundo proximum est, primum aperitur; et id apud omnes homines est ignorans veri et cupiens mali; at apud Dominum erat id appetens bonum et desiderans verum (n. 449[*a*]; *conf.* n. 632).

Ultimum cogitationis et affectionis, quod primum apud infantes aperitur, tale est ut non cogitent aliud, nec afficiantur aliis objectis, quam quae unum faciunt cum sensibus; discunt enim infantes cogitare per sensus, et affici objectis secundum illa quae sensibus placuerunt; quare primum internum quod aperitur apud illos, est sensuale quod vocatur ultimum sensuale hominis, et quoque sensuale corporeum: postea autem, dum infans adolescit, et fit puer, aperitur sensuale interius, ex quo cogitat naturaliter et quoque afficitur naturaliter (*de quo plura*, n. 543[*a*]; *conf.* n. 632).

Apud infantes est bonum innocentiae, quod primum a Domino infunditur, ex quo homo primum fit homo (n. 434[*a*]; *conf.* n. 315[*b*]): tres innocentiae gradus significantur (*Esai.* xi. 6, 8) per "puerum," "lactentem," et "ablactatum" (n. 314[*b*]).

Externum Verbi, quod vocatur sensus litterae ejus, est secundum apparentias in mundo, quia pro infantibus et simplicibus, qui non aliquid quod contra apparentias est percipiunt; quare hi, per sensum litterae, ubi apparentiae veri sunt, introducuntur in vera interiora (n. 631, 632).

Sciendum est quod vera quae ab homine in ejus infantia et pueritia hauriuntur ex Verbo, doctrina inde, et praedicatione, appareant quidem ut vera, sed usque non sunt vera apud illum; sunt modo sicut cortices absque nucleo (n. 434[a]).

Qui in infantia moriuntur, omnes adoptantur a Domino, educantur sub auspicio Ipsius in caelo, et salvantur (n. 989).

Per "infantes" (*Nahum* iii. 10; *Jerem.* ix. 20 [*B. A.* 21]) intelliguntur vera primum nascentia et vivificata (n. 652[d]).

Per "Calamum contusum non confringet" (*Esai.* xlii. 3), significatur quod Divinum Verum sensuale apud simplices et infantes non laedet; per "linum fumigans non exstinguet," significatur quod apud simplices et infantes ex pusillo bono amoris incipit vivere, non perdet (n. 627[a]).

Quoniam in Verbo dicitur, "Beatus qui apprehendet et disperget infantes tuos ad petram" (*Ps.* cxxxvii. 9), qui solum in sensu litterae Verbi manet, et non ulterius cogitat, facile potest induci ad credendum quod "beatus" dicatur qui tale cum infantibus hostium suorum facit; cum tamen id enorme facinus est: at "beatus" dicitur qui dispergit falsa mali nascentia in ecclesia, quae falsa per "infantes Babelis" hic significantur (n. 411[f]).

(*Dicta Scripturae Sacrae plura videantur explicata*, n. 187[b], 270, 376[c], 386[c], 555[a], 622[a], 695[c], 828, 863[a].)

Inferior.—Omnes qui dicunt se in fide fuisse, sed non fuerunt in vita fidei, quae est charitas, non recipiunt instructionem; quare separantur, et in loca infra caelos amandantur; quidam in inferna, quidam in terram quae in Verbo "terra inferior" vocatur, ubi dura patiuntur (n. 696[a]).

Quod illi qui professi sunt Dominum et charitatis vitam egerunt, a Domino exempti sint malorum violentiae, ac reconditi in terra inferiore, et ibi reservati usque ad judicium (*de quibus plura*, n. 394; *conf.* n. 391[a], 395[a], 396, 397).

Interna significantur (*Esai.* xliv. 23) per "caelos," externa per "inferiora terrae" (n. 304[f]; *conf.* n. 405[b]).

In Verbo, per "superiora" et quae "in medio" significantur interiora, et per "inferiora" et quae "in circuitu" intelliguntur exteriora (n. 283[b]).

Infernum. } ***Infernus.*** } —Infernum consistit ex spiritibus, qui, dum homines in mundo fuerunt, negaverunt Deum, agnoverunt Naturam, vixerunt contra Divinum ordinem, amaverunt mala et falsa, tametsi non ita coram mundo propter apparentiam, et qui inde vel insaniverunt in veris, vel contempserunt vera, vel negaverunt illa, si non ore usque corde. Ex illis qui tales fuerunt a creatione mundi, est infernum (n. 1142).

Infernum non consistit ex spiritibus immediate creatis, sed consistit ex hominibus natis in mundo, qui a semet facti sunt diaboli aut satanae (n. 1142).

Inferna sunt distincta in duo regna, opposita duobus regnis in caelis. Regnum oppositum regno caelesti est a tergo, et illi qui ibi sunt vocantur genii; id regnum est quod in Verbo intelligitur per "Diabolum;" regnum autem oppositum regno spirituali est antrorsum, et illi qui ibi sunt vocantur mali spiritus; id regnum est quod in Verbo intelligitur per "Satanam" (n. 655[a]).

Infernum ubi sunt illi qui vocantur diaboli, est amor sui; ac infernum ubi sunt illi qui vocantur satanae, est amor mundi. Quod infernum diabolicum sit amor sui, est quia ille amor oppositus est amori caelesti, qui est amor in Dominum; et quod infernum satanicum sit amor mundi, est quia hic amor est oppositus amori spirituali, qui est amor erga proximum. Omnes qui in infernis sunt apparent aversi, facie retrorsum a Domino; et quoque inversi, pedibus sursum et capite deorsum: haec apparentia est ex amoribus illorum, quod oppositi sint amoribus caeli (n. 1143).

Quoniam infernum est amor sui, est quoque ignis, omnis enim amor correspondet igni, ac in mundo spirituali sistitur videndus ut ignis e longinquo, tametsi non est ignis sed amor; inde inferna intus apparent sicut ignita, et extra sicut ejectiones ignis in fumo ex fornacibus aut ex incendiis. Vident ex sua luce, et vivunt ex suo calore. Vita illorum, ex amoribus illorum spectata, non vita est; quare infernum in Verbo vocatur "mors," ac illi qui ibi vocantur "mortui" (n. 1143).

Infernum in innumerabiles societates, secundum omnes varietates affectionum et inde cogitationum, ordinatissime distinctum est (n. 1162).

Nemo cruciatur in inferno a Domino et ab angelis, sed a se per falsificationem et destructionem Divini Veri et Divini Boni (n. 888).

Qui in inferno sunt continue detinentur ab amoribus suis, et quoties in illos erumpunt, puniuntur; hic cruciatus inferni est communis, ex quo innumeri alii existunt (n. 890; *conf.* n. 1133, 1164, 1165, 1226).

Poenae non auferunt voluntatem, intentionem, et inde cogitationem mali; auferunt modo actus (n. 1165).

Omnia inferna occlusa sunt, et modo aperta cum mali spiritus illuc injiciuntur, et cum aliqui inde eximuntur, quod fit cum increscunt mala apud homines; aperturae, quae tunc, dicuntur "portae" (n. 86; *conf.* n. 536, 537).

Sciendum est quod homo quidem nascatur infernum ex parentibus adulteris; usque tamen non nascitur ad infernum, sed ad caelum; provisum enim est a Domino quod nemo ad infernum propter mala hereditaria damnetur, sed propter mala quae homo suamet actualiter per vitam fecerat (n. 989).

Per "Nomen illi Mors, et Infernus sequebatur cum illo" (*Apoc.* vi. 8), significatur damnatio aeterna (n. 383).

(*Vide Apoc.* i. 18, n. 86.)

(*Videantur etiam articuli*, n. 405[*h*], 410[*a*], 411[*a,d*], 418[*b*], 701[*e*], 740[*a,c*], 990, 991, 1006, 1144, 1147, 1224.)

Infinitum.—Sunt duo quae de solo Jehovah, hoc est, Domino, praedicari possunt, nempe infinitum et aeternum; infinitum de Ipsius Esse, quod est Divinum Bonum Divini Amoris Ipsius; aeternum de Ipsius Existere ex illo Esse, quod est Divinum Verum Divinae Sapientiae Ipsius (n. 286; *conf.* n. 870).

Infinitum in ideam angelicam, et minus adhuc in humanam, non potest cadere (n. 23).

Infirmatus.—Per "cornibus ferire oves infirmatas donec disperseritis eas foras" (*Ezech.* xxxiv. 21), significatur per falsa destruere probos qui nondum in veris ex bono sunt, at usque desiderant esse (n. 316[*d*]).

Inflammare.—Ex nota significatione "ignis" in utroque sensu, videri potest quid etiam in Verbo significatur per "inflammari" (n. 504[*e*]).

"Fundamenta montium" (*Deutr.* xxxii. 22) sunt vera super quibus fundantur bona amoris; haec "inflammari" dicuntur ab igne amoris sui et mundi (n. 405[*h*]).

Per "filios hominis" (*Ps.* lvii. 5 [*B. A.* 4]) significantur illi qui in veris ecclesiae sunt, et abstracte ipsa vera; quae "inflammari" dicuntur a fastu propriae intelligentiae (n. 455[*b*]; *conf.* n. 750[*e*]).

Inflatoria.—Per instrumenta pulsatoria et inflatoria describitur gaudium illorum qui e caelesti regno sunt; per instrumenta autem chordacea et per cantus describitur laetitia illorum qui e regno spirituali sunt (n. 863[*b*]).

Influere. } —Operatio Divina Domini per Humanum in mundo assumptum, vo-
Influxus. } catur influxus immediatus Ipsius, usque ad ultimos, qui sunt homines (n. 806).

Influxus Domini est immediatus a Se, et quoque mediatus per caelos superiores in caelos inferiores et in ecclesiam (n. 277[*a*]).

Omnis influxus est a solo Domino, tametsi per angelos (n. 471).

Influxus Divinus e caelo est in voluntatem hominis, et per illam in intellectum ejus. Influxus in voluntatem est in occipitium, quia in cerebellum, et inde vadit versus anteriora in cerebrum ubi est intellectus; et cum per illam viam in intellectum venit, tunc etiam venit in visum (n. 61).

Si voluntas non in bono est, sed in malo, tunc influxus veri a Domino in intellectum non conducit, nam dissipatur quia non amatur, immo pervertitur, et verum falsificatur: ex eo patet cur Dominus non immediate influat in intellectum hominis, nisi quantum voluntas in bono est (n. 730[*a*]).

Dominus nusquam immediate influit in vera apud hominem, sed mediate per bonum ejus; bonum enim voluntatis ejus est, et voluntas est ipse homo (n. 730[*a*]): influxus Domini est in bonum apud hominem, et per bonum in vera quae apud illum, non autem vicissim; influxus est per bonum in vera omnis generis, maxime in vera genuina; non est in vera separata a bono (n. 479).

Nisi homo ex infantia hauriat vera ex Verbo, vel ex doctrina ecclesiae, vel ex praedicatione, foret vacuus; et in hominem vacuum non cadit operatio, et non datur influxus e caelo a Domino; operatur enim et influit Dominus per bonum in vera apud hominem, et conjungit illa (n. 427[*a*]): Dominus per caelum influit in bona et inde vera quae ab Ipso apud hominem, et per illa in hominem, et non in hominem expertem illis aut vacuum (n. 326[*c*]).

Charitas est receptaculum influxus lucis seu veri a Domino (n. 386[*d*]).

Facultas amandi vera quia vera sunt datur solum per influxum lucis caeli per spiritualem mentem (n. 406[*a*]).

Notum est quod omne bonum amoris et omne verum fidei influat e caelo, hoc est, a Domino per caelum, apud hominem; tunc quod continue influat: unde sequitur quod utrumque illud, tam bonum amoris quam verum fidei, nullatenus sit hominis sed Domini apud illum. Utrumque illud influit quantum malum et falsum non obstant (n. 644[*a*]): provisum est a Domino ut possint removeri quae obstant, et sic possit dari locus pro veris et bonis amoris spiritualis; nempe, per aperitionem et formationem mentis spiritualis, ac per influxum inde caeli a Domino per illam in mentem naturalem (n. 714[*a*]).

Potentia residet in veris naturalis hominis quantum is recipit influxum a Domino per spiritualem hominem (n. 726(v.)).

Quantum caelum potest influere, hoc est, Dominus per caelum, per spiritualem hominem in naturalem, tantum removentur mala et inde falsa quae in naturali homine resident (n. 739[*a*]).

Quod homo ex solo influxu sciat et quasi videat quod Deus unus sit, constare potest ex communi omnium gentium confessione, et ex renisu cogitandi quod plures sint. Quando autem homo ex caelo cogitat, quod fit dum remota sunt mala, tunc videt ex luce in caelo quod Deus sit, et quod Deus unus sit. Visus ex luce caeli est qui intelligitur per influxum (n. 954).

Genuina ratiocinia de spiritualibus existunt ex influxu caeli in spiritualem hominem, et inde per rationalem in scientias et cognitiones in naturali homine (n. 569[*a*]).

Per quod spiritualis homo aperiatur communiter, fit homini facultas cogitandi, et ex cogitatione rationaliter loquendi; hoc enim est communis effectus influxus caeli apud unumquemvis hominem (n. 543[*a*]).

Non datur influxus naturalis apud hominem in ejus spiritus cogitationes ac intentiones, qui influxus etiam vocatur physicus; sed datur influxus spiritualis, nempe, cogitationum ac intentionum spiritus in corpus, ac in ejus actiones et sensationes (n. 846; *conf.* n. 569[*a*], 739): aeterna veritas est quod influxus spiritualis sit, et non influxus physicus; hoc

est, animae quae est spiritualis in corpus quod est materiale, ac mundi spiritualis in mundum naturalem (n. 1215).

Erit activum et reactivum ut fiat appropriatio. Qui credit quod Divinae veritates et bonitates influant absque reactivo seu reciproco, multum fallitur; hoc enim foret remittere manus, ac immediatum exspectare influxum (n. 616).

Fallacia homini inde praecipue est, quod non sciat quod liberum ejus, et facultas agendi sicut a se, sit ex influxu vitae a Domino in intimum ejus, et quod ille influxus non ei auferatur, quia natus est homo, cui illud intimum est; sed quod influxus vitae a Domino in formas recipientes quae sub illo intimo sunt, in quibus resident intellectus et voluntas, varietur secundum receptionem boni et veri, immo quod influxus ille diminuatur, et quoque auferatur, secundum receptionem mali et falsi (n. 1148).

Divinum Verum ac Divinum Bonum effluunt a Domino ut Sole in omnes caelos accommodate ad receptionem ab angelis ibi, quare nunc remissius nunc intensius; quando remissius, tunc separantur boni a malis, quando autem intensius tunc rejiciuntur mali (n. 418[*a*]; *conf.* n. 413[*a*], 425, 426, 489½, 493, 497, 502[*a*], 503[*b*], 504[*d*], 534, 566, 681, 700).

Cum Divinum a Domino intense influit, tunc bona quae apud malos dissipantur, quoniam in se non bona sunt (n. 419[*a*,*c*]).

Variationes et mutationes affectionum oriundarum ex communicatione et ejus extensione, existunt ex influxu affectionum ex aliis societatibus, tum ex novis advenis qui intrant societatem; et quoque ex eo, quod pauci aut multi eximantur e societate (n. 674).

Quomodo Verbum nostrum, quoad sensum litterae, qui est naturalis, unum faciat cum Verbis in caelis, quorum sensus sunt spirituales, per influxum et per correspondentias (*illustratum*, n. 1080, 1081).

Sicut omnia membra, viscera et organa corporis vivunt ex corde et ex pulmone, et ex eorum influxu et inde praesentia, ita quoque omnes in universo terrarum orbe, qui ecclesiam universalem constituunt, ab ecclesia ubi Verbum; influit enim inde Dominus cum amore et cum luce, ac vivificat et illustrat omnes qui in aliqua affectione veri spirituali sunt ubicunque sunt (n. 351).

(*Videantur etiam articuli*, n. 122, 179, 248, 594[*b*], 677, 700[*d*], 1147.)

Informatio.—In Verbo saepius dicitur "respondere;" et id, cum de Domino, significat inspirationem, perceptionem, et informationem, tum etiam misericordiam et opem (n. 471).

Infra.—Quod supra est hoc etiam intra est, et quod infra est hoc etiam extra est, et quod extra est hoc circum est (n. 283[*a*]).

Infrugifera.—Quia ecclesia a talibus qui non in bono naturali, ut erat gens Judaica, non est ecclesia, ideo etiam de ficu dicitur (*Luc.* xiii. 7), "Quid etiam terram infrugiferam faciat?" "Terra" est ecclesia (n. 403[*e*]).

Infusio.—Nescitur in mundo quid et quale est persuasivum infatuans et suffocans quod significatur per "scorpium;" illud tamen usque est tale apud spiritus, quibus id persuasivum est, ut infundat se in alterius animum et mentem, ac sopiat et paene exstinguat ejus rationale et intellectuale, unde non scire aliter potest quam quod verum sit quod loquitur, tametsi foret falsissimum. In mundo spirituali est animorum, hoc est, cogitationum et affectionum, communicatio, et ab illis qui in persuasivo illo sunt, infusio (n. 544).

Ingentes.—"Num laetatus quod multae facultates mihi, et quod ingentes invenisset manus mea" (*Hiob.* xxxi. 25), significat num gloriatus sit quod ei intelligentia, et quod ex proprio sibi illam acquisivisset (n. 401[*e*]).

Ingredi.—Per "illa quae ingrediuntur in os" (*Matth.* xv. 11) in spirituali sensu significantur omnia quae ex memoria et quoque ex mundo intrant in

cogitationem; haec etiam correspondent cibis; et illa quae ingrediuntur cogitationem et non simul voluntatem, non immundum reddunt hominem (n. 580).

Per "non ingredi in templum" propter fumum (*Apoc.* xv. 8), significatur Verbum in obscuro esse coram intellectu (n. 956).

Inhabitare.—(*Vide* ***Habitare.***)

Per "inhabitare" significatur vivere (n. 630[*c*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 405[*c*], 617[*b*], 630[*c*], 1035.)

Inimicitia.—(*Vide* ***Odium.***)

Odium est imprimis apud illos qui in amore imperandi super omnes sunt; apud reliquos est inimicitia (n. 1016; *conf.* n. 758).

Inimicus.—(*Vide* ***Hostis, Osor.***)

Per "hostes" significantur mala, et per "inimicos" falsa (*vide Mich.* v. 8 [*B. A.* 9], n. 278[*b*]; *Thren.* iv. 12, n. 741[*b*]; *conf.* n. 671).

Per "inimicos" significantur falsa, et per "osores" mala, ita quoque significantur inferna quoad illa (*vide Num.* x. 35, n. 700[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 278[*b*], 298[*b*], 316[*a,d*], 328[*d*], 357[*d*], 374[*d*], 581[*a*], 642, 671, 700[*b*], 734[*c*], 740[*c*], 741[*b*], 850[*d*], 911[*a*].)

Iniquitas.—(*Vide* ***Peccatum, Malitia, Dolus.***)

"Iniquitas" dicitur de vita falsi seu de vita contra vera, et "peccatum" de vita mali seu de vita contra bonum (n. 391[*c*], 475[*b*]).

"Malitia" (*Esai.* xiii. 11) est malum, et "iniquitas" dicitur de falsis (n. 741[*d*]).

Ubi dicitur "loqui iniquitatem et loqui dolum" (*Hiob.* xiii. 7), "iniquitas spectat malum, et "dolus" inde falsum (n. 866).

Falsa intelliguntur (*Esai.* xxxii. 6) per "stultitiam quam loquitur," et mala per "iniquitatem quam cor ejus facit" (n. 386[*d*]).

Per "iniquitates eorum portare" (*Esai.* liii. 11), non intelligitur quod Dominus in Se transtulerit eas, sed quod admiserit in Se mala quae ab infernis, ut subjugaret illa (n. 409[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 193[*a*], 325[*b*], 386[*d*], 391[*c*], 397, 401[*c*], 409[*b*], 412[*e*], 475[*b*], 617[*c*], 741[*d*], 866.)

Injustitia. } —(*Vide* ***Justitia, Justus, Mammon.***)
Injustus. } "Injustitiae" (*Apoc.* xviii. 5) significant falsa ex malo; "justum" enim est verum a bono, inde "injustum" est falsum a malo (n. 1112).

Innocens. } —(*Vide* ***Embryo, Infans, Agnus.***)
Innocentia. } Bonum innocentiae est ipsum bonum caeli quod procedit a Domino; et quantum angeli hoc bonum recipiunt, tantum angeli sunt. Hoc bonum regnat apud angelos qui in tertio seu intimo caelo sunt; quapropter illi qui ibi apparent sicut infantes, coram oculis aliorum angelorum (n. 314[*a*]).

Dominus quoad Divinum Humanum erat ipsa Innocentia (n. 314[*c*]).

Innocentia, in se spectata, est amor in Dominum (n. 314[*c*]).

Quoniam per "effundere sanguinem innocentem" significatur destruere bonum amoris et charitatis, ideo omnibus modis praecautum fuit ne sanguis innocens effunderetur, et si effunderetur quod terra expiaretur (n. 329[*f,g*]).

Amor in Dominum unum facit cum innocentia, nam qui in illo amore etiam in innocentia sunt (n. 780[*b*], 996.)

Inquinare.—Quomodo vestimenta eorum qui moralem vitam solum ex origine naturali, inquinantur (*vide Apoc.* iii. 4, n. 195[*a*]).

Per "inquinari cum mulieribus" (*Apoc.* xiv. 4) significatur falsificare vera Verbi (n. 862).

Insanire.—Per "insanire" (*Nahum* ii. 5 [*B. A.* 4]) significatur falsa dicere vera (n. 652[*b*]).

Per "insanire" (*Jerem.* xxv. 16) significatur spiritualiter insanire, quod fit dum falsum vocatur verum, ac verum falsum (n. 960[*a*]).

(*Vide etiam Jerem.* xlvi. 9, n. 654[*h*].)

Insectum.—(*Vide* ***Volatilia.***)

Sunt in homine tres gradus affectionum naturalium, similiter in bestiis; in infimo gradu sunt insecta varii generis, in superiori sunt volatilia caeli, et in adhuc superiori sunt bestiae terrae quae a principio creatae sunt (n. 1201).

Bestiae et ferae quarum animae affectiones malae sunt, non sunt ex principio creatae,—sicut mures, serpentes venenati, crocodili, basilisci, viperae, et similes, cum insectis variis noxiis,—sed ortae sunt cum inferno, in stagnis, paludibus, aquis putidis et fetidis, et ubi sunt effluvia cadaverosa, stercorea et urinosa, cum quibus maligni amores societatum infernalium communicant (n. 1201).

Insitus.—Sciendum est quod insitum sit, nempe, in spiritu hominis, Deum ut Hominem videre: insitum dicitur quod est ex influxu communi (n. 955; *de quo plura*, n. 1118).

Lex universalis cuique vivo et non vivo ex creatione indita et sic insita est, ut omne in quo est vis producere velit sui instar, ac multiplicare suam speciem in infinitum et in aeternum (n. 1004).

Inspectio.—Quando boni separantur a malis, quod fit a Domino per influxum Divini Ipsius remissum, ac per inspectionem in illa quae sunt affectionis spiritualis apud angelos et spiritus, tunc facit Dominus ut illi qui interius et inde quoque exterius boni sunt vertant se ad Ipsum, et sic avertant se a malis (n. 426).

Inspicere.—"Nemo potuit aperire librum nec inspicere eum" (*Apoc.* v. 3), significat quod non aliquis sciat et percipiat ex se status vitae omnium in communi et singulorum in particulari (n. 304[*a*]): seu, quod idem, quod nemo talis sit ut possit omnes et omnia eorum scire, cognoscere, et explorare (n. 306).

Inspiratio. } ***Inspirare.*** } —Quomodo Verbum inspiratum est a Divino, et quod illud ex tali inspiratione sit scriptum cui aliud in mundo nullatenus comparari potest (n. 1079).

Quod Ecclesia Gallicana Verbum Divinum agnosceret, ac Divinam inspirationem singulis Verbi addiceret (n. 1071).

Per "respondere," cum de Domino, significatur influxus, inspiratio, perceptio et informatio (n. 471).

Quid significatur (*Gen.* ii. 7) per quod "Jehovah inspiraverit in nares Adami;" tum quid significatur (*Joh.* xx. 22) per quod "Dominus inspiraverit in discipulos" (n. 130).

Instar.—Omne in quo est vis, producere vult sui instar (n. 1004).

Instauratio. } ***Instaurare.*** } —(*Vide* ***Institutio, Instituere, Restauratio, Restaurare.***) Initiatio ecclesiae apud hominem fit in naturali seu externo homine; instauratio ejus fit in spirituali seu interno homine (n. 281[*a*]).

Per "fundationem mundi" in sensu litterae seu naturali intelligitur creatio mundi, sed in sensu interno spirituali intelligitur instauratio ecclesiae (n. 1057).

(*Videantur articuli*, n. 281[*a*], 294[*c*], 304[*d*], 314[*b*], 326[*b*], 328[*c*], 355[*a,c*], 365[*e*], 374[*c*], 375[*e*(vi.,viii.)], 388[*f*], 391[*e*], 401[*e*], 405[*d*], 412[*c*], 418[*b*], 422[*c*], 427[*a*], 430[*b*], 431[*a,b*], 433[*b,c*], 435[*b*], 443[*b*], 448[*d*], 513[*b*], 585[*b*], 595, 600[*b*], 610, 612, 617[*b*], 629[*a*], 650[*a,d,e*], 652[*c*], 654[*e,k*], 638, 665, 670, 684[*e*], 687[*b*], 691, 695[*c*], 700[*c*], 721[*a*], 724[*d*], 725[*a*], 727[*a*], 730[*b*], 768[*b*], 807, 1057.)

Instinctus.—Communiter notum est quod animalia omnis generis sciant plurima ex innato ac insito quod vocatur instinctus, et quoque natura: scientia talium in se spectata est spiritualis, similiter affectio ex qua illa est; induitio illarum est ex Natura, et quoque productio per illam (n. 1197).

Institutio. } —Per pugnam Jacobi cum angelo (*de qua agitur*, *Gen.* xxxii. 25–32)
Instituere. } describitur contumacia qua Jacob et ejus posteri institerunt quod terram Canaanem possiderent, per quod intelligitur ut ecclesia apud illos institueretur (n. 710[*b*]).

De ecclesia apud filios Israelis instituta (n. 448[*c*], 540[*b*], 608[*b*]).

Instructio.—Sciendum est quod tametsi aliquis bene vivit, usque in caelum venire nequeat antequam in veris est: ob illum finem sunt loca instructionis pro illis qui venturi in caelum; nam nemo illuc venire potest priusquam instructus est (n. 478).

Instrumentum.—Per instrumenta pulsatoria et inflatoria, describitur gaudium illorum qui e caelesti regno sunt; per instrumenta autem chordacea et per cantus describitur laetitia illorum qui e regno spirituali sunt (n. 863[*b*]).

Dicitur, "Confitebor Tibi instrumento nablii veritatem tuam, Deus mi; canam Tibi in cithara, Sancte Israelis" (*Ps.* lxxi. 22), quia per "nablium" significatur bonum spirituale seu bonum veri, et per "citharam" verum spirituale seu verum boni, et ex utroque fit confessio (n. 323[*b*]).

Insula.—Per "insulas" in Verbo non intelliguntur insulae, nec illi qui habitant super insulis, sed intelligitur naturalis homo quoad vera quae in illo, et inde abstracte significantur vera naturalis hominis (n. 406[*a*]).

"Insula" significat gentem remotam a vero cultu; sed usque desiderantem illustrari (n. 50).

Per "Insulas quae confident" (*Esai.* lx. 9) intelliguntur gentes quae in cultu Divino sunt, sed remotiore a veris ecclesiae (n. 242[*d*]).

"Insulae in mari" (*Ezech.* xxvi. 18) significant gentes remotiores a veris, quae desiderant cognitiones (n. 275[*a*]).

Pluribus in locis, per "insulas" significantur gentes quae accessurae ad verum cultum Dei (n. 50).

Per "insulas gentium" (*Zeph.* ii. 11) significantur falsa non mali (n. 406[*d*]).

Per "insulas" in opposito sensu significantur falsa opposita veris quae in naturali homine (n. 406[*e*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 50, 242[*d*], 275[*a*], 304[*d*], 405[*a,h*], 406[*a–e*], 677, 1024, 1146.)

Insurgere.—Quod pugnatura sint falsa et mala contra vera et bona, ac vicissim, quod fit quando homo in tentationes venit et reformatur, significatur apud *Evangelistas* (*Matth.* x. 21; *Marc.* xiii. 12; *Luc.* xii. 53) per divisionem et insurrectionem consanguineorum (n. 724[*b*]).

"Hostes," "inimici," "oppugnatores," "insurgentes," et insuper "arma belli," in Verbo significant talia quae pugnae et tutelae spiritualis (n. 734[*c*]).

Integer.—"Integrum," quod observandum (*Ps.* xxxvii. 37), dicitur de bono; et "rectum," quod videndum, dicitur de vero (n. 365[*b*]).

"Dies integrorum" (*Ps.* xxxvii. 18) significant status eorum qui in bono sunt et inde veris, seu qui in charitate et inde fide (n. 386[*d*]).

Per "lapides," ex quibus aedificata erant altare et postea templum, significabantur vera doctrinae, religionis et cultus; ne itaque veris doctrinae et inde cultui aliquid ex propria intelligentia accederet, et consequenter inesset, repraesentatum est per quod lapides integri essent et non caesi, ex quibus aedificabantur (n. 585[*b*]).

Intellectus.—(*Vide* ***Voluntas.***)

Sunt duae facultates vitae apud hominem; una vocatur intellectus, et altera voluntas; illae facultates sunt inter se prorsus distinctae, sed creatae ut

unum faciant; et cum unum faciunt, vocantur una mens; sed apud hominem sunt primum divisae, postea autem sunt unitae (n. 1170).
Intellectus et voluntas, quae una voce vocantur mens, proinde etiam intelligentia et sapientia, resident in cerebris, et ibi sunt in suis primis (n. 775).
Intellectus est recipiens veri, et voluntas recipiens boni. Antequam homo ex inferno eductus est, intellectus et voluntas non unum agunt; homo tunc ex intellectu plura videt et agnoscit quae non vult quia non amat; at vero quando homo conjunctus est caelo, tunc intellectus et voluntas unum agunt (n. 1168).
Intellectus videt ex luce caeli, et est subjectum et receptaculum illius lucis (n. 1170).
Intellectus apud hominem non destructus est, sed voluntas est destructa. Intellectus a voluntate destruitur apud illos qui in malis (n. 1170).
Causa quod intellectus non destructus sit, est ut homo possit cognoscere vera et ex illis videre mala suae voluntatis, ac dum videt illa possit resistere illis sicut a se, et sic reformari (n. 1171).
Intellectus vere humanus afficitur luce caeli, et ex illa videt. Sciatur quod omnia vera Verbi, quae sunt vera caeli et ecclesiae, intellectu videri possint, in caelo spiritualiter, in mundo rationaliter; nam intellectus vere humanus est ipse visus illorum (n. 1100[*d*]).
Apud hominem est intellectus exterior et intellectus interior; intellectus exterior est mentis naturalis, et intellectus interior est mentis spiritualis (n. 622[*a*]).
Intellectus vere humanus formatur et perficitur per vera naturalia, civilia, moralia et spiritualia; intellectus interior per vera spiritualia, exterior autem per vera moralia et civilia; inde qualia sunt vera, talis est intellectus ex quibus (n. 715).
Intellectus hominis inversum cogitat de illis quae coram sensibus apparent, ut sistat illa coram se in luce veri (n. 916).

Divinus intellectus, quia infinitus, est Divina providentia (n. 68).

(*De Intellectu plura videantur in articulis* n. 329[*d*], 466, 547, 1100[*d*], 1168, 1170, 1171, 1224.)

Intellectuale.—Per scientias et cognitiones, quae naturali homini implantatae sunt, formatur intellectuale, ut homo fiat rationalis (n. 654[*k*]).

Intelligens.—Quod omnis homo non sit intelligens et sapiens, est quia ille qui non est, occluserat apud se receptaculum amoris illius per vitam (n. 1224).
"Intelligentes" (*Dan.* xii. 3) sunt qui in veris (n. 72).

(*Videantur articuli*, n. 376[*g*], 644[*c*].)

Intelligentia.—Intelligentia est cogitatio ex intellectu (n. 518[*a*]).
Intelligentia distinguitur a sapientia per id, quod intelligentia sit intellectus veri qualis est spirituali homini, et sapientia intellectus veri qualis est caelesti homini (n. 280[*b*]).
De bonis et veris spiritualibus praedicatur sapientia, et de bonis et veris naturalibus intelligentia (n. 408).
Sapientia est in tertio gradu, intelligentia in secundo, et scientia in primo seu ultimo; quare etiam in eo ordine nominantur in Verbo (n. 1170).
"Habens intelligentiam" (*Apoc.* xiii. 18) significat, Qui in illustratione sunt (n. 845).
Intelligentia vera est ex Domino per Verbum (n. 281[*b*]).

Intelligentia falsa est ex proprio hominis (n. 281[*b*]; *conf.* n. 617[*b,c*]).
Intelligentia propria est ratiocinatio ex falsis (n. 281[*b*]).

Intelligere.—Cuivis homini, etiam malo, est facultas intelligendi (n. 1224).
Quod homo quidem intellectum veri et perceptionem boni possit perdere,

quod fit per falsa mali; sed quod usque non ideo perdat facultatem intelligendi verum et percipiendi bonum; si illam perdit, non amplius est homo, ipsum enim humanum in illa facultate consistit; ex illa est quod homo vivat post mortem, et quod appareat tunc sicut homo (n. 547).

Intentiones.—Amores sui et mundi, seu jucunda vitae ex illis, quae perpetua sunt, vertunt omnes cogitationes ad se et ad mundum; interiora hominis, quae ejus mentis sunt, actualiter vertuntur ad amores suos, deorsum et extrorsum (n. 159).

Cum homo super omnia amat Deum et proximum sicut se ipsum, tunc Dominus vertit interiora quae sunt mentis hominis, seu cogitationis et intentionis ejus, ad Se (n. 159).

Intercessio.—Per "intercessionem" intelligitur perpetua recordatio hominis a Domino (n. 810; *conf.* n. 805[*b*(v.)]).

Interdiu.—Falsa quae sciuntur esse falsa intelliguntur (*Ps.* xci. 5) per "telum quod volat interdiu" (n. 336[*b*]).

Tutela ne laedatur a nimia luce, significatur (*Esai.* iv. 5) per "nubem interdiu" (n. 594[*c*]).

Interficere.—(*Vide* **Occidere, Confodi.**)

"Interficere," seu "occidere," significat deprivare bono et vero (n. 384; *conf.* n. 397).

Interitus.—"In interitum abire" (*Apoc.* xvii. 8) significat non agnosci sed rejici (n. 1055).

Interius.—Sunt duo interna apud hominem, unum infra et alterum supra: internum quod infra est, est in quo est homo, et ex quo cogitat, dum vivit in mundo, est enim naturale; hoc, distinctionis causa, dicetur *interius* (n. 940).

Interius hominis non aliter purificatur quam ut desistat a malis secundum praecepta decalogi (n. 939).

Cum purificatum est interius hominis a malis, tunc aperitur internum quod supra illud est, quod vocatur internum spirituale (n. 941). (*Vide* **Internum.**)

Intermedia.—Quod intermedia in ultimis coexistant, patet ex axiomate quod nihil sit in effectu quod non est in causa, ita a continuitate causarum et effectuum a Primo usque ad ultimum (n. 1207).

Internum.—Sunt duo interna apud hominem, unum infra et alterum supra; internum quod infra est, est in quo est homo, et ex quo cogitat, dum vivit in mundo, est enim naturale; hoc, distinctionis causa, dicetur interius: internum autem quod supra est, est in quod homo venit post mortem dum in caelum (n. 940).

Cum purificatum est interius hominis a malis, per quod desistat ab illis, et fugiat illa quia sunt peccata, tunc aperitur internum quod supra illud est, quod vocatur internum spirituale; hoc communicat cum caelo; inde est quod homo tunc intromittatur in caelum, et conjungatur Domino (n. 940; *vide etiam* n. 654[*a*], 941, 945).

Internus.—Internus homo purificatur per scire, intelligere et cogitare vera Verbi; et externus homo per velle et facere illa (n. 475[*a*]).

Qui cogitant insincere et injuste de proximo, tametsi aliter loquuntur et agunt, illis clauditur internus spiritualis homo et aperitur modo internus naturalis homo (n. 195[*a*]).

Internus sensus.—(*Vide* **Sensus internus.**)

Interpretes. } —Quia voci *ferae* in Latino sermone adhaeret idea feri et ferocis,
Interpretari. } ideo interpretes dixerunt "animalia" (n. 388[*e*]).

"Serpens" (*Exod.* vii. 9, 10–12) nominatur voce qua nominatur *draco*;

sic ut interpretari etiam liceat quod baculus Mosis projectus coram Pharaone conversus sit in draconem (n. 714[*d*]).

"Dracones" (*Jerem.* xiv. 6) eadem voce nominantur qua ceti in mari; quare etiam hic interpretari licet, "Anhelarunt ventum sicut ceti" (n. 714[*d*]).

Interrogare.—Quod "populus lignum interroget" (*Hos.* iv. 12), significat quod consulant proprium amorem (n. 376[*g*]).

(*Vide Jerem.* xxx. 6, n. 721[*c*].)

Intimum.—Ecclesia Christiana agnoscit Divinum Domini, sed non Divinum Humanum. Credere in invisibile non procul est a credere in intimum Naturae, in quod etiam mens prone labitur quum phantasiis suis indulget (n. 52).

Homo non scit quod liberum ejus, et facultas agendi sicut a se, sit ex influxu vitae a Domino in intimum ejus, et quod ille influxus non ei auferatur quia natus est homo, cui illud intimum est (*de quo plura*, n. 1148).

Si homo avelleretur a societatibus spiritualibus, aut illae avellerentur ab homine, caderet mortuus, remanente solum vita in intimo, per quod est homo et non bestia, et per quod vivit in aeternum (n. 1162).

Intingens.—Bonum amoris ex quo vera Verbi in sensu litterae, significatur (*Deutr.* xxxiii. 24) per "intingens in oleum pedem suum" (n. 438).

Intrare.—Per "intrare," cum de Domino, significatur conjungi Ipsi (n. 251; *conf.* n. 239[*a*]).

Per "intrare in illos," nempe in testes occisos et projectos (*Apoc.* xi. 11), significatur illustratio, et receptio influxus Divini Veri (n. 665).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 239[*a*], 251, 376[*d*], 406[*c*], 410[*b*], 411[*e*], 665, 695[*d*].)

Introducere.—"Introducam eos super montem sanctitatis" (*Esai.* lvi. 7), significat quod donaturus bono amoris (n. 391[*e*]).

"Afflictos exules introducere domum" (*Esai.* lviii. 7), significat illos qui in falsis sunt et inde in dolore, emendare et restituere (n. 386[*e*]).

Intermissio. }
Intermissus. } —Introspectio est intromissio visus; ac visus intromittitur in caelum quando visus oculorum corporis hebetatur, ac tunc visus oculorum spiritus illustratur (n. 260[*b*]).

Postquam homo, per aperitionem interni ejus, intromissus est in caelum, ac lucem inde recipit, tunc eaedem affectiones quae sunt angelis caeli, una cum earum amoenis et jucundis, illi communicantur (n. 942).

Intuitio.—Homo qui in genuinis veris ex sensu litterae Verbi est, potest omnem turbam diabolicam, et eorum artes in quibus potentiam suam ponunt, quae innumerabiles sunt, per solam intuitionem et per nisum voluntatis momento disjicere et dissipare (n. 1086).

Intuitivum.—Utrumque, tam scientificum quam rationale, est in naturali homine, cujus unus finis est scientificum et cognitivum, et alter finis est intuitivum et cogitativum (n. 569[*b*]).

Intus.—"Intus et a tergo" (*Apoc.* v. 1) significat quod est cordi et animae, seu amori et fidei; amor enim est intus apud hominem et spiritum, quia facit ejus vitam; fides autem, nisi in ejus amore sit, non est intus apud illum, sed post, seu a tergo (n. 299).

Inumbrata.—"Terra inumbrata alis" (*Esai.* xviii. 1) est ecclesia quae in caligine est quoad Divina vera (n. 304[*d*]; *conf.* n. 650[*e*]).

Inundare. }
Inundatio. } —(*Vide* ***Diluvium.***)
"Inundatio aquarum" significat immissionem in falsa (n. 401[*d*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 223[*b*], 304[*b,d*], 355[*d*], 401[*d*], 518[*e*], 540[*a*], 644[*d*].)

Inungere.—(*Vide* ***Ungere.***)

Per "lutum" quod Dominus ex sputo fecit in humo (*Joh.* ix. 1, 5–7) significatur reformatio per vera ex sensu litterae Verbi; "humus" est ecclesia ubi Verbum, "lutum" est ultimum Divinum formans, "inungere id super oculos caeci" est per id dare intellectum veri (n. 239[*b*]).

Per "Inunge oculos ut videas" (*Apoc.* iii. 18), significatur ut aperiatur intellectus (n. 245).

Invenire.—(*Vide Marc.* xi. 13, n. 386[*e*]; *Ps.* cxxxii. 6, n. 700[*b*].)

Investigare. } —Per "investigandum requiem" (*Num.* x. 33) significatur salva-
Investigatio. } tio, quae finis (n. 700[*b*]).

Invicem.—Per "munera mittere invicem" (*Apoc.* xi. 10) significatur consociatio (n. 661).

Invisibile.—Credere in invisibile non procul est a credere in intimum Naturae (n. 52).

Invocare.—Per "filios corvi" (*Ps.* cxlvii. 9) significantur naturales homines, qui in tenebricososo lumine ex fallaciis sunt de veris Divinis, in quali fuerunt multi ex gentibus; quare dicitur quod "det filiis corvi qui invocant" (n. 650[*b*]).

Ira. } —(*Vide* ***Excandescere, Excandescentia, Zelus.***)
Irasci. } Unusquisque excandescit et irascitur quando impugnatur ejus amor et ejus amoris jucundum; laedere amorem est laedere vitam, et cum haec laeditur fit animi commotio, et inde ira et excandescentia. Simile fit apud bonos quando amor illorum impugnatur, sed cum differentia quod non illis excandescentia et ira sit, sed zelus. Zelus est illis qui in amore in Dominum et in amore erga proximum sunt; quare zelus spectat salvationem hominis, at ira ejus damnationem (*de quibus plura*, n. 693).

"Irasci," ubi de Domino, significat aversionem hominum ab Ipso (n. 684[*b*]; *conf.* n. 1022).

Quod dicatur "ira Agni" (*Apoc.* vi. 16) non est quod Dominus irascatur, est enim ipsum Divinum Bonum, et hoc non potest irasci (n. 412[*a*]).

Per "diem indignationis," "irae," "excandescentiae," "vindictae Jehovae," ac per "annum retributionum," intelligitur ultimum judicium (n. 405[*d*]).

Dicitur "excandescentia" (*Apoc.* xvi. 19) propter falsum, et "ira" propter malum (n. 1022).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 272, 295[*c*], 298[*b*], 316[*b*], 405[*d*], 411[*e*], 412[*a*], 413[*a,b*], 642, 684[*b*], 693, 694, 746[*f*], 754, 881, 887, 920, 929, 960, 1022.)

Ir Cheres.—"Ir Cheres" (*Esai.* xix. 18) est doctrina coruscans ex veris spiritualibus in naturali; *ir* enim est urbs, et "urbs" significat doctrinam; *cheres* est coruscatio, ut solis (n. 391[*d*]; *conf.* n. 654[*b*]).

Ire.—"Ire," in sensu spirituali, significat vivere (n. 768[*a*]).

"Ire in viis Jehovae" (*Deutr.* viii. 6) est vivere secundum vera doctrinae (n. 696[*c*]).

Per "ire vias tortuosas" (*Judic.* v. 6) significatur aberratio a veris (n. 652[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae plura videantur explicata*, n. 652[*b*], 695[*d*], 696[*b*].)

Iris.—(*Vide* ***Arcus in nube.***)

Quod "iris" significet Divinum Verum interius, quale est Verbum in sensu spirituali, est quia lux caeli, similiter ac lux mundi, secundum incidentiam in objecta, et inibi modificationem, sistat variegationes colorum (*de quibus plura*, n. 595; *conf.* n. 269).

Irlandia.—Intra Babyloniam sunt illi qui in regno Galliae, et plures in Hollandia, Anglia, Scotia et Irlandia, qui potestatem salvandi homines non ademerunt Domino, nec sanctitatem Divinam Verbo (n. 1070).

Irrigare.—Per "irrigare terram" (*Esai.* lv. 10) significatur vivificare ecclesiam (n. 644[*c*]).

Irritum.—"Foedus irritum" (*Esai.* xxxiii. 8) significat conjunctionem nullam cum Domino (n. 280[*b*]).

Irruere.—Tentationes in quibus homo ecclesiae non succumbit sed vincit, significantur (*Matth.* vii. 25) per "Descendit imber, venerunt flumina, flarunt venti, et irruerunt in domum, et tamen non cecidit, quia fundata erat super petra" (n. 411[*c*]; *conf.* n. 518[*e*]).

Isabel. }
Jezabel. } —"Mulier Jezabel" significat ecclesiam prorsus perversam; et quia
Jesabel. } omnis perversio ecclesiae existit ex binis amoribus, nempe, ex amore sui et amore mundi, inde per "Jezabel" significatur illorum amorum jucundum (*de quibus plura*, n. 159; *vide etiam* n. 160).

Isacus. }
Jischakus. } —Per "Abrahamum" in Verbo intelligitur Dominus quoad Divinum caeleste, per "Isacum" quoad Divinum spirituale, et per "Jacobum" quoad Divinum naturale. Divinum spirituale, quod "Isacus" significabat, est Divinum Verum, quod naturales homines terret; et quia Laban erat naturalis homo, ideo Jacob illi juravit (*Gen.* xxxi. 53) per "Isaci pavorem" seu "terrorem" (n. 696[*d*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 252[*a*], 376[*c*], 357[*a*], 624[*c*], 696[*d*], 701[*d*], 721[*b*], 768[*c*].)

Isaschar.—*Isaschar* in lingua originali significat mercedem. Qui spectant animo mercedem propter bona quae faciunt, et sic ponunt meritum in operibus, intelliguntur per "Isascharem" in prophetico Israelis de filiis suis (n. 445).

Tres tribus, Jehudae, Isascharis, et Sebulonis, castrametabantur ad orientem Tentorii conventus (*Num.* ii. 3–10), quia illae tribus significabant caelum ubi bonum amoris; tribus Jehudae ipsum illud bonum, tribus Isascharis affectionem ejus, et Sebulon conjunctionem ejus cum veris (n. 445).

Quod per "Isascharem" (*Apoc.* vii. 7) significetur fides, causa (n. 445).

(*Videantur etiam articuli*, n. 431[*c*(i.,ii.)], 438.)

Ismael.—Per "Ismaelem qui fuit de semine regni" (*Jerem.* xli. 1–8) repraesentabantur qui in genuinis veris ecclesiae sunt (n. 374[*b*]).

De Ismaele dicitur quod "benediceretur et cresceret, et quod duodecim principes ex illo nascerentur" (*Gen.* xvii. 20; cap. xxv. 16), ex causa quia per illum significabatur ecclesia externa cum ejus omnibus veris ex bono (n. 430[*b*]).

Israel.—(*Vide* ***Ecclesia, Jehudah.***)

In supremo sensu, per "Israelem" (*Esai.* xlix. 3) intelligitur Dominus; et "Lapis Israelis" est Dominus quoad Divinum Verum (n. 409[*c*]; *conf.* n. 411[*c*]).

Dominus vocatur "Deus Israelis" (2 *Sam.* xxiii. 3) ex cultu, et "Petra Israelis" ex Divino Vero ex quo cultus (n. 411[*d*]): "Deus Israelis" et "Petra" est Dominus quoad Divinum Humanum, et inde procedens Divinum Verum (n. 179; *conf.* n. 329[*b*]).

Quod Dominus quoad Divinum Humanum nominetur "Sanctus Israelis," est quia per "Israelem" significatur ecclesia (n. 328[*f*]).

Per "Israelem" et "Jacobum" in supremo sensu intelligitur Dominus, ac in sensu respectivo regnum Domini spirituale, et ecclesia spiritualis; per "Israelem" ecclesia illa interna, per "Jacobum" externa (n. 340; *conf.* n. 204[*d*], 316[*a*], 331[*a*], 374[*b*]).

Per "Israelem" et per "patres" (*Hos.* ix. 10) non intelliguntur patres tribuum ex filiis Jacobi, sed qui ab Antiqua Ecclesia fuerunt (n. 403[*c*]; *conf.* n. 918).

Quoniam ecclesia repraesentativa instituenda erat apud filios Jacobi, ideo provisum est a Domino ut filii ejus duodecim essent, ut sic omnes simul repraesentarent omnia ecclesiae, et singuli suam partem; inde est quod duodecim tribus ex illis exstiterint, et quod illae significent omnia ecclesiae, et quaelibet tribus aliquid essentiale ecclesiae (n. 430[*b*]).

Apud filios Israelis, seu posteros Jacobi, non fuit aliqua ecclesia, sed solum repraesentabatur ecclesia; quare per illos significantur omnes qui ab ecclesia sunt (n. 448[*d*]).

Filii Israelis repraesentaturi erant ecclesiam a primo ejus ortu ad finem (n. 654[*k*]).

Per itinera et errores filiorum Israelis quadraginta annis in deserto, repraesentatae et significatae sunt tentationes fidelium (n. 544).

Per quod perducti sint in Aegyptum, et postea in desertum, et demum in terram Canaanem, repraesentabatur ortus, progressus, et demum instauratio ecclesiae apud hominem (*de quibus plura*, n. 654[*k*]).

Judaei repraesentaverunt regnum caeleste Domini, seu ecclesiam caelestem, Israelitae autem regnum spirituale Domini, seu ecclesiam spiritualem (n. 405[*g*]).

(*De consummatione Ecclesiae Israeliticae, videantur plura, s. v.* **Ecclesia.**)

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 38, 141[*b*], 148, 179, 195[*b*], 204[*b*], 222[*b*], 223[*c*], 278[*b*], 280[*b*], 304[*d–f*], 313[*b*], 315[*c*], 316[*a,b*], 328[*c,d,f*], 329[*d*], 331[*a*], 336[*b*], 340[*c,d*], 365[*f*], 374[*b*], 375[*e*(viii.)], 376[*b,c*], 386[*b*], 391[*d,g*], 392[*e*], 401[*d*], 403[*c*], 405[*b,c,g–i*], 409[*c*], 411[*c,f*], 422[*b*], 430[*b*], 431[*b*], 433[*a,c,d,f*], 435[*b*], 448[*b–d*], 453[*a*], 483[*b*], 540[*b*], 544, 585[*b*], 601[*a,b*], 624[*c*], 638[*b*], 653[*a*], 654[*c,d,i,k,l*], 677, 701[*c*], 710[*a,b*], 724[*b*], 734[*e*], 741[*d*], 811[*c*], 866, 1029[*d*].)

Itinera.—Per itinera et errores filiorum Israelis, quadraginta annis in deserto, repraesentatae et significatae sunt tentationes fidelium (n. 544).

Jabinus.—Per pugnam contra Siseram, principem exercitus Jabini regis Canaanis, repraesentabatur pugna spiritualis contra mala quae infestant ecclesiam (n. 439).

Jacere.—Per " abyssum jacentem infra" (*Deutr.* xxxiii. 13) significantur spiritualia naturalia (n. 405[*f*]).

"Jacere in terra, et in plateis" (*Thren.* ii. 21) significat a malis et a falsis destructos (n. 315[*b*]; *conf.* n. 863[*a*]).

"Deficere et jacere in capite omnium platearum" (*Esai.* li. 20), significat deprivatos omni vero (n. 652[*d*]).

Jacere sortem.—Per "jacere sortem" significatur dissipare (n. 376[*d*]; *conf.* n. 652[*d*], 863[*a*]).

Jachin.—(*Vide* **Porticus.**)

Sustentantia vera significantur per "binas columnas, Jachin et Boas" (1 *Reg.* vii. 15–22), quas Salomo erexit in porticu Templi (n. 219).

Jacob.—(*Vide* **Israel, Foedus.**)

Per "Jacobum" intelligitur Divinum naturale (n. 696[*d*], 768[*c*]).

Dominus vocatur "Jehovah" ex Divino in primis (*Ps.* cxxxii. 2), et "Fortis Jacobi" ex Divino in ultimis, in quibus Divina potentia est in suo pleno (n. 684[*c*]).

Per "semen Jacobi" significatur Divinum Verum naturale, procedens a Domino (n. 768[c]).
Per "fontem Jacobi" (*Joh.* iv. 6) intelligitur Verbum, ita quoque Dominus quoad Verbum (n. 483[b]).
Per "Jacobum" et "Israelem" significatur regnum spirituale Domini (n. 278[b]).
Per "Jacobum" (*Num.* xxiv. 5) significatur ecclesia quae in bono doctrinae et vitae est, et per "Israelem" ecclesia quae in veris ex bono (n. 799[b]).
Per "domum Jacobi" intelliguntur qui in bono vitae (n. 448[c]).
Quia "Jacob" in Verbo significat ecclesiam externam, quae apud illos est qui in lumine naturali sunt, et vitam moralem vivunt ex obedientia fidei, tametsi non ex affectione interna, ideo cum sermo est de Jacobo, apparet in mundo spirituali superne ad dextrum sicut vir cubans in lecto (n. 163).

Jacob et ejus posteri usque a patribus fuerunt mere naturales, inde contra bonum caeli et ecclesiae, nam qui naturalis est, et non simul spiritualis, ille est contra bonum illud. Nunc quia Jacob et posteri ejus tales fuerunt, et quia omne bonum tale rejecerunt, et hoc a primo tempore, ideo dicitur de Jacobo quod "in utero supplantaverit fratrem suum" (*Hos.* xii. 4 [*B. A.* 3]): praeterea per pugnam Jacobi cum angelo (*de qua, Gen.* xxxii. 25–32) describitur contumacia illorum qua institerunt quod terram Canaanem possiderent, per quod intelligitur ut ecclesia apud illos institueretur. Gens Israelitica et Judaica non electa fuit, sed recepta ut ecclesiam repraesentaret ob contumaciam qua patres eorum et Moses institerunt (n. 710[b]).
Quoniam ecclesia repraesentativa instituenda erat apud filios Jacobi, ideo provisum est a Domino ut filii ejus duodecim essent, ut sic omnes simul repraesentarent omnia ecclesiae, et singuli suam partem; inde est quod duodecim tribus ex illis exstiterint (n. 430[b]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 148, 163, 222[b], 252[a], 278[b], 304[f], 315[c], 328[c,f], 329[d], 340[d], 376[c], 374[b], 381, 391[d], 392[e], 405[b,c,h], 422[b], 430[b], 433[c,d], 434[a,b], 448[c,d], 483[b], 537[a], 617[b], 677, 684[c], 696[d], 701[d], 710[a,b], 724[d], 741[d], 768[c,d], 799[b], 811[c], 1029[d].)

Jacobus Apostolus.—Per tres Domini discipulos, Petrum, Jacobum et Johannem, significantur in serie prima et primaria essentialia ecclesiae; "Petrus" enim significat verum intellectu, "Jacobus" verum voluntate, et "Johannes" verum actu (n. 444[b]).
Duodecim discipuli Domini repraesentaverunt ecclesiam quoad omnia fidei et charitatis in complexu; et ex illis Petrus, Jacobus et Johannes repraesentaverunt fidem, charitatem, et bona opera, in suo ordine; Petrus fidem, Jacobus charitatem, et Johannes bona opera (n. 785[b]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 8, 9, 64, 411[d], 600[b], 721[b], 820[a], 821[b].)

Jaculari. ***Jaculatores.*** ***Jaculum.***—Quod "arcus" significet doctrinam pugnantem, seu doctrinam ex qua pugnatur contra mala et falsa, et quod "sagittae," "jacula," et "tela" significent vera doctrinae quae pugnant (n. 357[a]).

"Jacula" et "sagittae," ita "jaculatores" et "sagittarii," in opposito sensu significant pugnam ex falsis doctrinae contra vera (n. 448[b]).
"Ad jaculandum in tenebris rectos corde" (*Ps.* xi. 2), significat ad fallendum illos qui in veris ex bono sunt (n. 357[c]).

Jaeser.—Per "Jaeserem," "vitem Sibmae," ac per "Chesbonem" et "Elealem" significantur externae ecclesiae homines, qui Verbum explicant ad favorem amorum mundi (n. 911[b]).

(*Vide Jerem.* xlviii. 32, n. 376[c].)

Jah.—(*Vide* ***Hallelujah, Jehovah.***)

Deus vocatur "Jah" ex Esse, ac "Jehovah" ex Esse et Existere in Se (n. 1206).

"Canticum Jah" (*Esai.* xii. 2) significat celebrationem et glorificationem Domini (n. 326[*b*]).

Per "tribus Jah" (*Ps.* cxxii. 4) significantur vera ex bono quae a Domino (n. 431[*b*]).

Janua.—(*Vide* ***Ostium, Porta.***)

Cum novitii spiritus introducuntur in societatem caelestem, aperitur illis a Domino via quae ad illam ducit; et cum illuc veniunt, apparet porta cum ostio ad latus ubi custodes, qui illum intromittunt, et alii dein qui recipiunt et introducunt. Ex his nunc constare potest quid in Verbo significant "januae," "ostia," et "portae," quod nempe intromissionem in caelum: et quia caelum aut ecclesia est in homine, ideo etiam "januae," "ostia," "portae," significant aditum et introitum apud hominem. Et quia omnia quae significant caelum et ecclesiam, etiam significant illa quae caeli et ecclesiae sunt, hic illa quae introducunt, quae sunt vera ex bono quae a Domino, et quia illa sunt a Domino et inde sunt Ipsius, immo Ipse in illis, ideo per "januam," "ostium" et "portam" ad caelum et ad ecclesiam, in supremo sensu intelligitur Dominus (n. 208[*a*]).

Quia binae viae in hominem ducunt, etiam binae januae seu portae sunt per quas fit intromissio: per portam seu januam quae patet e caelo, intrat affectio veri spiritualis a Domino; quia per illam intrat bonum, et omnis affectio veri spiritualis est a bono: per portam autem seu januam quae patet e mundo, intrat omnis cognitio e Verbo et ex praedicatione inde, quia per illam intrat verum (n. 208[*a*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 208[*a,b*], 298[*b*], 325[*a*], 629[*a*], 630[*c*].)

Japhetus.—(*Vide Gen.* ix. 21–23, n. 240[*b*].)

Jareb.—Per "Assyrium" et "regem Jareb" (*Hos.* v. 13) significatur rationale perversum quoad bonum et quoad verum (n. 962).

Jaschar. } —(*Vide* ***Verbum Antiquum.***)
Liber Recti. } Liber Jascharis, seu Liber Recti (*Jos.* x. 12), fuit propheticus (n. 401[*d*]).

Jaspis.—Per "jaspidem" significatur Divinus Amor Veri, seu Divinum Verum procedens; tum spiritualis amor veri (n. 268).

Javan.—Per "Javan, Thubal et Meschech" (*Ezech.* xxvii. 13) significantur qui in cultu externo (n. 355[*c*]).

Per "Javanem et Thubalem" (*Ezech.* xxvii. 13) significatur cultus externus repraesentativus (n. 750[*e*]).

Per "filios Javanis" (*Sach.* ix. 13) significantur vera externa (n. 724[*c*]).

Jehoschaphath.—Quod "naves sub rege Jehoschaphath fractae sint" (1 *Reg.* xxii. 49), significat devastationem ecclesiae quoad vera et bona ejus (n. 514[*b*]).

"Vallis Jehoschaphati," ubi judicium (*Joel* iv. [*B. A.* iii.] 12), significat falsificationem Verbi (n. 911[*b*]).

Jehoschua. } —Per "Jehoschuam sacerdotem magnum" (*Sach.* iii. 1–3) signifi-
Joschua. } catur Lex seu Verbum, et falsificatio ejus per quod "vestibus pollutis indutus steterit coram angelo" (n. 740[*c*]).

Jehovah.—Deus vocatur "Jah" ex Esse, ac "Jehovah" ex Esse et Existere in Se (n. 1206).

Per "Jehovam" intelligitur Divinum Esse, et per "Deum" Divinum Existere in caelo (n. 24).

Simile intelligitur per "Jehovam," quod per "qui est, qui fuit, et qui venturus" (n. 23).
Dominus vocatur "Jehovah" ex Divino in primis, et "Fortis Jacobi" ex Divino in ultimis (n. 684[c]).
Quoniam vera et bona caeli et ecclesiae intelliguntur per "exercitus" in Verbo, ideo Jehovah in Verbo dicitur "Jehovah Zebaoth," et "Jehovah Deus Zebaoth," hoc est, "Exercituum" (n. 573[a]). (*Vide* ***Zebaoth.***)
"Jehovah" in Veteri Testamento dicitur "Dominus" in Novo (n. 689).
Antiquissimi prae posteris coluerunt Deum visibilem sub Humana forma; quod etiam viderint Deum ut hominem, testatur Verbum; ut de Adamo, quod audiverit vocem Jehovae ambulantis in horto; de Mose, quod locutus cum Jehovah ore ad os; de Abrahamo, quod viderit Jehovam in medio trium angelorum; quod Lothus cum duobus ex illis locutus sit: Jehovah etiam visus est ut Homo Hagari, visus Guideoni, visus Joschuae, visus Danieli ut Antiquus dierum et ut Filius hominis; similiter Johanni ut Filius hominis in medio septem candelabrorum; tum etiam prophetis aliis (n. 1116).
Ante adventum Domini per cantica celebrabatur Jehovah; at postquam Dominus in mundum venit, et Se manifestavit, per cantica etiam celebrabatur Dominus; at nunc, in ecclesia quae posthac instauranda est, quae intelligitur per "Novam Hierosolymam," celebrabitur Dominus solus (n. 857).

(*Dicta Scripturae videantur, plurima in parte explicata,* n. 23, 24, 32, 110, 220[a], 298[b], 340[a], 391[d], 400[b], 401[b], 405[g], 406[b], 411[c], 412[f], 453[b], 573[a], 653[b], 684[c], 689, 850[b], 857, 1206.)

Jehovih.—Dominus vocatur "Dominus Jehovih" quando agitur de bono (n. 601[a]).
Dominus ex Divino Vero in Verbo vocatur "Deus," et ex Divino Bono vocatur "Jehovah," et quoque "Dominus Jehovih" (n. 850[b]).

Jehudah.—(*Vide* ***Ecclesia, Israel, Judaea, Judaeus, Judaica gens.***)
"Jehudah" in Verbi sensu supremo significat Dominum quoad amorem caelestem, in sensu interno regnum caeleste Domini et Verbum, et in sensu externo doctrinam e Verbo quae ecclesiae caelestis (n. 119; *conf.* n. 211, 433[d], 730[b], 918).
Per "Jehudam" significatur bonum caeleste, quod est bonum amoris in Dominum (n. 405[c]).
Per "domum Jehudae" significatur ecclesia quoad bonum (n. 280[b]).
Judaei repraesentaverunt regnum caeleste Domini, seu ecclesiam caelestem; Israelitae autem regnum spirituale Domini, seu ecclesiam spiritualem (n. 405[g]).

Quod Judaica Ecclesia disperserit Divinum Verum quod est in sensu litterae Verbi, at quod non potuerint dispergere Divinum Verum quod est in sensu interno, significatur (*Joh.* xix. 24) per "Diviserunt vestes meas sibi, et super vestimento meo jecerunt sortem" (n. 64).
"Aedificantes" qui rejecerunt Lapidem anguli (*Matth.* xxi. 42), sunt illi qui ab Ecclesia Judaica, quae rejecit Dominum, et cum Ipso omne Divinum Verum (n. 417[b]).
Per "ficum" (*Matth.* xxi. 18, 19) intelligitur ecclesia apud gentem Judaicam; quod apud illam gentem non aliquod bonum naturale esset, sed modo verum falsificatum, quod in se est falsum, significatur per quod "Dominus venerit ad ficum, sed nihil invenerit in illa nisi folia" (n. 403[e]; *conf.* n. 386[e]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata,* n. 119, 141[b], 195[b], 205, 208[b], 211, 222[b], 223[c], 252[d], 278[b], 279[a], 280[b], 304[d], 310, 316[b], 324[d], 340[d], 342[d], 355[a,f], 357[a], 364[b], 372[b], 375[e(viii.)],

376[*b*,*d*], 403[*c*], 405[*b*,*c*], 417[*b*], 431[*c*(i.,ii.)], 433[*a*–*f*], 434[*a*], 435[*b*], 436, 440[*b*], 441, 443[*a*], 444[*b*], 445, 447, 448[*c*,*d*], 449[*b*], 453[*a*], 475[*b*], 518[*e*], 538[*a*], 569[*c*], 652[*c*], 653[*b*], 701[*c*], 730[*b*], 734[*d*], 811[*c*,*d*], 918, 922[*b*], 1145.)

Jejunare. } —(*Vide* ***Esurire, Famelicus.***)
Jejunium. } Per "jejunationem Domini" (*Matth.* iv. 2) significatur afflictio, qualis est in tentationum pugnis (n. 730[*d*]).

"Jejunare" significat lugere, quoniam in luctu jejunabant (n. 375[*e*(vii.)]).

Per "jejunare" significatur lugere propter defectum veri et boni (n. 1189).

Jericho.—Per "urbem Jericho" significatur instructio in cognitionibus boni et veri, per quas homo introducitur in ecclesiam; nam Jericho erat urbs non procul a Jordane, per quem fluvium significatur introductio in ecclesiam. Et quia "Jericho" significabat instructionem, etiam significabat bonum vitae, quia nemo instrui potest in veris doctrinae, nisi qui in bono vitae est (n. 700[*d*]).

Cum terra Canaan possessa fuit a gentibus idololatris, significatio locorum et urbium in illa terra mutata est in contrarium, et inde tunc "Jericho" significabat profanationem veri et boni, ita doctrinam falsi et mali quae pervertit vera et bona ecclesiae et profanavit illa (n. 700[*d*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 444[*c*], 458[*b*], 502[*b*].)

Jerusalem.—(*Vide* ***Hierosolyma.***)

Quia gens Judaica talis erat, ideo dicitur, "Jerusalem, Jerusalem, quae occidis prophetas, et lapidas missos ad te!" (*Matth.* xxiii. 37;) per quae verba in sensu spirituali intelligitur quod exstinguant omne Divinum Verum quod ex Verbo apud illos (n. 624[*d*]).

Jeschurun.—(*Vide Esai.* xliv. 2, n. 409[*c*].)

Jesuitae.—In mundo spirituali, ubi interiora cujusvis hominis aperiuntur et inde patent, apud monachos, immo apud Jesuitas, qui intelligentes ex ingenio prae reliquis in mundo reputati sunt, illa tam vacua et inania apparuerunt, ut ne quidem unum verum quod ducit ad caelum sciverint: explorati sunt, et visi tales (n. 1044).

Jesus. } —(*Vide* ***Dominus.***)
Jesus Christus. } *Jesus* significat salutem (n. 460).

Jesus significat salvationem (n. 815[*c*]).

Rex dicitur "Unctus;" et Unctus vocatur *Messias* in lingua Hebraea, ac *Christus* in lingua Graeca (n. 31[*b*]).

Per "Jesum Christum" intelligitur Dominus quoad Divinum Humanum, quia id nomen Domini in mundo fuit (n. 26; *conf.* n. 49).

Per duo nomina, "Jesus" et "Christus," significetur tam sacerdotale quam regium Domini; nempe, per "Jesum" Divinum Bonum, et per "Christum" Divinum Verum (n. 31[*b*]).

Quod nemo possit nominare Jesum a se, sed ab Ipso, notum est aliquibus in ecclesia, et notissimum in caelo (n. 388[*e*]).

Nomen "Dominus" et nomen "Jesus Christus" in mundo spirituali non enuntiantur sicut in terris; sed pro illis nominibus nomen formatur ex idea omnium quae sciuntur et creduntur de Ipso (n. 102[*a*]).

(*Videantur articuli*, n. 26, 31[*b*], 49, 102[*a*], 388[*e*], 460, 684[*c*,*d*], 815[*c*], 895, 1050.)

Jezabel.—(*Vide* ***Isabel.***)

Jischajus.—Ut David repraesentaret Dominum quoad Divinum Verum, ideo voluit Dominus nasci ex domo Davidis, et quoque dici "Davidis Filius," "Stirps," et "Progenies;" tum "Radix Jischaji" (n. 205; *conf.* n. 780[*b*]).

Dominus quoad Humanum dicitur "Radix Davidis" ex eo quia omne Divinum Verum ab Ipso est. Inde etiam est quod dicatur "Radix Jischaji" apud *Esaiam* (cap. xi. 10); "Jischajus" pro Davide, quia erat pater ejus (n. 310).

Jischakus.—(*Vide* ***Isacus.***)

Jisreel.—(*Vide Hos.* ii. 22, n. 304[*e*], 375[*e*(viii.)].)

Joculari.—Joculari ex Verbo et de Verbo est sancta caeli pulvere terrestri spargere (n. 1064).

Johannes Apostolus.—Per Johannem repraesentatum est bonum charitatis (n. 229).

Johannes repraesentavit ecclesiam quoad bona opera (n. 785[*b*]).

Quia Johannes bonum charitatis seu bonum amoris repraesentavit, ideo revelatio illi facta est (n. 8).

Coram ultimi caeli angelis promulgantur arcana sapientiae Divinae. Illi qui ibi intelligentes sunt, percipiunt arcana illa ex correspondentiis; at infimi illorum non percipiunt, sed modo sciunt quod inibi sint arcana, nec ultra inquirunt. Cum his fuit Johannes cum in spiritu seu in visione (n. 369).

Quod non Petrus sed Johannes esset primus apostolorum, patet ex eo, quod Johannes accubuerit ad pectus Domini, et quod secutus sit Dominum (n. 229).

Quod Johannes Mariam matrem in domum suam acceperit (*Joh.* xix. 27), significabat quod ecclesia erit ubi bona opera, seu bonum charitatis (n. 9, 785[*b*]).

(*Videantur articuli*, n. 8, 9, 10, 19, 45, 64, 229, 250[*c*], 369, 411[*c*], 600[*b*], 619[*a*], 785[*b*], 820[*a*], 821[*b*], 822.)

Johannes Baptista.—Lavatio et baptizatio non quidem purificabat Judaeos a falsis et malis, sed modo repraesentabat et inde significabat purificationem ab illis; quod tamen in caelo acceptum erat sicut ipsi purificati essent: ita caelum fuit conjunctum cum populo illius ecclesiae per baptisma Johannis; et quando caelum ita fuit conjunctum illis, potuit Dominus, qui erat Deus caeli, ibi Se manifestare, docere et commorari (n. 724[*b*]).

Quod de Johanne dicatur quod praecederet coram Domino in spiritu et virtute Eliae, et quod esset Elias, erat causa quia ille sicut Elias repraesentabat Dominum quoad Verbum, et inde significabat Verbum quod a Domino (n. 724[*b*]).

Johannes Baptista repraesentabat Verbum, simile quod Elias: et per indumentum ex pilis cameli, perque cingulum coriaceum, ac per esum locustae et mellis agrestis, repraesentabat ejus ultimum sensum (*de quibus plura*, n. 543[*d*], 619[*c*]).

(*Videantur articuli*, n. 66, 83, 130[*b*], 242[*d*], 475[*b*], 543[*d*], 619[*c*], 624[*e*], 710[*c*], 724[*b*], 730[*b*].)

Jojakimus.—Per Jojakimum, regem Jehudae, qui combussit volumen scriptum a Jeremia, repraesentabatur verum ecclesiae, quod periturum (n. 481).

Jonas.—Quia gens Judaica erat prae aliis in amore sui et in falsis ex illo amore, inde non aliis bene voluerunt quam sibi ipsis, non autem gentibus, sed has oderunt: et quia talis fuit illa gens, et Jonas repraesentavit illam, ideo exarsit illi valde quod Jehovah pepercerit Ninive, gentes enim per "Niniven" significantur (n. 401[*h*]). (*Vide* ***Kikajon.***)

Jona in lingua Hebraea significat columbam; et per "columbam" in sensu spirituali significatur bonum charitatis; ideo per "filium Jonae" significatur verum boni illius (n. 443[*a*]).

"Simon Jonae" significat verum ex bono, seu fidem ex charitate (n. 411[*d*]).

(*Videantur articuli*, n. 411[*d*], 443[*a*], 706[*b*], 820[*b*].)

Jonathan.—Per "Saulem" ut regem, et per "Jonathanem" ut filium regis (2 *Sam.* i. 23), intelligitur verum tutans ecclesiam (n. 278[*c*].)

(*Videantur etiam articuli*, n. 281[*b*], 357[*b*], 395[*c*], 619[*b*].)

Jordanes.—(*Vide* **Canaan.**)

Per "fluvium Jordanem" significatur introitus in ecclesiam, et inde "aquae Jordanis" significant prima vera per quae intratur (n. 395[*c*]): haec vera sunt qualia vera sensus litteralis Verbi, nam illa primum introducunt (n. 700[*c*]).

Per "fluvium Jordanem" significabatur etiam introitus in ecclesiam internam seu spiritualem; nam per regiones extra Jordanem, ubi tribus Reubenis et Gadis, ac dimidia tribus Menassis, sortitae sunt hereditates, significabatur ecclesia externa seu naturalis; et quia ille fluvius erat inter illas regiones et terram Canaanem, et dedit transitum, ideo per illum significabatur introitus ab ecclesia externa quae naturalis in ecclesiam internam quae spiritualis: haec erat causa quod ibi instituta fuerit baptizatio, baptizatio enim repraesentabat regenerationem hominis, per quam homo naturalis introducitur in ecclesiam et fit spiritualis (n. 569[*a*]; *conf.* n. 434[*c*]).

Per "Jordanem" et ejus "aquas" in opposito sensu significantur falsa mali quae ferunt ad infernum; ideo illae aquae discissae sunt et remotae (*Jos.* iii. 1–17; cap. iv. 1–20), ut daretur filiis Israelis (per quos repraesentaretur ecclesia) transitus (n. 700[*c*]).

(*Videantur articuli*, n. 395[*b*], 405[*c*], 406[*d*], 430[*b*], 434[*c*], 447, 475[*b*], 514[*c*], 518[*b–d*], 569[*a*], 700[*c,d*].)

Joschua.—(*Vide* **Jehoschua.**)

Josephus.—Per "Josephum" in supremo sensu significatur Dominus quoad Divinum spirituale, in sensu interno regnum spirituale, et in externo salvatio, fructificatio et multiplicatio veri (n. 295[*c*]).

"Terra Josephi" significat spiritualem ecclesiam (n. 448[*b*]).

Per "Josephum" significatur caeleste spirituale, seu ipsum regnum spirituale quod regno caelesti adjunctum est (n. 440[*a*]): per "Josephum" intelliguntur spirituales caelestes, qui sunt qui in regno spirituali supremi sunt, et inde communicant proxime cum illis qui in regno caelesti Domini sunt (n. 401[*e*]; *conf.* n. 405[*f*]).

"Ex tribu Josephi duodecim millia signati" (*Apoc.* vii. 8) significat conjunctionem eorum qui in secundo caelo cum Domino (n. 448[*a*]).

Per "Josephum" significatur conjunctio caelestis hominis cum spirituali, et per "Benjaminem" conjunctio spiritualis hominis cum naturali (n. 449[*b*]).

Per "Josephum" repraesentabatur bonum spirituale, quod in sua essentia est verum intellectu et voluntate (n. 693).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 163, 222[*b*], 237[*b*], 295[*c*], 316[*d*], 336[*b*], 357[*a*], 376[*d*], 401[*e*], 405[*f*], 422[*d*], 433[*b*], 438, 440[*a,b*], 448[*a–d*], 449[*b*], 654[*f,l*], 693, 1145.)

Jotham.—Jothamis verba ad cives Schechemi (n. 638[*c*]).

Jubilare.—Per "jubilare" (*Ps.* lxxxiv. 3 [*B. A.* 2]) significatur cultus ex jucundo boni (n. 391[*d*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 304[*f*], 323[*b*], 326[*b*], 391[*d*], 405[*b*], 406[*b*].)

Jucundum.—Unusquisque homo talis est qualis ejus amor, et omne jucundum vitae ejus est ex suo amore; quicquid enim amori ejus favet, hoc percipit jucundum (*de quibus plura*, n. 159; *conf.* n. 411[*a*], 758).

Jucunda amorum in Dominum et erga proximum sunt jucunda charitatis varii generis (n. 758).

Omne jucundum vitae manens in aeternum est jucundum boni et veri spiritualis, et inde jucundum et veri naturalis (n. 619[a]).

Jucunda amorum sui et mundi sunt jucunda odii varii generis (n. 758).
Jucundum adulterii est infernum apud hominem, et jucundum conjugii est caelum apud illum (*de quibus plura*, n. 981, 990, 1010).

Judaea.—(*Vide* ***Samaria.***)
Per "Judaeam" significatur ecclesia (n. 313[b], 405[f]).
Per "Judaeam" significatur caeleste ecclesiae (n. 706[c]).

Judaeus. } —(*Vide* ***Jehudah.***)
Judaica gens. } Ecclesia repraesentativa apud gentem Judaicam instituta fuit, sed in ipsa gente nulla ecclesia fuit. Gens Israelitica et Judaica non electa fuit, sed recepta ut ecclesiam repraesentaret, ob contumaciam qua patres eorum et Moses institerunt. Ideo quoad ipsam gentem fuit repraesentativum ecclesiae, et non ecclesia. Cultus eorum mere externus fuit, absque omni cultu interno. Prorsus non sciverunt interna cultus, nec scire voluerunt. Interiora eorum, quae sunt cogitationis et affectionis, fuerunt foeda, amoribus sui et mundi ac avaritia plena. Verbum illis prorsus occlusum fuit, et adhuc est. Gens illa autem prae aliis talis fuit ut potuerit in sancto externo, clauso interno. Sanctum externum eorum a Domino miraculose elevatum est in caelum, et sic interiora cultus, ecclesiae, et Verbi, ibi percepta; nihil refert qualis persona est quae repraesentat, quoniam repraesentatio spectat rem, non autem personam. Quia in sancto externo absque interno potuerunt esse, sancta ecclesiae et caeli repraesentare potuerunt. Gens illa corde idololatra fuit; etiam cultus eorum, in ipsa gente spectatus, fuit idololatricus, quia externus absque interno. Jehovam modo quoad nomen coluit, et solum propter miracula. Erronee cogitant qui credunt quod Judaei in fine ecclesiae convertendi sunt, et reducendi in terram Canaanem: conservati sunt propter Verbum in lingua originali (*de quibus videantur perplura*, n. 434[a,c–f]).

(*Videantur articuli*, n. 119, 122, 211, 279[b], 374[b], 376[e], 384, 405[g,i], 434[a,c–f], 455[a], 475[a], 587[d], 589, 695[b], 717[d], 730[b], 815[b], 960[a], 1070, 1176.)

Judaismus.—Inter enumeratas haereses (n. 1176; *conf.* n. 384).

Judas Apostolus.—Michael in Epistula Judae Apostoli nominatur. Haec Judas Apostolus ex libris vetustis, qui per correspondentias conscripti fuerunt, adduxit (n. 735).

Judas Ischarioth.—Duodecim Domini discipuli repraesentaverunt ecclesiam Domini in communi, et quisque aliquod universale essentiale ejus; et Judas Ischarioth repraesentavit illam qualis apud Judaeos (n. 433[f], 740[b]).

Judex.—"Judices" (*Hos.* vii. 7) significant intelligentes, et in sensu abstracto illa quae intelligentiae sunt (n. 481).
Per "judicem" (*Esai.* iii. 2) significatur doctrina boni (n. 727[b]).
"Judex" (*Amos* ii. 3) est bonum, et "princeps" est verum (n. 315[c]).
De judicibus qui abstinent a malis ut peccatis, et quoque de judicibus qui justitiam venalem faciunt (n. 976).
(*Videantur etiam articuli*, n. 31[b], 304[c], 411[c,f].)

Judicare. } —(*Vide* ***Justitia, Ecclesia.***)
Judicium. }
Ultimum Judicium. } Leges regiminis in regno spirituali Domini vocantur "judicia," leges autem regiminis in regno caelesti Domini vocantur "justitia;" leges enim regiminis in regno spirituali sunt leges ex Divino Vero, at leges regiminis in regno caelesti sunt leges ex Divino Bono (n. 946; *conf.* n. 979).

Ubi dicitur "justitia et judicium" per "justitiam" significatur Divinum Bonum, et per "judicium" Divinum Verum (n. 298[*b*]).

Per "judicium" significatur verum doctrinae, quia ex illo omne judicium (n. 799[*b*]).

Per "judicia" significantur vera et bona cultus; quare dicitur (*Ps.* xix. 10 [*B. A.* 9]), "Judicia Jehovae veritas, justa sunt simul" (n. 619[*b*]).

Multis in locis in Verbo dicuntur "judicia," "praecepta," et "statuta;" ac ibi per "judicia" significantur leges civiles, per "praecepta" leges vitae spiritualis, ac per "statuta" leges cultus. "Judicia" vocantur, quia ex illis fiebant judicia a judicibus in portis urbium; sed usque eadem illa significant Divina vera, qualia sunt in regno spirituali Domini in caelis, continent enim illa in sensu spirituali (n. 946).

"Justitia" dicitur de bono, et "judicium" de vero (n. 405[*d*], 741[*b*]).

"Judicium" praedicatur de veris, quia ex legibus et praeceptis, quae sunt vera, fit omne judicium (n. 652[*b*]).

"Judicia" significant vera ex quibus judicia, et in opposito sensu falsa (n. 411[*f*]).

Per "spiritum judicii" (*Esai.* iii. 4) significatur Divinum Verum; et quia hoc purificat, dicitur, "per spiritum expurgationis" (n. 329[*f*]).

Per "Ita erudit eum ad judicium" (*Esai.* xxviii. 26), significatur quod inde intelligentia a Domino; "judicium" significat intelligentiam (n. 374[*c*]).

"Ponere judicium" (*Esai.* xlii. 4) est dare intelligentiam (n. 406[*b*]).

Quod non cogitandum sit male de bono et de vero, intelligitur (*Luc.* vi. 37) per "Ne judicate ut non judicemini, et ne condemnate ut non condemnemini;" male cogitare de malo et de falso cuivis licet, sed non de bono et vero, nam haec in spirituali sensu sunt proximus (n. 629[*b*]).

Quod dissipabuntur mala vitae et falsa doctrinae, significatur (*Esai.* ii. 4) per quod "Judicabit inter gentes, et corripiet populos" (n. 734[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 365[*e*], 376[*f*], 388[*d*], 406[*b*], 409[*b*], 413[*b*], 435[*b*], 519[*a*], 601[*b*], 687[*b*], 695[*c*], 741[*c*], 974.)

Quod Divinum Bonum (per "Patrem" significatum, *Joh.* v. 22,) non judicet quenquam, est quia illud explorat neminem; sed Divinum Verum, hoc enim explorat unumquemvis. At usque sciendum est quod Ipse Dominus nec judicet aliquem ex Divino Vero quod procedit ab Ipso, hoc enim unitum est Divino Bono ita ut sint unum; sed quod homo spiritus se ipsum judicet; est enim Divinum Verum ab ipso receptum quod illum judicat (n. 297; *conf.* n. 907).

"Judicium" est separatio bonorum a malis, ita viventium secundum Divina vera Domini a non viventibus secundum illa (n. 875).

"Consummatio saeculi" est ultimum judicium (n. 403[*c*]).

Tempus ultimi judicii vocatur "dies Jehovae," "dies visitationis," "dies vindictae," "dies occisionis" (n. 413[*b*]): tum "dies Jehovae Zebaoth" (n. 405[*g*]).

Ultimum judicium non venit priusquam consummatio est, hoc est, quando non amplius aliquod bonum et verum superest apud homines ecclesiae (n. 624[*a*]).

Ultimum judicium peragitur in mundo spirituali, et non in nostro mundo (n. 426).

Ante ultimum judicium permissum fuit illis qui civilem et moralem vitam in externis potuerunt agere, tametsi non spirituales essent, sibi tanquam caelos formare, et ibi frui voluptatibus qualibus in mundo; at postquam ultimum judicium peractum est, tunc non amplius id permittitur; nunc enim unusquisque fertur secundum vitam suam,—qui mere naturalis est, ad infernum, et qui spiritualis ad caelum (n. 754; *conf.* n. 426, 675[*a*]).

Visitatio praecedit ultimum judicium; visitatio est exploratio hominum ecclesiae quales sunt (n. 627[*a*]).

Cum ultimum judicium instat, tunc Dominus primum remisse influit, ob causam ut separentur boni a malis (n. 418[*a*]; *conf.* n. 419[*a*], 675[*a*]).
Per vehementiorem influxum Divini Veri et Boni procedentis a Domino, mali dejiciuntur (n. 419[*a*,*c*]).
Improbi ab probis separandi sunt antequam ultimum judicium venit, et quoque post illud, et non separantur nisi successive; haec causa est quod ante tempus ultimi judicii docendum usque sit Verbum, tametsi quoad interiora ejus injucundum est. Interiora illa, quia injucunda sunt, improbi non recipiunt (n. 624[*a*]).
Ut primum exteriora improborum prorsus clausa sunt, ac illi relicti sunt suis interioribus, sunt tunc plane in amore sui mali et in affectione sui falsi, et inde in suae vitae jucundo: quare tunc se dejiciunt in infernum ad sui similes, quod fit die ultimi judicii (n. 702; *conf.* n. 412[*f*]).
Ultimum judicium praedictum a prophetis Veteris Testamenti peractum est a Domino cum fuit in mundo; et tunc similia facta sunt quae in ultimo judicio quod in *Apocalypsi* praedictum est, et hodie a Domino peractum est (n. 403[*b*]).
Per ultimum judicium omnia, tam in infernis quam in caelis, in ordinem redacta sunt (n. 899[*a*]; *conf.* n. 375[*c*]).
Tempore ultimi judicii perit vetus ecclesia et incohatur nova (n. 403[*d*]): protrahitur tempus post ultimum judicium antequam nova ecclesia plene instauratur (n. 624[*a*]).
Divina vera quae interius in Verbo latent recondita non prius potuerunt manifestari quam postquam ultimum judicium peractum est (n. 957).
"Qui in Judaea fugiunto super montes, et qui in medio ejus exeunto" (*Luc.* xxi. 21), significat quod cum judicium, omnes illi ab ecclesia salvi erunt qui in bono amoris in Domino sunt (n. 313[*b*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 215, 270, 361, 397, 699, 817[*e*], 850[*a*], 880, 911[*a*], 1087.)

Jugales.—Per "pastorem et gregem ejus" (*Jerem.* li. 23) significantur docentes et discentes; per "agricolam et jugales ejus" significantur similia (n. 863[*a*]).

Juge.—Per "juge," quod cessaturum (*Dan.* viii. 13), significantur externa cultus quae abolenda (n. 700[*g*]).

Jugum.—"Lora jugi" (*Ezech.* xxxiv. 27) sunt jucunda mali ex amore sui et mundi (n. 365[*e*]).
Per "boves" in Verbo significantur affectiones naturales, et per "quinque juga boum" (*Luc.* xiv. 19) significantur omnes illae affectiones seu cupiditates quae abducunt a caelo (n. 548).

Jugum Legis.—Quod Dominus in mundum venerit ut impleret Legem, et sic Ipsius justitia et meritum imputaretur homini, et quod per imputationem illam homo solutus sit a jugo Legis, est ratiocinium ex naturali homine (n. 774(4)).

Jumentum.—Per "jumenta" significantur vera quae spectant bona charitatis, et intelliguntur imprimis asini, super quibus equitabant et qui portabant, per quos significabantur quae usus sunt et quae instructionis: ut apud *Lucam*, "Samarita sustulit vulneratum a latronibus super proprium jumentum" (cap. x. 34); per "ponere illum super proprium jumentum" significatur illum secundum suam facultatem instruere (n. 1154; *conf.* n. 375[*e*(viii.)], 376[*e*], 444[*c*]).

Juncus.—Per "juncum" (*Esai.* xix. 15) significatur scientificum sensuale, quod est verum ultimum (n. 559; *conf. Esai.* xxxv. 7, n. 714[*c*]).

Juno.—(*Videatur articulus*, n. 1118.)

Jupiter.—(*Videatur articulus*, n. 1118.)

Jurare. } —Per "jurare," cum a Jehovah, significatur confirmatio a Se,
Juramentum. } seu ex suo Divino (n. 608[*a*]).

"Jurare" significat asseverationem et confirmationem, et cum de Domino est veritas (n. 608[*a*]).

"Jurare per Deum" significat loqui veritatem (n. 608[*b*]).

Quod "juratura sit omnis lingua" (*Esai.* xxxiii. 19), significat quod confessuri Ipsum omnes qui in bono ex religione sunt (n. 455[*b*]).

Per "jurare" (*Esai.* lxv. 16) significatur se instruere in Divinis bonis et illa applicare vitae (n. 340[*d*]).

"Juramentum" in sensu interno significat confirmationem apud hominem et convictionem quod ita sit (n. 340[*d*]).

Antiquis, qui in ecclesiae repraesentativis et significativis fuerunt, concessum fuit jurare per Jehovam Deum, ut testarentur veritatem; imprimis id concessum fuit filiis Jacobi, quoniam illi prorsus externi et naturales homines fuerunt, et mere externi seu naturales homines volunt veritatem confirmatam et contestatam habere per juramenta; interni autem seu spirituales homines id nolunt, immo aversantur juramenta et horrent ad illa, praecipue ad illa quae fiunt per Deum, et per sancta caeli et ecclesiae, contenti quod dicant et quod dicatur hoc verum esse vel ita esse (n. 608[*b*]).

Quoniam jurare non est interni seu spiritualis hominis, ac Dominus, cum in mundum venit, docuit internos seu spirituales esse, et ad illum finem postquam abrogavit externa ecclesiae et aperuit interna ejus, ideo etiam prohibuit jurare per Deum et per sancta caeli et ecclesiae (n. 608[*b*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 205, 684[*c*].)

Jus Regis.—(*Videantur articuli*, n. 638[*c*], 654[*h*].)

Jus talionis.—Quia filii Israelis externi homines erant, et inde solum in repraesentativis caelestium, et non in ipsis caelestibus, inde nec in charitate, misericordia, patientia, et in aliquo bono spirituali, ideo erant in jure talionis (n. 556[*b*]; *conf.* n. 977).

Justificare. } —"Justificantes" (*Dan.* xii. 3) sunt qui in bonis (n. 72).
Justificantes. } Per "justificare" significatur salvare, ex Divino Bono (n. 409[*b*]).

Justificatio.—De justificatione per solam fidem (*perplura*, n. 239[*a*]).

Justitia.—(*Vide Judicium, Justus.*)

"Justitia" in Verbo dicitur de bono, ac "judicium" de vero (n. 405[*d*]).

Per "justitiam" in supremo sensu significatur Divinum Bonum, tum meritum Domini (n. 683).

Ex justitia Divina est ut nemo luat poenas propter mala parentum (n. 989).

Leges regiminis in regno caelesti Domini vocantur "justitia" (n. 946).

(*Videantur articuli*, n. 242[*d*], 293, 298[*b*], 304[*f*], 316[*a*], 328[*c*], 331[*b*], 340[*b*], 365[*d,e,g*], 375[*e*(viii.)], 391[*e*], 394, 401[*e*], 405[*d*], 406[*b*], 435[*b*], 444[*b*], 644[*c*], 652[*b*], 683, 741[*b,c*], 799[*b*], 811[*c*], 946, 976, 989, 1223.)

Justus.—(*Vide Justitia, Judicium.*)

Per "justum" cum de Domino significatur Divinum Bonum, nam "justum" in Verbo dicitur de bono (n. 972).

Sincerum est bonum et verum morale, et justum est bonum et verum civile (n. 794).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 204[*b*], 304[*e*], 316[*d*], 325[*a*], 326[*b*], 329[*f*], 401[*b,e*], 409[*b*], 458[*b*], 580, 624[*b*], 644[*c*], 695[*b*], 794, 972.)

Juvenca. } —(*Vide* ***Vitulus.***)
Juvencus. } Quod "vitulus" seu "juvencus" significet bonum naturalis hominis, est quia illa quae ex armento erant significabant affectiones boni et veri

in externo seu naturali homine, et illa quae ex grege affectiones boni et veri in interno seu spirituali homine (n. 279[a]; *conf.* n. 650[a]).

"Juvenci" (*Ps.* li. 21) significant bonum naturale spirituale, quod bonum est bonum charitatis (n. 391[e]).

Juvenescere.—Illi qui in amore vere congugiali sunt, post mortem, dum fiunt angeli, redeunt in juventutem et adolescentiam suam. Quia interius semper juvenescunt, sequitur quod amor vere conjugialis continue crescat et intret in suas delicias et faustitates (n. 1000).

Juvenis.—"Juvenes" sunt qui in veris, et abstracte ipsa vera (n. 131[b]).

In sensu spirituali, per "infantes" intelligitur innocentia, per "pueros" charitas, per "juvenes" intelligentia, per "senes" sapientia, per "virgines" affectio veri et boni, et per "mulieres" bona quae ecclesiae (n. 270).

Per "juvenes" significantur intelligentes facti per vera (n. 652[b]); tum vera acquisita ex quibus intelligentia (n. 652[d]).

In opposito sensu, per "juvenem et virginem" (*Jerem.* li. 22) significantur intellectus et affectio falsi (n. 863[a]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 131[b], 242[d], 257, 270, 275[a], 278[b], 315[b], 326[b], 357[c], 386[c], 406[c], 573[b], 652[b,d], 654[g], 811[a], 863[a,b].).

Juventus.—Per "juventutem" et "amorem desponsationum" (*Jerem.* ii. 2), quorum recordatus est Jehovah, significatur status reformationis et regenerationis hominis, dum a naturali fit spiritualis (n. 730[d]).

Kana Galilaeae. } —Sciendum est quod omnia miracula a Domino facta, sicut
Cana Galilaeae. } omnia miracula ab Ipso de quibus in Veteri Testamento, significaverint talia quae caeli et ecclesiae sunt; hoc est, quod intus continuerint illa, et quod inde miracula Ipsius Divina fuerint: similiter miraculum in Cana Galilaeae; per "nuptias" ibi significatur ecclesia, et per "in Cana Galilaeae" significatur apud gentes (*videatur explicatio*, n. 376[e]).

Kapernaum. } —"Capernaum" significat illos qui instruuntur a Domino de veris
Capernaum. } et bonis ecclesiae, et tamen rejiciunt illa et negant illa (n. 653[b]).

(*Vide Matth.* iv. 13, n. 447.)

Kebar.—(*Videatur articulus*, n. 277[a].)

Kedar.—(*Vide* **Arabia.**)

"Kedar" seu "Arabia" (*Esai.* xxi. 13, seq.) significat illos qui in cognitionibus boni sunt, et abstracte ipsas illas cognitiones (n. 357[b]; *conf.* n. 422[d], 734[b]).

Per "Arabiam et principes Kedar" (*Ezech.* xxvii. 21), qui "negotiatores," significantur qui in veris et bonis ex cognitionibus sunt (n. 314[b]).

Kemosch.—(*Vide* **Chemosch.**)

Keri.—(*Videatur Ps.* c. 3, n. 482; *Hiob.* ix. 30, n. 475[b].)

Kesia.—"Myrrha" significat bonum ultimi gradus, "aloe" bonum secundi, et "kesia" bonum tertii (n. 684[b]).

(*Videatur Ps.* xlv. 9, n. 195[c].)

Kikajon.—(*Vide* **Jonas.**)

Quia gens Judaica erat prae aliis in amore sui et in falsis ex illo amore, inde non aliis bene voluerunt quam sibi ipsis, non autem gentibus, sed has oderunt. Hoc malum apud illam gentem significatur per "kikajonem" quem vermis percussit (*de quo plura*, n. 401[h]).

Kitthaei.—"Insulae Kitthaeorum" (*Jerem.* ii. 10) sunt ubi qui naturaliter vivunt in veris, et "Arabia" ubi qui naturaliter in bonis, nempe, secundum religiosum suum: "Kitthaei" et "Arabia" illos significant (n. 406[*d*]).

Kitthim.—"Terra Kitthim" (*Esai.* xxiii. 1) significat falsa (n. 406[*c*]).

(*Vide Gen.* x. 4, n. 406[*d*].)

Korach.—Quod Korach, Dathan et Abiram cum concione illorum absorpti fuerint a terra, tametsi sumpserunt ignem ex altari et suffiverunt, erat causa quia per murmurationem eorum contra Mosen et Aharonem significabatur profanatio boni amoris caelestis (n. 324[*b*]; *conf.* n. 496, 727[*b*]).

Koreschus.—Per "Koreschum" (*Esai.* xlv. 1) in sensu repraesentativo intelligitur Dominus (n. 296[*b*]).

Kusch. } —(*Vide* ***Aethiopia.***)
Cusch. } Per "Cuschum" significatur externum seu naturale quoad cultum,
Kuschii. } quae cum absque interno spirituali sunt, etiam absque vero et bono
Cuschii. } sunt (n. 532).

Per "Cuschum" (*Esai.* xx. 3, 5) significantur fallaciae sensuum (n. 240[*b*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 304[*d*], 406[*b*,*d*].)

Laban.—Quod idola fuerint apud varias gentes in terris Asiaticis, constare potest ex diis Labanis Syri, quos Rachel uxor Jacobi abstulit; ex vitulis et aliis idolis in Aegypto, ex hieroglyphicis, etc. (n. 827[*a*]).

Quia Laban erat naturalis homo, ideo Jacob illi per "Isaci pavorem" seu terrorem juravit (n. 696[*d*]).

Labium.—Per "labia," "linguam" et "spiritum" Jehovae (*Esai.* xxx. 27), significatur Divinum Verum, quod est Verbum, ab ultimis ejus ad intima (n. 923).

"Labia" significant doctrinam veri (n. 130[*b*], 279[*a*], 453[*b*]).

In Verbo pluries dicitur "labium," "os," et "lingua;" et per "labium" significatur doctrina, per "os" cogitatio, et per "linguam" confessio. Causa quod "labium," "os," et "lingua" talia significent, est quia illa externa hominis sunt per quae propalantur interna, ac interna sunt quae in interno seu spirituali sensu significantur (n. 455[*a*]).

"Labium Canaanis" (*Esai.* xix. 18) significat genuina vera ecclesiae (n. 223[*c*]; *conf.* n. 391[*d*], 548, 654[*b*]).

"Labium mendacii" et "lingua doli" (*Ps.* cxx. 4) sunt falsa ex malo (n. 908).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 130[*b*], 183[*c*], 223[*c*], 279[*a*], 304[*d*], 325[*a*], 329[*f*], 365[*d*], 391[*d*], 444[*b*], 453[*b*], 455[*a*,*b*], 548, 581[*a*], 622[*a*], 654[*b*], 866, 908, 923.)

Labor.—Pugnae Domini cum infernis et subjugatio eorum significatur (*Esai.* liii. 11) per "laborem animae Ipsius," et per quod "iniquitates eorum portaverit" (n. 409[*b*]; *conf. Esai.* xlix. 4, n. 695[*c*]).

Per "laborem manuum" (*Ps.* cxxviii. 2) significatur studium vitae secundum praecepta (n. 340[*c*]).

"Labor justitiae" (*Esai.* xxxii. 17) significat bonum conjunctum vero, "labor" enim in Verbo dicitur de vero, "justitia" de bono (n. 365[*g*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 98, 340[*c*], 900.)

Laborare. } —Per "laborare," cum dicitur de illis qui cognitionibus veri et boni
Laborans. } student, significatur incumbere animo et studio, ut sciantur et agnoscantur omnia amoris et fidei per quae colitur Dominus (n. 102[*a*]).

"Hereditas" (*Ps.* lxviii. 10 [*B. A.* 9]) est ecclesia; quae "laborans" dicitur ex studio faciendi bonum (n. 388[*e*]).

Labra.—Per "labra" (1 *Reg.* vii. 39) repraesentabantur purificationes a falsis et malis, et sic praeparationes ad intrandum in caelum et in ecclesiam (n. 600[*c*]).

Labrusca.—"Pro hordeo labrusca" (*Hiob.* xxxi. 40), significat pro vero falsum (n. 374[*c*]).

Per "uvas," quas exspectavit facere (*Esai.* v. 1), significantur bona charitatis, quae sunt bona vitae; et per "labruscas," quas fecit, significantur mala opposita bonis charitatis, seu mala vitae (n. 375[*e*(viii.)]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 556[*c*], 618.)

Lac.—(*Vide* ***Lactare, Lactatrices, Lactens.***)

"Vinum" (*Esai.* lv. 1) significat Divinum Verum spirituale, et "lac" Divinum Verum spirituale naturale (n. 617[*b*]): "vinum et lac" significant verum spirituale et inde verum naturale, utrumque ex bono (n. 840): per "vinum et lac" significantur spiritualia, nempe, per "vinum" spirituale bonum, quod in sua essentia est verum, per "lac" autem bonum illius veri (n. 376[*b*]).

Bonum spirituale et bonum naturale, cum illorum jucundis, significantur (*Exod.* iii. 8; *Levit.* xx. 24; et alibi,) ubi ecclesia dicitur "terra fluens lacte et melle;" per "lac" significatur jucundum boni spiritualis, et per "mel" jucundum boni naturalis (n. 619[*a*]; *conf. Esai.* vii. 22, n. 617[*b*]).

"Butyrum armenti et lac gregis" (*Deutr.* xxxii. 14) significant bonum veri externum et internum (n. 314[*b*]; *conf.* n. 374[*c*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 175[*a*], 304[*e*], 314[*b*], 372[*b*], 374[*c*], 376[*b,c*], 617[*b*], 619[*a*], 840.)

Lacrima. } ***Lacrimatio.*** }—Quod "lacrima," ex oculis, significet dolorem mentis propter falsa et ex falsis, est quia per "oculum" significatur intellectus veri, et inde "lacrima" significat dolorem propter non intellectum veri, proinde propter falsa (n. 484; *conf.* n. 695[*c*]).

Sciendum est quod "lacrimatio" et "fletus" significent dolorem propter falsa et ex falsis; sed "lacrimatio" dolorem mentis, et "fletus" dolorem cordis, propter illa (*de quo plura*, n. 484).

Lactare.—"Gerentes in utero" (*Matth.* xxiv. 19) sunt qui recipiunt bonum amoris, et "lactantes" sunt qui recipiunt vera illius boni; nam "lac," quod lactatur, significat verum ex bono amoris; quod dicatur, "Vae illis," est quia tunc non possunt custodire bona et vera illi qui recipiunt (n. 710[*a*]; *conf.* n. 721[*c*]).

Per "ventre gestare" et "ubera lactare" (*Luc.* xi. 27), significatur regeneratio hominis (n. 710[*a*]).

Lactatrices.—Quia homo regeneratur et quoque alitur per vera quae significantur per "reges," et per bona quae significantur per "principes feminas," (*Esai.* xlix. 23,) ideo dicitur, "Et erunt reges nutritii tui, et principes feminae lactatrices tuae (n. 175[*a*]).

Lactens.—Innocentiae varii generis significantur (*Esai.* xi. 7, 8) per "lactentem" seu infantem primae aetatis, per "ablactatum" seu infantem secundae aetatis, et per "puerum" (n. 314[*b*]; *conf.* n. 376[*c*], 410[*c*], 652[*d*]).

Lacus.—Quia "aquae" significant vera, inde est quod "fons" significet Verbum ac doctrinam veri, quodque "stagna," "lacus" et "maria" significent cognitiones veri in complexu (n. 518[*a*]; *conf.* n. 453[*b*]).

Laedere.—Per "laedere" significatur damno afficere (n. 375[*a*], 545, 546, 561).

Laetari.—"Gaudere" praedicatur de jucundo boni, ac "laetari" de amoeno veri (n. 650[*e*]; *conf.* n. 660).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 279[*a*], 288[*b*], 375[*e*(vii.)], 395[*e*], 445, 448[*c*], 650[*e*,*f*], 660, 727[*b*], 863[*a*].)

Laetitia.—Quod dicatur "gaudere" et "laetari" est propter conjugium boni et veri; "gaudium" enim praedicatur de bono quia de amore, est enim proprie cordis et voluntatis; et "laetitia" praedicatur de vero, quia de ejus amore, est enim proprie animi et ejus cogitationis; quare dicitur "gaudium cordis," et "laetitia animi." Loco "gaudii" etiam dicitur "exultatio," quia "exultatio" similiter ac gaudium dicitur de bono, quia de amore, de corde et de voluntate (n. 660).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 274, 294[*b*], 375[*e*(vii.)], 376[*c*], 652[*b*], 660.)

Laetus.—Quod non erit aliquod jucundum et beatum caeleste amplius, significatur (*Esai.* xxiv. 7) per quod "gement omnes laeti [(laetantes)] in corde, cum cantu non bibent vinum" (n. 376[*d*]; *conf.* n. 323[*b*]).

Lagena.—"Amantes lagenas uvarum" (*Hos.* iii. 1), significat Verbum in solo sensu litterae, nam "vinum" significat vera doctrinae ex Verbo, "uvae" bona ejus ex quibus vera, et "lagena" id quod continet, ita ultimum Verbi sensum, qui est sensus litterae; quem applicant suis falsis et malis (n. 374[*d*]).

"Lagena," seu "vas figuli testae" (*Jerem.* xix. 1, 10) est falsum in quo erant omnes ex gente Judaica (n. 177).

Lambere.—Per "lambere lingua" (*Jud.* vii. 5, 6) significatur appetere et ex cupidine affectare (n. 455[*b*]).

Per "hostes" significantur mala; de quibus dicitur (*Ps.* lxxii. 9) quod "pulverem lambent," hoc est, quod damnati sint (n. 406[*d*]).

Lamentatio.—(*Vide Jerem.* ix. 19 [*B. A.* 20], n. 555[*b*].)

Lamentatrices. } —"Lamentum" (*Jerem.* ix. 17 [*B. A.* 18]) est pro fletu, quia
Lamentum. } vox fletus (n. 484; *conf.* n. 405[*h*]).

Lampas.—(*Vide* ***Candela, Lucerna.***)

"Lampades" significant Divina vera (n. 183[*c*]).

"Lampas" significat verum Verbi, doctrinae et fidei (n. 517).

Verbum dicitur "lampas" (*Ps.* cxix. 105), quia est Divinum Verum (n. 274).

Per "lampades" significantur illa quae fidei sunt, per "oleum" illa quae amoris (n. 187[*b*], 212, 250[*c*], 375[*e*(viii.)], 840).

Per "lampades" significantur vera fidei (n. 252[*b*], 274, 375[*e*(viii.)], 840).

"Septem lampades" (*Apoc.* iv. 5) significant omne verum in complexu, quod est Divinum Verum (n. 274).

"Illuminare lampadem" (*Ps.* xviii. 17) significat illustrare intellectum per Divinum Verum (n. 274).

Per "lampades ardentes" (*Luc.* xii. 35) significantur vera fidei ex bono amoris (n. 274).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 183[*c*], 187[*b*], 212, 250[*c*], 252[*b*], 272, 274, 375[*e*(viii.)], 504[*b*], 517, 840.)

Lana.—Quod "lana candida" (*Apoc.* i. 14) significet bonum in ultimis, est quia "lana" super agnis et ovibus simile significat quod "crinis" super homine, ac "agni" et "oves" significant bonum (n. 67).

"Lana Zacharis" (*Ezech.* xxvii. 18) significat bonum naturale (n. 376[*d*].

Lancea.—(*Vide* ***Arma Belli.***)

"Lanceae" (*Jerem.* xlvi. 4) sunt vera pugnantia (n. 557).

Lanx. } —Per "lances" significantur aestimationes rei quoad verum; quare
Lances. } etiam pondera lancium erant lapides seu ex lapide, per "lapides" enim in Verbo significantur vera (*de quibus plura*, n. 373; *conf.* n. 629[*c*]).

Languescere.—"Terra" est ecclesia, quae dicitur "lugere" et "languescere" (*Esai.* xxxiii. 9) quando falsa pro veris incipiunt apprehendi et agnosci (n. 304[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 223[*c*], 304[*b*], 323[*b*], 376[*d*], 618, 654[*h*], 697, 730[*b*], 741[*d*].)

Languores.—Quod removebit "Jehovah omnem morbum et omnes languores Aegypti malos" (*Deutr.* vii. 15), significat remotionem omnium malorum et falsorum; "languores Aegypti mali" sunt falsa oriunda ex malis in naturali homine (n. 340[*c*]).

Laodicea.—Ecclesia Laodicensium (*Apoc.* iii. 14) significat illos qui in sola fide sunt, ita qui in fide separata a charitate (n. 227).

Lapidare. } —(*Vide* ***Crucifixio.***)
Lapidatio. } Erant binae poenae mortis apud Judaeos, crucifixio et lapidatio. Per crucifixionem significabatur condemnatio et maledictio propter destructionem boni in ecclesia, et per "lapidationem" significabatur condemnatio et maledictio propter destructionem veri in ecclesia.

"Lignum," super quo suspendebantur, significabat bonum, ac in opposito sensu malum; "lapis," quo fiebat lapidatio, significabat verum, et in opposito sensu falsum (n. 655[*a*]).

Per "Lapidabunt te lapide" (*Ezech.* xvi. 40), significatur quod moritura sit per falsa (n. 240[*b*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 315[*b*], 655[*b*].)

Lapideus.—Quando doctrinale falsum confirmatur per naturalia Verbi, qualia sunt sensus litterae ejus, tunc fit idolum aeneum et lapideum (n. 587[*a*]). (*Vide* ***Idolum.***)

Lapis.—(*Vide* ***Lapides pretiosi, Petra, Saxum.***)

"Lapis anguli" significat omne Divinum Verum super quo fundatur caelum et ecclesia; et quia fundamentum est ultimum cui incumbit domus seu templum, ideo significat omnia (n. 417[*b*]).

Quia per "lapidem anguli" significatar omne Divinum Verum super quo fundatur ecclesia, ideo quoque significatur Dominus quoad Divinum Humanum, quia omne Divinum Verum ab illo procedit (n. 417[*b*]).

"Lapis anguli" (*Hiob.* xxxviii. 6) est verum naturalis hominis quod vocatur verum scientificum, super quo fundatur verum spiritualis hominis, seu verum spirituale (n. 629[*b*]).

Aegyptus vocatur "angularis lapis tribuum" (*Esai.* xix. 13), per "tribus" enim significantur omnia vera et bona ecclesiae in complexu, et per "angularem lapidem" significatur fundamentum eorum (n. 654[*f*]).

"Lapis Israelis" est Dominus quoad Divinum Verum (n. 409[*c*]).

Per "Lapidem qui percussit statuam" (*Dan.* ii. 34, 35) intelligitur Divinum Verum a Domino; quod ille "factus sit in petram magnam, et impleverit totam terram," significat quod Dominus per Divinum Verum dominaturus sit super caelum et ecclesiam (n. 411[*b*]).

"Lapis" in supremo sensu significat Dominum quoad Divinum Verum, et inde in sensu inferiori verum ex bono (n. 411[*b*]).

Per "lapidem" significatur verum naturale (n. 587, 828).

Quod altare, si ex lapidibus, ex integris aedificaretur, et non ex lapidibus per aliquod instrumentum ferri caesis, erat causa quia "lapides integri" significabant vera formata ex bono, seu bona in forma (n. 391[*f*]); per "lapides excisos" autem significantur illa quae propriae intelligentiae sunt (n. 781[*d*]).

Pondera lancium erant lapides, seu ex lapide, quia per "lapides" significantur vera (n. 373, 629[*c*]): "lapis integer et justus, et epha integra et justa" (*Deutr.* xxv. 15), significant verum et bonum, et utrumque simul significat justitiam (n. 304[*e*]).

Per "lapidem molarem," per quem molitur triticum in similam, seu hordeum in farinam, significatur productio veri ex bono, aut productio falsi ex malo (n. 1182). (*Vide* ***Mola, Molaris.***)

Quod mirum, non invenitur in tertio caelo lapis; causa est, quia "lapis" significat verum naturale (n. 828).

Per "lapides" in opposito sensu significantur falsa (n. 503[*b*], 655[*a*]).

Destructio ecclesiae describitur per "ponere lapides altaris sicut lapides calcis dispersos" (*Esai.* xxvii. 9) : "lapides altaris" sunt vera cultus; "sicut lapides calcis dispersi," sunt sicut falsa non cohaerentia (n. 391[*d*]).

Quia "lapides" in opposito sensu significant falsa, et grando magna apparet consistere sicut ex lapidibus e caelo dejectis, qui destruunt messes et herbas agri, tum etiam animalia minora, sicut forent lapides, inde etiam dicitur "lapis grandinis" (n. 503[*b*]; *conf.* n. 644[*d*], 704).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 176, 220[*b*], 222[*b*], 268, 294[*b*], 304[*e,g*], 315[*b*], 357[*a*], 365[*g*], 373, 375[*e*(i.)], 391[*d,f*], 400[*d*], 401[*d,e*], 409[*c*], 411[*b*], 417[*b*], 448[*b*], 503[*b*], 585[*b*], 587[*a*], 644[*d*], 654[*f*], 655[*a*], 704, 781[*d*], 828, 1029[*b*], 1145.)

Lapides pretiosi.—(*Vide* ***Diadema.***)

"Diademata," seu "lapides pretiosi," sunt Divina vera in ultimo ordinis, quae sunt vera sensus litterae Verbi (n. 717[*a*], 777).

Quod vera sensus litterae Verbi appareant sicut diademata, constare potest ex diadematibus in mundo spirituali; in angelorum palatiis in caelo fulgent plura ex lapidibus pretiosis; et quoque lapides pretiosi inde quandoque demittuntur in inferiora, ac dono dantur illis qui aliquid boni fecerunt (*de quibus plura*, n. 717[*a*]).

"Lapides pretiosi" significant vera ex bono; ita "duodecim lapides pretiosi" qui pectorali Aharonis, significabant omnia vera quae ex bono in ecclesia et caelo (n. 431[*a*]).

Per "duodecim lapides pretiosos," ex quibus fundamenta civitatis Novae Hierosolymae, significantur Divina vera ultima, quae sunt vera sensus litterae Verbi (n. 717[*b*]).

Per "lapides pretiosos" significantur vera quae pulchra quia ex bono (n. 242[*d*]).

"Lapides pretiosi" sunt cognitiones veri ex Verbo (n. 1142).

"Lapis pretiosus" significat Divinum Verum in ultimis translucens a veris interioribus (n. 717[*c*]).

Omnes "lapides pretiosi" significant vera ex bono; color, splendor et ignis eorum indigitant quale veri ex bono (n. 401[*e*]).

"Lapides desiderii" (*Esai.* liv. 12) sunt vera ex bono, amoena et jucunda (n. 401[*e*]).

(*Videantur articuli*, n. 110, 242[*d*], 268, 277[*b*], 294[*b*], 401[*e*], 430[*b*], 431[*a*], 717[*a–d*], 777, 1043, 1142, 1182.)

Lapsus Adami.—(*Videatur articulus*, n. 774(1,3).)

Laqueus.—"Laquei, ignis et sulphur" (*Ps.* xi. 6), sunt mala falsi et falsa mali (n. 578; *conf.* n. 960[*a*]).

Larva.—Inter paradoxa quae omnem fidem excedunt, est, quod homo post mortem sit quoddam umbratile, spiratile, ex aethere larva ineffigiata, quae non videt, audit, loquitur, et quod sic vel volitet in aere, vel sit in ubi, et exspectet judicium; et sic porro (n. 988).

Lassus.—"Sed quando evigilat, ecce lassus, et anima ejus appetens" (*Esai.* xxix. 8), significat quod usque non verum sit, sed falsum (n. 750[*e*]).

Latebrae.—"Latebrae" e quibus serpens mordet et in quibus se recondit, significant astutias (n. 581[*a*]).

Latera.—(*Vide* ***Latus.***)

Lateres. } —Per "lateres" significantur falsa ex propria intelligentia
Lateritia fornax. } (n. 324[*d*]): tum falsa quae finguntur, et non cohaerent cum veris (n. 540[*b*]): ita falsa doctrinae (n. 659[*a*]).
"Fornax lateritia" est doctrina compacta ex fictitiis (n. 540[*b*]).

Latibulum.—"Leo in latibulis" (*Thren.* iii. 10) significat quod interior naturalis homo, ex malis in eo, pervertat omnem sensum veri Verbi et inde ecclesiae, unde falsa (n. 781[*d*]).

Latitudo. } —(*Vide* ***Longitudo.***)
Latus. } "Magnus" dicitur de bono, et "latus" de vero (n. 514[*c*]).
Per "latitudinem" significatur ecclesiae verum, per "longitudinem" ecclesiae bonum, et per "altitudinem" utrumque quoad gradus. Quod haec per tres illas dimensiones significentur, est quia caelum dicitur "latum" a meridie in septentrionem, et dicitur "longum" ab oriente in occidentem, et dicitur "altum" a tertio caelo quod in supremis est, ad primum caelum quod in infimis (*de quibus plura*, n. 629[*a*]).
Per "latitudinem" significatur verum doctrinae ex Verbo; quare "stare facere in latitudine pedes meos" (*Ps.* xxxi. 9 [*B. A.* 8]) significat facere ut vivat secundum Divina vera (n. 666; *conf.* n. 629[*a*]).
"Latitudo terrae" significat vera ecclesiae, et inde in opposito sensu falsa (n. 304[*d*]).

(*Videantur articuli*, n. 278[*c*], 304[*d*], 355[*e*], 430[*b*], 435[*b*], 514[*c*], 629[*a*], 644[*c*], 654[*e*], 666, 675[*b*], 811[*a*].)

Latrina.—Quoniam falsa et mala, quae extrinsecus in cogitationes intrant, ex infernis intrant, et si non recipiuntur affectione voluntatis ab homine, rejiciuntur in inferna, ideo dicitur quod "ejiciantur in latrinam" (*Matth.* xv. 17); nam per "latrinam" significatur infernum (*de quo plura*, n. 622[*a*]).
Sciendum est quod falsa et mala omnis generis correspondeant immundis et tetris quae in naturali mundo sunt, diriora falsa et mala cadaverosis et quoque excrementitiis fetidis, mitiora falsa et mala paludinosis: inde est quod domicilia illorum in infernis qui in talibus falsis et malis sunt, appareant similia foveis et sepulcris; et si credere velitis, etiam tales genii et spiritus in sepulcris, latrinis et paludibus, quae in nostro mundo sunt, habitant, tametsi illi id nesciunt (n. 659[*b*]).

Latrones. } —(*Vide* ***Fur.***)
Latrocinari. } "Latrones" dicuntur qui furantur ex Verbo vera, ac illa pervertunt et applicant falsis et malis, et sic exstinguunt illa (n. 410[*c*]).
Latrones sunt qui depraedantur vera et bona ecclesiae, et inde sibi quaestum faciunt (n. 840).
Ecclesia ubi malum vitae ex falsis doctrinae, dicitur (*Jerem.* vii. 11) "spelunca latronum" (n. 410[*c*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 375[*e*(viii.)], 444[*c*], 650[*e*].)

Latus. } —Destructio malorum quae non sciuntur esse mala, significatur (*Ps.*
Latera. } xci. 7) per "chiliadem" quae cadet a latere; et destructio falsorum quae non sciuntur esse falsa, per "myriadem" quae cadet a dextra: etiam per "latus," a quo cadent, significatur bonum, et per "dextram" verum boni (n. 336[*b*]).
Per "latus" (*Esai.* lxvi. 12) significatur amor spiritualis, et per "genua" amor caelestis (n. 365[*g*]).
"Latera septentrionis" (*Ps.* xlviii. 3 [*B. A.* 2], et alibi,) sunt vera ex bono caelesti (n. 405[*e*]; *conf.* n. 721[*b*]).
"Latera Libani" (*Esai.* xxxvii. 24) sunt ubi bona conjuncta sunt veris (n. 405[*e*]).

"Latera terrae" (*Jerem.* vi. 22) significant quae extra ecclesiam; ita significant mala remota a bonis ecclesiae (n. 175[*b*]; *conf.* n. 355[*d*], 721[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 175[*b*], 275[*b*], 336[*b*], 340[*c*], 355[*d*], 357[*c*], 365[*g*], 405[*e*], 514[*c*], 560, 629[*b*], 721[*b*].)

Latus.—(*Vide* ***Latitudo.***)

(*Videantur articuli*, n. 514[*c*], 629[*a*], 644[*c*].)

Laudare. } —Per "laudare Jehovam" significatur cultus (n. 376[*c*]; *conf.* n.
Laus. } 401[*e*], 630[*c*], 650[*b*]).

"Laudare Deum" est confiteri et colere Ipsum (n. 1210).

"Laudare" est colere (n. 419[*d*]): "laus" praedicatur de vero (n. 455[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 220[*b*], 316[*a*], 324[*c*], 326[*b*], 373, 376[*c,d*], 388[*e*], 401[*e*], 405[*b*], 406[*b*], 419[*d*], 502[*b*], 630[*c*], 650[*b*], 1210.)

Lautitiae.—"Lautitiae" (*Thren.* iv. 5) sunt genuina vera ex Verbo (n. 652[*b*]).

Lavare. }
Lavatio. } —Lavationes in Israelitica Ecclesia repraesentabant purificationes a
Abluere. } falsis et malis, et "aquae" significant vera per quae purificationes fiunt (n. 275[*b*]; *conf.* n. 71, 475[*a,b*]).

Peccata non abluuntur et absterguntur sicut sordes aquis, nec per aquas; sed abluuntur, hoc est removentur, per vera et per vitam secundum illa; hoc erat quod solum repraesentabatur per lavationes (n. 475[*a*]).

"Lavare manus in innocentia" (*Ps.* xxvi. 6) significat purificari a malis et falsis (n. 391[*d*]); lavatio manuum etiam fuit testificatio innocentiae (n. 475[*b*]).

Per "lavare manus et pedes" significabatur purificare naturalem hominem, et per "lavare carnem" significabatur purificare spiritualem hominem (n. 475[*a*]).

Quod uterque homo, tam internus seu spiritualis quam externus seu naturalis, purificandus sit, significatur (*Joh.* xiii. 10) per "Qui lotus est, non opus habet nisi ut quoad pedes lavetur, et mundus est totus:" "qui lotus est" significat qui interius mundus est; "non opus habet nisi quoad pedes lavetur" significat quod tunc exterius mundandus sit, "pedes" enim significant externum seu naturalem hominem (n. 475[*a*]).

(*Videantur articuli*, n. 30, 71, 163, 195[*c*], 239[*b*], 240[*b*], 275[*b*], 329[*e,f*], 375[*e*(viii.)], 391[*d*], 475[*a,b*], 484, 666, 724[*b*].)

Lazarus.—Quod Dominus amaverit quendam dictum Lazarum, quem etiam exsuscitavit a mortuis, patet apud *Johannem* (cap. xi. 3, 5, 36); et quod accubuerit cum Domino ad mensam (cap. xii. 2): propterea "Lazarus," dictus est a Domino qui voluit "saturari micis cadentibus e mensa divitis" (*Luc.* xvi. 19, seq.); per quod significatur desiderium ad vera ex affectione spirituali (n. 137): per "divitem" ibi intelligitur gens Judaica, quae habebat Verbum, et potuit inde in cognitionibus veri et boni esse; et per "pauperem" ibi intelliguntur gentes, quae non habebant Verbum, et tamen desiderabant cognitiones veri et boni (n. 118).

(*Videantur etiam articuli*, n. 455[*b*], 962, 1143.)

Leaena.—(*Vide* ***Leo.***)

Per "matrem," quae dicitur "leaena" (*Ezech.* xix. 2) significatur ecclesia perversa; per "leaenam cubantem inter leones," significatur falsum mali, destruens verum (n. 280[*b*], 304[*c*]).

Leah.—Rachel repraesentabat ecclesiam internam, quae spiritualis, et Leah ecclesiam externam quae naturalis (n. 439).

Tres filii Leae ordine nati, Reuben, Simeon et Levi, significant in serie prima et primaria essentialia ecclesiae, nempe verum intellectu, verum

voluntate, et verum actu, similia cum tribus discipulis Domini, nempe, Petro, Jacobo et Johanne (n. 444[*b*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 438, 443[*a*], 447, 695[*c*].)

Lectus.—Quod per "lectum" significetur naturalis homo, est quia substratus est spirituali; et sic in illo et illis quae ibi, sicut in suo lecto cubat (n. 163).

Per "lectum" significatur doctrina. Esse "in uno lecto" est in una doctrina ecclesiae. Quod Dominus dixerit aegrotis quibusdam, "Surge, tolle lectum et ambula," significat doctrinam et vitam secundum illam. "In angulo lecti" et "in extremitate spondae," sunt qui in pauco naturali lumine ex spirituali, et inde in aliquibus veris (n. 163).

(*Dicta Scripturae Sacrae plura videantur explicata*, n. 163, 484.)

Lecythus.—(*Vide Sach.* iv. 2, n. 52.)

Legati.—Quod "legati irent ad gentem conculcatam" (*Esai.* xviii. 2) significat quod qui in falsis ex ignorantia sunt, invitarentur, ut apud illos sit ecclesia (n. 304[*d*]).

Legere.—"Legere" simile significat cum "videre," quia legens videt, et "videre" significat percipere ex illustratione (n. 13).

(*Videantur etiam articuli*, n. 11, 306.)

Legislator.—"Legislator" (*Num.* xxi. 18) significat Dominum quoad Verbum et quoad doctrinam ex Verbo (n. 537[*a*]).

Quod Jehudah dicatur "legislator" (*Ps.* lx. 9 [*B. A.* 7]), est quia per "Jehudam" significatur Divinum Verum internum, seu Verbum in sensu spirituali, ac simile per "legislatorem" et "legem" (n. 440[*b*]).

Vera Divina quae latent, significantur (*Deutr.* xxxiii. 21) per "Ibi portio legislatoris absconditi" (n. 435[*b*]).

"Legislatores" (*Judic.* v. 14) significant illos qui in veris boni sunt, et abstracte vera boni (n. 447).

Legisperiti.—"Legisperiti" dicti fuerunt qui scrutati sunt Scripturas, et docuerunt quomodo intelligenda sunt quae ibi (n. 536).

Leo.—"Vicit Leo, ex tribu Jehudae" (*Apoc.* v. 5), significat quod Dominus ex propria potentia subjugaverit inferna, et redegerit omnia ibi et in caelis in ordinem (n. 309).

"Leo" significat Divinum Verum procedens a Domino, quoad potentiam (n. 278[*b*]; *conf.* n. 309, 370, 556[*a*], 577[*a*], 601[*a*], 782): tum significatur potentia Divini Veri spiritualis (n. 781[*c*]).

Jehovah comparatur "leoni rugienti" (*Esai.* xxxi. 4), quia per "leonem" significatur potentia educendi ab inferno, seu a malis; et per "rugire," defensio contra mala et falsa (n. 278[*b*]).

Per "rugire" significatur ardens affectio tutandi caelum et ecclesiam, seu angelos caeli et homines ecclesiae (n. 601[*a*,*b*]).

Per "leonem super specula" (*Esai.* xxi. 8) significatur custodia et providentia Domini (n. 278[*b*]).

"Incurvare se" est in potentiam se mittere; "praeda" et "rapina" est dissipatio falsorum et malorum; "cubare" est status securitatis et tranquillitatis, cum illa de leone (n. 278[*b*]).

Per "leones" etiam significantur qui in potentia sunt per Divinum Verum (n. 278[*b*]).

"Leones juvenes" (*Nah.* ii. 14) sunt ecclesiae vera principalia et tutantia (n. 539[*b*]).

Per "leonem" in opposito sensu significatur falsum infernale quoad potentiam et cupidinem destruendi Divinum Verum (n. 780[*b*], 781[*c*], 782).

Per "rugire" in opposito sensu significatur ardens cupiditas perdendi et destruendi ecclesiam, quod fit destruendo Divinum Verum per falsa mali (n. 601[*b*]).

"Leones juvenes" qui egebunt et esurient (*Ps.* xxxiv. 9 [*B. A.* 10] significant illos qui a semet sciunt et sapiunt (n. 386[*d*]); "vitulus" est innocentia ultimi gradus, cujus oppositum est "leo juvenis" (n. 314[*b*]).

"Molares leonum juvenum" (*Ps.* lviii. 7 [*B. A.* 6]) significant vera Verbi falsificata, quae in se sunt falsa, per quae maxime destruere valent vera ecclesiae (n. 556[*a*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 163, 223[*b*], 253[*b*], 278[*a,b*], 280[*b*], 304[*b,c*], 309, 316[*d*], 328[*c*], 370, 386[*d*], 388[*b*], 403[*b*], 430[*b*], 455[*b*], 539[*b*], 556[*a*], 577[*a*], 601[*a,b*], 632, 637[*b*], 650[*f*], 654[*g*], 750[*e*], 780[*b*], 781[*c,d*], 782.)

Lepra.—"Lepra" significat falsificationes (n. 475[*b*]).

Quoniam per "lepram" significatur profanatio veri, ac profanatio veri est varia, est levis et gravis, est interior et exterior, et est secundum quale veri profanati, ideo effectus ejus varii sunt, qui significantur per apparentias in lepra (n. 962).

Quoniam per "lepram" significatur bonum consumptum per falsa, hoc malum quomodo per Divina media restituendum sit, describitur per processum mundationis leprae in spirituali sensu intellectum (*de quo*, n. 600[*c*]).

Levi. } ***Levitae.*** } —Per "foedus Jehovae cum Levi" (*Mal.* ii. 4–6) in supremo sensu significatur unio Divini cum Humano in Domino, et in sensu respectivo conjunctio Domini cum ecclesia; nam Dominus intelligitur per "Levin," sicut per "Davidem;" sed per "Levin" quoad Divinum Bonum, quod est sacerdotale Domini, et per "Davidem" quoad Divinum Verum, quod est regium Domini (n. 701[*b*]).

Per "Levin" (*Mal.* ii. 4) significantur omnes qui in bono charitatis erga proximum sunt, et in supremo sensu Ipse Dominus (n. 365[*d*]; *conf.* n. 444[*a,b*], 710[*d*]).

Levitae loco omnium primogenitorum recepti sunt; per "Levin" enim, et inde per "Levitam," significatur bonum spirituale ex bono caelesti; inde etiam sacerdotium, per quod significatur bonum caeleste, datum est Aharoni et filiis ejus, ac ministerium hujus boni, per quod significatur verum ex bono, datum est Levitis (n. 710[*d*]).

Sacerdotibus et Levitis per unctionem accessit repraesentatio (n. 700[*f*]).

Levi significat adhaesionem, et "adhaesio" significat conjunctionem per amorem spiritualem (n. 444[*b*]).

Tres filii Leae ordine nati, Reuben, Simeon et Levi, significant in serie prima et primaria essentialia ecclesiae, nempe, verum intellectu, verum voluntate, et verum actu; similia cum tribus discipulis, nempe, Petro, Jacobo et Johanne (n. 444[*b*]).

Levitae repraesentabant vera ecclesiae (n. 734[*d*]).

Quod opera et ministeria Levitarum circa Tentorium conventus dicantur militia, causa (n. 734[*d*]).

In opposito sensu, "Levi" significat malum falsi, quod oppositum est bono charitatis, ac vitam absque charitate, proinde non charitatem erga proximum (n. 444[*c*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 155, 242[*d*], 365[*d*], 431[*a*], 443[*a,b*], 444[*a–c*], 475[*a*], 555[*b*], 585[*b*], 693, 696[*e*], 700[*f*], 701[*b*], 710[*d*], 727[*b*], 734[*d*].)

Leviathan.—Per "leviathanem serpentem oblongum" (*Esai.* xxvii. 1) significantur illi qui rejiciunt omnia quae non oculis vident, ita mere sensuales, qui absque fide sunt quia non comprehendunt; per "leviathanem serpentem tortuosum" significantur qui ideo non credunt, et usque dicunt se

credere (n. 275[a]): astutiae significantur per "leviathanem serpentem tortuosum" (n. 581[b]).
Per "leviathanem," seu balaenam (*Hiob.* xl. 25 [*B. A.* xli. 1]) significatur naturalis homo quoad vera quae vocantur scientifica et cognitiones, ex quibus lumen naturale (*de quo plura*, n. 455[b]; *conf.* 483[b]).
Per "leviathanem," seu balaenam (*Ps.* civ. 26), significantur omnia naturalis hominis in complexu, qui dicitur "ludere in mari" ex jucundo sciendi et inde sapiendi (n. 514[c]).

Levis.—"Nubes levis" (*Esai.* xix. 1) significat verum (n. 594[b]): hic describitur inquisitio qualis est homo naturalis; inquisitio fit per Divinum Verum; "levis nubes" significat Divinum Verum naturale spirituale (n. 654[h]).
"Leves sunt prae pardis equi" (*Hab.* i. 8), significat cupidinem seducendi per ratiocinia, et inde solertiam seducendi; cupido et solertia significatur per quod "leves" et "celeres" sint (n. 780[b]).

Lex.—"Lex" in lato sensu significat Verbum in toto complexu, in minus lato Verbum Historicum, et in stricto decem praecepta decalogi (n. 392[d]).
"Lex et Prophetae" sunt Verbum in omni complexu (n. 250[c], 597).
Per "verbum Jehovae" intelligitur Divinum Bonum, et per "legem Dei" intelligitur Divinum Verum (n. 653[b]).
Per "legem" (*Esai.* ii. 5) significatur Divinum Bonum Verbi, et per "judicium" Divinum Verum (n. 406[b]).
Per "testimonium" (*Ps.* lxxviii. 5) significatur quod ibi docet bona vitae, et per "legem" quod ibi docet vera doctrinae (n. 392[e]).
Pluribus in locis dicuntur testimonia, et simul lex, praecepta, mandata, statuta, et judicia; ac ibi per "testimonia" et "mandata" significantur quae docent vitam, per "legem" et "praecepta" quae docent doctrinam, per "statuta" et "judicia" quae docent ritus (n. 392[c]).
Lex decem praeceptorum vocabatur "foedus," et inde tabulae, quibus inscripta fuit, vocabantur "tabulae foederis" (n. 392[e]).
Duci a Domino est implere legem (n. 774).

Leges Ordinis, quae Leges Divinae Providentiae vocantur (*in serie*, n. 1136).

Leges inscriptae naturae omnium rerum (n. 1146).

(*Videantur articuli*, n. 130[b], 204[b], 222[b], 237[a], 250[c], 283[d], 329[b], 365[d], 392[c–e], 405[e], 406[b], 440[b], 502[a], 556[b], 597, 624[e], 630[b], 653[b], 700[b], 701[a–c], 734[b], 1136, 1146.)

Lex talionis.—(*Vide* ***Jus talionis.***)

Libamen. } —Per "libamen," quod erat vinum, significatur verum ecclesiae (n.
Libare. } 637[b]; *conf.* n. 340[c]).
"Libare libamina diis aliis" significat colere ex falsis (n. 555[d]; *conf.* n. 376[g]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 376[d], 435[b].)

Libanus.—Per "Libanum" significatur simile quod per "cedrum," nempe verum ecclesiae (n. 304[d], 372[d]); verum et bonum spirituale (n. 326[c]); bonum et verum fidei (n. 329[d]); rationalitatem, ex quibus intelligentia et sapientia (n. 638[b]); vera ecclesiae in naturali homine (n. 654[e]); ecclesia quoad rationalem intellectum boni et veri (n. 730[b]).
"Latera Libani" (*Esai.* xxxvii. 24) sunt ubi bona ecclesiae conjuncta sunt veris (n. 405[e]).
"Nix Libani" (*Jerem.* xviii. 14) significat vera ecclesiae ex Verbo: "nix" hic simile significat cum "aqua," nempe vera; sed "nix" significat vera frigida, quia de tali ecclesia agitur (n. 411[f]).
"Cedri Libani" sunt vera ecclesiae interna, et "abietes ejus" sunt vera ejus externa (n. 405[e]).

Per "cedros Libani" et per "quercus Baschanis" (*Esai.* ii. 13) significatur fastus ex propria intelligentia; fastus interior per "cedros Libani," et exterior per "quercus Baschanis" (n. 410[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 175[*b*], 223[*c*], 288[*b*], 304[*b*], 324[*f*], 326[*c*], 328[*d*], 372[*b*], 388[*c,f*], 405[*e*], 410[*b*], 411[*f*], 458[*b*], 514[*b*], 569[*b*], 638[*b*], 650[*g*], 654[*e,f*], 730[*b*], 1029[*d*].)

Libare.—(*Vide* ***Libamen.***)

Libellus.—(*Vide* ***Liber.***)

"Scribere in libello" (*Jerem.* xxxii. 44) est implantare vitae (n. 223[*c*]).

"Libellus" (*Apoc.* x. 2, seq.) significat Verbum; et quia Verbum angelis et hominibus manifestatum est, ideo dicitur "libellus apertus" (n. 599; *de quibus videantur plura*, n. 614, 616, 617[*a*], 619[*b*], 620).

Liber.—(*Vide* ***Libellus.***)

"Quod vides, scribe in libro" (*Apoc.* i. 11), significat ut revelata sint posteritati (n. 57).

Per "librum vitae" intelligitur quod ex Domino inscriptum est hominis spiritui, hoc est, quod ejus cordi et animae; seu, quod idem est, ejus amori et fidei: et quod a Domino inscribitur homini, est caelum (n. 199).

Omnia et singula quae homo cogitavit, voluit, lucutus est, egit, immo quae vidit et audivit, sunt apud hominem in spiritu ejus quasi inscripta, adeo ut prorsus nihil desit: id est liber vitae hominis (n. 199).

Antiquis temporibus scriptum fuit super membranis, quae convolvebantur, et membrana vocabatur "liber" et "volumen libri;" ex his sciri potest quomodo liber, qui Johanni visus, "scriptus est intus et a tergo" (n. 229).

Cum "liber" significat status vitae omnium, tunc "aperire" et "solvere sigilla" significat scire et percipere illos (n. 303).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 57, 199, 222, 299, 303, 304[*a*], 306, 311, 319, 321, 327, 404, 569[*c*].)

Liber Recti.—(*Vide* ***Jaschar.***)

Liber. } —(*Vide* ***Servus.***)
Liberum. } Quod homo spiritualis intelligatur per "liberum," et homo naturalis per "servum," est quia homo spiritualis ducitur e caelo a Domino, et duci a Domino est liberum; ac homo naturalis ei obedit et inservit. Homo naturalis apud regeneratum aeque est liber ut spiritualis, quoniam unum agunt sicut principale et instrumentale; sed usque naturalis homo respective ad spiritualem vocatur servus, ex causa quia naturalis inservit spirituali efficiendo (n. 409[*a*]).

Qui Divinum Verum recipit doctrina et vita, is liber est quia spiritualis fit, et ducitur a Domino (n. 409[*d*]).

Sciendum est quod Dominus ex propria potentia contra infernа ex Humano suo pugnaverit, et illa vicerit, et quod ex propria potentia Humanum suum glorificaverit, hoc est, univerit illud ipsi Divino in Se, et sic illud Divinum fecerit; quod absque absoluto libero relicto Ipsi quoad Humanum nequaquam fieri potuit (n. 900).

Quod liberum sit id quod est amoris et voluntatis et inde vitae hominis, et quod id appareat sicut ejus proprium (n. 900).

Quod liberum homini esse debeat, ut possit regenerari (n. 900).

Liberum est facere bonum a Domino, et servum est facere bonum a se (n. 774).

Liberum faciendi bonum a se, est nulli homini, nec potest esse alicui; nam homo est modo recipiens (n. 774).

Homo in medio constitutus est inter caelum et infernum; ex caelo influunt

continue bona, ex inferno influunt mala; et quia in medio est, in libero est cogitandi bona et cogitandi mala; hoc liberum Dominus nusquam alicui aufert (n. 936).

Quisque potest ex libero naturali fugere mala, propterea quod contra leges humanas sint: qui fugit mala propterea quod sint contra leges Divinas, ille agit ex libero spirituali quod est a Domino (n. 936).

Homo in tentationibus tenetur in suo libero, ex quo apparet illi sicut ex se pugnet; immo, in tentationibus est homini liberum spirituale fortius quam extra illas, est enim interius: nisi homo ex eo pugnaret in tentationibus, non posset spiritualis fieri, omne enim liberum est amoris, quare homo tunc ex amore veri et inde ex amore vitae aeternae pugnat (n. 900).

Lex ordinis est ut homo ex libero secundum rationem agat quod agit (n. 1129).

(*De Libero videantur perplura in articulis*, n. 248, 701[*a*], 774, 900, 936, 938, 1028, 1129, 1136, 1148, 1149, 1151, 1155, 1168.)

Liberi.—(*Vide* ***Filius, Filia.***)

Vera ex bono caelesti, et illorum incrementa, significantur (*Hiob.* v. 25) per "liberos qui erunt sicut herba terrae" (n. 659[*e*]).

Quod "consurgent liberi contra parentes et occident illos" (*Marc.* xiii. 12) significat quod falsa mali impugnabunt bona et vera ecclesiae, et destruent illa (n. 315[*d*]; *conf.* n. 366, 724[*b*]).

Amor sui et inde amor mundi sunt "pater et mater" (*Matth.* xix. 29; *Marc.* x. 29, 30; *Luc.* xiv. 26), et cupiditates inde oriundae, ac earum mala et falsa, sunt "liberi," qui relinquendi et qui in odio habendi sunt (n. 724[*b*]).

Libra.—(*Vide* ***Lances.***)

Justitia, ubi per illam intelligitur aestimatio et exploratio hominum secundum quale boni et veri apud illos, passim in Verbo exprimitur per "lances," "stateras," "libras," "trutinas;" ac injustitia per "libras" et "lances fraudis et doli" (n. 373; *conf.* n. 629[*c*]).

Libya.—Quod Antiqua Ecclesia fuerit extensa per Libyam (n. 391[*h*]).

Ligare.—"Ligare funibus" (*Ps.* cxviii. 27) est conjungere (n. 391[*e*]).

"Ligare pedes et manus" (*Matth.* xxii. 13) significat privationem cognitionum ex Verbo (n. 195[*b*]).

Per "aperire et claudere," et per "ligare et solvere," in genere intelligitur salvare (n. 206; *conf.* n. 411[*d*], 820[*a*]).

Lignum. } —"Lignum schittim" significat bonum justitiae seu meriti, quod soli
Ligneus. } Domino (n. 391[*f*]).

"Lignum" significat bonum (n. 222[*b*], 391[*f*]); in specie, bonum naturalis hominis (n. 1145); bonum vitae (n. 433[*b*]).

"Lignum olei" significat bonum amoris (n. 277[*b*]; *conf.* n. 222[*b*]); seu bonum caeleste (n. 294[*b*]).

"Lignum thyinum" significat bonum conjunctum vero (n. 1145).

"Lignum ex olea" significat bonum caeleste, "ex vite" bonum spirituale, "ex cedro" bonum rationale, "ex populo" bonum naturale, et "ex quercu" bonum sensuale (n. 1145).

"Lignum pretiosum" (*Apoc.* xviii. 12) est bonum praestans, ita bonum rationale; hoc enim praestans est quia est optimum naturalis hominis (n. 1146).

Quoniam "lignum" significat bonum, ideo etiam apud antiquissimos, qui in bono amoris fuerunt, templa ex ligno erant, quae non vocabantur templa, sed domus Dei (n. 1145).

Angeli tertii caeli habitant in domibus ex lignis; hoc illis est quia in bono

amoris in Dominum sunt, et "lignum" illi correspondet (n. 1145); templa eorum, quae vocantur "Domus Dei," sunt ex ligno (n. 831).

In opposito sensu "lignum" significat malum (n. 1145).
Suspensio super ligno erat poena propter bonum laesum et destructum (n. 1145). (*Vide* ***Crucifigere.***)
Quando doctrinale falsum confirmatur ex mero Verbi sensu litterae, fit idolum ligneum (n. 537[*a*]).

(*Videantur etiam articuli,* n. 176, 376[*g*], 655[*a,b*].)

Lignum thyinum.—(*Vide* ***Lignum.***)

Ligo.—"Ligones" sunt bona ecclesiae quae per vera excoluntur, nam ager qui per ligones excolitur est ecclesia quoad bonum vitae (n. 734[*b*]).

Lilium.—"Lilium" (*Hos.* xiv. 6) significat efflorescentiam quae praecedit fructum: primus status renascentiae seu regenerationis significatur per "Efflorebit sicut lilium" (n. 638[*b*]).

Limen.—Per "siccitatem in limine" (*Zeph.* ii. 14) significatur desolatio veri totalis (n. 650[*f*]).

Limes.—Per "Limitem posuisti, non transeunt, non revertuntur ad obtegendum terram" (*Ps.* civ. 9), significatur quod falsa et mala teneantur extra, separata a veris et bonis, et limitata ne reinfluant et perdant (n. 405[*d*]).

Lingua.—"Lingua" varia significat, quia est organum tam loquelae quam gustus; et sicut organum loquelae significat confessionem, cogitationem, doctrinam et religionem; et sicut organum gustus significat perceptionem boni et veri naturalem (n. 990).
Per "linguam" significatur cogitatio, quia lingua eloquitur quod homo cogitat (n. 412[*f*]).
In Verbo pluries dicitur "labium," "os," et "lingua;" et per "labium" significatur doctrina, per "os" cogitatio, et per "linguam" confessio: causa quod "labium," "os" et "lingua" talia significent, est quia illa externa hominis sunt, per quae propalantur interna, ac interna sunt quae in interno seu spirituali sensu significantur (n. 455[*a*]).
Per "linguam" significatur confessio ex bono cordis, ita qui in doctrinae bono (n. 872).
Per "linguas" significantur confessiones ex religione (n. 455[*a*]); et illi qui in vita secundum doctrinam (n. 427[*a*]); tum bona doctrinae et inde religionis (n. 657).
"Linguae gentium" (*Sach.* viii. 23) sunt religiosa (n. 675[*b*]); et qui ex variis religionibus (n. 455[*a*]); tum qui in varia confessione et perceptione boni (n. 1077).
Per "linguam," cujus vinculum solutum est a Domino, significatur confessio Domini et veritatum ecclesiae (n. 455[*c*]); similiter per "loqui linguis novis" (*Marc.* xvi. 17) significatur confiteri Dominum et vera ecclesiae ab Ipso (n. 455[*c*]).
"Lingua" in opposito sensu significat falsa religionis (n. 455[*b*]).
Per "elongare linguam" (*Esai.* lvii. 4) significatur jucundum docendi et propalandi falsa (n. 768[*e*]).
"Lis linguarum" (*Ps.* xxxi. 21 [*B. A.* 20]) est falsum religionis, ex quo ratiocinantur contra vera (n. 455[*b*]; *conf.* n. 412[*b*]).
Per "mandere linguas" (*Apoc.* xvi. 10) significatur non velle percipere et scire genuina bona et vera; per "mandere linguam" intelligitur retentio ejus (n. 990).
Per "refrigerare linguam aqua" (*Luc.* xvi. 24) significatur sedare sitim et cupiditatem pervertendi vera, et per illa confirmandi falsa (n. 455[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae plura videantur explicata*, n. 330, 331[*a*], 412[*b f*], 427[*a*], 455[*a–c*], 581[*a*], 625, 657, 675[*b*], 768[*e*], 803[*a*], 866, 872, 990, 1077.)
Lingua Arabica (*vide* n. 1010).
Lingua Graeca (*vide* n. 411[*d*], 1145).
Lingua Hebraea (*vide* s. v. **Hebraeus**).
Lingua Syriaca (*vide* n. 411[*d*]).
Linteum.—(*Vide Ezech.* ix. 5, 6, n. 315[*b*].)
Linum.—(*Vide* **Byssus.**)
Per "linum" significatur verum; et cum de Domino aut de Verbo, Divinum Verum (n. 950).
Hoc "mundum" dicitur (*Apoc.* xv. 6) ex eo quod genuinum sit, ac "splendidum" ex luce in caelo (n. 950, 951).
"Linum" ex albedine significat verum (n. 196).
Angeli sapientes ex Divino Vero, in vestibus albis, ex sindone, bysso, aut lino, apparent, quoniam sindon, byssus et linum correspondent veris in quibus sunt (n. 951).
Per "filum lini," quod in manu angeli (*Ezech.* xl. 3), significatur verum (n. 627[*a*]).
Per "Linum fumigans non exstinguet" (*Esai.* xlii. 3), significatur quod Divinum Verum, quod apud simplices et infantes ex pusillo bono amoris incipit vivere, non perdet (n. 627[*a*]).
In Verbo describitur bonum per "lanam," et verum per "linum" et per "nivem" (n. 67).
Liquefieri.—Interius eorum qui sunt in malis ex amore sui et mundi, et in falsis inde, tempore ultimi judicii, significatur (*Mich.* i. 4) per quod "liquefacti sint montes et valles discissae sint" (n. 405[*h*]).
(*Videantur etiam articuli*, n. 654[*h*], 741[*d*].)
Liquescere.—"Liquescentes terrae" (*Ps.* lxxv. 4 [*B.A.* 3]) significant illos ab ecclesia qui non in veris sunt, sed usque desiderant illa (n. 219); terra dicitur "liquescere" quando deficiunt vera per quae bonum (n. 304[*c*]).
Quod "montes liquescent sanguine" (*Esai.* xxxiv. 3), significat quod mala amorum falsis referta sint (n. 405[*h*]).
Lis.—"Lis Zionis" (*Esai.* xxxiv. 8) significat rejectionem veri et boni ecclesiae (n. 413[*b*]).
"Lis linguarum" (*Ps.* xxxi. 21 [*B.A.* 20]) est falsum religionis, ex quo ratiocinantur contra vera (n. 455[*b*]; *conf.* n. 412[*b*]).
(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 405[*g*], 412[*b*], 413[*b*], 455[*b*], 601[*b*], 659[*e*], 811[*c*].)
Litigare.—Per "litigare litem eorum" (*Jerem.* l. 34) significatur visitatio et judicium super illos qui opprimunt falsis, et sic liberatio ab illis (n. 811[*c*]).
Littera.—(*Vide* **Verbum.**)
Sciendum est quod Verbum, ut Divinum sit, et simul pro caelo et pro ecclesia, omnino naturale erit in littera; nam nisi naturale esset in littera, non foret per illud conjunctio caeli cum ecclesia (n. 71).
Litterae sensus.—(*Vide* s. v. **Verbum.**)
Litteralis sensus.—(*Vide* s. v. **Verbum.**)
Locupletatus.—"Locupletatus esse, et nullius opus habere" (*Apoc.* iii. 17) significat omnia scire, ut nihil desit (n. 236[*a*]).
Locus.—Spatia, loca, distantiae in mundo spirituali sunt in sua origine status vitae; apparent quidem illa prorsus sicut in hoc mundo, sed usque differunt in eo, quod quisque ex loco ubi habitat noscatur qualis est, et quisque ex quali suo noscatur ubi habitat. Inde est quod "locus" in Verbo significet statum (n. 731).

Per "locum volarum pedum Jehovae" (*Ezech.* xliii. 7) intelligitur ecclesia (n. 630[*c*]; *conf.* n. 606).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 405[*d*], 411[*f*], 514[*c*], 600[*b*], 606, 630[*c*], 653[*b*], 731, 760.)

Locusta.—Per "locustam" significatur sensuale, quod est ultimum vitae cogitationis hominis, seu ultimum in quod desinit et super quo subsistit intellectus (n. 543[*d*]).

Sensus litterae Verbi, qui est ultimus et basis, est naturalis et sensualis; hic sensus etiam, in bono sensu, intelligitur per "locustam;" proinde etiam verum et bonum ejus: ex eo est, quod Johannes Baptista comederit locustas, et quod filiis Israelis concessum sit illos edere (n. 543[*d*]; *conf.* n. 619[*c*]).

"Habitatores sicut locustae" (*Esai.* xl. 22), significat homines in extremis, nam "locusta" significat vivum in ultimis, in specie verum ibi (n. 799[*b*]).

Per "locustas," in opposito sensu, significatur ultimum sensuale hominis, quod in falso mali (n. 543[*a*]).

"Locustae" significant falsa in extremis (n. 283[*e*]).

(*De significatione "locustarum" plura videantur in articulis*, n. 283[*e*], 543[*a–d*], 546, 552, 557, 573[*b*], 619[*c*], 799[*b*]).

Longinquitas.—"Spectare terram longinquitatum" (*Esai.* xxxiii. 17) significat extensionem intelligentiae et sapientiae (n. 304[*d*]).

Longinquus.—Per "e longinquo" significatur distans ac remotum a bonis et veris, ac oppositum (n. 403[*c*]).

Quod "longinqui" significent illos qui in externis ecclesiae sunt, constare potest ex illis qui in spirituali mundo sunt in externis, et qui in internis; hi sunt in meridie, illi in septentrione; ita distant secundum gradus receptionis veri et boni (n. 1133).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 242[*d*], 294[*b*], 355[*f*], 403[*c*], 406[*b,c*], 1133, 1171.)

Longitudo. } —(*Vide* ***Latitudo.***)
Longus. }

Per "latitudinem" significatur ecclesiae verum, per "longitudinem" ecclesiae bonum. Quod haec per illas dimensiones significentur, est quia caelum dicitur "latum" a meridie in septentrionem, et dicitur "longum" ab oriente in occidentem (n. 666; *conf.* n. 629[*a*], 675[*b*]).

Per "longitudinem" significatur bonum (n. 627[*a*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 430[*b*], 600[*b*].)

Loquela. } —(*Vide* ***Lingua.***)
Loqui. }

Per "loqui" significatur affectio, cogitatio, doctrina, et praedicatio: causa quod "loqui" illa significet, est quia omnis loquela hominis est ex affectione et inde cogitatione; ipsa affectio exprimitur per sonum loquelae, et cogitatio per voces ejus (n. 817[*a*]; *conf.* n. 1216).

Sonus in loquela manifestat affectionis tam quale quam quantum, et hoc in mundo spirituali clarius quam in mundo naturali (n. 393).

Apud quosdam confirmantes per Verbum separationem fidei a vita, influit sanctum in amorem naturalem loquentis aut praedicantis ex Verbo, qui amor excitat cogitationem loquelae proximam (n. 832).

Loquela spiritualis non est sicut loquela humana; exprimuntur omnia secundum ideas de rebus et de personis, ac ideae illae cadunt in voces (n. 148).

Creditur a multis quod homo a Domino doceri possit per spiritus secum loquentes; sed qui hoc credunt et volunt, non sciunt quod id cum peri-

culo animae illorum conjunctum sit. Ut primum spiritus incipiunt loqui cum homine, e statu suo spirituali in naturalem hominis veniunt, et tunc sciunt quod sint apud hominem, et se conjungunt cum cogitationibus ejus affectionis, et ex illis cum illo loquuntur. Non alii spiritus quam similes loquuntur cum homine, aut manifeste operantur in hominem, nam manifesta operatio cum loquela coincidit. Cum homo credit quod Spiritus sanctus loquatur cum illo, aut operetur in illo, etiam spiritus credit se illum esse (*de quibus plura*, n. 1182).

(*Videantur etiam articuli*, n. 228, 262, 365[*e*], 602, 603, 794.)

Lora.—"Lora jugi" (*Ezech.* xxxiv. 27) sunt jucunda mali ex amore sui et mundi, quae vinctos tenent (n. 365[*e*]).

Lorica.—(*Vide* ***Thorax.***)

"Thoraces" seu "loricae," quibus pectoralis pars corporis tegitur, sunt tutationes contra mala et falsa in pugnis (n. 557).

Per "loricas," in opposito sensu, significantur tutationes malorum et falsorum contra bona et vera (*de quo plura*, n. 557).

Lothus.—(*De Lotho videantur articuli*, n. 376[*f*], 410[*c*], 627[*a*].)

Lucere.—Per "facies Jehovae" (*Num.* vi. 25) significatur Divinus Amor; per "lucere facere illas" significatur influxus Divini Veri (n. 340[*b*]): Divinum Verum, ex quo omnis intelligentia et sapientia, cum quo influit Dominus, intelligitur per "Lucere faciat Jehovah facies suas super te" (n. 365[*c*]).

(*Vide Apoc.* xxi. 23, n. 401[*h*]; cap. viii. 12, n. 527.)

Lucerna.—(*Vide* ***Candela, Lampas.***)

"Disponam lucernam Uncto meo" (*Ps.* cxxxii. 17), significat illustrationem Divini Veri ex unitione Divini et Humani in Domino; "lucerna" est Divinum Verum quoad illustrationem (n. 684[*c*]; *conf.* n. 272, 316[*b*]).

Oculus dicitur "lucerna," seu lampas lucens (*Matth.* vi. 22), quia "oculus" significat intellectum veri, et inde quoque verum fidei (n. 274).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 62, 272, 313[*c*], 401[*h*], 1081, 1188.)

Lucidum.—Per "oculum" (*Matth.* vi. 22) significatur intellectus et fides veri, qui vocatur "lucerna" ex luce veri quae est homini ex intellectu et fide; et quia homo ex intellectu et fide veri fit sapiens, dicitur, "Si oculus integer, totum corpus est lucidum:" "corpus" est homo, et "lucidum" est sapiens (n. 1081; *conf.* n. 313[*c*]).

Lucifer.—Quod Babel dicatur "Lucifer, filius aurorae" (*Esai.* xiv. 12), est quia "Babel" in principio est ecclesia quae in zelo pro Domino, pro bono amoris et pro veris fidei, tametsi intus in zelo pastorum ejus latet ignis dominandi per sancta ecclesiae super omnes quos sibi possunt subjicere. Quia nunc per "Babelem" in initio significatur talis ecclesia, ideo rex Babelis vocatur "Lucifer, filius aurorae;" "Lucifer" ex luce veri tunc, et "filius aurorae" ex initiamento lucis seu diei, nam "aurora" est ecclesia in suo initio (n. 1029[*d*]).

Per "Luciferum," in opposito sensu, intelligitur Babel, ubi omne verum doctrinae ecclesiae vel falsificatum vel annihilatum est (n. 223[*b*]).

Per "Luciferum" intelligitur Babel, hoc est, amor dominandi super caelum et super terram (n. 741[*d*]).

Hodierna Babel non modo se "similem fecit Altissimo" (*Esai.* xiv. 14), sed etiam superiorem (n. 1108): sed illi qui exercuerunt id dominium ex amore ejus sunt Luciferi, non reliqui (n. 1188).

(*Videantur etiam articuli*, n. 405[*e*], 687[*b*], 730[*b*].)

Lucrari.—Per "negotiari," "lucrari," "dare minam mensariis" seu "ad mensam" (*Matth.* xxv. 14–31; *Luc.* xix. 13–25), significat vitam spiritualem et intelligentiam sibi per cognitiones comparare (n. 193[*b*]).

Luctatio. } —"Luctationes Dei" (*Gen.* xxx. 7, 8) significant tentationes spiri-
Luctari. } tuales (n. 439). (*Vide* ***Naphthali.***)

Luctus.—(*Vide* ***Lugere, Lamentatio, Lamentum, Planctus.***)

"Luctus" significat desolationem, quae est quod nihil veri et boni sit amplius, sed mere falsum et malum (n. 1119; *conf.* n. 1122, 1125, 1129).

Luctus, apud illos qui ab Ecclesiis Antiquis fuerunt, repraesentabat dolorem propter amissum seu deperditum verum et bonum; quod "implebuntur dies luctus" (*Esai.* lx. 20), significat quod finientur, et sic quod in veris ex bono erunt (n. 401[*c*]).

"Planctus" praedicatur de deprivatione boni, et "luctus" de deprivatione veri (n. 1129).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 372[*b*], 395[*d*], 401[*c*], 555[*b*], 601[*b*], 1119, 1122, 1125, 1129.)

Lucus.—Arbores unde horti, paradisi dicuntur in spirituali homine, at luci et nemora in naturali, at silvae umbrosae in sensuali (n. 724[*a*]).

"Luci" (*Esai.* xxvii. 9) significant cultum ex veris spiritualibus (n. 391[*d*]).

Antiqui Divinum cultum habuerunt in lucis, sub arboribus secundum eorum significationes; hoc autem genti Judaicae et Israeliticae prohibitum est (n. 391[*g*]).

Per "lucos et subdiales statuas" (*Esai.* xvii. 8) significatur religiosum ex falsis et inde malis; per "lucos" religiosum ex falsis, et per "subdiales statuas" ex malis falsi (n. 391[*g*]).

Ludere.—"Ludere" (*Sach.* viii. 5) significat quod est festivitatis interioris, quae est affectionis veri et boni (n. 223[*b*]).

Quod astutiae et malitiae nihil nociturae sint illis quos Dominus tutatur, significatur (*Esai.* xi. 8) per quod "Ludet sugens super foramine viperae, et super speluncam basilisci ablactatus manum impellet" (n. 581[*a*]; *conf.* n. 314[*b*], 410[*c*]).

Lugere.—(*Vide* ***Luctus.***)

Quia in Verbo est conjugium sicut est veri et boni, aut sicut est fidei et amoris, aut sicut est intellectus et voluntatis, ideo simile est ubi dicitur "flentes et lugentes" (*Apoc.* xviii. 15); "flere" est ex dolore animae, ac "lugere" ex dolore cordis (n. 1164).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 223[*c*], 295[*c*], 304[*b,e*], 323[*b*], 372[*b*], 376[*d*], 618, 650[*e*], 654[*h*], 697, 730[*b*], 741[*d*], 863[*a*], 1129, 1138, 1164.)

Lumbi.—Caeli superiores repraesentantur per superiorem corporis partem "a lumbis sursum" (*Ezech.* i. 27, 28) cui correspondent, nam constituunt illam in Maximo Homine, qui est caelum; "ignis instar prunae" significat Divinum Amorem caelestem, qui in caelis superioribus regnat; similiter "lumbi," nam lumbi correspondent conjugio boni et veri quod est illis qui in superioribus caelis: quod "a lumbis deorsum apparuerit sicut splendor ignis, qui sicut iris," significat Divinum Amorem spiritualem, qui regnat in caelis inferioribus, nam regio corporis a lumbis usque ad plantas pedis correspondet illi amori (n. 595).

Per "lumbos" (*Ps.* lxvi. 11) significatur bonum amoris (n. 355[*g*]; *conf.* n. 637[*b*]).

Per "lumbos" (*Ps.* lxix. 23 [*B.A.* 22]) significatur voluntas boni, et conjugium ejus cum intellectu veri; hoc per "lumbos" etiam alibi in Verbo significatur (n. 519[*a*]; *conf.* n. 627[*b*]).

Per "lumbos," qui erunt cincti (*Luc.* xii. 35), intelligitur bonum amoris (n. 252[*a*], 274).
Per "aquas ad lumbos" (*Ezech.* xlvii. 4) significatur intelligentia qualis est spirituali homini (n. 629[*b*]).

Per "lumbos" in opposito sensu significantur spurci amores (n. 240[*b*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 274, 298[*b*], 381, 708, 721[*c*], 780[*b*].)

Lumen.—(*Vide* ***Lux.***)

Homo ex mundo non scit aliquid de caelo et inferno, nec de vita post mortem, immo nec de Deo; lumen ejus naturale non docet aliud quam quod intravit per oculos, ita non nisi quam quod mundi et quod sui est (n. 820[*a*]).
Ex lumine naturali separato a luce spirituali, quae est lux caeli a Domino, intrare in res ecclesiae, quae interius sunt spirituales et caelestes, est progredi inverso ordine (n. 846).
Quia homo in falsis ex malis est ex nativitate, ideo ille facile arripit, agnoscit et credit illa, concordant enim cum primo ejus naturali lumine, et cum calore luminis istius, qui est ex igne amoris sui aut amoris mundi (n. 776).
Lumen naturale respective ad lucem spiritualem est sicut tenebrae vesperae ad lucem meridiei (n. 187[*a*]).
Quod intellectus, cum formatur ex malo voluntatis, tunc sit in meris falsis, significatur (*Matth.* xi. 23) per "Si ergo lumen tenebrae, quantae tenebrae" (n. 274).
Angeli, cum despiciunt in lumen naturale hominis, quale est in cogitatione naturali hominum, spectant id sicut tenebras (n. 526[*b*]).
Lumen ex quo vident qui in infernis, est sicut lumen ex carbonibus ignitis; at hoc lumen, cum in illud influit lux caeli, fit mera caligo (n. 526[*b*]).

Luminare.—Per "luminaria lucis in caelo" intelliguntur sol, luna et stellae; et per "solem" significatur amor, per "lunam" fides inde, et per "stellas" cognitiones boni et veri (n. 304[*e*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 268, 304[*e*], 401[*c–e*], 527, 610.)

Luna.—(*Vide* ***Sol, Caelum.***)

Dominus in caelis angelicis apparet ut Sol coram illis qui in bono amoris ab Ipso in Ipsum sunt, ac ut Luna coram illis qui in bono et vero fidei: inde est quod in Verbo per "solem" significetur bonum amoris, et per "lunam" bonum et verum fidei (n. 525).
Quod "sol" significet Dominum quoad Divinum Amorem, et inde apud hominem, bonum amoris in Dominum a Domino, et quod "luna" significet verum spirituale, est causa quia Dominus in caelo ubi angeli caelestes sunt apparet ut Sol, et in caelo ubi angeli spirituales sunt, ut Luna: quod appareat ut Sol, est ex Divino Ipsius Amore, nam Divinus Amor apparet sicut ignis, unde calor est angelis in caelis; quod Dominus appareat ut Luna, est a luce ex illo Sole, Luna enim lumen suum trahit ex illo Sole, et lux in caelo est Divinum Verum (n. 401[*b*]).
Illi caeli qui sub Domino ut Luna sunt, tres sunt, superiores, medii et inferiores (*de quibus plura*, n. 708; *videatur etiam* n. 422[*a*]).
Per "lunam" significatur Divinum spirituale, quod est Divinum Verum (n. 329[*f*]): per "lunam" significatur fides (n. 304[*b*,*f*]); bonum fidei (n. 453[*b*]); non solum fides, sed affectio ejus (n. 708); fides charitatis (n. 709); bonum charitatis, quod in sua essentia est verum ex bono (n. 401[*c*]).

Per "lunam" in opposito sensu significantur falsa ex amore sui (n. 401[*g*]); falsum fidei (n. 270, 573[*b*]); falsum mali (n. 298[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 175[*b*], 270, 298[*a*], 304[*b*,*f*], 329[*f*], 365[*c*], 372[*a*,*b*], 400[*a*,*b*], 401[*a*–*e*,*g*], 422[*a*], 453[*b*], 525, 526[*a*], 573[*b*], 659[*e*], 708.)

Lupinaria.—Quod ex lupinaribus in infernis efflentur putores qui ciunt vomitus, causa (n. 986; *conf.* n. 1005).

Lupus.—"Agnus" significat innocentiam, seu illos qui innocentes sunt, ac "lupus" illos qui contra innocentiam: "agnus" est innocentia intimi gradus, cujus oppositum est "lupus" (n. 314[*b*]; *conf.* n. 780[*b*]).

"Lupi vesperae" (*Hab.* i. 8) significant fallaciae sensuum (n. 780[*b*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 195[*b*], 355[*e*], 781[*d*]).

Luscus.—"Luscus" (*Matth.* v. 29) est intellectus non cogitans malum, sed modo verum; intellectus enim cogitare potest verum; si cogitat malum, est ex voluntate mali (n. 152).

Lutheranismus.—(*Inter haereses enumeratas*, n. 1176.)

Lutum.—Per "lutum ex sputo" (*Joh.* ix. 6) significatur sensuale verum, quale est pro sensualibus in Verbo (n. 475[*b*]).

Quia in sensu naturali Verbi sunt Divina vera in suo ultimo, additur (*Hab.* iii. 15), "Lutum aquarum multarum;" "lutum" significat ultimum ex quo et in quo, et "aquae" significant vera (n. 355[*a*]).

"Argilla luti" significat naturale bonum, sed in opposito sensu (*Dan.* ii. 43) bonum adulteratum (n. 411[*b*]).

Per "platearum lutum," "caenum" et "stercus," significatur falsum amoris mali: hoc ex apparentiis in mundo spirituali; in urbibus ibi ubi falsa ex malo regnant, apparent plateae plenae stercore, caeno et luto (n. 652[*d*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae plura videantur*, n. 177, 237[*b*], 239[*b*], 275[*b*], 304[*g*].)

Lux.—(*Vide* ***Calor, Lumen, Modificatio.***)

In sole est purus ignis: hic ignis extra solem est calor; lux est modificatio seu interior actio ejus in substantiis quae extra solem sunt, etiam ab igne ejus (n. 944).

Praesentia solis quae apparet ut lux facit activitatem virium aut substantiarum cujusvis individui secundum formam in qua est ex creatione; hoc modificatio est (n. 1206).

Aetheres et aeres volumatim actae dant calorem, at singillatim modificatae dant lucem (n. 726(ii.)).

Lux solum modificat substantias in quas influit, et calor solum mutat statum illorum (n. 1134).

Ipsa lux et ipse calor non sunt materiales, sed usque afficiunt substantias materiales, lux modificando illas, et calor mutando status illarum; lux autem et calor ex sole mundi sunt naturales, quia sol ille est ignis, et non amor (n. 1131).

Ex Divino Amore Domini, qui apparet in caelo angelico ut Sol, procedit lux et procedit calor: lux est vita Divinae Sapientiae Ipsius, et calor est vita Divini Amoris Ipsius (n. 1134).

Lux caeli est Divinum Verum, aut Divina Sapientia; ex eo est quod omnia in caelis splendeant splendore qualis non datur in mundo (n. 1159).

Lux procedens, quae est Divinum Verum, est modificatio seu interior actio in substantiis quae extra Dominum: substantiae illae, in quibus modificatio illa fit, sunt atmosphaerae spirituales (n. 944).

"Lux" est Divinum Verum procedens ex Divino Humano Domini (n. 63): "lux" est Divinum Verum et inde intelligentia (n. 223[*c*]).

Lux caeli, quae est Divinum Verum, non per aliam viam intrat apud hominem quam per viam spiritus ejus; et tunc lux caeli intrat in spiritum

hominis quando homo est in bono amoris et charitatis a Domino (n. 198).
De coloribus (n. 364[a], 431[a], 576, 1042), *vide* **Color.**
(*Videantur articuli*, n. 27, 33, 43, 63, 151, 167, 186[c], 196, 223[c], 239[b], 254, 275[b], 280[b], 283[b], 294[c,d], 316[a], 349[b], 365[c], 386[d], 391[b], 401[b,c,e], 405[f], 406[b], 412[a,b], 504[b], 526[b], 527, 601[b], 612, 726, 750[e], 926, 944, 955, 1067, 1096, 1122, 1131, 1134, 1139, 1159, 1188, 1206.)

Luxurians.—Vitis luxurians (*Ezech.* xvii. 6, n. 281[a]).

Maceria. } —Per "removere sepem et perrumpere maceriem" (*Esai.* v. 5),
Maceries. } significatur falsificare, et sic deperdere vera tutantia ecclesiam: per "sepem" et "maceriem" circum vineam, simile significatur quod per "murum" et per "antemurale" circum Hierosolymam (n. 632).
"Vagari inter macerias" (*Jerem.* xlix. 3) est inter vera destructa per falsa (n. 237[a]; *conf.* n. 637[b]).
"Maceriae" (*Nah.* iii. 17) sunt vera non apparentia quia falsificata (n. 543[c]).
"Macerie circumdare maceriem" (*Hos.* ii. 6) est cumulare falsa super falsa (n. 237[a]).

Machaera.—(*Vide* ***Gladius, Romphaea.***)
Per "gladium" significatur in genere verum pugnans contra falsum, et in opposito sensu falsum pugnans contra verum; per "machaeram," quae est brachii, significatur pugna veri ex bono, ac falsi ex malo; ac per "romphaeam," quae dicitur "exire ex ore," significatur pugna veri ex doctrina contra falsum, ac falsi ex doctrina contra verum (n. 367)
(*Videantur articuli*, n. 131[a], 443[b], 811[c], 812.)

Machinatores.—"Machinatores iniquitatis" (*Hiob.* iv. 8, n. 419[c].)

Machir.—(*Vide* ***Menascheh.***)
"Ex Machir descendent legislatores" (*Judic.* v. 14), significat quod vera boni profluant ex bono vitae; "Machir" enim simile significat cum "Menasse," quoniam Machir erat filius Menassis (n. 447).

Machpelah.—(*Vide Gen.* xxiii. 9, 17, 19, n. 659[d].)

Mactare. } —Per "mactare natos" (*Esai.* lvii. 5) significatur exstinguere vera
Mactatio. } (n. 411[f]).
Per "parare filiis mactationem" (*Esai.* xiv. 21) significatur illorum exitium (n. 1029[d]).
(*Videantur etiam articuli*, n. 304[d], 315[b], 340[d], 405[h], 724[e].)

Macula.—(*Vide* ***Immaculatum.***)
Inter prohibita fuit, ne aliquis ex semine Aharonis, cui esset macula, accederet ad altare, ac intraret intra velum (*Levit.* xxi. 17–23); et ne aliquod sacrificium, sicut ex bobus, vitulis, capris seu agnis, in quibus esset macula, fieret (*Levit.* xxii. 19–25): maculae etiam recensentur, per quas omnes varii generis falsa et mala significantur (n. 867).

Madefacere.—"Lacrimatio" dolorem mentis significat, et "fletus" dolorem cordis; "madefacere cubile" dicitur de lacrima (n. 484).

Maeror.—(*Vide Ps.* cvii. 39, n. 650[b].)

Magia. }
Magica. } —(*Vide* ***Incantatio.***)
Magi. } Antiquis temporibus plura genera artium infernalium, quae magiae vocantur, in usu fuerunt, quarum aliquae recensentur in Verbo (*de quibus plura*, n. 590).

Pythonici olim fuerunt, et quoque magi in Aegyptò et in Babele, qui propter loquelam cum spiritibus, ac propter operationem illorum in se manifeste sentitam, sapientes dicti sunt; sed per id cultus Dei in cultum daemonum conversus est, et ecclesia periit: quamobrem talia commercia filiis Israelis sub poena mortis interdicta sunt (n. 1182; *conf.* n. 844).

Incantatio etiam recensetur (*Deutr.* xviii. 10, 11) inter artes quae accedunt ad magicas, filiis Israelis prohibitas (n. 1191).

Aegyptii fuerunt in scientia correspondentiarum, et inde sciverunt spiritualia quae caeli sunt, at illa verterunt in magica (n. 543[*c*]).

Quia applicuerunt repraesentativa ad magica, Ecclesia Antiqua apud Aegyptios exstincta fuit (n. 391[*h*]; *conf.* n. 555[*b*]).

Caelestia et spiritualia quae per imagines, idola, et sculptilia repraesentabantur et inde significabantur, remanserunt sicut traditiones apud illorum sacerdotes et sapientes, qui vocati sunt magi et harioli (n. 827[*a*]; *conf.* n. 962).

Magister.—Dicitur quod "nemo appellaturus sit patrem suum Patrem, nec magistrum Magistrum" (*Matth.* xxiii. 8, 10), cum tamen vocandi sunt; sed ita dicitur quia per "Patrem" intelligitur Dominus, qui nos e novo creat et generat, et qui unice docet et instruit; quare cum homo in idea spirituali est, tunc cogitabit de Domino solo ut Patre et Magistro, aliter vero cum homo in idea naturali est; praeterea in mundo spirituali seu in caelo, nemo novit alium Patrem, Doctorem seu Magistrum quam Dominum, quia ab Ipso vita spiritualis (n. 631; *conf.* n. 409[*d*]).

Magnates.—Quod "magnates" in Verbo significent bona interna, quae sunt bona interni seu spiritualis hominis, est quia "magnum" et "magnitudo" in Verbo dicitur de bono (n. 408). (*Vide* ***Magnum.***)

Per "magnates" (*Jerem.* xiv. 3) intelliguntur qui alios ducunt et docent, per "minorennes" qui ducuntur et docentur (n. 537[*b*], 644[*b*]).

Per "magnates" (*Nahum* iii. 10) significantur vera boni (n. 652[*d*]).

Per "magnates terrae" (*Apoc.* xviii. 23) intelliguntur qui dominationem super ecclesiam, et quoque super caelum, immo super Ipsum Dominum, in se transferunt et exercent (n. 1190).

Magnificare.—(*Vide* ***Magnus.***)

Per "fimbrias palliorum," quas magnificant (*Matth.* xxiii. 5), significantur vera externa; vera externa sunt quae in ultimo sensu litterae Verbi (n. 395[*d*]).

Magnificentia.—(*Vide* ***Magnus.***)

"Magnificentia" (*Sach.* xi. 3) est bonum ecclesiae (n. 601[*a*]).

"Vitis magnificentiae" (*Ezech.* xvii. 8) est ecclesia spiritualis (n. 281[*a*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 288[*b*], 406[*b*], 724[*d*].)

Magnificus.—(*Vide* ***Magnus.***)

Per "cedrum magnificam" (*Ezech.* xvii. 23) significatur spiritualis ecclesia (n. 283[*b*]).

"Omnis magnificus [(superbus)] et altus" (*Esai.* ii. 12) sunt qui in amore sui et mundi (n. 410[*b*]; *conf.* n. 405[*g*]).

Magnitudo.—(*Vide* ***Magnus.***)

"Magnitudo" in Verbo dicitur de bono (n. 408; *conf.* n. 336[*a*]).

(*Vide Ps.* lxix. 14 [*B.A.* 13], n. 295[*c*].)

Magnus.—Quod "multum" et "multitudo" in Verbo dicatur de veris, ac "magnum" et "magnitudo" de bono, causa (n. 336[*a*]; *conf.* n. 337, 403[*a*], 408, 424, 459, 704).

Cum duo numeri multiplicati, unus major et unus minor, qui simile significant, una dicuntur, tunc minor dicitur de bonis, et major de veris (n. 336[*a*]).

"Magnus," cum de Domino, significat Divinam Ipsius omnipotentiam (n. 927).

Per "parvos" (*Apoc.* xi. 18) intelliguntur qui parum sciunt vera et bona ecclesiae, et per "magnos" qui multum sciunt; ita qui parum et multum colunt Dominum (n. 696[a]; *conf.* n. 836, 1212).

"Magnus dies" (*Jerem.* xxx. 7) est adventus Domini, et tunc ab Ipso judicium (n. 721[c]).

"Magnum" in opposito sensu dicitur de malo (n. 403[a]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 281[a], 302, 337, 403[a], 405[c], 424, 459, 510, 650[a,b], 652[a], 667, 668, 682, 696[a], 704, 706[a], 714[a], 721[c], 739[a], 744, 759, 836, 920, 927, 1046, 1212.)

Magogus.—(*Vide* ***Gogus.***)

Cultus externus separatus ab interno significatur (*Apoc.* xx. 8) per "Gogum et Magogum" (n. 1061; *conf.* n. 714[c]).

Majestas.—"Vidi Ipsum" (*Apoc.* i. 17), significat praesentiam Divinae majestatis. Sciendum est quod homini bini visus sint, unus ex fide cogitativa, alter ex amore: dum modo ei visus est ex fide cogitativa, tunc visus est absque stupore pro Divina majestate; cum autem ei visus est ex amore, tunc est cum stupore Divinae majestatis (n. 76).

Makkeda.—Per "speluncam Makkeda" (*Jos.* x. 27) significatur dirum falsum ex malo (n. 655[a]).

Maledicere. } —"Maledicere" (*Esai.* viii. 21) est detestari (n. 386[c]).
Maledictio. } Per "maledictos" in Verbo intelliguntur omnes qui se avertunt a Domino (n. 600[a]).

Ecclesia devastata dicitur "maledictio" (*Sach.* viii. 13), quia ibi malum et falsum; at ecclesia instauranda dicitur "benedictio," quia ibi bonum et verum (n. 340[d]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 304[b], 376[d], 386[b], 700[d], 725[b].)

Malitia. } —Sapientia est veri ex bono, at malitia est falsi ex malo (n. 544).
Malitiosus. } "Malitia" (*Esai.* xiii. 11) est malum, et "iniquitas" dicitur de falsis (n. 741[d]).

Sensuales homines prae reliquis sunt malitiosi et astuti (n. 544).

(*Videantur etiam articuli*, n. 304[b], 401[c], 403[d], 581[a,b], 622[a], 650[b,c], 659[e].)

Malleus.—"Malleus" (*Jerem.* xxiii. 29) simile significat ac "ferrum," et "ferrum" significat verum in ultimis et verum fidei (n. 411[e]).

Per "Malleis acutis format illud" (*Esai.* xliv. 12), significatur per ratiocinia ex falsis ingeniosa (n. 386[b]).

Malogranatum. } —Per "malogranatum" in genere significantur cognitivum et
Malus Punica. } perceptivum, et in specie cognitiones et perceptiones boni et veri (n. 403[b]; *conf.* n. 374[c], 388[c], 403[c]).

"Malus Punica" (*Joel* i. 12) significat verum et bonum sensuale, quod est ultimum naturalis (n. 458[b]; *conf.* n. 403[b]).

Per "malogranata" in quibus pernoctabunt platea et anataria (*Zeph.* ii. 14), significantur cognitiones veri ex Verbo falsificatae (n. 650[f]).

Malum. } —(*Vide* ***Falsum, Peccata.***)
Malus. } Dominus malum praevidet, et bonum providet (n. 974).

Omnia mala quae homo trahit a parentibus, quae mala hereditaria vocantur, insideant ejus naturali et sensuali homini, non autem spirituali; inde est quod naturalis homo, et maxime sensualis, sit oppositus spirituali homini (n. 543[b]; *conf.* n. 556[c]).

Mens naturalis est plena omnis generis malis; sunt enim amores illorum ibi, et inde jucunda cogitandi, volendi, et faciendi illa. Haec innata sunt illi menti ex parentibus (n. 969).

Omnia mala in quae homo nascitur, trahunt suas radices ex amore imperandi super alios, et ex amore possidendi bona aliorum; et omnia jucunda vitae propriae hominis ex binis illis amoribus scaturiunt (n. 938).

Quis non potest videre quod Dominus non possit e caelo influere apud hominem, ac docere illum et ducere illum, antequam illa mala remota sunt? obstant enim, repellunt, pervertunt, et suffocant vera et bona caeli (n. 969).

Omne malum est ex amore, ita est amoris: amor seu affectio hominis non aliter reformari potest quam per fugam et aversationem spiritualem malorum, quae est fuga et aversatio illorum quia sunt infernalia (n. 864).

Si homo vivit secundum cognitiones ex Verbo, aperitur apud illum interior gradus, ac fit spiritualis, sed non plus quam sicut afficitur veris, intelligit illa, vult illa et facit illa; causa est, quia sic, non aliter, removentur et quasi discutiuntur mala et inde falsa quae in naturali ac in sensuali homine ex hereditario resident (n. 739[a]).

Discet quae mala sunt peccata, primum ex decalogo, et postea ex Verbo ubivis, et cogitabit quod peccata sint contra Deum, et quod illa ideo detineant ac separent hominem a caelo, ac condemnent illum et adjudicent inferno (n. 837(5)): mala quae in decalogo enumerantur continent in se omnia mala quae usquam dantur (n. 935).

Quia primarium est ut removeantur mala, antequam homo doceri et duci possit a Domino, patet causa cur in octo praeceptis decalogi recenseantur mala opera quae non facienda sunt, non autem bona opera quae facienda (n. 969).

Primarium omnium cultus est agnitio Divini in Humano Domino, nam absque illa agnitione non potest homo nisi a se et credere et facere; et a se credere est credere falsa, et a se facere est facere mala (n. 965).

Dominus est qui malis apud hominem resistit, et facit ut homo sentiat et percipiat sicut id faciat ex se: qui itaque in mundo agnoverunt Dominum, et quoque quod omne bonum et verum sit ab Ipso et nihil ab homine, et sic quod a Domino valeant contra mala et non a semet, illi resistunt malis sicut a se (n. 1165).

Quia mala sunt vitae hominis, sequitur quod homo ab illis ex se nullatenus desistere possit; id enim foret desistere a sua vita ex sua vita: quare provisum est ut ab illis desistere possit a Domino (n. 938).

Scio quod plures corde suo cogitent quod nemo possit fugere mala a se, quia homo in peccatis natus est, et inde in nulla potentia a se fugiendi illa: sed sciant quod quisque qui corde cogitat quod Deus sit, quod Dominus sit Deus caeli et terrae, quod Verbum ab Ipso sit et inde sanctum, quod caelum et infernum sit, quodque vita post mortem sit, possit fugere illa (n. 936).

Debet homo fugere mala sicut a se; quod enim homo facit sicut a se, hoc fit ejus, ac ei appropriatur sicut suum; quod autem facit non sicut a se, hoc nusquam fit ejus et ei appropriatur (n. 971).

In toto mundo spirituali non datur exemplum quod aliquis remotus sit a malis, quam per pugnam aut resistentiam sicut a se (n. 1164).

Quantum homo fugit et aversatur mala quia peccata sunt, et cogitat de caelo, de sua salute et vita aeterna, tantum adoptatur a Domino et conjungitur caelo (n. 837(6)).

Sciendum est quod qui mala fugit quia contra leges Divinas in Verbo sunt, etiam fugiat illa quia contra leges civiles et morales in mundo sunt; homo enim ex his cogitat quando in statu naturali est, at ex illis quando in statu spirituali: ex quo sequitur quod propter famam et sui honorem mala fugere et bona facere nec damnosum sit, modo Verbum et inde religio locum superiorem teneant et faciant caput, ac ipse et mundus locum inferiorem et faciant pedes; sin aliter, pedibus conculcatur religio, et capite colitur mundus (n. 825).

Non aliquod malum et falsum ab homine, spiritu et angelo prorsus abstergi

potest, sed modo removeri; detinentur enim a malis suis et falsis, et tenentur in bono et in vero a Domino; et cum hoc fit, sibi apparent sicut absque malis et falsis sint (n. 478).

Quamdiu homo non desistit a malis quia peccata sunt, mens spiritualis clausa est; ast ut primum homo desistit a malis quia peccata sunt, mens spiritualis aperitur, et cum illa mente etiam caelum (n. 970).

Postquam homo fugit et aversatur mala ut peccata, tunc sunt opera ejus non modo exterius sed etiam interius bona, et eo plus bona quo interius; nam quo interius, eo propius Domino (n. 974).

Quantum removentur mala ut peccata, tantum influunt bona, ac homo postea tantum bona facit, non a se sed a Domino (n. 949).

Si homo fugit mala ex solo timore pro inferno, mala quidem removentur, sed tamen loco illorum bona non succedunt; nam cum recedit timor, redeunt mala (n. 971).

Mala per poenas removentur apud non reformatos; per tentationes et inde aversationes apud reformandos; ac per affectiones veri et boni apud regeneratos (n. 1164).

Provisum est a Domino quod nemo ad infernum propter mala hereditaria damnetur, sed propter mala quae homo suamet actualiter per vitam fecerat (n. 989): ex justitia Divina etiam est ut nemo luat poenas propter mala parentum, sed propter sua; quare providetur a Domino ne post mortem mala hereditaria recurrant, sed mala propria; et propter illa quae recurrunt, homo tunc punitur (n. 989).

Quando non reformatus seu malus subit poenas, quod fit in inferno, tenetur in illis usque dum percipitur quod ex se nolit illa; non prius liberatur; ita cogitur ille ex se removere mala; si non usque ad illam intentionem et voluntatem punitur, manet in suo malo: sed tamen non usque exstirpatur malum, quia non coegerat se ipsum; manet intus, et recurrit quando cessat timor (n. 1164).

Post exactum tempus, mali conjiciuntur in infernum, ubi coguntur a malis faciendis per poenas; at poenae non auferunt voluntatem, intentionem, et inde cogitationem mali; auferunt modo actus (n. 1145).

Quando mali "in speluncis et in petris sunt" (*Apoc.* vi. 16), tunc cessant angores et cruciatus quos ab influxu lucis caeli sustinuerunt; nam quies illis est in suis malis et inde falsis (n. 411[*a*]).

Apud reformandos, mala per tentationes, quae non sunt poenae sed pugnae, removentur. Hi non coguntur ad resistendum malis, sed semet ipsos cogunt, et implorant Dominum, et sic liberantur a malis quibus restiterunt. Hi postea desistunt ab illis, non per ullum timorem poenae, sed per aversationem mali; ipsa aversatio mali est illis demum resistentia (n. 1164).

Quantum homo illa quae procedunt a Domino amat, tantum a Domino agit; et tantum Dominus mala, quoad ipsas intentiones et voluntates, ubi radices illorum sunt, removet; et semper cum minori renisu et pugna, ita cum faciliori opera, quam in initiis (n. 973).

Apud regeneratos non sunt aliquae tentationes seu pugnae, sed sunt affectiones veri et boni, quae mala e longinquo detinent ab illis; sunt enim prorsus separati ab inferno unde mala, et sunt conjuncti Domino (n. 1164).

Desistas itaque in te quaerere, "Quae sunt bona opera quae faciam?" aut, "Quid boni faciam ut vitam aeternam accipiam?" Abstine modo a malis ut peccatis, et specta ad Dominum, ac Dominus docebit et ducet (n. 979).

(*Videantur articuli*, n. 394, 401[*e*], 543[*b*], 556[*c*], 610, 624[*d*], 734[*d*], 739[*a*], 740[*c*], 825, 837, 864, 936, 938, 949, 965, 969, 970, 971, 979, 989, 1164, 1165, 1201.)

Malus.—(*Vide* ***Navis.***)

"Navis" significat doctrinam ex Verbo; et "tabulae," "remi," "malus," significant varia ex quibus doctrina (n. 514[a]).

Malus.—(*Vide* ***Malogranatum, Malus Punica.***)

"Palma" (*Joel* i. 12) significat gaudium cordis ex bono spirituali, et "malus" ex bono naturali inde (n. 458[b]; *conf.* n. 109).

Malus Punica.—(*Vide* ***Malogranatum.***)

Mamilla. } —(*Vide* ***Ubera.***)
Mamma. }

Per "mamillas" (*Apoc.* i. 13), ubi de Domino, intelligitur Divinum Bonum procedens a Domino (n. 65).

Per "mamillas" (*Esai.* lx. 16) significatur amor spiritualis (n. 65).

Mammon.—Per "injustum mammona" intelliguntur cognitiones veri et boni apud illos qui non juste illos possident, qui sunt qui non applicant illas vitae (n. 242[e]; *conf.* n. 141[b], 430[b]).

Vita moralis, quae est externa vita hominis, vel erit ex origine spirituali, vel ex origine non spirituali; non licet ut sit ex utraque, hoc est, aliquid ejus ex una origine et aliquid ex altera, seu aliquid ex caelo et aliquid ex inferno, quia hoc foret "servire duobus dominis, Deo et Mammoni" (n. 189; *conf.* n. 409[d], 430, 847).

Mamre.—Singula quae memorantur de spelunca Machpelah (*Gen.* xxiii. 9, 17, 19), quod nempe "fuerit in agro Ephronis," quod "coram Mamre," et plura, significabant resurrectionem ad vitam (n. 659[d]).

Manci.—Per "pauperes, mancos, claudos et caecos" (*Luc.* xiv. 21), non intelliguntur tales in naturali sensu, sed tales in spirituali; qui, nempe, quia non habebant Verbum, in ignorantia veri et inde in defectu boni fuerunt, sed usque desiderabant vera, per quae illis bonum (n. 652[d]; *conf.* n. 252[a]).

Mancipia.—(*Vide* ***Servus.***)

Per "animas hominum" (*Apoc.* xviii. 13) proprie intelliguntur mancipia seu servi, per quos in sensu spirituali significantur vera scientifica naturalis hominis inservientia spirituali (n. 750[e]).

"Mancipia" sunt vera scientifica quae ex naturali homine sunt; "animae hominum" sunt bona veris illis correspondentia, quae in genere sunt affectiones sciendi. Quod "mancipium" significet verum scientificum, est quia scientifica naturalis hominis famulantur et serviunt rationali homini ad cogitandum (n. 1156).

Mandare.—(*Vide Joh.* xv. 14, n. 409[d], 785[a].)

Mandata.—(*Vide* ***Praecepta.***)

In Verbo permultis in locis dicitur quod custodirent et facerent mandata Dei, et praecepta Ipsius; et per "facere praecepta Dei" simile intelligitur quod per amare Dominum super omnia, et proximum sicut se ipsum (n. 894).

Mandata quae immediate ex Divino Amore sunt, illa omnia sunt Divinae voluntatis; sunt etiam mandata Divina quae non ex Divina voluntate, sed ex venia et permissione, quorum plura data sunt filiis Israelis (n. 423).

Pluribus in locis dicuntur "testimonia," et simul "lex," "praecepta," "mandata," "statuta" et "judicia;" ac ibi per "testimonia" et "mandata" significantur quae docent vitam, per "legem" et "praecepta" quae docent doctrinam, per "statuta" et "judicia" quae docent ritus (n. 392[e]).

Mandere.—Quod per "mandere linguas" (*Apoc.* xvi. 10) significetur non velle percipere et scire genuina bona et vera, est quia per "linguam" significatur perceptio veri, et per "mandere linguam" retentio ejus (n. 990).

Manducare. } —Per "manducationem" significatur appropriatio (n. 617[c]).
Manducatio. }

Mane.—(*Vide* ***Matuta, Matutina, Gallicinium, Diluculum.***)

"Mane" in Verbo saepius legitur, ac varia secundum seriem in sensu interno significat: in supremo sensu significat Dominum, et quoque adventum Ipsius; in sensu interno significat regnum Ipsius et ecclesiam, et ejus statum pacis; etiam significat statum primum ecclesiae novae, et quoque statum amoris, tum statum illustrationis, proinde statum intelligentiae et sapientiae, et quoque statum conjunctionis boni et veri, qui est quando internus homo conjungitur externo. Quod "mane" tam varia significet, est quia in supremo sensu significat Divinum Humanum Domini; inde etiam omnia illa quae ex Illo procedunt, nam Dominus est in illis quae ab Ipso procedunt, adeo ut sit Ipse ibi (n. 179).

(*Videantur etiam articuli*, n. 376[*g*], 610, 612, 644[*c*], 677, 706[*b*].)

Manere.—"Manere in Domino" (*Joh.* xv. 4–10) est manere in fide et amore in Ipsum ab Ipso (n. 85).

Per "manere in domo" (*Joh.* viii. 35) est in caelo (n. 409[*d*]).

Manna. } —"Manna absconditum" (*Apoc.* ii. 17) est Dominus quoad Divinum
Man. } Humanum: per "edere de illo" significatur jucundum amoris caelestis, nam hoc appropriatur a Divino Humano Domini illis qui recipiunt Ipsum amore et fide. Quod dicatur "manna absconditum," est quia jucundum amoris caelestis, quod accipiunt illi qui per amorem conjuncti sunt Domino, prorsus ignotum est illis qui in amore non caelesti est; et hoc jucundum nemo potest accipere, nisi qui Divinum Humanum Domini agnoscit; ex hoc enim illud procedit. Quia hoc jucundum ignotum fuit filiis Israelis in deserto, ideo vocabant illud "*Man?*" aut "Quid hoc?" (n. 146.)

"Man" significat cibum spiritualem, qui est scientia, intelligentia et sapientia. Quod filii Israelis aversati fuerint spiritualia significatur per "Nunc anima nostra arida est; non quicquam nisi quod ad man oculi nostri" (n. 513[*a*]).

Per "mannam" significatur nutritio spiritualis (n. 750[*e*], 386[*b*]): Domino volente, vertitur cibus spiritualis, qui etiam realis cibus est sed modo pro spiritibus et angelis, in naturalem, similiter ut in mannam quovis mane (n. 617[*a*]).

Manifestari.—Per "manifestari" (*Apoc.* xv. 4) significatur revelari (n. 946).

Mansio.—Amor et sapientia sunt angelis a Domino; et quia sunt a Domino, sunt Domini; proinde sunt Dominus apud illos: quod etiam constat ex Domini verbis ad discipulos (*Joh.* xiv. 22–24), quod "mansionem habeat, in Verbo a Se, apud illos" (n. 926).

Mansuetudo.—(*Vide Ps.* xlv. 5 [*B.A.* 4], n. 298[*b*], 355[*c*], 684[*b*].)

Manus.—(*Vide* ***Dexter, Sinister.***)

"Manus" significat potentiam (n. 72, 329[*f*], 458[*a*]).

Per "dextram," cum de Domino, significatur omniscientia et omnipotentia quae Ipsi ex Divino Bono per Divinum Verum; et per "dextram" cum de angelis et de hominibus, intelligitur sapientia et intelligentia quae illis est ex Divino Bono per Divinum Verum procedens a Domino (n. 298[*b*]).

"Manus" (*Ps.* lxxxix. 22 [*B.A.* 21]) significat omnipotentiam veri ex bono, et "brachium" omnipotentiam boni per verum (n. 684[*c*]).

Per "opus manuum" Domini intelligitur homo ab Ipso regeneratus (n. 585[*b*]).

Manus sunt ultima virium animae hominis (n. 427[*b*]).

Qui credit quod Divinae veritates et bonitates influant absque reactivo seu reciproco apud hominem, multum fallitur; hoc enim foret remittere manus ac immediatum exspectare influxum (n. 616).

"Manus" significant potentiam veri ex ejus intellectu et perceptione; et

per "extendere manus" (*Joh.* xxi. 18, *ubi de Petro*), significatur non illam potentiam habere, inde nec liberum cogitandi et videndi verum (n. 820[*b*]).

Per "manus" in opposito sensu significatur propria potentia, ita etiam quicquid ex proprio hominis provenit; et per "opera manuum" significantur talia quae homo cogitat, vult et facit ex proprio (n. 585[*a,b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae, plurima in parte explicata, videantur*, n. 72, 79, 195[*b*], 253[*b*], 295[*c*], 298[*b*], 315[*c*], 324[*e*], 329[*f*], 340[*b,d*], 355[*f*], 381, 386[*c*], 388[*c,d*], 391[*d*], 395[*d*], 401[*e*], 412[*f*], 427[*b*], 458[*a*], 475[*b*], 577[*b*], 585[*a,b*], 600[*a*], 615, 617[*b*], 619[*b*], 620, 624[*c*], 637[*b*], 653[*a*], 654[*b*], 659[*b*], 684[*c*], 706[*d*], 721[*c*], 734[*b*], 746[*d*], 820[*b*], 886, 908, 960[*a*], 1045.)

Marah.—Aquae in Marah (*Exod.* xv. 23), quae non bibi poterant prae amaritudine, repraesentabant vera adulterata; sanatio illarum per lignum injectum, repraesentabat bonum amoris et vitae, discutiens falsum, et aperiens verum, et sic restituens (n. 618).

Mare.—"Mare" significat communia veri, quale verum est in ultimis caeli et apud hominem in naturali homine, quod verum scientificum vocatur; quod "mare" illa significet, est quia in mari est congregatio aquarum, et per "aquas" significantur vera (n. 275[*a*]; *conf.* n. 326[*c*], 342[*b*], 406[*d*], 447, 511).

Per "mare" significatur naturalis homo, in quem descendunt illa quae sunt in spirituali (n. 275[*b*]; *conf.* n. 342[*b*], 406[*b*]).

"Mare et plenitudo ejus" (*Esai.* xlii. 10) significant naturalem hominem et omnia quae ibi (n. 406[*b*]; *conf.* n. 511).

Per "mare magnum et latum spatiis" (*Ps.* civ. 25) significatur ipsum naturale (n. 650[*b*]); tum externus seu naturalis homo, qui recipit bona et vera scientifice (n. 514[*c*]).

Per "mare orientale" (*Sach.* xiv. 7) significatur naturalis homo quoad bonum, et per "mare posterius" naturalis homo quoad verum (n. 275[*b*]).

Per "mare" (*Apoc.* xiv. 7) significatur Verbum in littera (n. 876).

"Habitantes mare" (*Apoc.* xii. 12) sunt sensuales (n. 752).

Per "a mari ad mare" (*Ps.* lxxii. 8) significantur omnia caeli et omnia ecclesiae (n. 406[*d*]).

Quia "mare" significabat communia veri, ideo vas magnum, quod pro communi lavatione (1 *Reg.* vii. 23–26), vocabatur "mare aeneum" (n. 275[*b*]).

In mundo spirituali apparent variis in locis maria, imprimis circa ultimos terminos ubi desinunt societates spirituales seu ipsum caelum. Quod ibi maria existant, est causa, quia in terminis caeli et extra illos sunt illi qui mere naturales homines fuerunt, qui etiam apparent inibi in fundis, ubi eorum domicilia; sed sunt ibi naturales non mali (n. 511; *conf.* n. 342[*b*], 406[*d*], 538[*a,c*]).

Per "mare vitreum" (*Apoc.* iv. 6; xv. 2) significatur Verbum in sensu litterae pellucens ex sensu spirituali ejus (n. 931).

"Ambulatio Domini super mari" (*Joh.* vi. 19) significabat praesentiam et influxum Domini in ultima caeli et ecclesiae (n. 514[*d*]).

Per "mare" in opposito sensu significatur naturalis homo separatus a spirituali (n. 316[*c*]).

"Projici in mare" significat dejici in infernum (n. 405[*i*]; *conf.* n. 418[*b*], 514[*d*], 538[*b*], 659[*b*], 1182).

Undae marium in quibus sunt probi qui in infimo caelo, sunt tenues et puraé; sed undae marium in quibus sunt mali, sunt crassae et impurae, ita prorsus alia maria. Illi qui ibi non sibi videntur in mari

esse, sed sicut in simili atmosphaera in quali dum vixerunt in mundo; quod in mari sint, apparet solum illis qui supra sunt (n. 342[*b*]).

(*Videantur articuli*, n. 175[*b*], 275[*a,b*], 304[*c,f*], 316[*c*], 326[*c*], 342[*a–c*], 355[*a*], 357[*c*], 365[*d*], 376[*c*], 386[*c*], 395[*d*], 405[*c,d,g*], 406[*b,d*], 418[*b*], 420, 425, 426, 447, 511, 512, 514[*d*], 518[*a,b,d*], 538[*a–c*], 600[*a*], 606, 609, 615, 650[*b,g*], 659[*b*], 684[*c*], 706[*d*], 734[*d*], 741[*c*], 752, 774, 815[*a*], 863[*a*], 876, 931, 934, 965, 967, 969, 1182.)

Margarita.—Per "margaritas" significantur cognitiones boni et veri (n. 1044, 840); et quoque ipsa vera (n. 840, 444[*b*]); cognitiones boni, tum bona per quae vera (n. 1142, 1167); vera caeli et ecclesiae (n. 863[*a*]; *conf.* n. 717[*c*]).

Per "unam pretiosam margaritam" (*Matth.* xiii. 46) significatur cognitio de Domino (n. 1044); et agnitio Domini (n. 840, 863[*a*]): per "emere illam" significatur id Divinum Verum sibi comparare (n. 840); quod "abiens vendiderit omnia quae habuit, et emerit illam," significat quod proprium rejiceret, ut vitam a Domino acciperet (n. 1044).

Maria.—Dicitur de Johanne Baptista quod "impletus sit Spiritu sancto in utero matris; et quod embryo in utero ad salutationem Mariae exultaverit" (*Luc.* i. 15, 41, 44): exultatio in utero ad salutationem Mariae repraesentabat gaudium ex amore conjunctionis Boni et Veri (*de quo plura*, n. 710[*c*]).

Dominus exuit humanum ex matre, ac induit Humanum ex Patre, quod est Divinum Humanum. Inde est quod non esset filius Mariae; quam ideo non vocavit matrem suam (n. 205).

Pontificii per "mulierem" (*Gen.* iii. 15) intelligunt Mariam, et ejus cultum (*de quo plura*, n. 768[*b*]).

Apud illos qui ex Babylonia sunt, Verbum agnoscitur ut Divinum propter Domini verba ad Petrum de clavibus, propter historica de passione, de Maria, de apostolis, propter aliqua dicta quae ad favorem dominii sui pervertere poterant (*de quibus plura*, n. 1055).

Maritata.—"Sterilis quae non pepererat" (*Esai.* liv. 1) significat gentes apud quas nondum vera ex Verbo; "filii desolatae" sunt vera quae accepturi; "filii maritatae" sunt vera apud illos qui in ecclesia (n. 223[*c*]): ecclesia cui est Verbum, ex quo Dominus est notus, intelligitur per "maritatam," cui non filii (n. 721[*a*]).

Maritus.—Dominus dicitur "Sponsus" et "Maritus" et caelum ac ecclesia "sponsa" et "uxor;" omnis qui non in illo conjugio est, non est angelus caeli, nec est homo ecclesiae (n. 660).

"Uxor" est affectio boni, ac "maritus" est intellectus veri; femellae et mares etiam nascuntur tales (n. 863[*a*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 388[*b*], 403[*b*], 595, 983.)

Marmor.—(*Vide* **Lapis.**)

"Marmor" (*Apoc.* xviii. 12) significat sensuale, quod est ultimum vitae cogitationis et voluntatis hominis (n. 1148).

Martyr. }
Martyrus. } —Per "coronam," ubi de tentationibus, significatur vita aeterna, quae victoriae praemium. Simile significatur per "coronam martyrum," quoniam illi in afflictione fuerunt, et fideles usque ad mortem, et quoque in tentationibus, et vicerunt: etiam illis post mortem datae sunt coronae; sed ne honorem sibi inde arrogarent, et sic attraherent fastum, rejecerunt illas e capite suo (n. 358).

"Antipas, martyr fidelis" (*Apoc.* ii. 13), significat illos qui odio habentur propter agnitionem Divini Humani Domini (n. 137).

(*Videatur etiam articulus*, n. 394.)

Mas. } —"Mas" seu "masculus" significat verum (n. 381).
Masculus. } "Uxor" est affectio boni, ac "maritus" est intellectus veri; femellae et mares etiam nascuntur tales (n. 863[*a*]).

Per "masculum" significatur verum quod est intellectus, et per "femina" bonum quod est voluntatis (n. 555[*c*]).

Per "mares" (*Sach.* viii. 4) intelliguntur intelligentes (n. 652[*c*]).

Per "filium masculum" (*Apoc.* xii. 5) significatur doctrina veri pro ecclesia quae Nova Hierosolyma vocatur (n. 725[*a*]).

"Imagines masculi" (*Ezech.* xvi. 17) sunt apparentiae veri, et tamen falsa (n. 725[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae, in quibus* "Mas," *videantur explicata*, n. 195[*b*], 381, 652[*c*], 721[*c*].)

(*Dicta Scripturae Sacrae, in quibus* "Masculus," n. 294[*c*], 555[*c*], 701[*d*], 710[*d*], 711, 724[*a*], 725[*a,b*], 758.)

Massa.—De "massa ficuum" (2 *Reg.* xx. 7; *Esai.* xxxviii. 21), ex jussu Jehovae ad Hiskiam aegrotantem allata (*videatur*, n. 403[*c*]).

"Depsere massam" (*Jerem.* vii. 18) significat doctrinam ex falsis conflare (n. 555[*d*]; *conf. Hos.* vii. 4, n. 540[*a*]).

Massah.—(*Vide Deutr.* xxxiii. 8, n. 444[*b*].)

Mater.—Per "matrem" Domini, et per "mulierem," significatur ecclesia; inde est quod Johannes, qui repraesentavit bona charitatis seu bona opera, post resurrectionem Domini una cum matre Domini habitaverit (n. 821[*b*], 822).

Omne humanum quod Dominus ex matre suscepit, per tentationes, et demum per mortem, a Se rejecit (n. 899[*c*]; *conf.* n. 205, 1108). (*Vide* ***Dominus.***)

Dominus exuit humanum ex matre, ac induit Humanum ex Patre, quod est Divinum Humanum. Inde est quod non esset filius Mariae; quam ideo non vocavit matrem suam (n. 205).

Per "Patrem et Matrem" intelligitur in supremo sensu Dominus et regnum Ipsius, per "Patrem" Dominus, et per "Matrem" regnum Ipsius (n. 375[*a*], 966).

Per "patrem et matrem" significatur ecclesia quoad bonum et verum, per "patrem" ecclesia quoad bonum, et per "matrem" ecclesia quoad verum (n. 624[*e*]).

Per "matrem" in Verbo intelligitur ecclesia (n. 9, 240[*b*], 250[*c*], 257, 280[*b*], 304[*c*], 388[*b*], 600[*b*]).

Per "matrem" significatur affectio veri (n. 504[*e*]).

Per "matrem" significatur verum ecclesiae (n. 532).

Per "matres" significantur vera ecclesiae (n. 750[*e*]).

Per "matres" significantur omnia ecclesiae (n. 376[*c*]).

"Matres et patres" sunt vera et bona interiora, quae "matres et patres" vocantur (*Jerem.* xvi. 3) quia gignunt et producunt exteriora (n. 659[*e*]): sciendum est quod bona et vera procreantia sint in spirituali homine, et quod bona et vera procreata in naturali; et quod illa quae in spirituali homine sunt, sint sicut pater et mater (*de quibus plura*, n. 724[*a*]).

Per "matrem" in opposito sensu significatur ecclesia perversa (n. 280[*b*]; *conf.* n. 1047).

(*Dicta Scripturae Sacrae plura videantur explicata*, n. 304[*e*], 710[*a,b*], 721[*b*], 724[*b*], 727[*a*], 746[*d*].)

Materiae.—Omnia in caelo existunt per vires lucis et caloris ex Sole caeli, qui est Dominus, absque viribus succenturiatis et auxiliatricibus per lucem et calorem e sole mundi; inde sunt materiae in terris nostrae telluris fixae, ac germinationes constantes; materiae autem seu substantiae in

terris quae in caelis sunt non sunt fixae, et inde nec germinationes ex illis sunt constantes (n. 1217).

Materialis.—Purus amor ex quo immediate omnia existunt in mundo spirituali, est immaterialis; at purus ignis, per quem mediate omnia existunt in mundo naturali, est materialis: inde est quod omnia quae in mundo spirituali existunt, sint ex origine sua spiritualia; et quod omnia quae in mundo naturali existunt, sint ex secundaria sua origine materialia; et materialia in se sunt fixa, stata et mensurabilia (*de quibus plura*, n. 1218).

Ipsa lux et ipse calor ex sole mundi non sunt materiales, sed usque afficiunt substantias materiales, lux modificando illas, et calor mutando status illarum: lux autem et calor ex sole mundi sunt naturales, quia sol ille est ignis et non amor (n. 1131).

Cogitatio sensualis hominis est quae vocatur cogitatio materialis, et affectio ejus quae vocatur affectio corporea, quae est cupiditas (n. 543).

Matertera.—Ex illis qui fidem separaverunt a bonis operibus tam doctrina quam vita, exspirant adulteria sicut filii cum matre aut cum matertera (n. 1006).

Matrimonium.—(*Vide* ***Conjugium, Nuptiae.***)

Per "contrahere matrimonium et nuptui dare" (*Matth.* xxiv. 38), significatur conjungere falsum malo et malum falso, nam agitur ibi de statu ecclesiae quando instat ultimum judicium (n. 617[*e*]).

Matrix.—(*Vide* ***Uber, Uterus, Venter, Vulva.***)

Omnia membra generationi dicata, tam apud mares quam apud feminas, significant amorem conjugialem, ac "uterus" ejus intimum, quia ibi fetus concipitur, et incrementa capit, usque dum nascitur (n. 710[*a*]).

Quod "apertura uteri" seu "matricis" significet aperturam mentis spiritualis, est ex correspondentia, uterus enim correspondet bono amoris caelestis (n. 865).

Quod audiantur et sciantur vera ex Verbo, et tamen per illa non fiat reformatio, significatur (*Esai.* xxxvii. 3) per quod "venerint filii ad matricem, nec vires ad pariendum" (n. 721[*b*]).

Matuta. } ***Matutina.*** } —(*Vide* ***Mane, Gallicinium, Diluculum.***)

Quod Divinum Verum ex Divino Bono Domini procedat, intelligitur (2 *Sam.* xxiii. 4) per "Sicut lux matutae oritur Sol;" comparatio est cum luce, quia "lux" significat Divinum Verum procedens, et cum matuta, quia "mane" significat Divinum Bonum (n. 644[*c*]; *conf.* n. 401[*b*], 701[*b*]).

Per "stellam matutinam" (*Apoc.* ii. 28) significatur intelligentia et sapientia ex Divino Humano Domini (n. 179).

Maxilla.—Omnia quae oris sunt prout "guttur," "os," "labia," "maxillae," "dentes," significant talia quae perceptionis et intellectus veri sunt, quia illis correspondent. Per "maxillam" significatur perceptio et intellectus veri interioris, per "maxillam dextram" affectio et inde perceptio ejus, et per "maxillam sinistram" intellectus ejus (n. 556[*b*]; *conf.* n. 556[*a*]).

"Maxillae" (*Esai.* xxx. 28) sunt cogitationes a sensuali corporeo, ita ex fallaciis (n. 923).

Maximus Homo.—(*Vide* ***Homo.***)

Caelum angelicum, in se spectatum, est ex Divino quod procedit ex Divino Humano Domini: inde est quod caelum angelicum in toto complexu sit sicut unus homo; quare etiam caelum illud vocatur Maximus Homo (n. 391[*c*]; *conf.* n. 280[*c*], 622[*a*], 837, 955, 1223, 1224).

In capite Maximi Hominis, qui est caelum, sunt illi qui in amore in Do-

minum a Domino sunt, et hi vocantur caelestes; in corpore autem, a pectore usque ad lumbos Maximi illius Hominis sunt illi qui in amore erga proximum sunt, qui vocantur spirituales; at in pedibus Maximi Hominis sunt illi qui obscure in fide charitatis sunt, et hi vocantur naturales (n. 708).

Medela.—Liberatio a malis et falsis significatur (*Jerem.* xxxiii. 6) per "Ascendere facturus sum eis sanitatem et medelam, et sanaturus sum eos;" spiritualiter enim sanari est a malis et falsis (n. 365[*e*]).

Media nox.—(*Vide* ***Nox.***)

Per "mediam noctem," qua clamor ortus est (*Matth.* xxv. 6), significatur ultimum judicium, et in genere ultimum vitae hominis, quando judicabitur vel ad caelum vel ad infernum (n. 252[*b*]).

Mediate.—Quod homo a Domino eripiatur ex inferno, et elevetur ad Se in caelum, non immediate, sed mediate; media sunt praecepta vitae, per quae Dominus ducit illum qui vult duci (n. 940; *de quibus plura videantur*, n. 805[*g*]).

Dominus neminem immediate docet, sed mediate per illa quae apud hominem sunt ex auditu et visu (n. 1176).

Medicus.—Periti artis botanicae, chymicae, medicae et pharmaticae, in scientiam usuum spiritualium ex vegetabilibus in caelis veniunt post mortem, et quoque illam exercent, ac illa quam maxime delectantur (n. 1214).

Medium. } —"Medium" significat intimum et centrum a quo (n. 97); centrum
Medius. } quo omnia quae circumcirca spectant, et ex quo procedunt (n. 110).

"In medio" significat intus apud hominem (n. 222[*b*]; *conf.* n. 659[*b*]); "in medio" significat omnes et ubivis (n. 922[*b*]); "in medio" significat in universo, et sic omnes (n. 529).

Unde est quod "medium," quia significat intimum, etiam significet totum (*de quo plura*, n. 313[*a,b*]; *conf.* n. 340[*d*], 482, 684[*e*]).

"In medio poni" significat inde omnia (n. 431[*a*]).

Rationalis homo est medius (n. 654[*b*]).

Omnia media sapiunt ex fine, et in essentia sua sunt talia quales sunt fines; quare etiam vocantur fines intermedii (n. 182).

Quod homo a Domino eripiatur ex inferno et elevetur ad Se in caelum, non immediate, sed mediate; media sunt praecepta vitae, per quae Dominus ducit illum qui vult duci (n. 940; *de quo perplura videantur*, n. 805[*g*]).

Facultas intelligendi vera est apud omnem hominem etiam malum; nam illa est spirituale hominis, et ipsissimum medium regenerationis ejus (n. 970).

Quod Dominus provideat ut homo, per illa quae suae religionis facit, possit reformari et salvari: et quod provideat omni genti universale medium salutis (n. 1176).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 97, 110, 222[*b*], 304[*d,f*], 313[*a,b*], 340[*d*], 391[*d*], 482, 555[*c*], 654[*b,g*], 659[*b*], 684[*e*], 922[*b*].)

Medulla oblongata. }
Medulla spinalis. } —Ex fibrillis quae ex substantia corticali procedunt, quarum primae sunt inconspicuae, et dein confasciatae, producitur substantia medullaris totius cerebri, cerebelli et
Medullaris. }
medullae oblongatae (*de quibus plura*, n. 775).

Quod "caudae" (*Apoc.* ix. 10) significent scientifica sensualia, est quia caudae, quae exporrectae exstant apud animalia terrae, sunt continuationes spinae dorsi, quae medulla spinalis vocatur, et haec est continuatio cerebri, ac per "cerebrum" significatur intelligentia et sapientia, similiter ac per "caput," ex causa quia intelligentia et sapientia ibi in suis principiis resident (n. 559).

Medus.—Per "Medum" (*Esai.* xiii. 17) intelliguntur qui contra ecclesiae vera et bona sunt (n. 242[*d*]; *conf.* n. 357[*c*], 710[*c*], 724[*c*]).
"Arcus Medi" significant doctrinalia falsi pugnantis contra vera et bona (n. 242[*d*]; *conf.* n. 357[*c*]).

Megiddon.—Per "Armageddon" (*Apoc.* xvi. 16) significatur amor honoris, imperii et supereminentiae; hic amor etiam per "Megiddonem" (2 *Reg.* xxiii. 29, 30; 2 *Chron.* xxxv. 20–24; *Sach.* xii. 11) in lingua vetusta Hebraea significatur, ut patet a significatione illius vocis in lingua Arabica (n. 1010).

Mel.—Per "mel" (*Esai.* vii. 15) significatur Divinum Bonum naturale (n. 617[*b*]).

"Mel" significat bonum naturale (n. 619[*b*]); bonum ex origine naturali (n. 1153); jucundum boni naturalis (n. 619[*a*]); bonum amoris naturalis (n. 304[*e*], 619[*b*]); bonum amoris in naturali homine (n. 433[*c*]).
"Mel" (*Ps.* cxix. 11 [*B.A.* 10]) significat bonum naturale, "stillatio favorum" verum naturale (n. 619[*b*]).
Per "oleum" (*Jerem.* xli. 8) significatur bonum interni hominis, et per "mel" ejus jucundum (n. 374[*b*]; *conf. Ezech.* xvi. 19, n. 619[*b*]).
Per "locustam" (*Matth.* iii. 4) significatur verum naturalis hominis, et per "mel agreste" bonum ejus (n. 619[*c*]).
Quod Simson, postquam discerpserat leonem juvenem, in cadavere ejus invenerit examen apum et mel (*Judic.* xiv. 8), significabat quod, postquam fides separata a charitate dissipata est, loco ejus succedat bonum charitatis (n. 619[*c*]).

Per "mel" in opposito sensu significatur jucundum mali naturalis hominis (n. 619[*c*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae plura videantur explicata*, n. 146, 314[*b*], 375[*e*(viii.)], 411[*c*], 543[*d*], 617[*b*], 619[*a–c*], 621.)

Melancthonismus.—Inter haereses (n. 1176).

Melchizedech.—Dominus ut Sacerdos (*Ps.* cx. 4) est Divinum Bonum, ac ut Rex sanctitatis, qui est Melchizedech, est Divinum Verum (n. 179).
Per Melchizedechum (*Gen.* xiv. 18, 19) repraesentabatur Dominus quoad Divinum Bonum et quoad Divinum Verum; per illum ut sacerdotem Divinum Bonum, et per illum ut regem Divinum Verum (n. 376[*c*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 340[*b*], 365[*f*].)

Melecheth caelorum.—"Melecheth caelorum" (*Jerem.* xliv. 17, et seq.) significat falsa in omni complexu (n. 324[*e*]): "Melecheth caelorum" sunt omnia mala in complexu, "Melecheth" enim caelorum simile significat cum "exercitu" caelorum (n. 555[*d*]).

Meles.—Intima regni caelestis significabantur per illa quae super mensa in Tabernaculo, quae erant panes; exteriora autem per illa quae tegebant (*pelles melis*, *Num.* iv. 8), quae se referunt ad vera ex bono (n. 1042).

Melolontha.—Per "locustam," "melolontham," "bruchum," et "erucam" (*Joël* i. 4; ii. 25), significantur falsa et mala vastantia seu consumentia vera et bona ecclesiae (n. 573[*b*]; *conf.* n. 543[*c*]).

Membra.—(*Vide* ***Generatio, Genitalia.***)
Omnia quae in corpore sunt, quae vocantur membra, viscera et organa, non sunt aliud quam formae naturales corporeae correspondentes formae spirituali mentis (n. 1004).
Omnia membra generationi dicata, tam apud mares quam apud feminas, significant amorem conjugialem (n. 710[*a*]); correspondent amori caelesti et ejus productis, quae sunt usus, qui vocantur vera illius amoris (n. 710[*b*]); correspondent societatibus tertii seu intimi caeli (n. 985).

Quoniam talis correspondentia est membrorum genitalium utriusque sexus, patet quod a creatione sancta sint, ac ideo unice dicata casto et puro amori conjugiali, et non profananda ab incasto et impuro amore adulterii (n. 985).

Membrana.—Antiquis temporibus scriptum fuit super membranis, quae convolvebantur, et membrana vocabatur "liber," et "volumen libri" (n. 299).

Memor.—"Memor esse" (*Apoc.* ii. 5) est recordatio priorum (n. 105).

Memoriae.—Cuivis homini sunt binae memoriae, nempe memoria naturalis et memoria spiritualis; homo ex utraque potest cogitare, ex memoria naturali quando loquitur in mundo cum hominibus, ex memoria autem spirituali quando ex spiritu; et homo raro loquitur ex spiritu cum alio, sed modo secum, quod est cogitare (n. 569[*a*]; *de quibus videantur plura*, n. 832).

Cognitiones quod Deus sit, et quod Verbum sit Divinum, ac similia, non sunt in homine, sed in introitu ad illum, qui est ejus memoria, priusquam sunt in ejus voluntate. Memoria apud hominem ventriculis ruminatoriis correspondet (*de quibus plura*, n. 242[*a*]).

Si antiquissimi spiritualia tradidissent memoriae naturali, et eo modo appropriavissent sibi illa, periisset insitum quod apud illos (*de quo plura*, n. 617[*c*]).

(*Vide Matth.* xxvi. 13, n. 659[*d*]; *Apoc.* xvi. 19, n. 1021.)

Memoriale.—"Ut sit panis in memoriale" (*Levit.* xxiv. 7), significat ut recipiatur et audiatur a Domino (*de quo plura*, n. 324[*b*]).

Menascheh. } —(*Vide* ***Ephraimus.***)
Menasses. } "Menascheh" in Verbo significat voluntarium ecclesiae, quod est boni (n. 316[*d*]; *conf.* n. 336[*b*], 386[*b*], 440[*a*], 746[*c*]); voluntarium ecclesiae, et inde bonum vitae (n. 440[*a*], 441); bonum in naturali (n. 449[*b*]); bonum novi naturalis hominis (n. 440[*a*]); voluntatem boni in naturali (n. 440[*a*]); bonum in naturali homine ex origine spirituali (n. 440[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 316[*d*], 336[*b*], 386[*b*], 405[*c*], 434[*d*], 435[*a,b*], 440[*a,b*], 441, 449[*b*], 450, 617[*e*], 746[*c*].)

Mendacium. } —(*Vide* ***Mentiri.***)
Mendax. } "Mendacium" et "mendax" significat falsum (n. 100, 329[*f*], 559, 653[*b*]).

"Mendacium" significat falsum et falsificatum (n. 186[*a*]); falsum doctrinae (n. 211).

"Proprium" (*Joh.* viii. 44) significat malum voluntatis, ac "mendacium ex proprio" significat falsum inde (n. 740[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 100, 122, 141[*b*], 186[*a*], 193[*a*], 223[*c*], 238, 329[*f*], 355[*d,e*], 357[*c*], 433[*e*], 540[*a*], 559, 587[*b*], 589, 622[*b*], 653[*b*], 710[*b*], 740[*b*], 768[*e*], 866.)

Mens.—Sunt duae facultates vitae apud hominem; una vocatur intellectus, et altera voluntas. Illae facultates sunt inter se prorsus distinctae, sed creatae ut unum faciant; et cum unum faciunt, vocantur una mens (n. 1170).

Sunt apud unumquemvis hominem binae mentes, una interior quae vocatur mens spiritualis, et altera exterior quae vocatur mens naturalis: mens spiritualis est creata ad receptionem lucis e caelo, mens autem naturalis ad receptionem lucis e mundo; quare mens spiritualis, quae est interior mens hominis, est caelum apud illum, et mens naturalis, quae est exterior mens hominis, est mundus apud illum (n. 644[*a*]; *conf.* n. 406[*a*], 408).

Mens inferior seu exterior vocatur naturalis homo, mens autem superior seu interior vocatur homo spiritualis. Binae illae mentes, superior et infe-

rior, sunt prorsus distinctae; homo per mentem inferiorem est in mundo naturali una cum hominibus ibi, at per mentem superiorem est in mundo spirituali cum angelis ibi (n. 527).

In specie, est homini mens spiritualis, est mens rationalis, est mens naturalis, et est mens sensualis. Homo per mentem spiritualem est in caelo, et est caelum in minima forma; per mentem naturalem est in mundo et est mundus in minima forma; caelum apud hominem cum mundo in illo communicat per mentem rationalem, et cum corpore per mentem spiritualem. Apud hominem post nativitatem ejus aperitur primum mens sensualis, postea mens naturalis, et sicut intelligentiae studet mens rationalis, et sicut sapientiae mens spiritualis (*de quibus perplura*, n. 1056; *conf.* n. 569[*a*], 969).

Mens naturalis est plena omnis generis malis; mala in illa mente resident, sunt enim amores illorum ibi, et inde jucunda cogitandi, volendi et faciendi illa. Inde patet quod antequam Dominus e caelo cum caelo possit influere, et formare hominem ad imaginem caeli, necessario removenda sint mala quae in mente naturali coacervata resident (n. 969).

Est quidem unicuivis homini facultas intelligendi vera, nam haec facultas est per quam homo distinguitur a bestiis; haec quoque residua est apud omnem hominem etiam malum, nam illa est spirituale hominis, et ipsissimum regenerationis ejus; homo enim per vera regeneratur a Domino, quae nisi posset intelligere non posset recipere, et sic reformari (n. 970).

Mens interior humana formata prorsus est ad imaginem caeli; mens illa, nisi bonum apud hominem est, non aperiri potest (n. 365[*a*]): mens interior, quae est caelum apud hominem, aperitur quantum homo agnoscit Divinum Domini; et tantum homo agnoscit, quantum est in bono amoris et charitatis ac in veris doctrinae et fidei; at mens haec interior tantum non aperitur, quantum non agnoscit Divinum Domini, et non vivit vitam amoris et fidei; et mens illa tantum clauditur, quantum homo in malis et inde falsis est (n. 644[*a*]).

Cum mens superior clausa est, tunc mens naturalis non recipit aliquid veri et boni, proinde non intelligentiam e caelo, sed solum e mundo (n. 577[*a*]; *conf.* n. 579): tunc mens naturalis fit infernum apud hominem; in mente enim naturali est malum et falsum ejus; quare cum clausa est mens spiritualis, quae est caelum apud illum, tunc dominatur naturalis mens, quae est infernum (n. 644[*b*]).

Mens naturalis aperitur per scientias et cognitiones veri et boni, et mens spiritualis aperitur per vitam secundum illas, quod fit apud illos qui vera Verbi sciunt, agnoscunt et credunt, ac secundum illa vivunt; illa mens non apud alios aperitur: quando mens spiritualis aperta est, tunc lux caeli, quae est Divinum Verum, per illam in mentem naturalem influit, et ibi disponit vera ad correspondentias (n. 1050; *conf.* n. 177). (*Vide Illustratio.*)

Sciendum est quod rationale non introducat aliquem in spirituale, sed quod modo dicatur quia sic apparet; spirituale enim influit in naturale medio rationali, et sic introducit (*de quo plura*, n. 569[*a*]).

Amare vera, et ex amore velle illa, et ex ea voluntate facere illa, est ex caelo, hoc est, per caelum a Domino, et est in sua natura caeleste et Divinum; hoc non influere potest immediate in mentem naturalem, sed mediate per mentem spiritualem (*de quibus plura*, n. 714[*a*]).

Qualis est homo in suis principiis, talis est in toto; nam corpus cum omnibus et singulis ejus est derivatum. Dum fit spiritus, bonus aut malus, tunc totum spirituale ejus corpus, a capite ad calcem, est prorsus tale qualis est ejus mens (n. 775).

Homo qui in mundo vitam amoris in Dominum et vitam charitatis erga proximum vivit, post excessum e mundo in intelligentiam et sapientiam angelicam ineffabilem venit; nam mens ejus interior, quae est ipsa mens ejus spiritus, tunc aperitur; et homo tunc, cum fit angelus, ex illa cogitat

et loquitur. Mens talis spiritualis, quae similis est menti angelicae, cuivis homini inest; sed in mundo, quia per corpus materiale ibi loquitur, videt, audit et sentit, intra mentem naturalem latet, seu supra hanc vivit; et homo quod inibi cogitat, tunc prorsus ignorat; nam cogitatio illius mentis tunc influit in mentem naturalem, ac se ibi limitat, finit, et sistit videndam et percipiendam (n. 625; *conf.* n. 177, 569[*a*]): illae binae mentes ita distinctae sunt, ut homo, quamdiu vivit in mundo, non sciat quid apud se peragitur in mente sua superiore; et quando fit spiritus, non sciat quid peragitur in mente inferiore (n. 527; *conf.* n. 625).

Quod homo quoad spiritum suum inter spiritus et angelos sit, et quidem in ea societate illorum in quam venturus est post mortem, causa est, quia mens spiritualis prorsus formata est ad imaginem caeli, usque adeo ut sit caelum in minima forma; quare non alibi est quam ubi est forma ejus, et hoc tametsi illa mens adhuc in corpore est (n. 751; *conf.* n. 759).

Dum binae mentes conjugum unum agunt, tunc etiam bina corpora potentialiter ita unita sunt ut non sint duo amplius, sed una caro (n. 1004).

Bestia non gaudet aliqua mente spirituali, sed solum naturali; ideo interiora ejus, quae solum sunt scientiae et affectionis, non possunt a Domino elevari, et conjungi Ipsi; quare non vivit post mortem (*de quo plura*, n. 1202).

Mensa.—"Mensae" significant omnia quae nutriunt spiritualem vitam, per "mensas" enim intelliguntur cibi qui super iis (n. 235; *conf.* n. 375[*e*(viii.)], 519[*a*]).

"Edere et bibere super mensa Domini in regno Dei" (*Luc.* xxii. 30), est conjungi Domino per amorem et fidem, ac frui beatitudine caelesti (n. 252[*a*]).

"Mensae" (*Ps.* cxxviii. 3) sunt instructiones (n. 340[*c*]).

Per "disponere mensam" (*Ps.* xxiii. 5) significatur spiritualiter nutriri (n. 727[*a*]).

Per "panes" (*Levit.* xxiv. 5, 6) significabatur bonum amoris, ac per "mensam" receptio ejus, ita quoque verum in communi, quia hoc est recipiens boni (n. 430[*b*]).

Per "vendentes et ementes in Templo" (*Matth.* xxi. 12) significantur qui sibi quaestum faciunt ex sanctis; per "mensas numulariorum" significantur qui ex sanctis veris, et per "cathedras vendentium columbas" significantur qui ex sanctis bonis (n. 840).

Per "mensas plenas vomitu egestionis" (*Esai.* xxviii. 8) significantur vera et bona falsificata et adulterata (n. 235).

Mensis.—Per "producta mensium" (*Deutr.* xxxiii. 14) significantur omnia quae procedunt ex spirituali regno Domini; "menses" hic significant similia quae "lunae," nempe vera ex bono, eadem enim vox est utrique in lingua originali (n. 401[*e*]).

Per "menses," sicut per omnia "tempora" in Verbo, significantur status vitae (n. 548).

(*Videantur etiam articuli*, n. 555[*c*], 561, 571, 633[*a*,*c*], 636.)

Mensura. }
Mensurare. } —(*Vide* ***Metiri, Dimensiones, Ponderatio.***)
Mensurabiles. }

Per "spiritum," quem Deus dat (*Joh.* iii. 34), significatur Divinum Verum, et inde intelligentia et sapientia; per "non ex mensura" significatur supra omne quantum et quale hominum, consequenter infinitum (n. 629[*c*]).

Per "mensuram" significatur quale rei, seu qualitas; per "metiri" et "mensurare" significatur designare et determinare quale rei, tum etiam explorare illud (n. 629[*c*]).

Per "mensuram" significatur aestimatio rei secundum quale (n. 629[*c*]).

In mundo spirituali non sunt distantiae quae constantes et inde mensurabiles sicut in mundo naturali (n. 628).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 280[*b*], 373, 374[*c*], 430[*b*], 627[*a*], 629[*a–c*].)

Mentiri.—(*Vide* ***Mendacium.***)

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 186[*a*], 211, 376[*d*], 395[*b*], 403[*b*].)

Mercari. ***Mercator.*** ***Mercatura.*** ***Merces.*** —(*Vide* ***Negotiari.***) Per "negotiari" et "mercari" in Verbo significatur cognitiones veri et boni comparare et communicare (n. 355[*c*]; *conf.* n. 840): "mercator" est qui comparat sibi illas et communicat (n. 275[*a*]): "mercaturae" seu "merces" significant illas cognitiones (n. 840; *conf.* n. 617[*b*]).

"Mercatores" (*Apoc.* xviii. 23) in opposito sensu sunt qui sibi comparant talia quae inserviunt dominationi, ex quibus non modo lucrantur honores, sed etiam mundi opes (n. 1190).

(*Videantur articuli*, n. 141[*b*], 275[*a*], 406[*c*], 514[*b*], 543[*c*], 617[*b*], 840, 978, 1104, 1162, 1190.)

Mercenarius.—Qui non ex affectione spirituali loquunter verum et faciunt bonum, sed modo ex affectione naturali, et cogitant jugiter de caelo ut mercede, illi repraesentati sunt per mercenarios in Ecclesia Israelitica. Mercenarii autem qui non cogitant de mercede in caelo sed de mercede in mundo, ita qui bonum faciunt propter lucra, sive sint honores sive opes, illi qui bonum faciunt ex amore honorum et opum, ita propter se et mundum, illi naturales infernales sunt (*vide Joh.* x. 11–13, n. 695[*d*]).

Merces.—Per "mercedem" in Verbo significatur caelum, quod est illis qui in amore veri et boni spirituali sunt (n. 695[*d*]).

Per "Isascharem," in prophetico Israelis de filiis suis, intelliguntur qui spectant animo mercedem propter bona quae faciunt, et sic ponunt meritum in operibus (n. 445).

Quia per "mercedem" in opposito sensu significatur infernum quoad affectionem falsi ex malo, ideo falsificatio veri in Verbo passim vocatur "merces meretricia" (n. 695[*d*].)

(*Videantur articuli*, n. 141[*b*], 304[*d*], 328[*c*], 403[*b*], 445, 587[*c*], 624[*b*], 695[*a–d*], 710[*b*].)

Meretricatio.—(*Vide* ***Meretrix, Scortatio.***)

Meretricia.—(*Vide* ***Merces,*** n. 141[*b*], 304[*d*], 403[*b*], 587[*c*], 695[*d*].)

Meretrix. ***Meretricatio.*** ***Meretricatus.*** —(*Vide* ***Scortatio.***) Per "scortationes," "meretricatus," et "adulteria," quae toties in propheticis Verbi nominantur, significantur falsificationes et adulterationes veri ac boni doctrinae ecclesiae, ita Verbi (n. 862).

"Meretrix" significat falsificationem veri (n. 323[*c*]).

Causa quod Babylon dicatur "meretrix magna," et "mater scortationum et abominationum terrae," est quia amor dominandi super omnia mundi, et insuper super omnia caeli et ecclesiae, ac demum super Ipsum Dominum, non potest aliter quam prorsus convertere Divina vera in falsa, et Divina bona in mala, ita ecclesiam in religiosum in quo omne bonum et verum ejus adulteratum et profanatum est (n. 1032; *conf.* n. 1008, 1076, 1080).

"Mercedes meretriciae" sunt cognitiones veri et boni quas applicuerunt falsis et malis, et sic perverterunt (n. 141[*b*]; *conf.* n. 304[*d*], 403[*b*], 587[*c*], 695[*d*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 141[*b*], 304[*d*], 323[*c*], 376[*g*], 403[*b*], 587[*c*], 644[*b*], 695[*d*], 863[*b*], 1032, 1076, 1080.)

Meribah.—(*Vide Deutr.* xxxiii. 8, n. 444[*b*].)

Meridies.—(*Vide* ***Plagae.***)

Omnes plagae in mundo spirituali determinantur ab oriente, ubi Dominus ut Sol. Omnes angeli et spiritus habitant ibi in plagis secundum quale sui boni et veri; qui in bono amoris in Dominum sunt, habitant in oriente et occidente ibi; et qui in veris ex illo bono sunt, habitant in meridie et septentrione (n. 422[*a*]).

"Meridies" est ubi verum fidei est in claro; "septentrio," ubi in obscuro (n. 239[*b*]).

"Meridies" est status lucis (n. 223[*b*]); ita intelligentiae (n. 717[*d*]).

"Meridies" significat illos qui in bono spirituali, et inde in luce veri (n. 449[*b*]).

Per "regem meridiei" intelliguntur qui in intelligentia ex Verbo sunt, quia in charitate (n. 717[*d*]).

"Meridies" (*Amos* viii. 9) significat ubi cognitiones boni, et "dies lucis" ubi cognitiones veri (n. 401[*d*]).

"Offendere in meridie sicut in crepusculo" (*Esai.* lix. 10), est errare in falsis tametsi in luce possunt esse ex Verbo (n. 239[*b*]).

(*Videantur articuli*, n. 21, 31[*a*], 223[*b,c*], 239[*b*], 252[*a*], 298[*b*], 316[*c*], 336[*b*], 355[*b,d*], 357[*a*], 386[*d*], 401[*d*], 405[*d*], 412[*f*], 417[*a*], 419[*f*], 449[*b*], 504[*e*], 573[*b*], 600[*a,c*], 610, 629[*a*], 717[*d*], 724[*d*], 750[*e*], 811[*b*].)

Meridionalis.—(*Vide* ***Meridies, Plaga.***)

Meritum.—Per "meritum Domini" intelligitur quod Ipse ex propria potentia salvaverit illos qui credunt in Ipsum ac faciunt quae praecepit; hoc meritum non imputari potest, sed implorari (n. 810; *conf.* n. 714[*b*(ii.)], 805[*e*]).

Per "Isascharem" intelliguntur qui spectant animo mercedem propter bona quae faciunt, et sic ponunt meritum in operibus (n. 445).

Merum.—Quod "misceri mero" (*Apoc.* xiv. 10) significet conjungi falsificatis veris Verbi, est quia per "merum" intelligitur vinum inebrians, et inde quoque inebriatio; proinde in sensu spirituali deliratio in veris per falsa, nam deliratio in veris per falsa est spiritualis inebriatio: vox etiam qua exprimitur "merum" in lingua originali, derivatur a voce quae significat *inebriari* (*de quibus plura*, n. 887; *conf. Deutr.* xxxii. 14, n. 374[*c*]).

Meschech.—Per nomina "Javan," "Thubal," et "Meschech" (*Ezech.* xxvii. 13), significantur talia quae boni et veri sunt, de quibus cognitiones (n. 70).

Per "Javan," "Thubal" et "Meschech" significantur qui in cultu externo (n. 355[*c*]).

Mesopotamia.—Idololatrica et magica apud varias gentes in Asia fuerunt (n. 827[*a*]).

Messias.—(*Vide* ***Christus, Dominus, Unctio.***)

"Unctus" dicitur *Christus* in Graeca lingua, et *Messias* in Hebraea; et Unctus est Rex (n. 684[*a*]).

Per "Unctum," "Messiam," et "Regem," intelligitur Dominus quoad Divinum Verum, et quoque quoad Divinum Humanum quando fuit in mundo, nam tunc Dominus quoad Humanum suum fuit Divinum Verum (n. 684[*a*]).

(*Videantur articuli*, n. 31[*b*], 120, 315[*d*], 375[*e*(vi.)], 684[*a,d*], 706[*b*].)

Messis. } —(*Vide* ***Consummatio, Metere.***)
Messores. }

"Messis" significat statum ultimum, seu finem (n. 911[*a*]).

Quod per "messem" ultimus status ecclesiae significetur, est quia per "frumentum," quod est messis, significatur bonum et inde verum ecclesiae (n. 911[*c*]).

Per "messem" significantur omnia quae spirituáliter nutriunt hominem (n. 911[c]).
Incrementum ecclesiae apud hominem in particulari, et apud homines in communi, a Domino, etiam describitur apud *Marcum* (cap. iv. 26–29), ubi dicitur, "Quum autem productus fuerit fructus, statim mittit falcem, quia institit messis" (n. 911[c]).
Quia talia significantur per "messem," ideo bina festa apud filios Israelis instituta fuerunt, quorum unum vocabatur "Festum septimanarum," quod erat primitiarum messis, et alterum "Festum tabernaculorum," quod erat collectionis fructuum terrae (*de quibus plura*, n. 911[c]).
Per "messem" significatur ultimus status ecclesiae, praecedens ultimum judicium, quando Dominus explorat unumquemvis et separat (n. 908).
"Messis" etiam est ultimum judicium (n. 426).
"Messores sunt angeli" (*Matth.* xiii. 39), significat quod Divinum Verum a Domino separat (n. 911[a]).

(*Videantur articuli*, n. 175[b], 397, 403[c], 417[a], 426, 555[d], 610, 644[b], 724[e], 908, 911[a–c], 912, 922[c].)

Metalla.—(*Vide* ***Aurum, Argentum, etc.***)
Metalla, aeque ac reliqua telluris, ex correspondentia significant spiritualia et caelestia, quae omnia se referunt ad vera et bona (*de qua correspondentia videantur plura*, n. 176).
Quod ab antiquis saecula vocata sint a metallis, causa (n. 176).

Metere.—(*Vide* ***Messis.***)
"Venit hora metendi" (*Apoc.* xiv. 15) significat quod sit tempus colligendi bonos et separandi illos a malis (n. 911[a]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 304[b], 374[b], 376[b], 911[a–c].)

Metiri.—(*Vide* ***Mensura, Dimensiones, Ponderatio.***)
Per "metiri" significatur explorare quale rei (n. 220[b]; *conf.* n. 629[a–c]).

Metus.—(*Vide Luc.* xxi. 26, n. 304[f].)

Mica.—"Velle saturari micis ex mensa divitis" (*Luc.* xvi. 21) est desiderare aliqua vera e Verbo (n. 118).

Michael.—Per "angelum" in Verbo non intelligitur unus angelus, sed integra societas angelica; ut per "Michaelem," "Gabrielem," "Raphaelem" (n. 302; *conf.* n. 735).
"Michael et angeli ejus" (*Apoc.* xii. 7) sunt qui pro Divino Domini in Humano Ipsius (n. 735).

(*Videantur etiam articuli*, n. 714[d], 740[c], 758.)

Middin.—"Asinae albae" (*Judic.* v. 10, 22) significant rationale quoad bonum, et "middin" rationale quoad verum (n. 355[f]).

Midian. } —Per "turmam camelorum et dromades Midianis et Ephae" (*Esai.*
Midianita. } lx. 6) significantur cognitiones veri et boni in copia (n. 324[c]).

Per "Midianem" in opposito sensu significantur illi qui in cognitionibus veri sunt, sed usque non in vita secundum illas (n. 430[b]).
Per "Midianem" (*Judic.* vii. 7) intelliguntur qui non verum curant, quia mere naturales et externi; quare percussi sunt ab illis qui "lamberunt aquas in manu, sicut canis;" per hos enim intelliguntur qui appetunt vera (n. 455[b]).
Per "Midianem" (*Judic.* vi. 1, 2) intelligitur perversio boni et veri (n. 410[c]).
Per "Midianitas" repraesentabantur qui in falsis mali (n. 502; *conf.* n. 555[c]).
"Mulieres Midianitides" (*Num.* xxxi. 17) significaverunt conspurcationem boni per falsa, et inde bonum adulteratum et profanatum (n. 555[c]).

Migratio. } —Per "migrare e loco" (*Ezech.* xii. 3–11) significatur rejectio, per
Migrare. } "vasa migrationis" significantur vera doctrinae (n. 811[*a*]).

Militare.—Dominus per vera et bona caeli et ecclesiae removet inferna in communi, et apud unumquemvis in particulari; inde est quod tribuatur Jehovae (*Esai.* xxxi. 4) quod Ipse pugnet et militet sicut heros et vir belli (n. 734[*c*]).

Milites.—Per "milites" (*Joh.* xix. 35–37) intelliguntur qui ab ecclesia sunt, et pro Domino militarent; in genere, omnes qui ab ecclesia in falsis ex malo sunt (n. 38; *conf.* n. 64, 195[*c*], 375[*c*]).

Militia.—Ministeria Levitarum circa Tentorium conventus vocata sunt militia, tametsi illi non militarunt contra hostes terrae: ex hoc patet quod sacerdotium sit militia, sed militia contra falsa et mala (n. 734[*d*]).

Mille.—(*Vide* ***Chiliades.***)

Simile significatur per "mille" quod per "centum;" ac simile per "centum" quod per "decem" (n. 633[*c*]). (*Vide* ***Decem.***)

"Quinquies mille viri praeter mulieres et pueros" (*Matth.* xiv. 21) significant omnes qui ab ecclesia in veris ex bono sunt (n. 430[*c*]).

Quid significant numeri "mille," "quatuor millia," "septem millia," "octo millia," "decem millia," "duodecim millia," "sedecim millia," "septuaginta millia," "centum millia," "centum quadraginta quatuor millia (n. 430[*a*]); "octodecim millia" (n. 438); "mille ducenta sexaginta (n. 636); "mille quadringenta quadraginta" (n. 430[*a*]); "mille sexcenta" (n. 430[*a*], 924, 928).

Milliare.—Per "milliare" (*Matth.* v. 41) simile significatur per "viam," nempe, id quod abducit et ducit: "Quisquis te adegerit ad miliare unum, abito cum illo duo," significat qui vult abducere a vero ad falsum et a bono ad malum, ut non obstet, quia non potest (n. 556[*b*]).

Milvus.—Sciendum est quod sint plura genera falsorum, et quod singula illorum per sua genera avium significentur, quae enumerantur apud *Mosen*, sicut "aquilae," "milvi," etc. (n. 1100[*d*]).

Minae.—"Talenta," "minae" et "pecuniae" (*Matth.* xxv. 14–31; *Luc.* xix. 13–25) significant cognitiones veri et boni ex Verbo (n. 193[*b*]).

Per "decem minas" quae decem servis datae sunt ad negotiandum, significantur omnes cognitiones veri et boni ex Verbo, cum facultate percipiendi illas; nam "mina," quae fuit argentum et pecunia, significat cognitiones veri et facultatem percipiendi, et "negotiari" significat comparare sibi per illas intelligentiam et sapientiam (*de quibus plura*, n. 675[*a*]).

Mincha.—(*Vide* ***Libamen.***)

"Mincha" significat bonum amoris et charitatis (n. 242[*d*], 491); bonum in naturali homine (n. 449[*b*]); bonum ecclesiae (n. 637[*b*]); cultum ex bono caelesti (n. 324[*c*]; *conf.* n. 325[*a*]); cultum ex bono charitatis (n. 444[*b*]).

Quoniam per "mincham et libamen," quae erant panis et vinum, significatur cultus ex bono amoris et veris fidei, inde in opposito sensu per "mincham et libamen" significatur cultus ex malis quae amoris mali et ex falsis fidei, quae significabantur per mincham et libamen quae offerebantur idolis ac diis (n. 376[*g*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 324[*d*], 340[*c*], 376[*d*], 433[*b*], 630[*b*], 661, 684[*e*].)

Mineralis. } —Omnia Naturae, praeter solem, lunam, et atmosphaeras, faciant
Mineralia. } tria Regna, Animale, Vegetabile et Minerale. Regnum Minerale est modo promptuarium, in quo sunt, et ex quo desumuntur, illa quae formas binorum Regnorum, Animalis et Vegetabilis, componunt (n. 1208).

De vegetatione mineralium in vegetabiles formas (n. 1208).

Minister.—(*Vide* ***Ministerium, Ministrare, Servus.***)
Dominus quoad Divinum Humanum suum dicitur Servus et Minister (n. 409[*b*]).
"Ministri" sunt qui in bonis (n. 155).
Per "ministros" (*Ps.* civ. 4) intelliguntur qui in regno caelesti Domini sunt (n. 419[*d*]).
Sacerdotes vocantur "ministri" (*Esai.* lxi. 6) quia illi repraesentabant Dominum quoad bonum amoris (n. 155).
"Principes Jehudae et Hierosolymae, ministri regii, sacerdotes et populus terrae" (*Jerem.* xxxiv. 19) sunt bona et vera quae ecclesiae (n. 279[*a*]).

Ministerium. } —"Ministerium" et "ministrare" in Verbo dicitur de bono amo-
Ministrare. } ris (n. 155).
Ministeria Levitarum circa Tentorium conventus vocata sunt "militia" (n. 734[*a*]). (*Vide* ***Militia.***)
In Verbo dicitur "servire" et "ministrare," tum "servi" et "ministri;" ac illi dicuntur "servi Domini" et "servire Ipsi" qui in veris sunt, ac illi dicuntur "ministri Domini" et "ministrare Ipsi" qui in bono sunt (n. 478).

(*Videantur etiam articuli*, n. 336[*b*], 340[*a*].)

Minium.—Per "imagines Chaldaeorum" (*Ezech.* xxiii. 14) significantur doctrinalia amoribus sui et mundi litantia; "pictae minio" significat illa exterius apparentia sicut vera, tametsi intus sunt profana (n. 827[*b*]; *conf.* n. 654[*l*]).

Minnith.—Per "tritica minnith et pannag" (*Ezech.* xxvii. 17) significantur bona et vera in genere (n. 375[*e*(viii.)]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 433[*c*], 619[*b*].)

Minorennes.—Per "magnates" (*Jerem.* xiv. 3) intelliguntur qui alios ducunt et docent; per "minorennes" qui ducuntur et docentur (n. 537[*b*], 644[*b*]).

Mirabilis.—"Magnus" (*Apoc.* xv. 1), cum de Domino, significat Divinum Ipsius omnipotentiam; "mirabilis," Divinam Ipsius providentiam (n. 927).

Miraculum.—(*Vide* ***Signum.***)
Miracula Divina a miraculis non Divinis differunt in eo, quod miracula Divina quoque significent Divina, quia Divinum est in illis; at miracula non Divina nihil significent, quia intus in illis nihil Divini est: ac praeterea in descriptione miraculorum Divinorum in Verbo, et in singulis ejus, est sensus spiritualis (n. 419[*f*]).
Per omnia miracula Domini significantur talia quae caeli et ecclesiae sunt, ita spiritualia; ex eo miracula Ipsius Divina fuerunt; nam Divinum est ex primis agere, et sistere illa in ultimis (n. 239[*c*]; *conf.* n. 376[*e*], 403[*e*], 455[*c*], 475[*b*], 502[*b*], 543[*c*], 654[*m*], 700[*c*], 899[*c*]).
Quod "signum" et "miraculum" differant, constare potest ex eo, quod Judaei, tametsi tot miracula a Domino facta viderunt, usque ab Ipso petierint signa; et quoque ex eo, quod prodigia facta in Aegypto et in deserto dicantur nunc "signa," nunc "miracula," et quoque utrumque; ac praeterea constat ex eo, quod in Verbi singulis sit conjugium veri et boni, et inde "signa" ibi se referunt ad illa quae veri, ita quae fidei et intellectus sunt, ac "miracula" ad illa quae boni, ita quae affectionis et voluntatis sunt. Prodigia facta in Aegypto, et postea apud filios Israelis, dicuntur "signa" et "miracula;" "signa" quia testificata sunt et persuaserunt, "miracula" quia excitaverunt et stuporem induxerunt; conveniunt tamen in eo, quod quae excitant et stuporem inducunt etiam testificentur et persuadeant. Miracula quaedam dicta sunt "signa," quia testabantur de Divina potentia Domini operantis illa; quare dicitur (*Marc.* xvi. 20), "Domino coöperante per subsequentia signa;" miracula dicta fuissent si malis applicata, apud hos enim talia modo stuporem

inducunt, et animum percellunt, et usque non persuadent ad credendum (*de quibus perplura*, n. 706[*a–c*]).

Si homo per miracula et visiones potuisset reformari, reformarentur omnes in universo terrarum orbe (*de quo plura*, n. 1155).

Quod miracula in Aegypto facta sint per extensionem baculi, erat quia "baculus" ex correspondentia significabat potentiam Domini per Divinum Verum (n. 727[*a*]).

Dicitur quod "sol et luna steterint sede" (*Jos.* x. 12, 13), sed hoc est propheticum, tametsi historice relatum est; hoc constare potest ex eo, quod hoc miraculum, si prorsus ita factum fuisset, invertisset universam mundi naturam, quod non faciunt reliqua miracula in Verbo: quin usque quod lux illis e caelo data sit, lux sicut solis in Gibeone, et lux sicut lunae in valle Ajalonis, non dubitandum est (n. 401[*d*]).

Quia Dominus prius discipulos docuerunt (*Matth.* xiv. 15–22; xv. 32, seq.: *Joh.* vi. 5, 13, 23), et quia illi doctrinam Ipsius receperunt et sibi appropriaverunt, hoc erat quod spiritualiter comederint: inde naturalis esus sequebatur; nempe, e caelo influebat apud illos sicut manna apud filios Israelis, illis nescientibus; nam Domino volente, vertitur cibus spiritualis, qui etiam realis cibus est, sed modo pro spiritibus et angelis, in naturalem, similiter ut in mannam quovis mane (n. 617[*a*]).

Quod Dominus non potuerit miracula facere in patria sua, erat causa, quia ibi viderunt Ipsum ab infantia sicut alium hominem; quare non potuerunt isti ideae adjicere ideam Divinitatis; et quando haec non adest, quidem Dominus est praesens, sed non cum Divina omnipotentia in homine (*de quibus plura*, n. 815[*b*]).

(*Pro miraculorum explicationibus singulorum*, INDEX LOCORUM SCRIPTURAE SACRAE *adeatur*.)

Mirari.—(*Vide Apoc.* xvii. 8, n. 1056.)

Miscere.—"Miscere" significat profanare, nam qui commiscet falsum vero aut verum falso, is profanat (n. 1116; *conf.* n. 376[*g*], 618, 887, 960[*a*]).

Miser. } ***Miserabilis.*** } —"Miseri" seu "miserabiles" sunt qui in nullis cognitionibus veri sunt; "pauperes," qui in nullis cognitionibus boni; et quidem per "miseros" significantur illi qui non in veris sunt quia non in cognitionibus eorum, et per "pauperes" illi qui non in bonis sunt quia non in cognitionibus eorum (n. 238).

Per "miseros" (*Ps.* lxxiv. 19) intelliguntur qui infestantur a falsis, et inde in anxietate sunt et exspectant liberationem (n. 388[*c*]).

Per "miseros" (*Ps.* xxxvii. 11) intelliguntur qui in tentationibus sunt in mundo (n. 365[*c*]).

Per "non confirmationem manus miseri et egeni" (*Ezech.* xvi. 49) significatur immisericordia (n. 653[*a*]).

Miserari.—Quod "arcus Medorum juvenes allident et fructus ventris non miserabuntur" (*Esai.* xiii. 18), significat quod falsa doctrinae destruent omnem intellectum veri, et omne bonum amoris (n. 710[*c*]).

Misereri.—Tutela a malis et falsis, quae alioqui auferrent influxum, intelligitur (*Num.* vi. 25) per "custodiat te" et "misereatur te" (n. 340[*b*]; *conf.* n. 365[*c*]): per "illuminare facies et misereri" significatur illustrare Divino Vero et donare intelligentia et sapientia (n. 412[*a*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 295[*c*], 734[*d*], 768[*d*].)

Misericordia. } ***Misericors.*** } —Qui non scit leges ordinis Divini, credere potest quod Dominus salvare possit quemlibet, ita malos aeque ac bonos; inde opinio quorundam est, quod in fine etiam salventur omnes qui in inferno sunt: sed nemo salvari potest ex misericordia immediata, sed ex mediata, et usque ex pura misericordia salvantur qui Divinum Verum anima et corde a Domino recipiunt (n. 745; *conf.* n. 806).

Solennis supplicatio in ecclesiis, et ab hominibus ecclesiae domi et foris, est, ut Deus Pater misereatur nostri propter Filium, ac propter passionem crucis Ipsius. Quod non sit misericordia seu miseratio Dei Patris propter Filium (*videatur* n. 805[*c*]).
Misericordia est Divinus Amor erga miseros (n. 412[*b*]).
Misericordia est boni, quia est amoris (n. 946).
(*Videantur etiam articuli*, n. 295[*c*], 298[*b*], 316[*b*], 340[*c*], 365[*e*], 386[*d*], 405[*h*], 541, 659[*b*].)

Missa.—Quod cultum Divinum in missis a vulgo non intellectis instituerint, causa (n. 1054).

Missio.—Quod apud illos, qui ex amore boni faciunt bona, non erit falsum et malum, sed bonum tam naturale quam spirituale, significatur (*Esai.* vii. 25) per quod eo "non veniet timor senticeti et vepreti, sed erit missio bovis et calcatio ovis," seu eo mittentur boves et ibi calcabunt oves; per "bovem" significatur bonum naturale, et per "ovem" bonum spirituale (n. 304[*c*]).

Mitis.—"Mitis" qui hereditatem accipient terrae" (*Matth.* v. 5) sunt qui in bono charitatis (n. 304[*e*]).

Mittere.—"Mittere" (*Apoc.* i. 1) est revelare (n. 8).
Per "mitti" et "mittere," cum de Domino, intelligitur exire et procedere (n. 183[*b*]).
(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 386[*b*], 391[*b*], 405[*c*], 511, 661, 911[*a*], 918, 1175.)

Moabus.—Per "Moabum" significantur illi qui in ultimis Verbi, ecclesiae et cultus sunt (n. 417[*b*]).

Per "Moabum" in opposito sensu significantur qui adulterant ultima Verbi ecclesiae et cultus, per id, quod se vertant ad se, ac spectent sui honorem in singulis eorum (n. 417[*b*]).
"Moabus" significat illos qui adulterant bona ecclesiae (n. 235; *conf.* n. 315[*c*], 410[*c*], 637[*b*], 653[*b*], 655[*a*], 727[*a*], 811[*b*]); qui in bonis spurcis et inde in veris falsificatis, quae in se sunt falsa (n. 316[*d*]; *conf.* n. 532); qui in vita falsi sunt ex amore sui (n. 401[*g*]).
Per "Moabum" significatur adulteratio boni et veri, et inde illi qui bonum et verum Verbi pervertunt (n. 411[*e*]).
Per "Moabum" significantur illi qui in bono naturali sunt, et adulterant bona ecclesiae (n. 637[*b*]); qui in jucundo naturali sunt, et ideo bona Verbi adulterant (n. 811[*b*]).

Moderator.—(*Vide Deutr.* xx. 5, n. 734[*c*].)
Sunt quidem angeli superiores et inferiores, tum sapientiores magis et minus, et quoque in societatibus angelorum sunt moderatores reliquis ibi praefecti; sed usque non sunt archangeli, sub quorum obedientia ex aliquo arbitrio stant; tale regimen non datur in caelis (n. 735).

Modificare. }—(*Vide* ***Lux.***)
Modificatio. } Praesentia solis, quae apparet ut lux, facit activitatem virium aut substantiarum cujusvis individui secundum formam in qua est ex creatione; hoc modificatio est (n. 1206).
In sole est purus ignis: hic ignis extra solem est calor; lux est modificatio seu interior actio ejus in substantiis quae extra solem sunt, etiam ab igne ejus; substantiae illae vocantur atmosphaerae (n. 944).
Aetheres et aeres singillatim modificatae dant lucem (n. 726(ii.)).
Lux solum modificat substantias in quas influit, et calor solum mutat statum illorum (n. 1134; *de quo plura*, n. 1131).

Lux e Sole caeli procedens, quae est Divinum Verum, est modificatio seu interior actio in substantiis quae extra Dominum: substantiae illae, in quibus modificatio illa fit, sunt atmosphaerae spirituales (n. 944).

Modius.—(*Vide Matth.* v. 15, "Nec accendunt lucernam et ponunt illam sub modio," n. 223[*c*].)

Modulari.—Simulare in externis affectiones bonas, significatur (*Amos* vi. 5) per "modulari super nablio" (n. 448[*c*]).

Moechari.—(*Vide* ***Adulterium.***)

(*Videantur articuli*, n. 141[*b*], 164, 357[*c*].)

Mola. }
Molere. }
Commolere. }
Lapis molaris. } —Per "molere" significatur vera explorare et discere ex Verbo; qui vera explorat et discit, intelligitur (*Matth.* xxiv. 41) per "molentem quae assumetur" (n. 810); per "molere" significatur comparare sibi vera doctrinae ex Verbo (n. 555[*b*]); "duae molentes" sunt qui colligunt et addiscunt talia quae inserviunt fidei (n. 163).

Per "lapidem molarem," per quem molitur triticum in similam, seu hordeum in farinam, significatur productio veri ex bono (n. 1182).

Per "lapidem molarem" in opposito sensu significatur productio falsi ex malo (n. 1182).

Per "molere" significatur comparare falsa et confirmare illa ex Verbo (n. 655[*a*]); per "molere farinam" intelligitur falsificare vera (n. 240[*b*]).

Per "molentem quae derelinquetur" (*Matth.* xxiv. 41) intelligitur qui falsificat vera (n. 810).

(*Videantur etiam articuli*, n. 274, 412[*f*], 1187.)

Molares.—"Molares leonum juvenum" (*Ps.* lviii. 7 [*B.A.* 6]) significant vera Verbi falsificata, quae in se sunt falsa, per quae maxime destruere valent vera ecclesiae (n. 556[*a*]; *conf.* n. 403[*b*], 556[*c*]).

Molech.—Molech erat deus filiorum Ammonis (1 *Reg.* xi. 7), et positus erat in valle Hinnomis, quae vocabatur Topheth, ubi cremabant filios et filias (2 *Reg.* xxiii. 10). Per "dare de semine suo Molecho" (*Levit.* xx. 3) significatur verum Verbi et inde doctrinae ecclesiae per applicationem ad spurcos amores corporis destruere (n. 768[*e*]).

Molere.—(*Vide* ***Mola.***)

Molestia.—"Molestiae" (*Apoc.* xvi. 11) sunt fastidia ad genuina vera et bona, oriunda ex falsis (n. 992; *conf.* n. 990).

Monachi.—Apud illos qui ex Babylonia sunt, Verbum non legitur a vulgo, ac parum a monachis qui docent (n. 1055; *conf.* n. 1062).

In mundo spirituali, ubi interiora cujusvis hominis aperiuntur et inde patent, apud monachos, immo apud Jesuitas, qui intelligentes ex ingenio prae reliquis in mundo reputati sunt, haec tam vacua et inania apparuerunt, ut ne quidem unum verum quod ducit ad caelum sciverint (n. 1044).

Monile.—(*Vide* ***Torques.***)

Quod monilia et inaures sint repraesentativa perceptionis et obedientiae (n. 195[*b*]); per "monile super nasum" (*Ezech.* xvi. 12) significatur perceptio veri et obedientia (n. 272); per "monile super nasum" significatur perceptio veri ex bono (n. 577[*a*]).

Monoceros.—Per "cornua monocerotis" significantur vera in sua plenitudine et in sua potentia (n. 316[*d*]; *conf.* n. 336[*b*], 375[*e*(vii.)]).

Mons.—Super montibus in mundo spirituali sunt qui in bono amoris in Domino sunt, et infra illos qui in veris ex illo bono; quando status horum quoad vera mutatur, tunc contremiscunt habitationes horum, ita fundamenta montium (n. 400[*b*]: *conf.* n. 410[*a*]).

"Montes" significant Divinum Bonum (n. 375[*e*(viii.)].

"Montes" significant amorem in Dominum (n. 304[*b*]); bonum amoris in Dominum (n. 313[*b*]); amorem in Dominum, et inde omne bonum quod ex illo, quod bonum caeleste vocatur (n. 405[*b*]).

Cum "montes" in plurali dicuntur, intelliguntur et montes et colles, proinde tam bonum amoris in Dominum quam bonum charitatis erga proximum (n. 405[c]).
"Mons Jehovae" significat regnum Domini, ab illis qui in amore in Ipsum sunt (n. 403[c]; *conf.* n. 220[b]).
"Montes Dei" significant bonum charitatis (n. 405[d]); tum bona amoris (n. 946).
"Mons Zionis" significat Divinum Bonum, et ecclesiam quoad illud (n. 405[e]).
Per "montes Israelis" significantur bona charitatis (n. 405[c]); ecclesia spiritualis, in qua bonum charitatis est essentiale (n. 617[d]); bona amoris spiritualis (n. 650[e]).
"Sinai" in Verbo significat caelum ubi Dominus ex quo Divinum Verum, seu ex quo Lex in sensu stricto et lato (n. 204[b]; *conf.* n. 78).
"Mons sanctitatis" est caelum, in specie caelum intimum (n. 314[b]; *conf.* n. 391[b]).
Hierosolyma dicitur "mons sanctitatis" (*Esai.* lxvi. 20) ex amore veri (n. 355[c]; *conf.* n. 799[b]).
"Mons sanctitatis Dei" (*Ezech.* xxviii. 13) significat ecclesiam quoad doctrinam amoris et charitatis (n. 717[c]).
"Montes orientis" significant Antiquissimam Ecclesiam, quae fuit in amore in Dominum (n. 448[b]; *conf.* n. 422[a]).
"Mons Olivarum" significabat Divinum Amorem (n. 405[d]).

Quoniam "montes" significabant bona amoris caelestis, et "colles" bona amoris spiritualis, ideo antiqui, apud quos ecclesia repraesentativa fuit, cultum suum Divinum habuerunt super montibus et collibus, et ideo Zion super monte fuit, ac Hierosolyma super montanis infra illum (n. 405[i]).

Per "montes" in opposito sensu significantur amores sui et mundi (n. 401[d]; *conf.* n. 405[d]).
Babel vocatur "mons perdens" (*Jerem.* li. 25), et dicitur quod "dabitur in montem combustionis;" ex his manifeste patet quod per "montes" significentur mala amoris sui et mundi (n. 405[g]).
"Montes crepusculi" (*Ezech.* xiii. 16) sunt mala falsi (n. 405[h]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 64, 70, 78, 220[b], 275[a], 278[b], 304[c,d,f], 313[b], 314[b], 324[e], 326[b], 329[d], 340[c], 355[b,c], 357[d], 365[c–e], 373, 374[c], 375[e(viii.)], 376[b], 388[e,f], 391[b,e], 400[b,c], 401[c,d], 403[c], 405[a–i], 410[a], 411[a,e], 418[b], 422[c], 433[c], 448[b], 449[b], 453[b], 483[a], 502[a], 510, 538[b], 555[d], 612, 617[d], 629[b], 650[b,e], 654[b], 697, 706[d], 730[b], 741[c,d], 799[b], 815[b], 850[a], 946, 1025, 1062, 1155.)

Monstrare.—(*Vide Apoc.* xvii. 1, n. 1032; *conf.* n. 376[g].)

Monumentum.—(*Vide* **Sepulcrum.**)

Quid intelligatur per "exire e monumentis" (n. 659[c]).
Quod post passionem Domini "monumenta aperta sint, et multa corpora dormientium e monumentis suis ingressi sint in sanctam urbem, et apparuerint multis" (*Matth.* xxvii. 52, 53), significat regenerationem et resurrectionem fidelium ad vitam: non quod ipsa illa corpora quae in monumentis jacuerunt resurrexerint; sed quod apparuerint (n. 659[d]; *conf.* n. 899[b]).

(*Videantur etiam*, n. 659[e], 677.)

Moph.—"Moph sepeliet eos" (*Hos.* ix. 6), significat mortem spiritualem per applicationem veritatum sensus litterae Verbi ad falsa mali (n. 654[i]; *conf.* n. 799[b]).

Moralis.—Moralis vita est bene, sincere, et juste agere cum sociis, tam in functionibus quam in negotiis quibuscunque; verbo, est vita apparens coram hominibus, quia cum illis: sed haec vita est ex duplici origine; vel ex amore sui et mundi, vel ex amore in Deum et erga proximum. Moralis vita ex amore sui et mundi non in se est moralis vita, tametsi ut moralis apparet. Spiritualis vita est prorsus alia, quia est ex alia origine, est enim ex amore in Deum et ex amore erga proximum; et inde est vita moralis alia, apud spirituales, estque vere vita moralis (*de quibus perplura*, n. 182).

Bonum morale separatum a bono spirituali spectat hominem, ejus honorem, lucrum et voluptatem, ut fines propter quos; at bonum morale ex bono spirituali spectat Dominum, caelum et vitam aeternam pro fine (*de quo plura*, n. 918).

Per vitam ex obedientia legis civilis et moralis, conjungitur mundo et non caelo (n. 967).

Quicquid homo a Domino facit, non est morale naturale, sed est morale spirituale (n. 798[*b*]).

Inde constare potest quod moralem vitam ex origine spirituali agere, sit ex religione, ac intra ecclesiam ex Verbo (*de quo plura*, n. 195[*a*]).

Sive dicas vitam moralem ex origine spirituali, sive ex Divino, idem est, quoniam omnis vita spiritualis est ex Divino (n. 189).

Illa quae sunt vitae moralis dicuntur "plena coram Deo" (*Apoc.* iii. 2), quando ex origine spirituali sunt, at "non plena" quando non sunt ex illa origine; nam vita moralis, quae est externa vita hominis, vel erit ex origine spirituali vel ex origine non spirituali; non licet ut sit ex utraque (*de quo plura*, n. 189).

Omnes illi in mundo spirituali qui interius mali sunt, utcunque moralem vitam in externis in mundo egerunt, prorsus non sustinere possunt aliquem qui Dominum adorat, et qui charitatis vitam vivit (n. 394); aliter vero illi qui moralem vitam bonam egerunt ex origine spirituali (n. 388[*a*]).

Morari.—(*Vide Esai.* xiii. 20, n. 1029[*e*].)

Moravianismus. } —Inter haereses numeratus (n. 1176, 1182).
Moravianus. } Qui e coetu Moraviano sunt, defensores fidei separatae sunt prae alios (n. 893).

Morbus.—Omnes morbi quos Dominus sanavit, repraesentaverunt et inde significaverunt morbos spirituales morbis illis naturalibus correspondentes; ac morbi spirituales non possunt sanari nisi quam a Domino, et quidem per intuitionem in Divinam Ipsius omnipotentiam, ac per paenitentiam vitae (*de quibus plura*, n. 815[*b*]).

Per miracula in Aegypto, quae erant totidem plagae, et quoque vocantur "morbi," significantur totidem mala et falsa infestantia, devastantia et destruentia ecclesiam quae apud spirituales homines (*de quo plura*, n. 962; *conf.* n. 654[*m*]).

Mori. }
Mors. } —Per "mortem" Domini, et per "sepelitionem" in caelo non intelligitur mors et sepelitio, sed purificatio Humani Ipsius et glorificatio (n. 899[*b*]).
Mortuus. }

Mors naturalis non est aliud quam resurrectio, quoniam cum corpus moritur homo quoad spiritum suum resurgit, et sic est mors modo continuatio vitae ejus, nam homo per mortem a vita in mundo naturali transcendit in vitam in mundo spirituali (n. 899[*b*]).

Per "mori" (*Apoc.* xiv. 13) nonnullis in locis in Verbo intelligitur exstinctio vitae propriae, quae in se spectata unice ex malis et inde falsis consistit; et quia dum illa vita exstincta est, loco ejus intrat vita spiritualis, inde per "mortuos in Domino" illi qui spirituales facti sunt a Domino significantur (n. 899[*a*]).

In spirituali sensu, per "mori" potest intelligi resurrectio, quia angeli, qui in spirituali sensu Verbi sunt, non sciunt aliquid de morte naturali, qualis est hominibus qui decedunt, sed de morte spirituali, qualis est illis qui per tentationes a Domino regenerantur, apud quos domantur et morti dantur mala et inde falsa (*de quibus plura*, n. 899[*a*]).
Mors, si non est mors, est vita (n. 899[*b*]).
Per "resurrectionem mortuorum" non modo intelligitur resurrectio illorum qui naturaliter moriuntur, sed etiam qui spiritualiter, ac vivificati sunt a Domino (n. 899[*b*]).

"Secunda mors" (*Apoc.* xx. 6; xxi. 8) est damnatio (n. 128; *conf.* n. 899[*b*]).
Mors spiritualis est aversio et remotio a Domino (n. 78).
"Mors" significat vitam inferni, quae vita in Verbo vocatur mors, quia est privatio vitae caeli; "mors" est damnatio (n. 186[*a*]).
Per "mortuos" intelliguntur qui non vitam caeli in se habent (n. 186[*b*]).

Homo ad praesentiam Divini non corpore vivere potest; et qui vivunt obstipantur columna angelica, quae moderatur influxum Divinum; nam corpus cujusvis hominis non est receptibile Divini, quapropter id moritur et rejicitur (n. 78).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 78, 80, 83, 84, 86, 114, 125, 128, 166, 186[*a*,*b*], 188, 275[*a*], 304[*g*], 315[*c*], 336[*b*], 342[*c*], 357[*d*], 383, 386[*b*], 387, 388[*a*], 413[*b*], 513[*a*], 521, 550, 551, 617[*c*], 654[*k*], 659[*a*,*b*], 675[*b*], 694, 714[*c*], 739[*b*], 750[*a*], 899[*a*–*c*], 966, 967, 1125.)

Mos.—"Juxta morem" et "olim" (*Jerem.* xxx. 20) est sicut apud antiquos (n. 724[*c*]).

Moses.—Per "Mosen" in sensu repraesentativo intelligitur Dominus quoad Verbum (n. 746[*d*]; *conf.* n. 444[*b*]).
"Moses" significat Verbum Historicum, et "Elias" Verbum Propheticum (n. 64, 405[*e*], 594[*a*], 624[*e*], 937, 1070).
"Moses" significat Verbum Veteris Testamenti (n. 936, 937); et quidem (*Apoc.* xv. 3) Verbum tam Historicum quam Propheticum Veteris Testamenti (n. 937).
Per "Mosen et Prophetas" (*Luc.* xvi. 29, 31) simile intelligitur quod per "Legem et Prophetas" alibi, nempe Verbum Historicum et Propheticum (n. 937).
Quoniam Moses repraesentabat Dominum quoad Legem seu Verbum, ideo cum descendit de Monte Sinai, radiabat cutis facierum ejus, quare cum loqueretur cum populo, dabat velamen super facies suas (*Exod.* xxxiv. 28 ad fin.): radiatio facierum significabat internum Legis, nam hoc est in luce caeli; quod velaret faciem cum loqueretur cum populo erat quia internum Verbi fuit obtectum, ac ita obscuratum isti populo (n. 937).
Dominus ex Jehovah, hoc est, ex ipso Divino quod in Ipso ex conceptione fuit, Secum locutus est; hoc quoque repraesentabatur apud Mosen, quod "Jehovah" ore ad os locutus sit cum illo, et non sicut cum aliis prophetis (n. 624[*e*]).
Quid significatur per quod "Michael disputans coarguerit diabolum de Mosis corpore" (*Epist. Judae*, v. 9); nempe, quod sensum litterae Verbi falsificaverint (*de quo plura*, n. 735).
"Canticum Mosis et Agni" (*Apoc.* xv. 3) significat agnitionem praeceptorum quae in Verbo utriusque Testamenti, tum agnitionem Divini in Humano Domini (n. 936).

Motitare. } —Instructio in veris eorum qui ab Ecclesia Antiqua, custoditio a falsis,
Motitatio. } ac aperitio interiorum quae mentis eorum ut venirent in lucem caeli, describitur (*Deutr.* xxxii. 10–12) per aquilam, ejus nidum in alto, ejus motitationem super pullis, et portationem eorum super alis (n. 281[*b*]).

Per "motitationes [seu extensiones] alarum" (*Esai.* viii. 8) significantur ratiocinationes ex falsis contra vera (n. 304[*d*]).

Motus terrae.—(*Vide* ***Terrae motus.***)

Movere.—Quod "spiritus Dei se moverit super faciebus aquarum" (*Gen.* i. 2), significat illustrationem (n. 294[*c*]).

Mula.—(*Vide* ***Mulus.***)

Mulier.—Per "mulierem" in Verbo, multis in locis, significatur ecclesia (n. 9, 401[*b*]).

"Mulieres" sunt affectiones (n. 555[*a*]).

Per "mulierem" significatur ecclesia quoad affectionem veri, et inde affectio veri ecclesiae (n. 555[*a*]).

Per "mulieres" significantur bona ecclesiae (n. 270); et qui in bonis (n. 430[*c*]).

Per "mulierem" significatur ecclesia quoad affectionem veri ex bono, seu affectio veri ex bono quae homini ecclesiae (n. 555[*d*]).

Per "mares et senes mulieres, qui habitabunt in plateis Hierosolymae" (*Sach.* viii. 4), intelliguntur intelligentes et sapientes per vera doctrinae (n. 652[*c*]).

Per "mulierem juventutis" (*Esai.* liv. 6) intelligitur Ecclesia Antiqua quae fuit in veris ex affectione; per "repudiatam" intelligitur Ecclesia Judaica, quae non in veris ex aliqua affectione spirituali (n. 555[*a*]).

"Mulier circumdata Sole" (*Apoc.* xii. 1) est nova ecclesia, quae est Nova Hierosolyma (n. 707; *conf.* n. 721[*a,c*], 730[*a*], 758, 763).

Per "mulierem" in opposito sensu significatur cupiditas falsi ex malo (n. 555[*d*]).

Per "mulieres misericordes" (*Thren.* iv. 10) significantur affectiones falsi sicut veri (n. 555[*d*]).

Per "mulierem sedentem super bestia coccinea" (*Apoc.* xvii. 3) significatur Babylonia, quae non est ecclesia, sed religiosum ab omni vero et bono ecclesiae devastatum (n. 1038; *conf.* n. 1049, 1062, 1076, 1088).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 9, 141[*b*], 159, 250[*c*], 270, 374[*d*], 401[*b*], 430[*b,c*], 555[*a–d*], 636, 644[*b*], 652[*c*], 670, 675[*b*], 677, 706[*a*], 707, 708, 721[*a,c*], 724[*a*], 725[*b*], 730[*a*], 731, 739[*b*], 758, 759, 763, 764, 767, 785[*b*], 862, 863[*a*], 1038, 1049, 1062, 1088.)

Multiplicare. } —(*Vide* ***Multus, Numerus.***)
Multiplicatio. } "Multiplicare" dicitur in Verbo de veris, ac in opposito sensu de falsis (n. 391[*g*]).

Quod dicatur multiplicatio "sicut bruchi" et "sicut locustae," est quia falsificationes Verbi in maxima copia fiunt ab illis quae sensuales sunt, ita a sensuali homine, nam hic per "bruchum" et "locustam" significatur (n. 543[*c*]).

Numeri multiplicati simile significant cum simplicibus a quibus per multiplicationem existunt (n. 39). (*Vide* ***Numerus.***)

Cum duo numeri multiplicati, unus major et unus minor, qui simile significant, una dicuntur, tunc minor dicitur de bonis, et major de veris (*de quo plura*, n. 336[*a*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 328[*d*], 365[*d*], 391[*g*], 543[*c*], 654[*l*], 721[*c*].)

Multiprolis.—"Sterilis pariens septem" (1 *Sam.* ii. 5) significat illos qui extra ecclesiam sunt, et non sciunt vera quia non habent Verbum, ita gentes, quibus dabuntur omnia; "multiprolis deficiens" significat illos qui habent, quibus auferrentur (n. 257).

Multus. } —"Multum" et "multitudo" in Verbo dicitur de veris, "magnum"
Multitudo. } et "magnitudo" autem de bono (n. 409[*b*], 336[*a*]).

Ubi dicitur, "Per scientiam suam justificabit Servus meus multos" (*Esai.* liii. 11), per "multos" significantur omnes qui recipiunt (n. 409[*b*]).

In opposito sensu, per "multitudinem" significantur falsa (n. 573[*b*]).

(*Videantur articuli*, n. 304[*f*], 336[*a*], 337, 365[*c*], 388[*c*], 405[*e*], 408, 409[*b*], 410[*c*], 521, 532, 573[*b*], 644[*c*], 652[*a*], 654[*b*], 659[*a*], 704, 714[*a*].)

Mulus. } —Qui non scit quid per "equum," "mulum" et "pullum asinae" in
Mula. } sensu repraesentativo significatur, credet quod Domini equitatio "super pullo asinae" significaverit miseriam et humiliationem; sed significabat magnificentiam regiam (*de quo plura*, n. 31[*b*]).

Per "equos," "mulos," "camelos," "asinos," significantur quae intellectus et voluntatis, proinde quae cognitionum et affectionum (n. 650[*c*]).

Per "mulos" significatur rationale internum quod spirituale (n. 355[*c*]); tum rationalia (n. 1155).

Mumi.—Qui ex tertio genere profanationis sunt, quod est hypocriticum, post mortem, dum fiunt spiritus, apparent cincti nube lucida, in cujus medio est nigrum, sicut mumi Aegyptiacum (n. 1059).

Mundare. }
Mundatio. } —Omnes qui in infernis sunt, ex falsis mali sunt immundi, ex causa
Mundus. } quia omnia immunda existunt ex falsis quae ex malo sunt, et omnia munda ex veris quae ex bono (n. 1000).

"Mundus manibus" (*Ps.* xxiv. 4) significat illos qui in veris ex fide sunt, et "purus corde" qui in bono ex amore (n. 340[*b*]).

"Mundatio Judaeorum" (*Joh.* ii. 6) significat purificationem a peccatis (n. 376[*e*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 257, 294[*b*], 340[*b*], 376[*e*], 475[*b*], 1000.)

Mundus.—(*Vide* ***Orbis, Terra.***)

Datur mundus naturalis, datur etiam mundus spiritualis. Mundus spiritualis est prior, interior et superior mundo naturali; quare omne mundi spiritualis est causa, et omne mundi naturalis est effectus. Existit quidem unum ab altero progressive etiam in mundo naturali, sed hoc per causas ex mundo spirituali (n. 1206; *conf.* n. 1218).

Nisi caelum in ordine foret, non potuisset mundus, hoc est, homines in terris, existere et subsistere; nam mundus dependet a caelo et ejus influxu in spiritualia et rationalia hominum; verbo, interirent omnia (n. 306).

Spatia et extensa in caelis existunt apparenter, in mundo actualiter (n. 1222).

"Fundatio mundi" est instauratio ecclesiae (n. 391[*e*], 1057).

Vera sensus litterae Verbi sunt quae intelliguntur (*Deutr.* xxxiii. 27) per "brachia mundi" (n. 594[*b*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 151, 208[*b*], 294[*d*], 683, 684[*a*], 806.)

Mundus spirituum.—Sub caelis est mundus spirituum, et sub hoc sunt inferna. Mundus spirituum est medius, et recipit influxum tam e caelis quam ex infernis, quisque ibi secundum statum suae vitae (n. 702).

In mundum spirituum venit omnis homo primum post mortem; ibi mutationes status subit, ac praeparatur ad caelum aut ad infernum (n. 1218).

"Venter" (*Matth.* xv. 17), ex correspondentia, significat mundum spirituum, unde cogitationes apud hominem; et "latrina" significat infernum (n. 580).

Unusquisque homo conjunctus est spiritibus qui in mundo spirituum sunt, talibus qualis ipse est (n. 537[*a*]).

Nova Ecclesia in terris crescit secundum incrementum ejus in mundo spirituum; spiritus enim ex inde sunt apud homines, ac sunt ex illis qui in fide ecclesiae suae fuerunt dum vixerunt in terris; et non alii ex illis doctrinam recipiunt, quam qui in affectione veri spirituali fuerunt; hi solum conjuncti sunt caelo ubi illa doctrina est, et conjungunt caelum

homini. Horum numerus in mundo spirituum nunc indies crescit; quare secundum incrementum illorum crescit Ecclesia illa quae Nova Hierosolyma vocatur, in terris (n. 732).

Munimentum. } —"Munimentum" (*Jerem.* xlviii. 18) est tutela contra falsa et
Munitiones. } mala; et sensus litteralis Verbi est illa tutela (n. 727[*a*]): "mu-
Munitus. } nimentum" (*Esai.* xxiii. 14) est doctrina ex Verbo tutans (n. 514[*b*]).

"Munitiones" (*Ezech.* xxxiii. 28) sunt confirmationes ex Verbo (n. 388[*d*]).

Per "munimentum maris" (*Esai.* xxiii. 4) intelligitur naturale, ubi cognitiones boni et veri (n. 863[*a*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 177, 223[*b*], 316[*b*], 410[*c*], 417[*b*], 714[*c*].)

Munus.—(*Vide* **Donum.**)

"Munus Jehovae" (*Esai.* lxvi. 20) est cultus ex bono amoris (n. 175[*a*]; *conf.* n. 406[*c*]).

Per "munus offerre super altari" (*Matth.* v. 23) significatur omnis cultus Divinus, ex causa quia cultus Divinus apud gentem Judaicam principaliter constabat in offerendis holocaustis et sacrificiis, per quae ideo significabantur omnia cultus (n. 325[*b*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 391[*e*], 412[*f*], 661, 811[*c*].)

Mures.—"Mures" significant falsa sensualis hominis (n. 700[*e*]).

Murus.—(*Vide* **Maceria, Paries.**)

"Murus" est verum doctrinae tutans (n. 193[*a*], 453[*b*]); tutamen (n. 400[*c*]); verum tutans (n. 448[*b*]).

Per "muros aeris" significatur bonum tutans (n. 219).

"Murus ignis" (*Sach.* ii. 9 [*B.A.* 5]) significat tutelam per Divinum Amorem (n. 504[*b*]).

Per "murum" in opposito sensu significatur verum falsificatum quia absque bono (n. 453[*b*]).

"Murus Jerichuntis" significat falsa mali, doctrinam falsi et mali tutantia (n. 700[*d*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae, videantur explicata*, n. 39, 100, 130[*b*], 193[*a*], 208[*b*], 219, 223[*b*], 219, 268, 280[*b*], 355[*d*], 391[*e*], 400[*c*], 410[*b*], 448[*b*], 453[*b*], 504[*b*], 514[*b*], 700[*d*].)

Muscae.—"Musca in extremitate fluviorum Aegypti" (*Esai.* vii. 18) significat falsum in extremis naturalis hominis, quae vocantur sensualia; trahit correspondentiam ex enascentia ex fetore fluviorum (n. 410[*c*]).

"Muscae" significant falsa sensualis hominis, ita falsa omnis generis (n. 740[*b*]).

Musicus.—Quod ars musica possit exprimere affectionum varia genera, et applicari rebus, est ex spirituali mundo, et non ex naturali, ut creditur (n. 326[*a*]).

Soni musici exprimunt affectiones. Instrumenta chordacea significant spiritualia, ac inflatoria caelestia (n. 1185): instrumenta chordacea apud gentem Judaicam et Israeliticam applicata erant affectionibus boni spiritualis, et instrumenta inflatoria affectionibus boni caelestis, quibus etiam adjungebatur cantus cum canticis, per quae convenientiae rerum cum sonis affectionum formabantur (n. 326[*a*]; *conf.* n. 323[*b*], 700[*f*]).

Mussitare. } —Quia per loquelas et mussitationes a malis excitabantur affectio-
Mussitatio. } nes malae, et sic incantationes factae sunt magicae, ideo inter artes magicas recensentur et severe prohibentur (*de quibus plura*, n. 590).

Mustum.—(*Vide* **Merum, Sicera, Vinum.**)

"Mustum" (*Hos.* ix. 2) sicut "vinum" significat verum ex bono charitatis et amoris (n. 695[*d*]).

Per "mustum" (*Esai.* xxiv. 7) significatur bonum spirituale (n. 323[*b*]).

Per "mustum" (*Jerem.* xxxi. 12) significatur verum naturalis hominis (n. 374[*b*]).
Per "Montes stillabunt mustum," seu vinum (*Joel* iv. [*B.A.* iii.] 18), intelligitur quod ex bono amoris in Dominum omne genuinum verum (n. 376[*b*]).
"Mustum," seu vinum (*Amos* ix. 13), est verum (n. 376[*b*]).
Homo ecclesiae est per vices in statu spirituali et in statu naturali: influxus et receptio Divini Veri in statu spirituali intelligitur (*Deutr.* xi. 14) per "pluviam tempestivam," seu "matutinam;" et in statu naturali per "pluviam serotinam" et "vespertinam:" bonum et verum spirituale et caeleste quae inde homini ecclesiae sunt, intelliguntur per "frumentum, mustum et oleum" quae colligent (n. 644[*b*]).

Falsificatio veri significatur (*Hos.* iv. 11) per "scortationem," ac falsum inde per "mustum" (n. 376[*g*]): "vinum" est falsum interius, "mustum" est falsum exterius (n. 141[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae, plurima in parte explicata, videantur*, n. 141[*b*], 304[*e*], 323[*b*], 340[*c*], 365[*c*], 374[*b*], 375[*e*(viii.)], 376[*b–d,g*], 405[*b,c*], 433[*c*], 483[*a*], 543[*c*], 618, 630[*c*], 644[*b*], 695[*d*], 863[*b*].)

Mutare. } ***Mutatio.*** } —Sciendum est quod antequam aliqua mutatio existit, omnia praeordinentur et ad futurum eventum praeparentur; nam omnia a Domino praevidentur, et secundum praevidentiam disponuntur et providentur (n. 258).

Cum in mundo spirituali separandi sunt boni a malis, ac boni tutandi ne a malis laedantur, tunc e societatibus ibi auferuntur boni et relinquuntur mali: et cum boni ablati sunt, tunc in societatibus in quibus boni et mali simul fuerunt, fit insignis mutatio quoad illa quae ecclesiae sunt (n. 674).

(*Videantur etiam articuli*, n. 518, 571, 696[*d*].)

Mutuum.—Per "mutuo dare" (*Luc.* vi. 35) significatur communicare bona et vera doctrinae ex Verbo (n. 695[*b*]).

"Et cupienti mutuum accipere a te, ne averseris" (*Matth.* v. 42), significat si desiderat instrui, ut instruat, nam mali hoc desiderant ut pervertant et deprivent, sed usque non possunt (n. 556[*b*]).

(*Vide etiam Exod.* xii. 35, 36, n. 193[*b*].)

Mutus.—Per "mutum" (*Esai.* xxxv. 6) significantur qui propter ignorantiam veri non possunt confiteri Dominum, nec vera genuina ecclesiae; "cantabit" significat gaudium ex intelligentia veri (n. 455[*b*]; *conf.* n. 518[*a*]).

(*Vide etiam articulos*, n. 556[*c*], 587[*b*].)

Myriades.—(*Vide* ***Mille, Chiliades.***)

"Myriades" significant innumerabilia, similiter "chiliades;" sed "myriades" dicuntur de veris, ac "chiliades" de bonis (n. 336[*a*]).

(*Vide etiam articulos*, n. 204[*b*], 316[*d*], 336[*a,b*], 401[*h*], 573[*a*], 700[*b*].)

Myrrha.—Per "myrrham" significatur bonum naturale (n. 324[*c*], 491).

"Myrrha" significat bonum ultimi gradus, "aloe" bonum secundi, et "kesia" bonum tertii (n. 684[*b*]).

(*Vide etiam articulos*, n. 618, 627[*c*].)

Myrtus.—"Myrtus" significat bonum spirituale (n. 294[*b*]; *conf.* n. 375[*e*(viii.)]).

"Cedrus" (*Esai.* xli. 19) est verum rationale superius, "myrtus" verum rationale inferius (n. 730[*c*]).

Mysterium.—"Mysterium Dei, sicut evangelizavit" (*Apoc.* x. 7), est adventus Domini (n. 612): nisi Dominus in mundum venerit, et Homo factus sit, et eo modo liberaverit ab inferno omnes illos qui credunt in Ipsum et amant Ipsum, nullus mortalium salvari potuerit. Hoc nunc est mysterium incarnationis Domini (n. 806).

Scribere "mysterium septem stellarum" (*Apoc.* i. 20) significat revelationem de bonis et veris quae omnia ab Ipso (n. 88).

Per "mysterium," super fronte scriptum (*Apoc.* xvii. 5), significatur quod in corde latet, et non coram vulgo patet: hoc est amor dominii super mundum et super caelum, cui sancta ecclesiae inserviunt pro mediis (n. 1046).

Naaman.—Per Naamanem leprosum, e Syria, repraesentabantur et significabantur illi qui falsificant cognitiones veri et boni ex Verbo (n. 475[*b*]; *conf.* n. 724[*b*]).

Nablium.—Per "instrumenta chordacea" significantur spiritualia, seu quae veri sunt; at per "instrumenta inflatoria" significantur caelestia, seu illa quae boni sunt. Sive dicas affectiones veri sive spiritualia, idem est; ut et sive dicas affectiones boni sive caelestia, etiam idem est. "Cithara" significat confessionem ex veris spiritualibus; "nablium decachordii" significat bonum spirituale correspondens (n. 323[*b*]).

Per "citharam," "nablium," "tympanum," "fistulam," et quoque "vinum," significantur exultationes et gloriationes ex falsis mali (n. 323[*c*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 326[*b*], 448[*c*], 1029[*d*].)

Nadab.—Nadab et Abihu, filii Aharonis, igne e caelo consumpti fuerunt, quia suffiverunt ex alio igne quam ex igne altaris holocausti, ita cultum fecerunt ex alio amore quam ex amore in Dominum (n. 324[*b*]).

Naphthali.—In supremo sensu per "Naphthali" et ejus tribum significatur propria potentia Domini, ex qua subjugavit inferna et glorificavit Humanum suum (*de quo plura*, n. 439).

"Naphthali" significat tentationem et statum post illam; et quia tentationes fiunt propter regenerationem, etiam significatur regeneratio (n. 439).

Tentatio, quae per tribum "Naphthali" significatur, est medium uniens, internum enim et externum uniuntur per tentationes (*de quo plura*, n. 441).

(*Videantur articuli*, n. 295[*c*], 435[*a*], 438, 439, 447, 449[*b*].)

Nares.—(*Vide* ***Nasus.***)

"Halitus narium Jehovae" significat Divinum Verum (n. 419[*b*]).

Nares correspondent perceptioni (n. 427[*a*]).

"Spiritus narium nostrarum" (*Thren.* iv. 20) est vita perceptionis boni et veri (n. 684[*d*]); est ipsa vita caelestis quae a Domino (n. 375[*e*(vi.)]).

Perceptio mentis correspondet odori narium; odor et nares sunt correspondentiae, et actio est influxus: inde est quod homo cui interior perceptio est, dicitur acutae naris, ac percipere rem dicitur odorari illam (n. 1080).

Nasci.—(*Vide* ***Natus.***)

"A Deo nasci" (*Joh.* i. 13) est regenerari per vera fidei et per vitam secundum illa (n. 329[*g*]).

Nasus.—(*Vide* ***Nares, Monile.***)

Per "nasum" significatur perceptio (n. 324[*d*]; *conf.* n. 272, 419[*c*]).

Per "increpationem et spiritum nasi Jehovae" (*Ps.* xviii. 16 [*B.A.* 15]) simile significatur quod per "iram et excandescentiam" Ipsius, alibi in Verbo (n. 741[*d*]).

Apud illos qui a pueritia incipiunt flagrare cupidine dominandi per sancta ecclesiae ut media, clauditur prorsus mens spiritualis, tum etiam mens rationalis, et demum mens naturalis, usque ad mentem sensualem; quod dicitur in caelo, "usque ad nasum" (n. 1056).

Nates.—Per "detectos nates" (*Esai.* xx. 4) intelliguntur mala amoris sui (n. 240[*b*]).

Nathan.—Per "Nathanem" (*Sach.* xii. 12) significatur doctrina veri (n. 555[*b*]).

Nathaniel.—Ubi Jesus dixit de Nathaniele, "Ecce vere Israelita" (*Joh.* i. 48), per "Israelitam" significatur qui in bono charitatis est, et ex illo in veris (n. 866). (*Vide etiam* vers. 49, n. 684[*a*].)

Nativitates.—Per "generationes," "partus" et "nativitates" in Verbo intelliguntur generationes, partus et nativitates spirituales, quae fiunt per vera et per vitam secundum illa (n. 721[*a*]); *conf.* n. 381)

Per "nativitates filiorum Jacobi" significantur nativitates spirituales, quae sunt quomodo nascitur bonum et verum apud hominem cum regeneratur a Domino (n. 434[*a*]).

Natura. ***Naturale.*** ***Naturalismus.*** ***Naturalista.*** —Natura et vita sunt duo distincta. Natura incohat a sole mundi, et vita incohat a Sole caeli. Sol mundi est purus ignis, et Sol caeli est purus amor. Quod procedit a sole qui est purus ignis, hoc vocatur Natura; et quod procedit a Sole qui est purus amor, hoc vocatur vita: quod procedit a puro igne, hoc mortuum est; quod autem procedit ex puro amore, hoc vivum est; inde patet quod Natura in se mortua sit (n. 1207; *conf.* n. 1196).

Divinum influit continue per spiritualem mundum in naturalem, ac producat innumerabilia; et Natura creata est ut inserviat induendo illa quae e spirituali mundo procedunt et influunt (n. 575; *videantur perplura*, n. 1206, 1207).

Natura creata est ut spirituale in illa terminetur (n. 1207).

Ex eo est quod in naturali mundo dentur talia quae prorsus concordant cum illis quae in spirituali mundo sunt, et quod apte conjungi possint (n. 1207): in Natura ne hilum datur, nec hilum dari potest, in quo non est spirituale (n. 1196).

Duo Naturae propria sunt, tempus et inde successivum ac spatium et inde extensivum (n. 1212).

Omnia Naturae, praeter solem, lunam et atmosphaeras, faciunt tria regna, animale, vegetabile, et minerale (*de quibus plura*, n. 1208, 1197).

Sunt binae causae mediae in Natura, per quas fit omnis effectus, seu productio et formatio ibi: causae mediae sunt lux et calor; lux modificat substantias, et calor actuat illas (n. 1206).

(*Videantur articuli*, n. 7, 159, 195[*a*], 240[*b*], 349[*b*], 401[*g*], 455[*b*], 543[*b*], 548, 559, 570, 575, 706[*d*], 719, 726(i.), 763, 1196, 1197, 1206, 1207, 1212.)

Omne quod procedit ex Sole qui est Divinus Amor vocatur spirituale; et omne quod procedit ex sole qui est ignis, vocatur naturale. Spirituale ex sua origine in se vitam habet; naturale autem ex sua origine in se nihil vitae habet. Spirituale et naturale sunt in omni re creata in hoc mundo; spirituale sicut anima, et naturale sicut corpus; aut spirituale sicut internum, et naturale sicut externum; aut spirituale sicut causa, et naturale sicut effectus (*de quibus plura*, n. 1196).

Omnis naturalismus est ex cogitatione de Divinis ex Naturae propriis, quae sunt materia, spatium et tempus (n. 1220).

Hodie naturalismus ecclesiam paene inundavit (n. 1220).

Plures Divinam providentiam negant, et contra illam se confirmant, quod fit ex variis quae contingunt et existunt; inter quae est naturalismus (n. 1176).

Omnis homo qui factus est naturalista per cogitationes ex Natura, manet etiam talis post mortem, et vocat omnia quae in mundo spirituali videt naturalia, quia similia sunt: tales usque illustrantur et docentur ab angelis quod non naturalia sint, sed quod naturalium apparentiae; convincuntur etiam usque ut affirment quod ita sit, sed usque relabuntur, et Naturam sicut in mundo colunt; et tandem separant se ab angelis, et cadunt in infernum (*de quibus plura*, n. 1220; *conf.* n. 242[*b*]).

Naturalis.—(*Vide* **Gradus, Spiritualis, Caelestis, Mens.**)

Sciendum est quod naturale hominis sit trinum,—rationale, naturale et sensuale (*de quo plura*, n. 1147).

Omnia mala quae homo trahit a parentibus, quae mala hereditaria vocantur, insideant ejus naturali et sensuali homini, non autem spirituali; inde est quod naturalis homo, et maxime sensualis, sit oppositus spirituali homini (n. 543[*b*]).

Naturale separatum a caelesti et spirituali est infernale (n. 614).

Naturalis homo est interior et exterior; et interior naturalis est ubi foeda hominis resident, et exterior non vulgat illa, sed mentitur bona (n. 650[*g*]).

Naturalis homo in se spectatus non amat nisi semet et mundum (n. 714[*a*]).

Sunt in homine tres gradus affectionum naturalium, similiter in bestiis; in infimo gradu sunt insecta varii generis, in superiori sunt volatilia caeli, et in adhuc superiori sunt bestiae terrae quae a principio creatae sunt (n. 1201).

Naturalis homo, seu naturalis mens, purificatur interius quando falsa et mala remota sunt (n. 960[*b*]).

Quando internus seu spiritualis homo apertus est, tunc Dominus domat mala et dispergit falsa quae sunt in externo seu naturali homine (n. 177).

Homo ecclesiae a naturali ad spirituale progreditur, et per hoc ad caeleste: naturale est bonum vitae, spirituale est bonum charitatis erga proximum, et caeleste est bonum amoris in Dominum (n. 700[*f*]).

Affectiones gradus inferioris, tametsi ex origine sua spectatae sunt spirituales, usque dicendae sunt naturales; ita dicendae, quia sunt similes affectionibus hominis naturalis (n. 1201).

Angeli primi seu ultimi caeli sunt in amore spirituali naturali (*de quo*, n. 834).

Natus.—(*Vide* **Nasci.**)

Per "natos a Deo" intelliguntur qui regenerati sunt a Domino per Divinum Verum, et per vitam secundum illud (n. 768[*b*]).

"Natus domus" (*Jerem.* ii. 14) significat illos qui in bonis (n. 601[*b*]).

Per "mactare natos" (*Esai.* lvii. 5) intelligitur vera exstinguere (n. 411[*f*]).

Nauclerus.—Per "naucleros" (*Ezech.* xxvii. 27) significantur antistites, qui ducunt et docent (n. 538[*b*]; *conf.* n. 1170).

Per "naucleros" significantur sapientes per cognitiones ex Verbo (n. 514[*a*]); qui cognitiones veri et boni ferunt et communicant (n. 637[*b*]).

Nauta.—Per "gubernatorem" seu "nauclerum" (*Apoc.* xviii. 17) significantur qui in sapientia sunt, per "versantes super navibus" illi qui in intelligentia sunt, et per "nautas" illi qui in scientia (n. 1170; *conf.* n. 538[*b*]).

Navigium.—Per "navigium" significatur doctrina ex Verbo; quare per "dextras partes ejus," in quas mitterent rete (*Joh.* xxi. 6) significatur bonum vitae (n. 600[*b*]; *conf.* n. 514[*c*,*d*]).

Navis.—Per "naves" significantur cognitiones veri et boni, tum doctrinalia (n. 1170).

Per "naves" in stricto sensu, in quo continens intelligitur, significatur Verbum et doctrina e Verbo, quia Verbum et inde doctrina continent cognitiones veri et boni, sicut naves continent opes (n. 514[*a*]).

Per "naves Tharschisch" intelliguntur cognitiones communes veri et boni, quibus insunt plures in particulari (n. 242[*d*]).

Per "navem Simonis" (*Luc.* v. 3) significantur doctrinalia fidei (n. 514[*d*]).

"Navis remi" (*Esai.* xxxiii. 21) est intelligentia ex proprio, quia ducitur ab hominibus per remos; et "navis magnifica" est sapientia ex proprio, quia homo ex illa gloriatur et superbit (n. 514[*c*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 242[*d*], 304[*d*], 355[*d*], 406[*c*], 410[*b*], 447, 514[*a–d*], 1170.)

Naziraeus. } —Naziraeus repraesentabat Dominum in primis et in ultimis, ac
Naziraeatus. } Divinum Ipsius in ultimis est Humanum Ipsius (n. 66, 364[*b*]).
Naziraei repraesentabant Dominum quoad Divinum Verum in ultimis, quod in terris est Verbum in sensu litterae (n. 196).
Naziraei repraesentabant Dominum quoad Divinum caeleste (n. 372[*b*]): per illos in sensu respectivo significabatur bonum amoris caelestis, quod bonum a Divino Humano Domini immediate procedit (n. 364[*b*]).
Potentia Domini in ultimis repraesentata est per crines apud Naziraeos, ut apud Simsonem, nam crines correspondent ultimis Divini Veri (n. 1086).

(*Videantur etiam articuli*, n. 448[*b*], 577[*b*], 619[*c*], 652[*b*], 918.)

Nebaioth.—Per "arietes Nebaioth," qui ministrabunt (*Esai.* lx. 7), significantur vera quae vitam ex affectione spirituali ducunt (n. 282): bona spiritualia interna (n. 391[*c*]).

Nebo.—(*Vide Esai.* xlvi. 1, n. 811[*b*].)

Nebuchadnezar.—(*Vide* ***Babel.***)
Per somnium Nebuchadnezaris regis Babelis (*Dan.* iv. 7–13 [*B.A.* 10–16]), describitur instauratio ecclesiae caelestis, et ejus incrementum usque ad suum fastigium, et postea ejus exitium propter dominationem etiam super sancta ecclesiae, et propter vindicatum sibi jus super caelum (*de quo plura*, n. 650[*d*]).
Per "Nebuchadnezarem" ut regem Babelis in initio significatur ecclesia caelestis, et ejus incrementum usque ad sapientiae fastigium (*de quo plura*, n. 650[*d*]).
Per statuam Nebuchadnezari in somnio visam repraesentati sunt status successivi ecclesiae (n. 577[*a*], 1029[*b*]).

Per "Nebuchadnezarem regem Babelis" significatur profanatio veri, et inde destructio ejus (*de quo plura*, n. 652[*c*]; *conf.* n. 622[*a*], 654[*g*], 714[*c*], 811[*a*], 1029[*b*]).
Per "Nebuchadnezarem" significatur fastus propriae intelligentiae (n. 654[*h*]).

Necessitas.—Quisque debet prospicere sibi et suis necessitates et requisita vitae ex amore, sed non ex amore sui (n. 1193).

Negare.—(*Vide* ***Abnegare.***)
"Non negare," cum de fide (*Apoc.* ii. 13), est constans esse (n. 136).
"Non negare nomen" Domini (*Apoc.* iii. 8), est agnoscere Divinum Domini in Humano Ipsius (n. 209).

Neglectus.—"Inter mortuos, neglectus" (*Ps.* lxxxviii. 6 [*B.A.* 5]), significat inter illos quibus nihil veri et boni, et propterea rejecti (n. 659[*b*]).

Negotiari.—(*Vide* ***Mercari.***)
Per "mercari" et "negotiari" significatur cognitiones veri et boni sibi comparare et communicare (n. 195[*b*]; *conf.* n. 355[*c*], 375[*e*(viii.)]).

Negotiatio.—Per "negotiationem" significatur comparatio cognitionum veri et boni (n. 514[*a*]).

Per "negotiationes" in opposito sensu significantur receptiones et appropriationes falsorum (n. 840).

(*Videantur etiam articuli*, n. 281[*a*], 355[*c*], 376[*d*], 654[*l*], 717[*c*].)

Negotiatores. } —Per "negotiatores" significantur qui cognitiones veri et boni
Negotiatrix. } sibi comparant, et aliis communicant (n. 314[*b*], 375[*e*(viii.)], 376[*d*]).

Nephilim.—(*Vide* ***Rephaim.***)
Per "Nephilim" et "Enakim" in Verbo significantur illa qui in maxima persuasione suae eminentiae ac sapientiae sunt prae aliis, et in sensu abstracto dirae persuasiones (n. 543[*d*]).

"Nephilim," "Enakim" et "Rephaim," qui in Verbo memorantur, in diris persuasionibus falsi prae aliis fuerunt. Illi ante adventum Domini per diras suas persuasiones infestaverunt omnes in altera vita, et eorum vitam spiritualem paene exstinxerunt. A Domino, cum fuit in mundo, conjecti sunt in infernum; quod infernum adhuc apparet sicut sub petra nimbosa; qui illuc accedunt in deliquium cadunt. Auctoris experientia (n. 544).

Nerveus succus.—(*Vide* ***Succus nerveus.***)

Nervus.—"Nervi arcus" (*Ps.* lxxvi. 4 [*B.A.* 3]) sunt principalia doctrinae (n. 357[*d*]).

De nervis in corporis ultimis (n. 744).

Nexus.—Talis est nexus superiorum et inferiorum in mundo spirituali, ut quantum inferiora in ordine sunt, tantum etiam sint superiora (n. 682; *de quo plura*, n. 744).

Ordo et nexus affectionum est soli Domino notus, ac ordinatio tot variarum affectionum quot fuerunt homines a prima creatione, et quot futuri posthac, est infinitae sapientiae, et simul infinitae potentiae (n. 1133).

Nicaea.—(*Videatur articulus*, n. 1103.)

Nicaenum Concilium.—(*Videantur articuli*, n. 1091, 1103.) (*Vide* ***Symbolum.***)

Nicolaitae.—"Nicolaitae" (*Apoc.* ii. 6, 15) sunt qui separant bonum a vero, seu charitatem a fide (n. 107, 142).

Quod illi qui separant charitatem a fide dicantur "Nicolaitae," est praecipue ex vocis illius sono in caelo; nam sonat ex vero seu fide, et non ex bono seu charitate (n. 107).

Nidificare.—"Nidificare" significat idem cum "habitare," nempe, vitam agere (n. 411[*e*]; *conf.* n. 388[*f*]). (*Vide* ***Nidus.***)

Nidor.—Nihil jucundius est nidore cadaveroso illis qui fuerunt sicarii et venefici, tum qui jucundum perceperunt in violandis feminis; et nihil jucundius est nidore excrementitio illis qui amore imperandi inescati fuerunt, tum qui jucundum in adulteriis et non jucundum in conjugiis ceperunt; ac nihil jucundius est nidore paludinoso tum urinoso illis qui se confirmaverunt in falsis, et affectionem veri apud se exstinxerunt (n. 659[*a*]).

Nidus.—"Nidus" dicitur pro habitatione (*Jerem.* xlix. 16; *Obad.* vers. 3, n. 410[*b*]: *conf. Deutr.* xxxii. 11; *Hiob.* xxxix. 27, n. 281[*b*]). (*Vide* ***Nidificare.***)

Nigella.—Quod bonum et verum Verbi usui vitae applicandum sit, significatur (*Esai.* xxviii. 25) per "Nonne quando complanavit facies ejus, dispergit nigellam, et reponit triticum mensuratum, et hordeum designatum, et zeas designatas?" (n. 374[*c*].)

Niger.—(*Vide* ***Ater.***)

Quod "nigrum" dicatur de non vero, et significet illud, est quia nigrum originem ducit ex tenebris seu ex privatione lucis (n. 372[*a*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 355[*b*], 364[*b*], 372[*a,b*], 373, 400[*a*], 401[*a*].)

Nigredo.—Per "Obscurata est prae nigredine forma Naziraeorum, non cognoscuntur in plateis" (*Thren.* iv. 8), significatur quod Divinum Verum in tam obscuro sit ut non alicui appareat (n. 652[*b*]).

Nigrescere.—Per "nigrescere" significatur quod non videatur et sciatur (n. 372[*a*]).

Nilus.—Scientificum quod est naturalis hominis significatur (*Gen.* xv. 18) per "fluvium Aegypti," Nilum (n. 569[*b*]). (*Vide* ***Aegyptus.***)

"Flumen Nilus" significat scientificum falsum (n. 538[*a*]).

Ninive.—Per "Niniven" significantur gentes quae extra ecclesiam (n. 401[*h*]).

Per "Niniven," quae in vastitatem ponetur (*Zeph.* ii. 13), significantur falsa doctrinae (n. 650[*f*]).

Nitrum.—Manifeste patet quod lavationes modo repraesentaverint et inde significaverint lavationes spirituales, quae sunt purificationes a falsis et malis; nam dicitur (*Jerem.* ii. 22), "Si laveris te nitro, et multiplicaveris tibi smegma, maculas retinebit iniquitas tua coram Me" (n. 475[*b*]).

Nix.—"Nix" (*Jerem.* xviii. 14) significat vera frigida (n. 411[*f*]).

Quod "nix" sit verum in ultimis, est ex aqua ex qua est, et ex albedine et candore (n. 67).

Formae partium nivis vegetabilium aemulae (n. 1208).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 67, 364[*b*], 372[*b*], 411[*f*], 419[*d*], 650[*b*].)

No.—Per "Aegyptum," "Sin" et "No" (*Ezech.* xxx. 15, 16) significantur scientifica et fallaciae quae naturalis hominis (n. 721[*b*]).

Noachus.—Per "Noachum et ejus filios" significatur Ecclesia Antiqua, et ejus post devastationem Ecclesiae Antiquissimae instauratio (n. 644[*d*], 650[*c*]).

Per "diluvium" Noachicum, in sensu spirituali describitur exitium Antiquissimae Ecclesiae, et quoque ultimum judicium super homines istius ecclesiae (n. 650[*c*]).

(*Videantur articuli*, n. 240[*b*], 376[*f*], 638[*b*], 644[*d*], 650[*c*], 724[*e*].)

Nocere.—"Si quis illis voluerit nocere" (*Apoc.* xi. 5) significat tutelam a Domino ne ullo modo laedantur (n. 641; *conf.* n. 643).

Noctua.—"Noctuae" sunt qui pro veris vident falsa, et "filiae" earum sunt concupiscentiae falsificandi vera (n. 714[*c*]; *conf.* n. 1100[*d*]).

Per "filias noctuae" (*Esai.* xiii. 21) significantur falsitates, et per "daemones silvestres" seu "satyros" cupiditates mere corporeae (n. 587[*a*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur, plurima in parte explicata*, n. 518[*a*], 586, 587[*c*], 650[*e*], 714[*c*], 730[*c*], 1029[*e*].)

Nomen.—Omnia nomina in Verbo significant res (n. 9): nomina personarum et locorum significant res; non modo unumquodvis singillatim suam rem, sed etiam in complexu rem in serie (n. 436).

Per "nomen" etiam significatur quale rei et status (n. 676).

Quia quale Dei est multiplex, continet enim omnia quae ab Ipso, ideo Ipsi plura nomina sunt, et unumquodvis nomen quale Ipsius in genere et in specie involvit et exprimit (*de quibus perplura*, n. 1107).

Per "nomen Jehovae," "Domini" aut "Jesu Christi," in Verbo, non intelligitur nomen, sed omne amoris et fidei per quod colitur (n. 102[*a*], 135, 175[*b*], 224, 295[*d*], 410[*c*]).

Per "nomen Jehovae," tum per "nomen Domini," intelligitur Divinum Humanum Ipsius (n. 224).

Nomina in mundo spirituali, sicut omnia reliqua, sunt spiritualia. Nomen "Dominus" et nomen "Jesus Christus" nec ibi enuntiantur sicut in terris; sed pro illis nominibus, nomen formatur ex idea omnium quae sciuntur et creduntur de Ipso (n. 102[*a*]).

Per duo nomina "Jesum" et "Christum," significatur tam sacerdotale quam regium Domini; nempe, per "Jesum" Divinum Bonum, et per "Christum" Divinum Verum (n. 31[*b*]).

Quod "nomen" significet quale rei et status apud hominem est quia nomina personarum non dantur in mundo spirituali sicut in mundo naturali: in mundo spirituali nominantur omnes secundum quale vitae eorum, sic cum differentia intra societates et extra illas; intra societates est constans quale status vitae cujusvis, nam quisque habitat ibi ad plagam, et quoque ad distantiam e medio, secundum quale suae affectionis et suae intelli-

gentiae, quare secundum hoc quale est ejus nomen: inde est quod cum auditur nomen alicujus in societate, cognoscatur etiam quale ejus (n. 676; *conf.* n. 148).

(*Videantur articuli*, n. 9, 31[*b*], 102[*a,b*], 122, 135, 148, 175[*b*], 186[*a*], 195[*a*], 199, 200, 209, 222[*a*], 223[*a*], 224, 239[*b*], 256, 294[*b*], 295[*d*], 313[*b*], 324[*c*], 328[*c*], 329[*g*], 340[*a,b*], 365[*f*], 388[*e*], 410[*c*], 411[*d*], 436, 453[*b*], 519[*a*], 563, 650[*c*], 676, 695[*b*], 696[*a*], 706[*c*], 710[*b*], 717[*d*], 746[*d*], 768[*e*], 798[*a*], 806, 815[*c*], 841, 852[*a*], 892, 933, 943, 959, 960[*b*], 962, 984, 1025, 1039, 1046.)

Nominari.—Per "Non nominabitur in aeternum" (*Esai.* xiv. 20) significatur dissociatio et separatio aeterna (n. 659[*e*]).

Nonus.—(*Vide* ***Novem.***)

Noph.—Zoan et Noph erant in terra Aegypti, et significabant illustrationem naturalis hominis ex luce spirituali (n. 654[*h*]).

Noscere. }
Notus. } —(*Vide* ***Cognoscere, Scire.***)

Nova Hierosolyma.—(*Vide* ***Hierosolyma, Ecclesia.***)

Ecclesia quae Christiana vocatur hodie ad finem suum pervenit; quapropter nunc arcana caeli et ecclesiae a Domino revelata sunt, inservitura novae ecclesiae quae per "Novam Hierosolymam" in *Apocalypsi* intelligitur, pro doctrina et fide (n. 670).

Post Ecclesiae Judaicae finem, revelata sunt Divina vera interiora pro Ecclesia Christiana a Domino; et nunc adhuc interiora vera pro ventura ecclesia. Interiora illa vera sunt quae in sensu interno seu spirituali Verbi sunt (n. 641).

Placuit nunc Domino revelare plura arcana caeli, imprimis sensum Verbi internum seu spiritualem, qui hactenus plane ignotus fuerat, et cum illo docuit genuina vera doctrinae, quae revelatio intelligitur per "adventum Domini," apud *Matthaeum* (cap. xxiv. 3, 30, 37). Causa revelationis in fine ecclesiae est, ut per illam fiat separatio bonorum a malis, tum instauratio ecclesiae novae, et hoc non modo in mundo naturali ubi sunt homines, sed etiam in mundo spirituali ubi sunt spiritus et angeli; nam in utroque mundo est ecclesia, et utrobivis fit revelatio, et per illam separatio, ut et ecclesiae novae instauratio (n. 641).

Illi qui in Nova Hierosolyma erunt, omnes agnituri sunt Divinum Humanum Domini. Hoc est "nomen Domini novum" (n. 224).

Quod nova ecclesia, quae vocatur "Sancta Hierosolyma," primum incohatura sit apud paucos, postea apud plures, et denique impleatur, sunt plures causae (*de quibus*, n. 732).

Secundum incrementum in mundo spirituum crescit ecclesia illa in terris (n. 732).

(*Videantur articuli*, n. 100, 223[*a,c*], 224, 288[*b*], 431[*b*], 629[*b*], 652[*d*], 670, 711, 732, 758, 764, 857, 870, 948, 1044, 1183.)

Novacula.—Deprivatio sapientiae et intelligentiae spiritualis inde, significatur (*Esai.* vii. 20) per quod "per novaculam mercenariam detondentur pili capitis et pedum, et consumetur barba" (n. 569[*c*]; *conf.* n. 577[*a*]).

Novem. }
Nonus. } —"Tria," significant statum plenum, seu completum usque ad finem: simile "sex," et "novem" (n. 194).

Quod "tenebrae factae fuerint super totam terram" (*Luc.* xxiii. 44), significabat quod non nisi quam falsa mali essent apud illos qui ab ecclesia; quod "tribus horis," nempe ab hora sexta ad nonam, significabat quod merum falsum et prorsus non aliquod verum; "tria" enim significant plenum, totum et prorsus, ac "sex" et "novem" significant omnia in complexu, hic falsa et mala (n. 401[*d*]).

Novilunium.—Sancta ecclesiae, ex quibus fiebat cultus, ac ipse cultus, signifi-

cantur (*Hos.* ii. 11) per "festum, novilunium et sabbatum," quae cessabunt (n. 403[*b*]).

Per "sacrificia," "mincham," "suffitum," "novilunia" et "festa," tum per "orationem" (*Esai.* i. 11, 13–15) intelliguntur omnia cultus (n. 939; *conf.* n. 1061).

Novus.—Per "utres veteres" (*Matth.* ix. 17) significantur statuta et judicia Ecclesiae Judaicae, et per "utres novos" praecepta et mandata Domini. Quod illi qui nati et educati sunt in externa quae erant Ecclesiae Judaicae non statim possint perduci in interna quae sunt Ecclesiae Christianae, significatur (*Luc.* v. 39) per "Nemo bibens vinum vetustum statim vult novum; dicit enim, Vetustum utilius est" (n. 376[*e*]).

(*Vide Matth.* xxvi. 29; *Luc.* xxii. 18, n. 376[*e*].)

Nox.—Per "noctem" significatur status quando mens in idea obscura est (n. 747).

"Nox" (*Ps.* cxxxvi. 9) significat lucem naturalis hominis, hujus enim lux, ad lucem spiritualis, est comparative sicut lux noctis a luna et stellis ad lucem diei a sole (n. 401[*d*]).

"Nox" significat statum nullius amoris et fidei (n. 193[*a*]).

"Nox" significat ultimum tempus ecclesiae, quando nulla fides quia nulla charitas (n. 98).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 98, 167, 179, 187[*b*], 193[*a*], 285, 336[*b*], 372[*a*], 401[*d,e*], 478, 504[*b*], 527, 610, 624[*c*], 650[*a*], 747, 768[*d*].)

Noxius.—"Noxium" (*Apoc.* xvi. 2) praedicatur de falsificato (n. 962).

Nubes.—"Ecce venit cum nubibus" (*Apoc.* i. 7) significat quod Dominus Se revelaturus in Verbo per sensum internum. "Nubes" sunt Divina vera in ultimis, ita Verbum in littera, nam Verbum quoad sensum litterae est Divinum Verum in ultimis; et quia unumquodvis ibi continet sensum internum seu spiritualem, ideo "venire cum nubibus" est revelare Se per illum sensum (n. 36; *conf.* n. 64, 69, 220[*b*], 282, 401[*b*], 405[*e*], 406[*c*], 419[*d*], 455[*a*], 594[*a–d*], 644[*c*], 670, 905, 937).

Quia "nubes" est externum Verbi, etiam est externum ecclesiae et cultus, nam ecclesia et cultus sunt ex Verbo (n. 69).

"Nubes lucida" (*Matth.* xvii. 5) significat Verbum in littera in quo sensus internus (n. 64).

"Nubes alba" significat Verbum in sensu litterae, cui sensus spiritualis inest. Nubes visa est alba (*Apoc.* xiv. 14) ex translucentia Divini Veri in caelis, quale est Verbum in sensu spirituali (n. 905, 906; *conf.* n. 272).

"Levis nubes" (*Esai.* xix. 1) significat Divinum Verum naturale spirituale (n. 654[*h*]).

Per "Stillarunt aquas nubes" (*Ps.* lxxvii. 18 [*B.A.* 17]) significantur vera ex sensu litterae Verbi; per "Vocem dederunt aetheres," seu "nubes superiores," significantur vera ex sensu spirituali Verbi (n. 273).

Per quod "nubes stillarint aquas" (*Judic.* v. 4) significatur instructio, influxus et perceptio Divini Veri (n. 594[*d*]).

"Excelsa nubis" (*Esai.* xiv. 14) sunt vera interiora Verbi (n. 1029[*d*]).

Quod "nubes" Divina vera in ultimis significent, est ex apparentiis in spirituali mundo: ibi apparent nubes in varia luce; in intimo seu tertio caelo in flammea, in medio seu secundo in candida, ac in ultimo seu primo in densiori; et quisque ibi novit quod significent Divinum Verum a Domino per angelos (*de quibus perplura*, n. 36, 594[*a*]).

Per "nubes" in opposito sensu significantur falsa (n. 355[*d*]).

Per "intrare nubes" significat in non agnitionem veri (n. 411[*e*]).

Nubes crassae et nigrae circum circa plura inferna conspiciuntur; inde patet quod etiam per "nubes" in opposito sensu significentur falsa mali contraria veris ex bono (n. 594[*d*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 36, 64, 69, 220[*b*], 272, 273, 281[*b*], 283[*b*], 294[*b*], 355[*d*], 372[*a*,*b*], 401[*b*], 405[*e*], 406[*c*], 411[*e*], 419[*d*], 455[*a*], 504[*b*], 594[*a*–*d*], 630[*c*], 644[*c*], 654[*h*], 670, 671, 905, 906, 910, 912, 937, 955, 1029[*c*,*d*].)

Nudare. } ***Nuditas.*** } ***Nudus.*** }—Pleraque in sensu naturali seu in sensu litterae Verbi, sunt bona et vera investita, et modo aliqua nuda, sicut in sensu spirituali ejus; ac bona et vera investita vocantur apparentiae veri: Verbum enim in ultimis est sicut homo indutus veste, qui tamen quoad faciem et quoad manus nudus est; et ubi sic Verbum est nudum, ibi apparent bona et vera ejus nuda sicut in caelo, ita qualia in sensu spirituali sunt (n. 778[*c*]).

"Nudus" significat bonum innocentiae (n. 240[*b*]).

"Nudus" significat illos qui in bono caelesti (n. 240[*a*]).

Causa quod angeli caelestes [e longinquo] nudi appareant, est quia non opus habent memoria retinere vera, nec intellectu inde comprehendere illa, quia habent illa inscripta cordi (n. 240[*a*]).

Per "nudum" in Verbo intelliguntur etiam illi qui non in veris sunt, et inde non in bono, quoniam ignorant illa, et tamen desiderant illa (n. 240[*b*]).

"Nudus" et "nuditas" significant deprivatum seu deprivationem ab intelligentia et ab amore, ita ab intellectu boni et a voluntate ejus, etiam ex causa quia vestes tegunt corpus et carnem, et per "corpus" et "carnem" significatur bonum; inde per "vestes" significantur illa quae tegunt bonum (n. 240[*a*]).

"Nudus" significat cognitionibus boni et veri deprivatum (n. 187[*b*]): "nudus ambulare" significat vitam absque illis cognitionibus, ita vitam non spiritualem, sed mere naturalem (n. 187[*b*]).

"Nudi" sunt qui absque voluntate boni, ita quoque absque intellectu ejus (n. 239[*a*]).

Per "obtegere nudum" significatur instruere veris eum qui desiderat instrui (n. 295[*c*]).

Genitalia, ex scandalis et ex adulteriis, vocantur pudenda; horum nuditas intelligitur etiam per "nudum ambulare" (n. 1009).

(*Videantur articuli*, n. 187[*b*], 195[*c*], 235, 238, 239[*a*], 240[*a*–*c*], 244, 283[*b*], 295[*c*], 355[*e*], 357[*c*], 386[*d*], 695[*d*], 778[*b*,*c*], 816, 1008, 1009.)

Numerare. } ***Numeratus.*** }—Per "numerare" significatur nosse quale rei (n. 453[*a*]); nosse quale rei, ac ordinare et disponere secundum id (n. 841).

Per "numerari" significatur ordinari et disponi; ubi dicitur "Numerabitu Domino" (*Ps.* xxii. 31 [*B.A.* 30]), significatur Ipsi adnumerari seu adjici, ita esse Ipsius (n. 768[*b*]).

Per "numerare exercitum belli" (*Esai.* xiii. 4) significatur ordinare vera ex bono contra falsa ex malo (n. 734[*d*]; *conf.* n. 453[*b*]).

Per "Numeratus, numeratus es" (*Dan.* v. 25, 26) significatur visus et exploratus quoad quale boni et veri (n. 453[*a*]; *conf.* 373, 376[*d*]).

Numerus.—Omnes numeri in Verbo significant qualitates rerum quae describuntur (n. 1063): ipsum quale determinatur per numeros qui exprimuntur (n. 429): numeri in Verbo significant res aut status, ac varios secundum respectum ad alios numeros (n. 124).

Quod spiritualia caeli, qualia sunt quae angeli cogitant et loquuntur, cadant etiam in numeros, saepe auctori ostensum est (*de quo plura*, n. 429).

Sunt numeri simplices qui prae reliquis significativi sunt, ex quibus majores numeri suas significationes trabunt, nempe, numeri "duo," "tria," "quinque" et "septem" (n. 430[*a*]).

Numeri majores, et congregati ex minoribus, simile significant cum numeris minoribus et simplicibus a quibus per multiplicationem exsurgunt (n. 430[*a*]).

Cum duo numeri multiplicati, unus major et unus minor, qui simile significant, una dicuntur, tunc minor dicitur de bonis, et major de veris (*de quo plura*, n. 336[*a*].)

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 39, 203, 257, 336[*a*], 373, 430[*a*], 532, 556[*a*], 573[*a*], 574, 841, 845, 846, 847, 933: *videantur etiam articuli*, n. 124, 194, 336[*b*], 384, 429, 453[*a,b*], 506, 548, 658, 761, 851, 924, 1063.)

Nummi. } —"Nummi" et "pecuniae" significant cognitiones veri et boni
Nummularii. } (n. 840).

Per "nummularios" (*Matth.* xxi. 12) significantur qui sibi quaestum faciunt ex sanctis veris (n. 840).

Nuptiae.—(*Vide* ***Conjugium, Connubium.***)

Per "cenam nuptiarum Agni" (*Apoc.* xix. 9) significatur conjunctio cum Domino, et inde communicatio cum illis qui ab ecclesia quae per "Novam Hierosolymam" intelligitur (n. 1225).

Per "nuptias" significatur conjunctio boni et veri (n. 252[*a,b*], 675[*a*]).

"Non indutus veste nuptiarum" (*Matth.* xxii. 11, 12) significat hypocritam qui per moralem vitam mentitur spiritualem, cum tamen est mere naturalis (n. 195[*b*]).

Per "nuptias in Cana Galilaeae" significatur ecclesia apud gentes (n. 376[*e*]).

Nuptui dare.—Per "contrahere matrimonium et nuptui dare" (*Matth.* xxiv. 38) significatur conjungere falsum malo et malum falso (n. 617[*e*]).

Nurus.—(*Vide Luc.* xii. 53, n. 724[*b*].)

"Filiae quae scortantur" (*Hos.* iv. 13) sunt bona veri perversa; "nurus quae adulterantur" sunt mala conjuncta falsis inde (n. 141[*b*]; *conf.* n. 324[*e*]).

Nutare.—(*Vide Esai.* xxiv. 20, n. 400[*b*].)

Nutrire. } —(*Vide* ***Cibare, Cibus.***)
Nutritio. } Quae esui sunt, et nutriunt corpus, significant in spirituali sensu talia quae nutriunt animam seu mentem, quae omnia se referunt ad bonum amoris et ad verum fidei (n. 374[*a*]).

Cibus et potus significant cognitiones boni et veri, ac inde nutritionem spiritualem quae datur per instructionem (n. 444[*c*]).

(*Videantur articuli*, n. 374[*a*], 386[*a–e*], 413[*b*], 444[*c*], 507, 617[*a*], 911[*c*].)

Obdormire.—(*Vide* ***Dormire.***)

"Currus" et "equus" (*Ps.* lxxvi. 7 [*B.A.* 6]) significant ecclesiae doctrinam et ejus intellectum; quae "obdormire" dicuntur cum absque veris sunt, et inde homo ecclesiae absque vita spirituali per illa (n. 187[*b*]); intellectuale sopitum est, quia factum mere naturale (n. 355[*c*]).

Obductus.—"Alae columbae obductae argento" (*Ps.* lxviii. 14 [*B.A.* 13]) significant vera spiritualia; "obductae flavedine auri" significant bonum spirituale ex quo illa vera (n. 283[*b*]).

Obdurare.—(*Vide* ***Obfirmare.***)

ObedEdom.—Quod benedictus sit ObedEdomus propter arcam, et domus ejus, erat quia benedictio a bonis mundi significat benedictionem a bonis caeli, quae unice procedunt a Domino per receptionem Divini Veri repraesentati per arcam; quae bona illis sunt qui in spirituali bono sunt, quod repraesentabat ObedEdom in Gath (n. 700[*f*]).

Obedientia. } —Per "potare potu frigidae unum parvorum in nomine discipuli"
Obedire. } (*Matth.* x. 42), intelligitur ex obedientia bonum facere et verum

docere, nam per "aquam" significatur verum affectione, et per "frigidam" verum obedientia; sola enim obedientia est affectio naturalis et non spiritualis, quare respective est frigida (n. 695[*b*]; *conf. Mal.* iii. 5, n. 695[*d*]). Quoniam naturali homini sunt concupiscentiae ex amore sui et mundi; et illae non removeri possunt quam per vera, ideo dicitur (*Gen.* iii. 16) quod "ad virum erit obedientia mulieris, et is dominabitur illi;" per "virum" significatur hic ut alibi in Verbo verum ecclesiae (n. 721[*c*]).

(*Vide Levit.* xxvi. 14, n. 388[*b*].)

Oberrare.—Quod "oves oberrent super omnibus montibus et super omni colle alto" (*Ezech.* xxxiv. 6), significat quod quaerant bona et vera, sed non inveniant (n. 405[*h*]).

Obfirmatio. } ***Obfirmare.*** } ***Obfirmati.*** }—Per "facies prophetae obfirmatas contra facies illorum" (*Ezech.* iii. 8) significatur rejectio falsorum per vera; et per "frontem obfirmatam contra frontem eorum" significatur rejectio mali per bonum; affectio veri et boni obfirmatur et durescit extrinsecus ex zelo quando ei pugna est contra falsum et malum; alioqui non repellit illa; non autem intrinsecus (n. 412[*f*]).

Sicut bonum amoris est caeleste, et inde clemens, patiens et pudicum, ita malum bono illi oppositum est infernale, durum, obfirmatum et impudens (*de quo plura*, n. 427[*b*]).

Qui nihil curant nisi mundana et terrestria, illi ex non perceptione boni et non intellectu veri dicuntur (*Esai.* lvi. 11) "canes obfirmati anima, qui non sciunt satietatem (n. 376[*f*]).

"Obfirmatio facierum" (*Esai.* iii. 9) significat renuentiam ac non admissionem Divini Veri et Divini Boni in cogitationes et affectiones, quae sunt interiora (n. 412[*f*]).

Per "obfirmationem horrendam" in prophetis Hierosolymae (*Jerem.* xxiii. 14), significatur confirmatio cordis contra vera et bona Verbi (n. 653[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 376[*f*], 411[*f*], 412[*e*,*f*], 427[*b*], 453[*b*], 455[*b*], 544, 653[*b*].)

Objurgatio.—Dolor cordis et animi significatur (*Esai.* xxxvii. 3) per "diem angustiae, objurgationis et contumeliae" (n. 721[*b*]).

Oblatio.—Oblationes super altari, quae erant sacrificia, et quoque minchae et libamina, vocabantur "munera" (*de quibus plura*, n. 661).

(*Vide Esai.* xl. 20, n. 587[*b*].)

Obligare.—"Obligare vulnera, et infundere oleum et vinum" (*Luc.* x. 34) significat parare medelam contra falsa quae laeserant ejus vitam, per bonum amoris et verum fidei, instruendo (n. 444[*c*]; *conf.* n. 962).

"Non obligata, non emollita oleo" (*Esai.* i. 6), significat non per resipiscentiam emendata, ac per bonum temperata (n. 962).

(*Vide etiam Esai.* lxi. 1, n. 811[*c*].)

Oblinere.—"Oculos oblinere, ne forte videat" (*Esai.* vi. 10; *Joh.* xii. 40), est obtenebrare intellectum ne intelligat (n. 152).

Oblivisci. } ***Oblivio.*** }—De Ecclesia Judaica dicitur, "Petram quae genuit te oblivioni dedisti, et oblitus es Dei Formatoris" (*Deutr.* xxxii. 18); per quae significatur quod Dominum et inde Divinum Verum, per quod reformatur ecclesia, rejecerint (n. 411[*c*]).

(*Vide articulos*, n. 405[*h*], 411[*f*]).

Oblongus.—Per "leviathanem, serpentem oblongum" (*Esai.* xxvii. 1), significantur illi qui rejiciunt omnia quae non oculis vident, ita mere sensuales (n. 275[*a*]).

Obryzum.—(*Vide* **Aurum.**)

"Aurum" est bonum caeleste, "obryzum" est bonum spirituale (n. 619[*b*]; *conf.* n. 242[*d*]).

Obscurata. } —(*Vide* ***Caligo, Tenebrae.***)
Obscuritas. } "Nigrum" et "atrum" in Verbo significat non verum, similiter ac "tenebrae," "nubes," "obscuritas," et plura ex quibus nigredo (n. 372[*b*]).

"Obscurata est terra" (*Esai.* ix. 18 [*B.A.* 19]) significat quod illa quae ecclesiae sunt in caligine seu in falsis; nam falsa mali dicuntur in caligine esse, vera autem in luce (n. 304[*d*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 304[*d*], 372[*b*], 386[*b*], 541, 652[*b*].)

Observare.—Vita charitatis intelligitur per "ambulare in statutis, observare praecepta et facere illa" (*Levit.* xxvi. 3), hoc enim est charitas (n. 388[*b*]).

(*Videatur Levit.* xix. 30, n. 696[*d*].)

"Sicut pardus super via observabo" (*Hos.* xiii. 7) significat falsificationem veri per ratiocinia ex naturali homine; per "observare" significatur intentio pervertendi (n. 780[*b*]).

Obsidere.—Per "obsidere Hierosolymam" (*Ezech.* iv. 2, 3) significatur angustare malis et falsis (n. 633[*b*]).

Obsidio.—Quia verum falsificatum est durum, secludens, et non admittens aliquod verum genuinum, dicitur (*Ezech.* iv. 3), "Ut sit obsidionem," etc. (n. 706[*d*]).

Obsidium.—"Haurire aquas obsidii, et confirmare munimenta" (*Nahum* iii. 14), est munire falsa variis contra vera (n. 177).

Obsignare. } —Per "obsignare" (*Apoc.* x. 4) significatur reticere et reservare
Obsignatum. } ad aliud tempus (n. 604; *conf.* n. 300, 327).

"Obsignare visionem et prophetam" (*Dan.* ix. 24) significat finem prioris ecclesiae et principium novae (n. 624[*e*]; *conf.* n. 375[*e*(vi.)]): "ad obsignandum visionem et prophetam" significat ad implendum omnia quae in Verbo (n. 684[*e*]).

Obstupescere.—"Obstupescere," "cohorrere," et "turbari," significant prorsus mutari quoad statum (n. 406[*b*]; *conf.* n. 376[*f*]).

Obtegere. } —Sensus Verbi externus seu litteralis, quia tegit et recondit
Obtegumentum. } spiritualem, vocatur "tegumentum super omni gloria" (*Esai.* iv. 5); "gloria" est sensus spiritualis (n. 294[*b*]).

Per "lapides pretiosos" (*Ezech.* xxviii. 13) significantur cognitiones veri et boni; hae dicuntur "tegumentum," quia in naturali homine sunt, ac naturalis homo tegit spiritualem (n. 294[*b*]).

Per "obtegere nudum" (*Esai.* lviii. 7) significatur instruere veris eum qui desiderat instrui (n. 295[*c*]).

Quod non influat aliquid e caelo, significatur (*Ezech.* xxxii. 7) per "Obtegam caelos;" quod non bonum amoris et non verum fidei, significatur per "Solem nube obtegam, et luna non lucere faciet lumen suum" (n. 372[*a*]).

Per "obtegere faciem ne videat terram" (*Ezech.* xii. 6) repraesentabatur quod omnia vera doctrinae e Verbo ejecta sint (n. 811[*a*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 195[*c*], 294[*b*], 295[*c*], 372[*a,b*], 376[*f*], 386[*d*] 401[*c*], 539[*b*], 594[*c*], 644[*b*], 654[*h*], 710[*b*], 811[*a*], 955.)

Obtenebrari. } —Si intellectus sit ex falsis mali, quod totus homo talis sit, signi-
Obtenebratum. } ficatur (*Matth.* vi. 23) per "Si oculus malus, totum corpus obte-
Obtenebratio. } nebratum est" (n. 313[*c*]).

Per "obtenebrationem terrae" (*Amos* viii. 9) significatur falsum doctrinae e malo vitae (n. 401[*d*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 401[*c*], 525.)

Obturare.—(*Vide Joh.* xii. 40, n. 239[*b*], 706[*b*], 1081, 1160; *Esai.* xxxiii. 15, n. 329[*f*]; *Ps.* lxiii. 12 [*B.A.* 11], n. 608[*b*].)

Obvelare.—(*Vide Ps.* civ. 6, n. 275[*b*], 405[*d*].)

Obvertere.—Qui in malis viderat, quando fit spiritus, prorsus avertit faciem a Domino: hoc intelligitur (*Jerem.* xxxii. 33) per quod "obverterint Ipsi cervicem et non facies" (n. 412[*e*]).

Occaecare.—"Occaecare oculos sapientum" (*Deutr.* xvi. 19) est ut non videant seu intelligant verum (n. 152; *conf. Joh.* xii. 40, n. 239[*b*]).

Occare.—"Occare terram" (*Esai.* xxviii. 24) est reponere in memoria (n. 374[*c*]).

Occasus.—"Ab ortu solis ad occasum" (*Mal.* i. 11) significat ubivis bonum (n. 324[*c*]).

Per "occasum solis" intelligitur bonum amoris in obscuro (n. 401[*f*]); status ecclesiae cum in ignorantia est (n. 401[*f*]); ultimum tempus ecclesiae (n. 179); status ecclesiae cum in malis et inde falsis (n. 401[*f*]).

Occidere. } —Per "occidentem" significatur ubi bonum amoris est in obscuro (n.
Occidens. } 239[*b*]). (*Vide* **Plagae.**)

Per "occidentem" (*Deutr.* xxxiii. 23) significatur affectio veri (n. 439).

Plurimis in locis dicitur solum "ab oriente ad occidentem," et non simul a meridie et septentrione; illae plagae ibi involvunt binas reliquas (n. 422[*b*]).

Quod non scituri bonum nec verum, significatur (*Mich.* iii. 6) per "Occidet sol super prophetas, et nigrescet super iis dies" (n. 372[*a*], 401[*d*]).

Ubi dicitur, "Non occidet amplius sol tuus, et luna tua non colligetur" (*Esai.* lx. 20), per "solem" significatur Divinus Amor Domini, et per "lunam" Divinum Verum (n. 401[*h*]).

(*Vide etiam articulos*, n. 252[*a*], 316[*c*], 422[*a–d*].)

Occidentalis.—(*Vide* **Plagae.**)

Qui in affectione boni amoris obscura sunt, in mundo spirituali habitant in plaga occidentali (n. 652[*a*]).

Occidere. } —Per "occidere" in Verbo significatur occidere spiritualiter, seu oc-
Occisus. } cidere spirituale hominis, aut animam ejus, quod est exstinguere vera (n. 366).

Praeceptum "Non occides," continet etiam non odio habere proximum, et vindictas amare, nam odia et vindictae spirant necem (n. 935). (*Videatur hujus praecepti explicatio*, n. 1012–1017.)

"Occidere" est perdere quoad vitam spiritualem (n. 547, 643); "occidere" est deprivare vita spirituali (n. 572).

Per "occidere morte" (*Apoc.* ii. 23) significatur exstinguere (n. 166).

Per "occidere per sitim" (*Hos.* ii. 3) significatur defectus totalis veri (n. 240[*b*]; *conf.* n. 730[*b*]).

"Occidere virum" (*Gen.* xlix. 6) significat avertere prorsus a veris (n. 443[*b*]).

Per "occidi" significatur odio haberi (n. 137).

Per "occidi" significatur perire morte aeterna (n. 584).

"Occisus" (*Apoc.* v. 6), cum de Domino, significat quod non sit agnitus (n. 315[*a*], 328[*a*], 337).

"Occisi propter Verbum Dei et propter testimonium quod habebant" (*Apoc.* vi. 9), significant illos qui rejecti sunt a malis et abditi a Domino (n. 392[*a*]).

Per "occisos" (*Ezech.* xxxvii. 9) significatur simile quod per "ossa arida," nempe, illi quibus non aliquid vitae spiritualis est (n. 418[*b*]).

"Occisi" significant illos qui per falsa et mala perierunt (n. 329[*g*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae plura videantur explicata*, n. 186[*a*], 270, 275[*a*],

304[*d*], 315[*b*], 328[*a*], 366, 386[*b*], 579, 589, 651, 652[*b*], 676, 812, 833, 1194.)

Occisio.—Per "oves occisionis, quas possessores earum occidunt" (*Sach.* xi. 4, 5, 7), significantur qui in bono sunt, et per falsa doctrinae seducuntur (n. 315[*c*]).

Occisores.—"Occisores" (*Jerem.* iv. 31) sunt falsa quae vitam spiritualem exstinguunt (n. 315[*c*]).

Occludere.—(*Vide* ***Claudere.***)

"Vendere" et "occludere" (*Deutr.* xxxii. 30) est deprivari (n. 411[*c*]).

"Occlusi oculi" (*Esai.* xxix. 10) sunt nullus intellectus (n. 376[*f*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 152, 577[*a*].)

Occultare. } —Per "ocultationem roboris Ipsius in cornibus" (*Hab.* iii. 4) signi-
Occultatio. } ficatur omnipotentia Divini Boni per Divinum Verum (n. 316[*a*]).

"Occultare eos in abdito facierum tuarum" (*Ps.* xxxi. 21 [*B.A.* 20]) est in Divino Bono non apparente coram aliis (n. 412[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 412[*e*].)

Occultum.—Per "occultare in occulto tabernaculi" (*Ps.* xxvii. 5) significatur tenere in Divino Bono, ac tutari a malis (n. 799[*b*]).

Qui bonum faciunt et verum loquuntur non propter se et mundum, sed propter ipsum bonum et ipsum verum, intelliguntur (*Matth.* vi. 4, 6) per illos "qui eleemosynam faciunt in occulto" et "qui orant in occulto," nam faciunt et orant ex amore seu affectione, ita ex Domino (n. 695[*b*]).

Mali cum veniunt in lucem caeli, apparent prorsus quales sunt, deformes et monstrosi secundum occulta mala apud illos. Ex his patet quid intelligitur (*Ps.* xxxi. 21 [*B.A.* 20]) per "Posuisti iniquitates nostras coram Te, et occultum nostrum in lucem facierum tuarum" (n. 412[*b*]).

"Et seduxit se in occulto cor meum" (*Hiob.* xxxi. 27), significat num inde intus gloriatus sim (n. 401[*e*]).

Ochim.—(*Vide* ***Ijim, Tziim.***)

"Tziim" (*Esai.* xiii. 21) sunt falsa infernalia, "ochim" sunt mala infernalia (n. 1029[*e*]).

Octo. } —(*Vide* ***Duo, Numerus.***)
Octavus. } Per numerum "octo" significatur bonum (n. 1067).

(*Vide Apoc.* xvii. 11, n. 1067.)

Oculus.—Visus cogitationis hominis, qui vocatur intellectus, correspondet visui oculorum ejus; quare etiam ex oculorum luce et flamma apparet quale cogitationis ex intellectu (n. 1080).

"Oculi," cum dicuntur de Domino, significant Divinam providentiam (n. 68, 152, 277[*a*], 284); ut et Divinam sapientiam et intelligentiam quae est omniscientia (n. 152, 317).

"Oculi," cum de Domino, sunt praesentia, et inde providentia (n. 68).

"Oculi gloriae Jehovae" (*Esai.* iii. 8) sunt Divinum Verum (n. 433[*e*]).

"Oculi," cum de hominibus, significant intellectum veri; et intellectus veri est intelligentia et sapientia (n. 152; *conf.* n. 852[*a*]).

Quod "oculi" significent intellectum, est quia omnis visus oculorum apud homines et angelos inde est (*de quo plura*, n. 152).

Quod "oculus" significet intellectum et fidem est ex correspondentia; intellectus enim est visus internus, et is visus est qui videt per oculum; determinat enim hunc ad objecta, et disponit interiora ejus ad receptionem. Inde est quod ab oculis aliquatenus videri possit affectio cogitationis (*de quibus plura*, n. 37).

"Oculus dexter" significat intellectum boni, "oculus sinister" intellectum veri (n. 152, 313[*c*]).

Oculus est "bonus," seu "simplex," quando verum ex bono est, seu intellectus ex voluntate (n. 313[*c*]; *conf.* n. 152).

"Aperire oculos caecorum" est instruere illos qui adhuc ignorant vera, et usque desiderant illa (n. 152).

"Oculus pro oculo, et dens pro dente" (*Matth.* v. 38), significat quantum aliquis alteri aufert intellectum veri et sensum veri, tantum illi auferrentur (n. 556[*b*]).

Per "oculum malum" significatur intellectus falsi (n. 152).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 37, 68, 152, 153, 239[*b*], 245, 274, 277[*a*], 284, 313[*b*,*c*], 316[*c*], 317, 318, 319, 328[*d*], 355[*a*], 357[*d*], 376[*f*,*g*], 391[*g*], 405[*b*], 412[*f*], 427[*b*], 433[*e*], 455[*b*], 484, 526[*b*], 556[*b*], 577[*a*], 584, 612, 619[*b*], 622[*a*], 696[*c*], 710[*c*], 717[*c*], 724[*c*], 730[*b*], 739[*b*], 746[*f*], 799[*b*], 811[*c*], 1081.)

Odium.—(*Vide* ***Exosi, Inimicitia.***)

Quoniam odium et amor sunt sibi e diametro opposita, ideo odium facit infernum apud hominem sicut amor facit caelum apud illum (n. 1015).

Odio habere est velle occidere (n. 1014).

Quoniam odium est ignis infernalis, patet quod id removendum sit, antequam amor, qui est ignis caelestis, potest influere (n. 1016).

Odium est imprimis apud illos qui in amore imperandi super omnes sunt; apud reliquos est inimicitia (n. 1016).

Quamdiu odium non remotum est, tamdiu homo est mere naturalis (n. 1017).

(*Videantur articuli*, n. 746[*f*], 754, 758, 1014–1017.)

Odor. }
Odorari. }
Odoratus. }
Odoramentum. } —Perceptio mentis correspondet odori narium; odor et nares sunt correspondentiae, et actio est influxus: inde est quod homo cui interior perceptio est dicitur acutae naris, ac percipere rem dicitur odorari illam (n. 1080).

Perceptivum quod est apud hominem producit sensum odoratus in ejus corpore, et hoc quoque ex correspondentia (n. 324[*a*]).

In mundo spirituali, perceptivum boni et veri sentitur sicut fragrans ex gratis odoribus (n. 324[*a*]).

"Odor" significat perceptivum grati secundum quale amoris et fidei (n. 324[*f*]).

Odores fragrantes correspondent amoenitatibus et deliciis quae insunt cogitationibus et perceptionibus ex jucundo amoris spiritualis (n. 324[*e*]).

Quae grati odoris, apud gentem Israeliticam, repraesentabant perceptionem gratam; at quae ingrati odoris, perceptionem ingratam (n. 324[*a*]).

"Suffimentum" seu "odoramentum" significat verum amoris caelestis, quod est bonum sapientiae (n. 1150).

"Odor quietis" significat perceptivum pacis (n. 324[*f*], 365[*h*]).

Offendere.—"Offendere in meridie sicut in crepusculo" (*Esai.* lix. 10) est errare in falsis tametsi in luce possunt esse ex Verbo (n. 239[*b*]).

"Antequam offendant pedes nostri" (*Jerem.* xiii. 16) significat ne falsa et inde mala e naturali homine irrumpant (n. 405[*h*]).

Offendiculum.—Quod non infestatio sit a malis et falsis, significatur (*Ps.* cxix. 165) per quod "non illis offendiculum" (n. 365[*d*]).

Quod mali separandi sint a bonis, et illi in infernum conjiciendi, significatur (*Matth.* xiii. 41) per quod angeli colligent omnia offendicula et eos qui faciunt iniquitatem (n. 540[*a*]).

Inter leges et statuta quae data filiis Israelis, erat, quod "non coram caeco darent offendiculum" (n. 239[*c*]).

Offerre.—Per "munus offerre super altari" significatur omnis cultus Divinus (n. 325[*b*]; *conf.* n. 391[*e*]). (*Vide* ***Oblatio.***)

Offula.—"Ingredi cum offula" (*Joh.* xiii. 27) est in ventrem; et "ingredi in ventrem" est in cogitationem; et falsa ex malo sunt cogitationis (n. 740[*b*]).

Ogus.—(*Vide* ***Rephaim.***)
Ogus erat ex reliquiis Rephaim; et per "Rephaim" significabantur qui in amore sui prae aliis erant, et inde summe naturales, et ex persuasione suae eminentiae super alios in omnis generis falsis: tum erat rex Baschanis, et per "Baschanem" significatur externum ecclesiae, ita naturale; erat enim Baschan extra Terram Canaanem ubi ecclesia. Quia per "lectum" significatur doctrina, ideo lectus Ogi regis Baschanis describitur (n. 163).

Ohola. } —Per nomina "Oholam" et "Oholibam" significatur *tentorium*, et
Oholiba. } per "tentorium" significatur ecclesia quoad cultum (n. 576; *conf.*
Aholah. } n. 555[*b*]).
Aholibah. } Samaria et Hierosolyma vocantur Ohola et Oholiba; et per illas significantur binae ecclesiae, nempe, spiritualis et caelestis; hic illae ecclesiae per falsa et mala devastatae (n. 315[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 240[*b*], 315[*b*], 355[*f*], 555[*b*], 576, 654[*l*], 724[*e*], 827[*b*], 1042.)

Olea. } —Sunt tres arbores quae principaliter ecclesiam significant, nempe,
Oleum. } olea, vitis, et ficus; "olea" ecclesiam caelestem, "vitis" ecclesiam
Oliva. } spiritualem, et "ficus" ecclesiam externam caelestem et spiritualem:
Olivetum. } quia "oleum" significat bonum amoris, ideo "olivetum" ac "olea" significat ecclesiam in qua id bonum regnat (n. 638[*a*]).

"Ficus," "vitis," et "olea" proprie significant ecclesiam et hominem ecclesiae; sed quia ecclesia est ecclesia et homo est homo ex bonis et veris, ideo quoque haec per illas arbores significantur, bona per "fructus," et vera per "ramos" et "folia" earum (n. 403[*b*]).

"Olivetum" significat ecclesiam caelestem, et "vinea" ecclesiam spiritualem; "olea" et "vitis" etiam similia significant; et hoc ex causa quia "oleum" significat bonum amoris in Dominum, ac "vinum" bonum charitatis erga proximum ac bonum fidei (n. 638[*a*]).

Angeli intimi seu tertii caeli habitant in oriente super montibus ubi oliveta prae ceteris arboribus florent (n. 638[*c*]).

Quoniam Mons Olivarum, qui ab oriente Hierosolymae erat, significabat Divinum Domini Amorem, ideo Dominus super illo monte ordinarie commoratus est (n. 638[*c*]).

Quod "oleum" significet bonum amoris, imprimis constare potest ex unctionibus apud filios Israelis, seu in ecclesia eorum, quae fiebant per oleum; omnia enim ecclesiae per illud inaugurabantur, et cum inaugurata fuerunt vocabantur sancta. Cum uncta aut uncti fuerunt, ab eo momento repraesentabant, nam oleum inducebat repraesentationem Domini ac boni amoris ab Ipso (n. 375[*d*]).

Oleum sanctitatis, quo ungebantur omnia sancta ecclesiae, factum est ex oleo olivae et aromatibus ei admixtis (n. 638[*b*]): hoc "oleum" significabat Divinum bonum (n. 375[*e*(vii.)]).

Usu receptum fuit ungere semet et alios oleo; non oleo sanctitatis, sed oleo communi, ex causa quia hoc "oleum" significabat laetum et faustum quod est amoris boni (n. 375[*e*(vii.)]).

Per "torcular" pro oleo significatur Verbum quoad bona amoris (n. 695[*d*]).

Per "oleum" in opposito sensu (*vide Ps.* cix. 18) significantur mala ex amore (n. 695[*d*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae de "Olea," videantur explicata*, n. 313[*b*], 340[*c*], 375[*e*(viii.)], 403[*b*], 532, 638[*a–c*], 724[*c*], 919:—*de "Oliva,"* n. 324[*f*], 374[*c*], 375[*e*(viii.)], 403[*b*], 405[*d*], 422[*c*], 638[*a–c*]:—*de "Olivetis,"* n. 617[*b*], 638[*a–c*]:—*de "Oleo,"* n. 70, 146, 204[*b*], 250[*c*], 252[*b*], 274, 277[*b*], 294[*b*], 304[*e*], 314[*b*], 316[*d*], 324[*d,f*], 329[*c,f*], 340[*c*], 374[*b,c*], 375[*a,d,e*(vi.,vii.,viii.)], 376[*a,e*], 411[*c*], 419[*e*], 433[*c*], 444[*c*], 448[*c*], 475[*b*], 491, 537[*b*], 543[*c*], 619[*b*], 638[*b*], 675[*a*], 684[*b*], 695[*d*], 700[*g*], 727[*a*], 962, 1152, 1159.)

Olim.—"Erunt filii ejus sicut olim" (*Jerem.* xxx. 20), significat quod vera ecclesiae futura sicut apud antiquos (n. 724[*c*]).

Oliva. }
Olivetum. } —(*Vide* ***Olea.***)

Omega.—(*Vide* ***Alpha.***)
"Ego sum Alpha et Omega" (*Apoc.* i. 8), significat quod sit Primus et Ultimus, seu in primis et ultimis; et qui est in primis et in ultimis etiam regit intermedia, ita omnia: haec dicuntur de Divino Humano Domini (n. 41).

Omeres.—Justitia, ubi per illam intelligitur aestimatio et exploratio hominum secundum quale boni et veri apud illos, passim in Verbo exprimitur per "lances," "stateras," etc., et per "ephas," "omeres," etc. (n. 373).

Omittere.—Per quod "omiserit eos et non occiderit" (*Jerem.* xli. 8) significatur quod non profani, ita non damnati (n. 374[*b*]).

Omnes. }
Omnia. } —Quicquid significat omnes et omnia, id etiam significat plenum et totum, nam plenum et totum praedicatur de magnitudine rei, ac omnes et omnia de multitudine (n. 257).

Omnipotens. }
Omnipotentia. } —Quod Dominus sit omnipotens significat quod sit, vivat, et possit ex Se; et quoque quod angelorum et hominum esse, vivere et posse sit ex Ipso (n. 43, 689).
Per Divinam omnipotentiam intelligitur infinitum (n. 286, 689).
Quod Divinam omnipotentiam concernit, illa non involvit aliquid potentiae faciendi contra ordinem, sed involvit omnem potentiam faciendi secundum ordinem, nam omnis ordo est ex Ipso (*de quo plura*, n. 689).
Quod non omnipotentiae Divinae sit ducere aliquem ad caelum qui semet ipsum vult ducere, causa (n. 692).
Omnipotentiae Divinae est tutari homines ab infernis, quantum id fieri potest absque laesione liberi et rationis (n. 689).

(*Videantur articuli*, n. 43, 286, 689, 815[*b*], 939, 979, 1004, 1133, 1213, 1217.)

Omnipraesens. }
Omnipraesentia. }
Omniscius. }
Omniscientia. } —(*Videantur articuli*, n. 1216–1220, 1222–1226, 1228.)

Onager.—Per quod "frangent onagri sitim" (*Ps.* civ. 11), significatur instructio eorum in ecclesia qui desiderant vera (n. 483[*a*]).
Per "onagros" significatur rationale (n. 1100[*c*]).

"Gaudium onagrorum" (*Esai.* xxxii. 14) significat affectionem seu amorem falsorum (n. 410[*c*]; *conf.* n. 730[*b*]).
"Onagri" (*Dan.* v. 21) sunt qui in diris falsis, qualia sunt in infernis (n. 376[*d*]).

Onus.—"Onus" dicitur (*Apoc.* ii. 24), quia proprium hominis, quod est amare se prae Deo et mundum prae caelo, renitatur (n. 172).
Per "non introducere onus per portas urbis" Hierosolymae (*Jerem.* xvii. 24), intelligitur non admittere id quod ex proprio hominis est, sed quod a Domino (n. 208[*b*]).

Opera.—Per usus in caelis et in terris intelliguntur ministeria, functiones, studia vitae, operae, famulitia varia, labores, proinde omnia quae opposita sunt otio et ignaviae (n. 1226).

Operari.—(*Dicta ex Verbo in quibus* "facta," "opera," "facere," *et* "operari" *dicuntur* (n. 785[*a*].)

Operarius.—Per "operarios" (*Matth.* ix. 38; *Luc.* x. 2) intelliguntur omnes qui a Domino docebunt (n. 911[*c*]).

(*Vide Luc.* xiii. 27, *ubi dicitur*, "Discedite, operarii iniquitatis," n. 212, 231, 617[*c*].)

Operator.—"Operator malitiae" (*Mal.* iii. 19 [*B.A.* iv. 1]) sunt qui confirmant se vita in malis (n. 540[*a*]).

Operire.—"Operire nuditatem" (*Ezech.* xvi. 8) significat amovere mala voluntatis et falsa intellectus (n. 240[*b*]; *conf.* n. 283[*b*]).

Opes.—(*Vide* ***Divitiae, Facultates.***)

Per "opes" (*Ezech.* xxviii. 4, 5) significantur veri cognitiones in genere (n. 236[*b*]; *conf.* n. 242[*d*]).

Per "opes" in opposito sensu (*Sach.* ix. 4) significantur falsa mali (n. 538[*b*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 208[*b*], 654[*g*].)

Ophir.—"Aurum optimum Ophiris" (*Ps.* xlv. 10 [*B.A.* 9]) est bonum amoris in Dominum (n. 684[*b*]; *conf.* n. 242[*e*], 298[*b*], 863[*b*], 1120).

Opifex. } ***Opificium.*** }—"Opificium Dei" (*Apoc.* iii. 14) est ecclesia: "principium opificii Dei" significat fidem ab Ipso, quae primum est ecclesiae quoad apparentiam (n. 229).

Opitulari.—Quod hodie vix sciatur quid charitas, proinde quid bona opera, nisi solum dare pauperibus, opitulari egenis, et similia (n. 933).

Opobalsamum. } ***Balsamum.*** }—Gilead erat non procul ab Euphrate, et inde erat cera, opobalsamum et stacte (*de quo plura*, n. 654[*h*]).

Per "Gileadem" (*Jerem.* xlvi. 11), praeter alia, significantur ratiocinia ex sensu litterae Verbi; per "balsamum" significatur applicatio, et inde falsi confirmatio (n. 654[*h*]).

Oppositus sensus.—(*Vide* ***Sensus oppositus.***)

Oppressio. } ***Oppressi.*** }—"Oppressiones" (*Esai.* xix. 20) significant defectum veri et inde boni spiritualis (n. 654[*b*]).

Oppressores. } ***Opprimere.*** }"Oppressio hominis" (*Ps.* cxix. 134) significat destructionem veri per falsa (n. 328[*d*]).

"Nihilo opprimere" (*Esai.* lii. 4) significat falsificationem (n. 328[*d*]).

Per "oppressionem super lumbos" (*Ps.* lxvi. 11) significatur quod nulla perceptio boni amoris (n. 355[*g*]).

Per "aquas oppressionis" (*Esai.* xxx. 20) significantur tentationes quoad vera fidei (n. 600[*b*]).

(*Vide Jerem.* l. 33, n. 811[*c*].)

Oppugnare. } ***Oppugnatores.*** }—Quod "hostes," "inimici," "oppugnatores," etc., significent talia quae pugnae et tutelae sunt contra infernalia (n. 734[*c*]).

(*Vide Deutr.* xx. 10, n. 725[*b*].)

Opulentus.—"Opulentum" (*Esai.* xxx. 23) dicitur de veris (n. 644[*c*]).

Opus.—Per "opera" intelliguntur omnia quae homo facit, loquitur et scribit, sive magna et multa sint, sive parva et pauca; ac omnia illa opera, tam parva quam magna, sunt bona quando a Domino apud illum, et sunt mala quando ab ipso homine; ac bona sunt quantum fugit mala quia peccata contra Deum sunt, et mala sunt quantum non illa fugit (n. 839).

Amor, vita et opera apud unumquemvis hominem unum faciunt, adeo ut sive dicas amorem, sive vitam, sive opera, simile sit. Quod opera procedant a vita tam interna quam externa hominis, et quod sint activitates sphaerae affectionum et inde cogitationum ambientis illum, et quod communicatio vitae et amoris hominis non detur nisi sphaera ambiens quae est vitae ejus activa fiat per facere, multis ostendi potest; quare sicut vita aut sicut amor aut sicut opera sunt apud hominem, ita sunt omnia a quibus illa sphaera, consequenter etiam fides (n. 842).

Quando homo incipit fugere et aversari mala quia sunt peccata, tunc om-

nia quae facit bona sunt, et quoque vocari possunt bona opera, cum differentia secundum praestantiam usuum; nam quae homo facit antequam fugit et aversatur mala ut peccata, sunt opera ab ipso homine; quae, quia in illis est proprium hominis, sunt mala opera: at illa quae homo facit postquam fugit et aversatur mala ut peccata, sunt opera a Domino; quae, quia in illis est Dominus, et cum Ipso caelum, sunt bona opera (*de quibus perplura*, n. 974).

Sunt tamen opera plus et minus bona secundum praestantiam usuum, nam opera erunt usus: optima sunt quae fiunt propter usus ecclesiae; illis bonitate succedunt quae fiunt usus patriae, et sic porro; usus determinat bonitatem operum. Bonitas operum crescit apud hominem secundum plenitudinem veritatum, ex quarum affectione fiunt (n. 975).

Ex statuto aeterno, seu ex Divino ordine, est, quod ubi non bona opera sunt ibi mala sint (n. 963).

Dum homo fugit et aversatur mala sicut peccata tunc opera quae facit sunt viva; at quae prius fecerat, fuerunt mortua: vivum enim est quod a Domino, ac mortuum quod ab homine (n. 974).

Desistas itaque in te quaerere, Quae sunt bona opera quae faciam? aut, Quid boni faciam ut vitam aeternam accipiam? Abstine modo a malis ut peccatis, et specta ad Dominum, ac Dominus docebit et ducet (n. 979).

(*Videantur articuli*, n. 98, 105, 107, 116, 154, 157, 165, 168, 174, 185, 189, 207, 230, 250[*c*], 288[*b*], 323[*b*], 324[*e*], 340[*d*], 365[*g*], 405[*d*], 412[*f*], 435[*a*], 585[*a,b*], 617[*b*], 650[*a*], 654[*b*], 695[*b*], 785, 786, 789, 790[*b*], 794, 797, 798[*b*], 802[*b*], 803[*b*], 822, 825, 837, 839, 842, 901, 932–946, 963, 974, 975, 979, 995.)

Oratio.—(*Vide* ***Precationes, Preces.***)

In Oratione Dominica, per "Sanctificetur nomen tuum," intelligitur quod Divinum Humanum sancte habendum et colendum (n. 102[*b*]).

Quod illud sit regnum Domini quod procedit ab Ipso et recipitur, constare potest a locis in Verbo ubi "Regnum Dei" dicitur; ut in Oratione Domini, "Adveniat regnum tuum, fiat voluntas tua, sicut in caelo etiam in terra" (*Matth.* vi. 10): quod ibi per "regnum" intelligatur receptio Divini Boni ac Divini Veri quae procedunt a Domino, et in quibus est Dominus apud angelos caeli et apud homines ecclesiae, patet; nam sequitur, "Fiat voluntas tua, sicut in caelo etiam in terra:" voluntas Dei fit cum illa recipiuntur corde et anima, hoc est, amore et fide (n. 683).

"Adveniat regnum tuum," significat ut recipiatur verum; "fiat voluntas tua," significat quod recipiatur ab illis qui faciunt voluntatem Dei; "tuum est regnum, potentia et gloria," significat Divinum Verum a Deo solo; dicitur etiam "potentia et gloria," quia Divino Vero est omnis potentia et gloria (n. 48).

Oratio a Swedenborgio quibusdam commendata:—"Orent usque ita; Ut Dominus sit apud illos jugiter, ac levet et vertat facies ad illos, doceat, illustret et ducat illos, quoniam ex se nihil boni facere possunt, et det illis ut vivant; ne diabolus seducat illos, ac cordibus illorum indat mala; scientes quod dum non ducuntur a Domino ille ducat, ac inspiret mala omnis generis, ut odia, vindictas, astus, dolos, sicut serpens inspirat venena; adest enim, excitat, et jugiter accusat; et ubi offendit cor aversum a Deo, intrat, ibi habitat, et animam ad infernum trahit: libera nos, Domine" (n. 1148).

"Orare pro illo jugiter" (*Ps.* lxxii. 15) significat quod continue detinebuntur a falsis, et tenebuntur in veris (n. 329[*e*]).

Qui "orant in secreto" (*Matth.* vi. 6) orant ex amore seu affectione, ita ex Domino (n. 695[*b*]).

"Omni tempore orare" (*Luc.* xxi. 36) est se praeparare (n. 187[*b*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 325[*b*], 411[*d*].)

Orbare.—Quod gladius "non orbabit amplius" (*Ezech.* xxxvi. 14) significat quod non falsum destruet verum amplius (n. 280[*b*]).

Orbis.—(*Vide* ***Mundus, Terra.***)

Per "orbem" significatur ecclesia (n. 275[*a*], 304[*c*,*d*], 401[*c*]); "orbis" est ecclesia, ac dicitur de bono (n. 419[*d*], 600[*b*], 612).

Per "universum orbem" (*Apoc.* xii. 9) significantur omnia ecclesiae (n. 741[*a*–*d*]).

"Terra" significat ecclesiam quoad vera, et "orbis" quoad bonum (n. 741[*b*], 1003, 1057).

"Orbis" (*Ps.* xcviii. 7) significat universum caelum quoad vera ejus, et "habitantes in eo" significant universum caelum quoad bona ejus (n. 518[*c*]).

Per "orbem" (*Ps.* xxiv. 2) significatur caelum et ecclesia in toto complexu (n. 518[*d*], 644[*c*]).

De orbe qui habitatur ab angelis sicut noster ab hominibus, et de ejus expansis (n. 1133).

Orbus.—"Filii" (*Hos.* ix. 12) sunt vera; "orbos facere ab homine" est deprivare a sapientia (n. 282).

Ordinatio. } ***Ordinare.*** }—Ordinatio societatum angelicarum unice dependet ex infinita sapientia Unius qui scit omnia, cognoscit omnia et explorat omnia, et inde disponit et ordinat omnia (*de quibus perplura*, n. 306).

Universum caelum in societates distinctum est, et societates ordinatae secundum affectiones boni et veri in genere et in specie; hae societates correspondent illis in terris qui in similibus affectionibus boni et veri sunt (n. 90).

Ordinationes tribuum duodecim filiorum Israelis repraesentaverunt ordinationes societatum angelicarum in caelis (n. 431[*c*]).

Caeli sunt sicut expansa, una supra alterum; sub caelis est mundus spirituum; sub hoc inferna, unum infra alterum. Secundum successivam hanc ordinationem fit influxus a Domino (n. 702).

Ordo.—Homo angelus ducitur a Domino secundum ordinem, ab intra ex ordine, ab extra ad ordinem; homo diabolus autem ducitur ad ordinem ab extra, sed a semet contra ordinem ab intra (n. 1145).

Leges ordinis, quae leges Divinae providentiae vocantur, in serie enumeratae (n. 1136).

Quod omnia sint ex ipsa Vita quae Deus, et quae est Sapientia et Amor, illustrari potest per creata dum spectantur ex ordine (*de quo perplura*, n. 1129; *conf.* n. 1133).

Ordo creationis est quod illa quae sunt sapientiae, et quae sunt amoris apud angelos, dum in sphaeram inferiorem in qua sunt angeli quoad sua corpora et quoad horum sensationes, descendunt, sistantur in formis et typis correspondentibus (n. 926).

Non ex Divino ordine est ut quisque acciperet quod petit, si modo fidem haberet; tum quod evellerent montem et arborem ex suo loco et projicerent in mare (n. 815[*b*]).

Omnia successiva quae progrediuntur in suo ordine a supremis ad infima, seu a primis ad ultima, formant in infimis seu in ultimis simultaneum, in quo omnia superiora seu priora coexistunt (n. 822). (*Vide* ***Simultaneus, Successivus.***)

Dum superiora et inferiora simul sunt, hoc est, simultaneum formant, tunc superius fit interius, et inferius exterius (n. 595).

Naturale est ultimum ordinis Divini, et basis cui priora seu superiora innituntur, et super qua subsistunt (n. 666; *conf.* n. 69, 600[*a*], 606).

Ordinationes tribuum filiorum Israelis repraesentaverunt ordinationes societatum angelicarum in caelis, tum omnia ecclesiae; repraesentatio caeli et ecclesiae cadit secundum ordinem in quo nominantur (n. 431[*c*]).

Ex statuto aeterno seu ex Divino ordine est, quod ubi non bona opera sunt ibi mala opera sint (n. 963).

Organum.—Confirmatum est e caelo quod omnia et singula hominis, tam quae mentis ejus sunt quam quae corporis, sint formae amoris in mirabili serie, et quod organa cerebri et faciei, tum membra et viscera corporis, sint perpetuae contexturae correspondentes affectionibus caeli, in quibus sunt societates ejus (n. 837).

Oriens.—(*Vide* ***Oriri, Ortus.***)

"Oriens" in supremo sensu est Dominus, quia est Sol caeli, qui semper est in ortu et mane (n. 179; *conf.* n. 422[*d*], 448[*b*], 600[*c*], 629[*b*], 644[*c*], 997).

"Oriens" est Divinum Bonum (n. 405[*d*]).

"Oriens" significat bonum amoris (n. 277[*a*]); bonum amoris caelestis (n. 342[*b*]).

"Oriens" significat ubi bonum amoris est clarum, "occidens" ubi obscurum (n. 239[*b*], 401[*e*]).

Per "filios orientis" significantur qui in cognitionibus veri et boni, et per illas sapientes facti sunt (n. 654[*f*], 422[*d*]).

"Montes orientis" sunt bona amoris in Dominum (n. 422[*d*]).

"Oriens Edenis" (*Gen.* iii. 24) est ubi praesentia Domini est in amore caelesti (n. 131[*b*]).

Quoniam Dominus est Oriens, ideo etiam antiqui in adorationibus verterunt facies suas ad orientem solis; ac ideo sua templa aedificarunt ut anteriora, ubi adytum, spectarent orientem, quod etiam hodie fit ex usu vetusto (n. 422[*d*]).

Per "orientem" in opposito sensu significatur amor sui, ex causa quia hic amor est oppositus amori in Dominum (n. 422[*d*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 252[*a*], 324[*c*], 405[*f*], 422[*c*], 724[*d*].)

Orientalis.—Qui in orientali plaga in caelo habitant, omnes sunt in bono amoris in Dominum, et in veris ex illo bono, et inde in conjugio caelesti (n. 431[*c*]). (*Vide* ***Plagae.***)

Quia orientales in cognitionibus boni et veri erant, ideo dicti sunt "filii orientis" (n. 422[*d*]).

Per ventum orientalem dissipati sunt mali et conjecti in inferna, quando ultimum judicium peragebatur (n. 419[*f*]).

Per "mare orientale" (*Sach.* xiv. 7) significatur naturalis homo quoad bonum (n. 275[*b*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 514[*b*], 538[*b*], 727[*a*].)

Origines.—Bona et vera sunt ex duplici origine, nempe, ex origine caelesti et ex origine spirituali (*de quibus plura*, n. 1042).

Omnia mala ex binis originibus scaturiunt, nempe, ex amore sui et ex amore mundi (*de quibus plura*, n. 504[*e*]).

In capite sunt origines omnium fibrarum (*de quibus perplura*, n. 775).

Oriri.—(*Vide* ***Oriens, Ortus.***)

De amantibus Dominum, dicitur (*Judic.* v. 31), "Sicut oriri solis in potentia sua;" per quod significatur Divinus Domini Amor in illis (n. 401[*b*]).

Ornamentum.—Babel vocatur "ornamentum regnorum, et decus magnificentiae Chaldaeorum" (*Esai.* xiii. 19), ex sapientia, in principio ejus ecclesiae quae facta est Babylonia (n. 1029[*e*]).

Ornatus.—"Ornatus" quo ornata est Hierosolyma (*Ezech.* xvi. 11), significat in genere omnia vera ex bono, et inde intelligentiam (n. 242[*d*]).

(*Videantur etiam*, n. 272, 304[*d*].)

Ortus.—(*Vide* ***Oriens, Oriri.***)
Sol caeli angelici, qui est Dominus, jugiter in ortu est, nec circumvolutiones facit, sicut apparet sol nostri mundi; sed solum existunt mutationes status apud angelos et spiritus secundum receptionem boni amoris et veri fidei (n. 571).
Per "ortum solis" significatur ubi Dominus; ita "ab ortu solis" (*Apoc.* xvi. 12) significat a Domino (n. 997).
"Ortus" est ubi illi qui in Divino Bono (n. 405[*d*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 179, 316[*c*], 324[*c*], 401[*e*].)

Os.—(*Vide* ***Lingua.***)
"Ex ore," cum de Domino, significat Verbum, quia Verbum est Divinum Verum, et hoc procedit a Domino; tametsi non ex ore, sed sicut lux e sole (n. 235; *conf.* n. 73).
Per "os" (*Apoc.* x. 9) intelligitur externum Verbi (n. 619[*a*]; *conf.* n. 622[*a*]).

"Os" significat cogitationem (n. 419[*c*], 455[*a*], 578, 782); et inde loquelam (n. 866); proinde persuasionem (n. 866); cogitationem sensualem, et inde ratiocinationem (n. 580, 782); doctrinam, ex qua instructio, praedicatio, et ratiocinatio (n. 794).
"Dilatatio oris" (1 *Sam.* ii. 1) est praedicatio veri cum potentia (n. 316[*a*]).
Per "os gladii" (*Deutr.* xx. 13), quo percuterentur masculi, significatur verum destruens falsum (n. 725[*b*]).
Per "illa quae ingrediuntur in os" (*Matth.* xv. 11) significantur omnia quae ex memoria et quoque ex mundo intrant in cogitationem; per "quod egreditur ex ore," in sensu spirituali, significatur cogitatio ex voluntate, seu ex amore (n. 580).
Per "os prophetae" (*Esai.* xlix. 2) significatur Divinum Verum (n. 908).

Per "dilatare os" in opposito sensu (*Esai.* lvii. 4) significatur jucundum cogitationis ex falsificatis (n. 768[*e*]).
Per "os bestiae" (*Apoc.* xiii. 5) significatur doctrina destruens bona Verbi (n. 794; *conf.* n. 998, 999).

(*Dicta Scripturae Sacrae plura videantur explicata*, n. 313[*b*], 316[*c*], 403[*e*], 411[*c*], 608[*b*], 617[*a*], 621, 644[*c*], 659[*b*], 727[*a*], 763, 764, 797, 1159.)

Os. }
Osseus. } —Divinum Domini in ultimis erat Humanum Ipsius, quod Divinum fecit usque ad carnem et ossa, quae sunt ultima; quod usque ad carnem et ossa patet ex eo, quod nihil in sepulcro reliquerit, et quod Ipse ad discipulos dixerit quod carnem et ossa haberet, quae non spiritus (n. 66).
Dominus discipulis aperuit quod glorificaverit seu Divinum fecerit totum suum Humanum usque ad naturale et sensuale ejus; hoc significatur per "manus et pedes," ac per "carnem et ossa," quae viderent et palparent; per "manus et pedes" ultimum hominis quod vocatur naturale, per "carnem" bonum ejus, et per "ossa" vera ejus: omnia enim quae in corpore humano dantur, correspondent spiritualibus, caro bono naturalis hominis, et ossa veris ejus (n. 619[*b*]; *conf.* n. 513[*d*]).
Ossa, quia sunt ultima apud hominem, sunt enim sustentacula totius corporis ejus, correspondent ultimis in caelo; ideo "ossa" significant ultima in spirituali mundo, quae etiam sunt ultima Divini Veri seu Verbi (n. 196; *conf.* n. 313[*b*]).
"Ossa" significant vera in suo ultimo, ita vera in omni complexu, nam in ultimis sunt omnia simul et plene (n. 364[*b*]).
"Asinus osseus" (*Gen.* xlix. 14) significat servitium infimum (n. 445).

"Ossa arida" (*Ezech.* xxxvii. 3, 4, 11) sunt illi quibus non aliquid vitae spiritualis est (n. 418[*b*], 419[*b*]; *conf.* n. 659[*c*], 665, 666).

Osculari.—"Osculamini Filium" (*Ps.* ii. 12), significat conjunctionem cum Domino per amorem (n. 684[*b*]; *conf.* n. 850[*a*]).

Osores.—"Osores," super quos Jehovah dabit illos (*Deutr.* vii. 15), sunt qui contra vera ac bona ecclesiae sunt (n. 340[*c*]).

"Osores" (*Ps.* lxix. 15 [*B.A.* 14]) sunt mala ab infernis (n. 537[*b*]; *conf.* n. 700[*b*]).

Ostendere.—Per "ostendere" (*Apoc.* iv. 1) significatur instruere ad vivum (n. 264).

Ostium.—(*Vide* ***Janua, Porta.***)

Per "januam," "ostium" et "portam" ad caelum et ad ecclesiam, in supremo sensu intelligitur Dominus (*de quo plura*, n. 208[*a*], 248).

Per "ostium" in interno sensu significatur verum ex bono quod a Domino, quia homo per id intromittitur (n. 248).

"Ostium" quod Dominus aperire vult, est mens spiritualis (*de quo perplura*, n. 250[*b*]; *conf.* n. 412[*e*]).

"Ecce ostium apertum in caelo" (*Apoc.* iv. 1), significat arcana caeli revelata (n. 260½).

Otium. } ***Otiosus.*** }—In desertis et in infernis visi sunt plures ex nobili prosapia, qui in mundo se dederunt otio, etc. (n. 1226): nec aliquis otiosus toleratur in inferno (n. 1194).

Otium est, sicut etiam vocatur, pulvinar diaboli (n. 831).

Oves.—Per "ovem" significatur bonum spirituale (n. 304[*c*]): per "oves" significantur qui in charitate (n. 212); tum qui in veris ex bono sunt, ita qui in fide ex charitate (n. 261); qui in amore erga proximum sunt, qui amor est charitas (n. 314[*b*]); bona charitatis (n. 388[*d*]); qui in bono charitatis erga proximum sunt, et inde in fide (n. 600[*a*]).

Qui naturales, et usque in bono vitae secundum religiosum suum, intelliguntur apud *Johannem*, per "Etiam alias oves habeo, quae non sunt ex ovili hoc" (cap. x. 16); hi in caelo non fuerunt ante adventum Domini, sed ab Ipso introducti postquam glorificavit Humanum suum (*de quo plura*, n. 433[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 67, 212, 223[*c*], 250[*c*], 261, 298[*c*], 304[*c*], 314[*b*], 315[*c*], 316[*c*], 388[*d*], 405[*f*,*h*], 433[*b*], 600[*a*], 864, 875, 1154.)

Pacifica.—Quoniam pax in sua prima origine est ex unione ipsius Divini ac Divini Humani in Domino, et inde a Domino in conjunctione Ipsius cum caelo et cum ecclesia, et apud unumquemque ibi in conjunctione boni et veri, ideo sacrificia, quae dicta fuerunt "pacifica," mandata sunt (n. 365[*h*]).

Paenitentia.—(*Vide* ***Resipiscentia.***)

Peccata non abolentur nisi quam per paenitentiam vitae ejus qui peccavit (n. 805[*d*]).

"Paenitentiam agere" est actualiter se avertere a malo (n. 585[*a*], 589).

Pagani. } ***Paganismus.*** }—Per "finem Babyloniae" intelligitur finis ecclesiae quae facta Babylonia: non quod cultus illorum idololatricus in mundo, cum ipsis, destruendus sit, hic enim permansurus, verum non ut cultus alicujus ecclesiae, sed ut cultus paganismi; quare etiam iidem post mortem inter paganos veniunt, et non amplius inter Christianos (n. 1029[*c*]).

Qui in cultu secundum id religiosum sunt, et non in dominio, hi dum secundum statuta Papae vivunt, et agnoscunt illum pro vicario Domini, et obeunt sancta cultus secundum institutionem, sunt non absimiles paganis probis (n. 1062).

Pagus.—Quod "pagus Bethsaidae" significet damnationem ob non receptionem Domini, patet apud *Matthaeum* (cap. xi. 21), et apud *Lucam* (cap. x. 13) (n. 239[*b*]).

Palatium.—(*Vide* ***Domus.***)

Per "palatia" (*Jerem.* ix. 20 [*B.A.* 21]) significantur interiora et inde sublimiora mentis humanae (n. 652[*d*]); omnia cogitationis et affectionis n. 555[*b*]).

"Distinguere palatia ejus" (*Ps.* xlviii. 14 [*B.A.* 13]) significat percipere bona veri, "domus" enim sunt bona, et "palatia" sunt bona veri nobiliora (n. 453[*b*]).

Palatium est repraesentativum intellectus, in quo veritates in pulchra forma sunt; et in pulchra forma sunt quando ex affectione veri (n. 724[*c*]).

"Palatium" (*Jerem.* xxx. 18) est intellectus veritatum spiritualium; nam in intellectu sunt veritates spirituales in suis formis, quae apparent, cum ita sistuntur videndae, sicut palatia (n. 724[*c*]).

"Palatia" (*Thren.* ii. 7) sunt illa quae doctrinae; "muri palatiorum" significant omnia vera tutantia (n. 391[*d*]).

Quod vera sint illis, qui in bono caelesti sunt, inscripta, significatur (*Ps.* xlviii. 4 [*B.A.* 3]) per "Deus in palatiis ejus notus" (n. 405[*e*]).

"Palatia eboris" (*Ps.* xlv. 9 [*B.A.* 8]) sunt vera ex rationali homine, ita vera rationalia (n. 1146).

"Palatium" (*Esai.* xxxii. 14) significat totam ecclesiam, quoad vera ex bono (n. 410[*c*]).

Ubi angeli habitant, sunt paradisi, horti, floreta, palatia, et omnia in caelesti forma et harmonia (n. 417[*a*]): in caelo spirituali sunt palatia magnifica, in quibus intus omnia fulgent lapidibus pretiosis et decoramentis in talibus formis ut non aequari possint aliqua pictura in mundo, nec exprimi verbis (n. 831).

Per "superbiam Jacobi," et per "palatia ejus, quae Jehovah odit" (*Amos* vi. 8), significatur amor et fides falsi apud illos qui ab ecclesia; per "superbiam" amor falsi, et per "palatia" ipsa falsa; quae "palatia" dicuntur quia sunt superbi, et quia falsa eorum in externa forma exornata sunt, ut appareant magnifica, tametsi sunt vilissima (n. 675[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacra plura videantur explicata*, n. 304[*c*], 365[*f*], 714[*c*], 730[*b*], 734[*d*].)

Palea.—Per "paleam," quam comburet igne inexstinguibile (*Matth.* iii. 12), significatur falsum omnis generis quod ex origine infernali, quod destructurus; ita significat eos qui in illo sunt (n. 374[*d*]).

Pallescere.—(*Vide* ***Pallor.***)

Per quod "facies Jacobi non pallescent" (*Esai.* xxix. 22), significatur quod non in malis et falsis, sed in bonis et veris erunt: "pallor" significat absentiam et deprivationem vitae spiritualis (n. 381).

Pallidus.—(*Vide* ***Pallor.***)

Quod "pallidus" significet malum vitae et inde falsum, ita "equus pallidus" (*Apoc.* vi. 8) intellectum Verbi nullum ex malis vitae et inde falsis, est quia "pallor" indicat et inde significat absentiam vitae, seu deprivationem ejus; per "equum pallidum" significatur mors spiritualis (n. 381): quod nullus intellectus Verbi esset, ex malis vitae et falsis doctrinae, significatum est per "equum pallidum" (n. 400[*a*]).

Pallium.—(*Vide* ***Toga, Tunica, Vestis.***)

Pallium, aeque ac toga, erat vestis communis; circumcinxit enim tunicam seu vestem interiorem (n. 395[*c*]).

"Pallium" est omne verum, quia est verum in communi (n. 395[*d*]).

"Si quis velit te in jus trahere, et tunicam auferre, permitte etiam pallium" (*Matth.* v. 40), significat, si quis auferre vult verum interius quod apud

te, ut liceat etiam auferre verum exterius; "tunica" enim significat verum interius, et "pallium" verum exterius (n. 556[*b*]).

Pallor.—(*Vide* ***Pallescere, Pallidus.***)

"Conversae sunt omnes facies in pallorem" (*Jerem.* xxx. 6), significat quod nihil boni, quia nihil amoris et charitatis; "facies" significat affectiones quae sunt amoris boni; inde "pallor" illas exstinctas (n. 721[*c*]; *conf.* n. 381).

Palma.—Per "palmas," in supremo sensu, significatur Divina Domini Sapientia (n. 458[*a*]).

"Palma" significat bonum veri, seu bonum spirituale (n. 458[*a,b*]); quod est bonum charitatis (n. 277[*b*]).

Quia "palmae" significabant bonum spirituale, et ex bono spirituali est omne gaudium cordis, nam bonum spirituale est ipsa affectio seu amor veri spiritualis, ideo per palmas in manibus olim testabantur gaudium cordis sui, et quoque quod ex bono agerent (n. 458[*b*]).

Fructificatio boni intelligitur (*Ps.* xcii. 13 [*B.A.* 12]) per "Sicut palma florebit" (n. 458[*b*]).

In mundo spirituali, in paradisis ubi sunt angeli qui in bono spirituali seu in bono veri sunt, apparent multa copia palmae; ex quo patuit quod "palma" significet bonum veri (n. 458[*b*]).

Palmes.—(*Vide* ***Ramus.***)

Per "Dealbati sunt palmites ejus" (*Joel* i. 12), significatur quod non amplius aliquod spirituale (n. 403[*b*]).

(*Vide Joh.* xv. 5, n. 114, 293; *Joh.* xii. 13, n. 458[*b*].)

Palpare. }
Palpitare. } —Quod Dominus glorificaverit Humanum suum usque ad ultimum ejus, manifestavit (*Luc.* xxiv. 38–43) per quod ostenderit manus et pedes, et per quod discipuli palpaverint illa, et per quod dixerit quod spiritus non carnem et ossa habeat sicut Ipse, et quod ederit de pisce asso, et de favo apiario (n. 513[*d*]; *conf.* n. 619[*b*]).

"Palpamus sicut caeci parietem, et sicut non oculi palpitamus" (*Esai.* lix. 10), significat non aliquem intellectum veri (n. 781[*d*]; *conf.* n. 239[*b*]).

Palpebra.—(*Vide Ps.* xi. 4, n. 68.)

Palpitare.—(*Vide* ***Palpare.***)

Paludes. }
Paludinosa. } —"Caenosa et paludes" (*Ezech.* xlvii. 11) sunt falsa et mala (n. 342[*b*]).

Apud malos spiritus sunt paludinosa, saxosa et sterilia omnia (n. 417[*a*]).

Sciendum est quod falsa et mala omnis generis correspondeant immundis et tetris quae in naturale mundo sunt, diriora falsa et mala cadaverosis et quoque excrementitiis fetidis, mitiora falsa et mala paludinosis; inde est quod domicilia illorum in infernis qui in talibus falsis et malis sunt, appareant similia foveis et sepulcris; et si credere velitis, etiam tales genii et spiritus in sepulcris, latrinis et paludibus, quae in nostro mundo sunt, habitant, tametsi illi id nesciunt (n. 659[*b*]).

Pangere.—(*Vide* ***Foedus.***)

Conjunctio illorum qui ab ecclesia cum Domino, significatur (*Ezech.* xxxiv. 25) per "foedus pacis" quod tunc panget iis (n. 365[*e*]; *conf.* n. 365[*d*], 419[*e*]).

Panis.—(*Vide* ***Nutritio, Cena Sancta.***)

"Panis" in supremo sensu significat Dominum quoad Divinum Bonum (n. 376[*e*]; *conf.* n. 513[*e*], 899[*b*]).

Per "panem" intelligitur Divinum Bonum Divini Amoris Domini (n. 329[*a*], 412[*b*]).

Per "panem qui e caelo descendit" intelligitur cibus spiritualis, qui a solo Domino (n. 899[*b*]); "panis" intelligenda est pro omni cibo spirituali

(n. 329[a], 555[b]): cibus spiritualis est instructio in veris et bonis, unde intelligentia et sapientia (n. 537[b]).
"Panis" significat bonum amoris; illa quae sunt nutritionis spiritualis exprimuntur in sensu litterae per talia quae sunt nutritionis naturalis (n. 71; *conf.* n. 433[e], 480, 513[e], 600[b], 655[a]).
Per "panem" significatur bonum et verum quae animam nutriunt (n. 675[b]).
Per "panem proventus, quem Jehovah dabit" (*Esai.* xxx. 23), significatur bonum amoris et charitatis, quod producitur per vera Verbi vivificata per influxum Divinum (n. 644[c]; *conf.* n. 650[b]).
Per "mincham," quae erat ex similagine, ita panis, significatur bonum caeleste (n. 491).
Per "panem et aquam" in Verbo significatur omne bonum amoris et verum fidei (n. 304[c]; *conf.* n. 701[c]).
"Panis et vinum" significant bona et vera in spirituali homine (n. 340[d]).
Per "frangere panem" in Verbo significatur communicare suum bonum cum altero (n. 617[d]).
Per "panem angustiae" (*Esai.* xxx. 20) significantur tentationes quoad bonum amoris (n. 600[b]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 71, 146, 175[b], 195[b], 295[c], 304[c], 324[b,e], 329[a,b], 340[d], 349[b], 376[e], 386[b–d], 391[h], 403[c], 412[b], 430[b], 433[e], 475[a], 513[e], 537[b], 555[b], 600[b], 617[a,c], 644[c], 650[b], 655[a], 701[c], 727[a], 730[b], 899[b], 911[c], 1054, 1159.)

Pannag.—Per "tritica minnith et pannag" (*Ezech.* xxvii. 17) significantur bona et vera in genere (n. 375[e(viii.)]; *conf.* n. 433[c], 619[b]).

Panniculus.—Quia "vestimentum" significat verum, ideo Dominus comparat vera ecclesiae prioris, quae erat ecclesia repraesentativa spiritualium, vestimento veteri (*Luc.* v. 36), et vera ecclesiae novae, quae erant ipsa vera spiritualia, panniculo vestimenti novi (n. 195[b]).

Papa.—(*Vide* ***Vicarius.***)
Insitum est e caelo Divinum suum velle videre, et quidem sub Humana forma. Quod hoc insitum exstirpatum sit e Christiano orbe, trahit primam originem ex Babylonica gente, quae separavit Humanum Domini a Divino, ut summus eorum pro vicario Humani Domini agnosceretur (n. 52).
Quod dictaminibus Papae sanctitatem aequalem sanctitati Verbi addixerint immo actualiter superiorem (n. 1029[a]; *conf.* n. 1033, 1044, 1054, 1055, 1062, 1067, 1070, 1091, 1130).
De illis qui in veris ex Verbo sunt, ac Verbum unice sanctum habent, et pro Divino Vero agnoscunt, et non respective dictamina Papae (n. 1041, 1062, 1074, 1079).
Babylonici potestatem Domini super caelum et ecclesiam transtulerunt in Pontificem maximum illorum (*de quo plura*, n. 1091; *conf.* n. 114, 1118).
Dicunt quod dictamina Papae aeque sancta sint ut sunt illa quae Verbi sunt, et quod omnia ecclesiae accommodanda sint ad statum ejus, consequenter quod mutanda cum status ejus postulat, et quod accommodationes illae et mutationes ex inspiratione apud Papam fiant (n. 1130).

Papa Benedictus XIV.—Dixit aperte quod crediderit, cum in mundo vixit, quod Domino nulla potestas sit, quia omnem transtulit in Petrum et inde in successores. Quia Divinum sibi arrogavit etiam post mortem, post aliquot dies in infernum conjectus est (*de quibus plura*, n. 114).

Papale consistorium.—(*Videantur articuli*, n. 1075, 1076, 1078, 1080.)

Papismus.—Inter haereses numeratus (n. 1176).

Parabola.—In parabolis Dominus per correspondentias locutus est (n. 455[b]; *conf.* n. 403[c]).

Paracletus.—(*Videantur plura* DE DIVINO PROCEDENTE, s. v. ***Dominus.***)

Divinum Verum procedens a Domino est Divinum Ipsius in caelo et in ecclesia, in quo Ipse est, et quod Ipse est ibi. Divinum hoc Verum vocatur a Domino "Paracletus, Spiritus veritatis" (n. 228; *conf.* n. 16, 25, 27, 183[*b*], 635).

Paracletus est Spiritus sanctus, qui est Divinum Verum procedens a Domino, quod tam immediate ab Ipso quam mediate per angelos et spiritus influit apud hominem (n. 183[*b*]).

Paradisus.—Per "paradisum Dei" (*Apoc.* ii. 7) significatur caelum, etiam ecclesia (n. 110; *conf.* n. 988).

Per "paradisum," de quo agitur in secundo capite *Geneseos*, non intelligitur aliquis paradisus terrestris, sed paradisus caelestis, qui est illis qui in intelligentia et sapientia ex cognitionibus boni et veri (n. 110).

"Arbores" significant homines ecclesiae, "horti" intelligentiam, "fructus" bona vitae, et "paradisus" caelum (n. 988).

"Paradisi" dicuntur de spirituali homine, "luci" et "nemora" de naturali, at "silvae umbrosae" de sensuali (n. 724[*a*]).

Parallelismus.—Bonum spirituale influit in bonum naturale immediate, in verum autem naturale mediate; inde est quod parallelismus sit inter bonum spirituale et bonum naturale, non autem inter verum spirituale et verum naturale (n. 440[*b*]).

Parare.—"Parate viam Jehovae" (*Esai.* xl. 3) significat ut praeparent se ad recipiendum Dominum (n. 405[*g*]).

Quod "ovibus," qui a dextris, dictum sit (*Matth.* xxv. 33, 34, 41) quod "possiderent tanquam hereditatem paratum illis regnum a fundatione mundi," est quia in caelis a dextris est meridies, ubi sunt omnes qui in veris ex bono sunt, in ipsa enim meridionali parte est ipsum Divinum procedens tale, quod intelligitur per "regnum paratum a fundatione mundi;" at de "hircis," qui a sinistris, non dicitur *paratum a fundatione mundi*, sed "ignis aeternus paratus diabolo et angelis ejus," quia mali sibi ipsis parant infernum (n. 600[*a*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae plura videantur explicata*, n. 500, 571, 731, 734[*d*], 997, 1029[*d*], 1220.)

Parcere.—Quod falsum destruet bonum, intelligitur (*Esai.* ix. 18 [*B.A.* 19]) per "Vir fratri suo non parcent" (n. 386[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae plura videantur explicata*, n. 573[*b*], 710[*c*], 724[*c*].)

Pardus.—Per "pardum" intelligitur falsum charitati oppositum, quod per ratiocinia pro fide charitatem destruere conatur (n. 780[*b*]).

"Haedus" est innocentia secundi gradus, cujus oppositum est "pardus" (n. 314[*b*]).

"Pardus" (*Jerem.* xiii. 23) est falsum ex malo, est enim verum falsificatum per ratiocinia; et "maculae" sunt falsificata (n. 780[*b*]).

Per "pardum" significantur ratiocinia discordantia, et usque apparentia sicut cohaereant (n. 780[*b*], 781[*a*]).

(*Vide Hab.* i. 8, n. 355[*e*], 780[*b*].)

Parentes.—Quod "consurgent liberi contra parentes et occident illos" (*Marc.* xiii. 12), significat quod falsa mali impugnabunt bona et vera ecclesiae, et destruent illa (n. 315[*d*]; *conf.* n. 366, 724[*b*]).

Per "parentes," "fratres," "cognatos" et "amicos" (*Luc.* xxi. 16), intelliguntur qui ab eadem ecclesia sunt, sed in malis et falsis (n. 813).

Parere.—(*Vide* ***Parturire.***)

Per "generationes," "partus" et "nativitates" in Verbo intelliguntur generationes, partus et nativitates spirituales, quae fiunt per vera et per vitam secundum illa (n. 721[*a*]).

Quod "parere" significet spiritualiter parere, est quia homo qui regeneratur, similiter quasi concipitur, gestatur in utero, nascitur et educatur, sicut homo ex patre conceptus aque matre gestatus et natus, ac postea educatus (n. 721[a]).
"Parturire," "parere" et "generare" significant procreare talia quae ecclesiae sunt (n. 721[b]).
Per "parere" significatur productio et fructificatio (n. 724[a]).
"Parere" significat fructificare vera per facere, unde reformatio (n. 721[b]).
Per "parere" significatur fructificare et actu producere vera Verbi, quod est vivere secundum illa, et sic reformari (n. 721[c]).
"Parere filios" significat producere vera ex conjugio veri et boni (n. 721[c]).
"Parere septem" (*Jerem.* xv. 9) est donari omnibus veris ecclesiae (n. 401[d]; *conf.* n. 257, 386[d], 721[a]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 257, 275[a], 381, 386[d], 388[f], 401[d], 406[c], 412[f], 711, 721[a–c], 722, 724[a], 758.)

Paries.—(*Vide* ***Maceria, Murus.***)

Per "parietes domus" (1 *Reg.* vi. 29) significantur ultima caeli et ecclesiae; ultima sunt effectus qui procedunt ex interioribus (n. 458[a]).
Ultimum doctrinae est sensus litterae Verbi, qui "paries" dicitur (*Ezech.* xii. 5) quia est continens et includens sensus spiritualis (n. 811[a]).
Per "parietem circumcirca," in quo depicta videbantur "omnia idola domus Israelis" (*Ezech.* viii. 10), significantur interiora ubique in naturali homine; nam per "tectum" significatur intimum, per "solum" seu "pavimentum" ultimum, per "parietes" interiora, et per "domum" ipse homo quoad illa quae ejus mentis sunt (*de quibus plura*, n. 650[g]).

Parma.—(*Vide* ***Clipeus.***)

"Sub ala obtegere" (*Ps.* xci. 4) significat custodire per Divinum Verum, quod est Divinum spirituale; "sub abysso confidere" significat verum scientificum, quod est Divinum spirituale naturale; quia hoc et illud significat verum, et "obtegere" significat custodiam per illud, ideo dicitur, "Clipeus et parma veritas" (n. 283[b]).

Parnassus.—(*Vide* ***Helicon.***)

(*Videatur articulus*, n. 405[i].)

Paropsides.—Quod "phialae," "calices," "pocula," "scyphi," "paropsides," dicantur pro contentis, et quod ideo similia significent (n. 960[a]).

Pars.—Per "tertiam partem" significatur omne verum, et per "quartam partem" omne bonum (n. 384; *conf.* n. 506, 572).

"Fieri in tres partes," et "dividi in tres partes," significat dissipari (n. 1019).
"Pars posterior," ubi haemorrhoidae (1 *Sam.* v. 9, 12), significat amorem naturalem, qui apud illos qui non spirituales sunt, et est amor mundi (n. 700[e]).

Particeps.—"Participes fieri" (*Apoc.* xviii. 4), cum de peccatis, significat venire in illa (n. 1108).

Particula.—"Crura et particula auris" (*Amos* iii. 12) sunt bona quae in naturali homine, et inde aliquid apperceptionis veri (n. 163).

Parturire. } —(*Vide* ***Parere.***)
Partus. }

Per "conceptus," "partus," "nativitates" et "generationes," in Verbo significantur conceptus, partus, nativitates et generationes spirituales (n. 721[c]).
"Terra" est ecclesia; et illa "parturire" dicitur (*Ps.* cxiv. 7) cum instauratur, seu homo ecclesiae e novo generatur (n. 405[c]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 275[*a*], 304[*f*], 381, 405[*c*], 406[*c*], 411[*c*], 412[*f*], 483[*a*], 711, 721[*a–c*].)

Parum.—"Parum parum expellam illum ab ante te" (*Exod.* xxiii. 30), significat remotionem per gradus secundum ordinem (n. 650[*f*]).

Parvus.—Per "parvos" (*Apoc.* xi. 18) intelliguntur qui parum sciunt vera et bona ecclesiae, et per "magnos" qui multum sciunt; ita qui parum et multum colunt Dominum (n. 696[*a*]; *conf. Apoc.* xix. 5, n. 1212).

"Omnes parvi et magni" (*Apoc.* xiii. 16) sunt inferiores et superiores, seu viliores et eminentiores (n. 836).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 316[*c*], 624[*b*], 696[*a*], 836, 1212.)

Pascere.—(*Vide* ***Cibare.***)

"Pascere" est docere, et instruere (n. 314[*b*], 376[*f*], 482, 726).

"Pascere virga ferrea" (*Apoc.* xii. 5) significat convincere et arguere (n. 726).

Per quod "Area et torcular non pascent eos" (*Hos.* ix. 2), significatur quod non proficient ex illis auditis (n. 376[*d*]).

Per "Ephraim pascit ventum et persequitur eurum" (*Hos.* xii. 2 [*B.A.* 1]), significatur quod intelligentes in ecclesia imbuant falsa quae prorsus dissipant vera (n. 419[*e*]; *conf.* n. 654[*i*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 314[*b*], 376[*d*], 419[*e*], 482, 633[*b*], 644[*c*], 654[*i*], 726, 727[*a*].)

Pascha. }
Paschalis. } —Primus status ecclesiae, cum adhuc in ignorantia est, significatur per incohationem Paschatis in vespera cum occidit sol. Per "festum Paschatis" significabatur celebratio Domini propter liberationem a damnatione, quae fit per regenerationem; et in supremo sensu, recordatio glorificationis Humani Domini, quia inde liberatio (n. 401[*f*]; *conf.* n. 314[*c*]).

Angeli per "Cenam Paschalem" simile intelligunt quod per Sanctam Cenam institutam a Domino, in qua loco pecudis paschalis sunt panis et vinum (n. 329[*a*]; *conf.* n. 252[*a*]).

Pascuum.—(*Vide* ***Pascere.***)

"Pascuum" significat vera quibus instruuntur; etiam instructionem (n. 482).

Per "pascuum bonum" (*Ezech.* xxxiv. 18) significatur omne quod spiritualiter nutrit, imprimis Verbum, et inde cognitiones veri et boni (n. 632): "pascua" sunt illa cognitiones, quia animum alunt (n. 730[*b*]).

"Gramen" significat nutritionem spiritualem, simile quod "pascuum," et inde scientiam, intelligentiam et sapientiam, quae sunt cibi spirituales (n. 644[*c*]).

Per "pascua deserti," quae exaruerunt (*Jerem.* xxiii. 10), significantur cognitiones boni et veri ex Verbo; desertum est Verbum cum adulteratum est (n. 730[*b*]).

"Pascuum gregum" (*Esai.* xxxii. 14), in opposito sensu, significat nutritionem mali ex falsis (n. 410[*c*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 278[*b*], 280[*b*], 304[*e*], 375[*e*(viii.)], 410[*c*], 481, 482, 632, 650[*e*], 730[*b*].)

Passer.—Quod dicantur "quinque passeres" (*Luc.* xii. 6, 7), est quia intelligitur paucum et parvi pretii respective ad homines, nam sequitur quod "illi multis passeribus praestent" (n. 548).

Passio crucis.—(*Vide* ***Crucifixio.***)

Per crucifixionem Domini repraesentabatur adulteratio et destructio boni ecclesiae et Verbi (n. 655[*b*]).

Passio crucis fuit ultima tentatio Domini, per quam plene subjugavit inferna et glorificavit Humanum suum (n. 476; *conf.* n. 768[*b*], 806).

Sciendum est quod singula quae de passione Domini memorantur apud *Evangelistas*, involvant et significent quomodo ecclesia tunc, quae apud Judaeos, tractaverat Divinum Verum, ita Verbum (n. 195[*c*]; *conf.* n. 83, 329[*e*], 627[*c*], 899[*b*]).

Si pro ipso vero assumitur quod Michael draconem vicerit per passionem crucis Domini, inde sequitur quod Dominus per illam sustulerit omnia peccata mundi, et quoque per illam Patrem suum ad misericordiam pro humano genere commoverit; cum tamen hoc et illud non concordat cum Divino Vero quod est apud angelos in caelo, et quoque discordat cum genuino intellectu veri (*de quibus plura*, n. 748, 812).

Passivum. } —Actio et reactio facit omnem conjunctionem, et actio et mera pas-
Passio. } sio nullam; agens enim seu activum dum influit in mere patiens seu passivum, transit et dissipatur, nam passivum cedit et fugit: at cum agens seu activum influit in tale passivum quod etiam est reactivum, tunc applicantur, et utraque manent conjuncta (n. 616).

Pastor.—"Pastor meus" (*Ps.* xxiii. 1) est Dominus (n. 375[*e*(viii.)]; *conf.* n. 314[*b*], 864).

Dominus vocatur "Pastor Lapis Israelis" (*Gen.* xlix. 24) ex doctrina charitatis et inde fidei quae ab Ipso (n. 357[*a*]; *conf.* n. 448[*b*]).

"Pastores" sunt qui docent vera, et per illa ducunt ad bonum (n. 315[*c*]; *conf.* n. 388[*b*], 419[*e*], 482, 601[*a*], 700[*g*]).

Per "pastores" significantur qui per vera ducunt ad bonum, et abstracte ipsa vera per quae bonum (n. 388[*d*]).

Receptum est ex Verbo dicere "Pastor" de illis qui docent, et "Grex" de illis qui discunt (n. 482): per "pastorem et gregem ejus" (*Jerem.* li. 23) significantur docentes et discentes (n. 863[*a*]).

Per "pastores" (*Jerem.* xxii. 22) in sensu abstracto significantur bona ecclesiae, et per "amasios" vera ejus (n. 811[*b*]).

"Habitacula pastorum" (*Amos* i. 2) significant omnia bona ecclesiae (n. 601[*b*]).

Per "pastorem nihili deserentem gregem" (*Sach.* xi. 17) intelliguntur qui non docent verum et per id ducunt ad bonum vitae, quibus non curae est num verum sit vel falsum quod docent (n. 600[*b*]; *conf.* n. 376[*f*]).

Per "pastores qui perdiderunt vineam" (*Jerem.* xii. 10) intelliguntur qui docent falsa et per illa ducunt ad malum vitae; per "pastores" hic intelliguntur pastores ecclesiae, et non pastores gregis (n. 388[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 314[*b*], 315[*c*], 357[*a*], 375[*e*(viii.)], 376[*f*], 388[*b*,*d*], 409[*c*], 419[*e*], 448[*b*], 482, 600[*b*], 601[*b*], 700[*g*], 701[*c*], 811[*b*], 863[*a*], 864, 1029[*e*].)

Pater.—(*Vide* ***Dominus.***)

Si assumatur pro doctrina et agnoscatur quod Dominus sit unus cum patre, et quod Humanum Ipsius sit Divinum ex Divino in Ipso, videbitur lux in singulis Verbi (n. 200).

Ante adventum Domini, Divinum processit ex Divino Ipsius quod "Patrem" vocat; sed hoc non pertigit ad ultima postquam ecclesia vastata est (n. 422[*c*]).

Quod Dominus appellaverit Divinum Bonum quod in Se a conceptione, et quod erat Esse vitae a quo Humanum suum, "Patrem" (n. 200).

Per "Patrem" significatur Divinum in Ipso, seu quod Ipsi a conceptione fuit (n. 178, 349[*b*], 460, 852[*a*], 1112): Divinum quod "Pater" vocatur, est in Domino (n. 649).

Quod Divinum, quod "Pater" vocatur, fuerit ipsum Divinum Domini ex quo Humanum Ipsius exstitit, et ex quo illud Divinum factum est (n. 852[*a*]).

Ipsum Divinum quod "Jehovah" et "Pater" vocatur, ac in sua essentia

erat Divinum Divini Amoris, unxit Divinum Humanum quod "Filius Dei" vocatur (n. 684[*a*]).

Pater in Ipso erat, sicut anima est in suo corpore; erat enim conceptus a Jehovah, et a quo quis concipitur, ab illo est anima ejus (n. 32).

(*Dicta Scripturae Sacrae, plurima in parte explicata, videantur*, n. 32, 43, 175[*b*], 178, 183[*c*], 200, 254, 267, 295[*b*], 297, 304[*e*], 309, 349[*b*], 401[*e*], 411[*d*], 412[*a,b*], 462, 600[*a*], 631, 644[*c*], 678, 684[*a*], 697, 714[*b*(ii.)], 746[*d,e*], 852[*a,b*].)

Pater. } —Ex Confessione Athanasiana creditur quod Dominus sit Filius Dei
Patres. } ab aeterno natus, ac Divinum Ipsius aequale Divino Patris; sed usque quia separant Humanum Ipsius a Divino Ipsius, distinguunt Dominum in binas quasi personas, quas vocant naturas, sic ut Dominus sit alius sicut Filius Dei ab aeterno, ac alius sicut filius Mariae. Talis idea de Domino fuit a prima instauratione ecclesiae, ut constare potest ex scriptis Patrum, et postea a scriptis filiorum eorum (n. 807).

"Pater" in caelesti sensu, seu Pater caelestis, est Dominus; ac "Mater" in caelesti sensu, seu Mater caelestis, est ecclesia (n. 666).

Praeceptum quod honorandi sint parentes, datum est quia honor parentum repraesentabat et inde significabat amorem in Dominum et amorem erga ecclesiam (n. 966).

A quo quis concipitur, ab illo est anima ejus (n. 32; *conf.* n. 852[*b*]).

Sciendum est quod bona et vera procreantia sint in spirituali homine, et quod bona et vera procreata in naturali; et quod illa quae in spirituali homine sunt, sint sicut pater et mater; et quod ea quae in naturali homine sunt, quia inde, sint sicut fratres et sorores; et quod dein vera et bona quae e novo procreantur sicut ex filiis maritatis intra affinitatem, et ex filiabus nuptis etiam intra eandem, sint in naturali homine, postquam illa ut parentes elevata sunt in spiritualem; ibi enim fit omnis conceptio et omnis parturitio seu gestatio in utero, sed ipse partus fit in naturali homine (*de quibus plura*, n. 724[*a*]).

Ecclesia dicitur "pater" ex bono, et "mater" ex vero (n. 444[*b*]; *conf.* n. 624[*e*]).

"Patres" sunt qui in bonis ecclesiae (n. 555[*d*]): "patres" sunt bona ecclesiae (n. 617[*e*]).

"Colligi ad patres" est ad suos, hoc est ad sui similes in altera vita, nam quisque post mortem venit ad similes, cum quibus in aeternum victurus (n. 659[*d*]).

Amor sui et inde amor mundi, in opposito sensu, sunt "pater et mater" (n. 724[*b*]): "patres" sunt mala (n. 724[*d*]; *conf.* n. 555[*d*]).

Per "patrem Diabolum" (*Joh.* viii. 44) intelligitur malum ex inferno, in quo fuerunt patres in Aegypto et postea in deserto (n. 740[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 175[*b*], 220[*b*], 254, 304[*e*], 315[*d*], 375[*a*], 403[*c*], 433[*e*], 444[*b*], 504[*e*], 532, 555[*d*], 617[*e*], 624[*e*], 631, 659[*d,e*], 724[*a,b,e*], 740[*b*], 746[*e*], 852[*b*], 966.)

Paterfamilias.—"Paterfamilias" (*Matth.* xiii. 27) significat Dominum quoad vera ex bono (n. 911[*a*]; *conf.* n. 426).

Qui ab ecclesia antiquissimis temporibús erant habitabant in tabernaculis et tentoriis, cum quibus etiam peregrinati sunt, erant enim plerique tunc pastores ovium; et paterfamilias docuit illos, qui e domo illius prognati erant, praecepta charitatis, et inde vitam amoris, in tabernaculis, sicut postea in templis (n. 799[*a*]).

Patiens.—(*Vide* ***Passivum.***)

Patientia.—Patientia Domini in tentationibus quas prae omnibus gravissimas

sustinuit, describitur his verbis (*Esai.* liii. 7): "Exactionem sustinuit, idemque afflictus est, non tamen aperuit os suum, sicut agnus" (n. 813). "Patientia" significat patientiam spiritualem, quae est patientia in sustinendis tentationibus (n. 813; *de qua plura*, n. 893, 897).

Patina.—Quod Dominus dixerit "poculum et patinam" (*Matth.* xxiii. 25, 26), est quia continens significat idem quod contentum, ita "poculum" simile quod "vinum," et "patina" simile quod "cibus" (n. 960[*b*]; *conf.* n. 794, 1045).

Patmos.—Omnia loca, quae in Verbo memorantur, significant res; et res quas significant sunt vel a cultu ibi, vel a memorabili quod ibi factum est, vel a situ in terris aut juxta terras per quas religiosum gentis significatur: quod "Patmos" significet revelationem, est a memorabili, eo quod ibi revelatio Johanni facta sit (n. 50).

Patria.—Quod Dominus non potuerit miracula facere in patria sua, causa erat, quia ibi viderunt Ipsum ab infantia sicut alium hominem; quare non potuerunt isti ideae adjicere ideam Divinitatis; et quando haec non adest, quidem Dominus est praesens, sed non cum Divina omnipotentia in homine; nam fides sistit Dominum praesentem in homine secundum quale perceptionis de Ipso (n. 815[*b*]).

Paucus.—"Et mulier fugit in desertum" (*Apoc.* xii. 6), significat quod nova ecclesia, quae Sancta Hierosolyma vocatur, quae per "mulierem" significatur, non adhuc institui posset nisi apud paucos, ex causa quia prior ecclesia desertum facta est (n. 730[*a*]).

(*Vide Apoc.* ii. 20, n. 158; *Apoc.* iii. 4, n. 195[*a*].)

Paullatim.—Mala, quae per "gentes" significantur (*Exod.* xxiii. 29), paullatim removentur; quoniam si festino, antequam bonum per vera formatum est apud illum, intrarent falsitates quae destruerent (n. 388[*b*]; *conf.* n. 650[*f*]). (*Vide* ***Parum.***)

Pauper. } —(*Vide* ***Egenus.***)
Paupertas. } "Paupertas" est agnitio cordis quod nihil ex se sciant (n. 118).

Quod is qui spiritualiter "pauper" est, usque "dives" est (*Apoc.* ii. 9), est quia in affectione veri spirituali est (n. 118).

"Pauperes" sunt illi qui in ignorantia veri sunt et desiderant instrui (n. 412[*f*]).

"Pauperes" significant illos qui non in veris sunt at usque desiderant illa, ac "egeni" significant illos qui non in bonis sunt sed usque corde volunt illa (n. 817[*d*]; *conf.* n. 481, 483[*a*]).

Per "pauperes" significantur illi qui non habent Verbum, et usque desiderant vera (n. 118; *conf.* n. 236[*b*], 836).

"Miseri et pauperes" nonnullis in locis simul nominantur; et per "miseros" intelliguntur qui in defectu cognitionum veri, et per "pauperes" tunc significantur qui in defectu cognitionum boni (n. 238).

Quod hodie vix sciatur quid charitas, proinde quid bona opera, nisi solum dare pauperibus, opitulari egenis, benefacere viduis ex pupillis, et conferre sportas aedificandis templis, hospitaliis, et xenodochiis (n. 933).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 118, 223[*c*], 236[*b*], 238, 242[*e*], 252[*a*], 412[*f*], 481, 483[*a*], 612, 652[*d*], 811[*c*], 817[*d*], 836.)

Pavescere.—(*Vide* ***Pavor.***)

Homo naturalis non scit aliter quam quod Dominus malum faciat malis, eos condemnet, in infernum conjiciat; ex eo est quod illi timeant et formident a Domino; quapropter toties in Verbo dicitur "pavescere" et "contremiscere" pro Jehovah (n. 696[*d*]).

Pavimentum.—Per "parietem circumcirca," in quo depicta videbantur idola domus Israelis (*Ezech.* viii. 10), significantur interiora ubique in naturali

homine; nam per "tectum" significatur intimum, per "solum" seu "pavimentum" ultimum, et per "parietes" interiora, et per "domum" ipse homo quoad illa quae ejus mentis sunt (n. 650[*g*]).

Pavo.—Per "ebora," "simias" et "pavones" (1 *Reg.* x. 23), significantur vera et bona ecclesiae externae (n. 514[*b*]).

Pavor.—(*Vide* ***Pavescere, Terror, Timor, Tremor.***)

Per "terrorem" et "pavorem" in Verbo intelligatur commotio animi varia ex influxu talium quae stuporem excitant, etiam conjuncta cum gaudio (*de quibus plura*, n. 677).

"Timor" (*Esai.* viii. 13) dicitur pro spirituali homine, et "pavor" pro naturali (n. 696[*d*]).

Falsa quae non sciuntur esse falsa, intelliguntur (*Ps.* xci. 5) per "pavorem noctis" (n. 336[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 336[*b*], 627[*b*], 696[*d*].)

Pax.—(*Vide* ***Pacifica.***)

Pax est beatum cordis et animae oriundum ex conjunctione Domini cum caelo et cum ecclesia, et haec ex conjunctione boni et veri apud illos qui ibi. Per "pacem" in supremo sensu intelligitur Dominus, et in sensu respectivo caelum et ecclesia, proinde bonum conjunctum vero apud illos qui ibi (*de quibus perplura*, n. 365[*d*]).

Pax in se spectata non est caelum et gaudium caeleste, sed haec sunt in pace et ex pace (*de quo plura*, n. 365[*c*]).

Pax in amore conjugiali principaliter residet. Sicut innocentia est ipsum *esse* omnis boni, ita pax est ipsum *esse* omnis jucundi ex bono (*de quibus plura*, n. 997).

"Pax" significat bonum amoris in Dominum, et inde omnia ecclesiae (n. 355[*a*]): est jucundum boni innocentiae et amoris (n. 22).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 22, 340[*b*], 355[*a*], 357[*a*], 365[*a–g*], 374[*b*], 401[*b*], 412[*a*], 695[*c*], 997.)

Peccare. } ***Peccatum.*** }—(*Vide* ***Iniquitas, Malum.***)

"Peccata" (*Apoc.* xviii. 4) sunt mala quae ex amore sui et mundi scaturiunt (n. 1108; *conf.* n. 1111).

Peccatum est infernum, quia ex inferno (n. 409[*d*]):

"Iniquitas" (*Esai.* vi. 7) dicitur de vita falsi seu de vita contra vera, et "peccatum" de vita mali seu de vita contra bonum (n. 391[*c*]; *conf.* n. 475[*b*], 710[*b*]).

Peccata non abolentur nisi quam per paenitentiam vitae ejus qui peccavit: auferre illa per derivationem ex alio in se, est dogma Pontificiorum, in quo non verum (n. 805[*d*]).

Peccata a quibus desistet, ac quae fugiet et aversabitur, sunt imprimis adulteria, fraudes, lucrationes illicitae, odia, vindictae, mendacia, blasphemationes, elationes animi (*de quibus perplura*, n. 803[*a*]).

Si mala non remota sunt quia sunt peccata, omnia quae homo cogitat, loquitur, vult et facit, non bona sunt nec vera coram Deo, utcunque apparent sicut bona et vera coram mundo (*de quo perplura*, n. 803[*b*]).

Sciendum est quod unusquisque homo qui incohat vitam spiritualem quia vult salvari, timeat a peccatis propter poenas inferni; at postea propter ipsum peccatum, quia in se est nefandum; et demum propter verum et bonum, quae amat, ita propter Dominum (n. 936).

Patet quod quisquis credit in Dominum fugiat mala ut peccata, et vicissim, quod quisquis fugit mala ut peccata credat; quare fugere mala ut peccata est signum fidei (n. 936).

(*Videantur articuli*, n. 328[*a*], 391[*c,g*], 405[*h*], 409[*d*], 475[*a,b*], 538[*a*], 580, 710[*b*], 803[*a*], 805[*d*], 837, 936, 1108, 1111.)

Peccatores.—(*Vide* ***Publicani.***)

Quod Dominus "cum publicanis et peccatoribus comederit" (*Marc.* ii. 15, 16), est quia gentes, quae intelliguntur per "publicanos et peccatores," receperunt Dominum, hauserunt praecepta Ipsius, et vixerunt secundum illa; per quae Dominus appropriavit illis bona caeli, quod in sensu spirituali significatur per "comedere cum illis" (n. 617[*d*]).

Pecora.—(*Vide* ***Grex, Oves.***)

"Pecora" (*Esai.* xxx. 23) sunt bona et vera apud hominem (n. 644[*c*]).

Per "pecora Arabiae," quae congregabuntur (*Esai.* lx. 7), significantur cognitiones veri et boni (n. 282): per "pecora" significantur bona externa, et per "arietes" bona interna (n. 391[*c*]).

Per "bestiam et pecora" (*Ps.* lxxviii. 48), in opposito sensu, significantur affectiones malae, seu cupiditates ex amore malo oriundae (n. 503[*a*]).

Pectorale.—(*Vide* ***Urim et Thummim.***)

Quod pectorale judicii, quod super ephodo, ex lapidibus pretiosis, sub quibus nomina duodecim filiorum Israelis erant, confectum fuerit, erat ut per id responsa e caelo ferrent, quae sistebantur in pectorali et ex illo per variegationes colorum ex lapidibus illis effulgentium (*de quo plura*, n. 717[*b*]).

Pectus.—(*Vide* ***Mamma, Mamilla, Sinus.***)

Per "sinum" et per "pectus" in Verbo significatur amor spiritualis, qui est amor actu; ac per "sinum" et "pectus" Domini, ipse Divinus Amor: quare illi in caelo in provincia pectoris sunt, qui in amore spirituali sunt (n. 821[*b*]).

Quia medium seu secundum caelum correspondet pectori, ideo per "pectus" significatur bonum amoris spiritualis, quod est bonum amoris erga proximum (n. 65; *conf.* n. 600[*a*], 606, 952).

(*Videantur etiam articuli*, n. 176, 329[*e*], 411[*b*].)

Pecunia.—"Talenta," "minae" et "pecuniae" (*Matth.* xxv. 14–31; *Luc.* xix. 13–25) significant cognitiones veri et boni ex Verbo (n. 193[*b*]; *conf.* n. 840).

Pecus.—(*Vide* ***Ovis, Pecora.***)

"Greges pecudum desolati sunt" (*Joel* i. 18), significat defectum veri et boni spiritualis quae sunt fidei et charitatis (n. 650[*e*]).

(*Vide Esai.* xliii. 23, n. 324[*d*].)

Pellex.—(*Vide Dan.* v. 3, n. 376[*d*].)

Penetrare.—(*Vide Jerem.* xxiii. 9, n. 376[*f*].)

Peniculamentum.—(*Vide Num.* xv. 38, n. 576, 1042.)

Pennae.—Per "magna alis, longa pennis, plena plumis" (*Ezech.* xvii. 3), significatur copia scientiarum et cognitionum veri et boni (n. 281[*a*]).

"Alae columbae obductae argento" (*Ps.* lxviii. 14 [*B.A.* 13]) significant vera spiritualia; "pennae flavedine auri" significant bonum spirituale ex quo illa vera (n. 283[*b*]).

Penultimus.—Illi in quibus aperitur penultimus gradus, fiunt post mortem angeli ultimi caeli (n. 1125).

Peor.—(*Vide* ***BaalPeor.***)

Peplum.—(*Vide Ezech.* xiii. 18, n. 750[*d*].)

Pera.—"Crumena" et "pera" (*Luc.* xxii. 36) simile quod nummi et pecuniae in illis significant, nempe cognitiones veri et boni ex Verbo (n. 840; *conf.* n. 131[*a*]).

Perceptio. }
Perceptivum. } —(*Vide* ***Illustratio.***)
Percipere. }

Perceptio est angelis tertii seu intimi caeli, illustratio intellectus est angelis secundi et ultimi caeli; distinguuntur per id, quod perceptio sit confirmatio plena ex influxu a Domino, illustratio autem

intellectus est visus spiritualis; hic est illis qui in charitate erga proximum et inde fide sunt; illa autem, nempe perceptio, est illis qui in amore in Dominum sunt (n. 307).

Lex Divinae Providentiae est, ut homo non sentiat et percipiat, et inde sciat, aliter quam quod vita in illo sit, ita quod cogitet et velit ex se, et inde loquatur et faciat ex se; sed tamen ut agnoscat et credat quod vera quae cogitat et loquitur, ac bona quae vult et facit sint ex Deo; ita sicut ex se (n. 1136; *de quibus perplura*, n. 1138).

Dum homo per agnitionem et per fidem ex amore sicut a se addicat Domino omnia suae vitae, vicissim Dominus addicat homini suae vitae bonum, quod est cum omni fausto et beato; et quoque dat ut ab interiori et exquisite sentiat et percipiat id in se sicut suum, et eo exquisitius quo homo ex corde vult quod fide agnoscit. Perceptio tunc est reciproca, grata Domino quod Ipse sit in homine et homo in Ipso, et fausta homini quod ille sit in Domino et Dominus in illo (n. 1138).

Vera ex bono, quae sunt spiritualia, in caelo aeque manifeste videntur sicut objecta coram oculo, sed usque cum multa differentia: vera enim illa videntur intellectualiter, hoc est, percipiuntur; qui visus, seu quae perceptio, qualis est, non describi potest vocibus humanis; solum per hoc potest comprehendi, quod ei insit consensus et confirmatio ab intimo quod ita sit (*de quo plura*, n. 260[*a*]).

Homines illustrantur varie, quisque secundum quale suae affectionis et inde intelligentiae. Illi qui in affectione veri spirituali sunt, elevantur in lucem caeli, usque ut percipiant illustrationem (*de quo videantur experientiae auctoris*, n. 1183).

(*Videantur etiam articuli*, n. 229, 324[*a*], 506, 512, 616, 1080.)

Percutere.—"Osores Ipsius percutiam" (*Ps.* lxxxix. 24 [*B.A.* 23]), significat pugnam cum victoria contra falsa et mala, ita contra inferna (n. 684[*c*]).

Per "percuti" significatur perire (n. 525): significatur damnari (n. 427[*a*]).
Per "percutere virum" significatur rejicere et negare verum (n. 340[*d*].)

Dicta Scripturae Sacrae videantur, plurima in parte explicata, n. 131[*b*], 239[*b*], 295[*c*], 304[*d*], 315[*d*], 340[*d*], 386[*d*], 401[*h*], 403[*e*], 427[*a*], 481, 503[*a*], 525, 556[*a*], 646, 647, 684[*c*], 700[*e*], 725[*b*], 727[*a*].)

Perdere.—Per "perdere," cum de illis qui destruunt ecclesiam, significatur damnatio et infernum (n. 697).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 388[*b*], 391[*g*], 675[*b*], 697, 727[*a*], 734[*d*].)

Perditio.—Per "perditionem" (*Ezech.* ix. 6) significatur devastatio (n. 270).
"Sepulcrum" (*Ps.* lxxxviii. 12 [*B.A.* 11]) est infernum ubi et unde mala, et "perditio" est infernum ubi et unde falsa (n. 659[*b*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 313[*b*], 622[*a*].)

Perditor.—Per "perditorem gentium" (*Jerem.* iv. 7) significatur malum vastans (n. 304[*b*]); malum falsi destruens bonum ecclesiae (n. 637[*b*]).

Perdix.—Per "perdicem" (*Jerem.* xvii. 11) intelliguntur qui plura ex Verbo et ex doctrinis ecclesiae discunt, sed non propter usus vitae (n. 721[*b*]).

Peregrinari. } —"Peregrinari" significat instrui (n. 328[*d*]).
Peregrinus. } Per "peregrinos" significantur illi qui extra ecclesiam sunt, ac volunt instrui ac recipere ecclesiae doctrinalia et vivere secundum illa (n. 386[*d*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 328[*d*], 386[*d*], 448[*d*], 559, 654[*c*], 695[*d*].)

Perfectus.—(*Vide Ezech.* xxviii. 15, n. 294[*b*].)

Perfide. } —"Perfidi" (*Jerem.* ix. 1 [*B.A.* 2]) sunt qui falsificant cognitiones boni
Perfidi. } (n. 357[*c*]).
"Perfide agere" (*Esai.* xlviii. 8) significat contra vera revelata (n. 710[*b*]).

Perforare. }
Perfossio. } —(*Vide Jerem.* ii. 34, n. 329[*f*]; *Habak.* iii. 14, n. 727[*a*].)

Pergamus.—Per "Ecclesiam in Pergamo" (*Apoc.* ii. 12) intelliguntur illi intra ecclesiam qui in tentationibus sunt (n. 130[*a*]).

Periculum.—"Cum periculo animarum adducere panem" (*Thren.* v. 9), significat difficultatem et discrimen comparandi sibi vera vitae ex Verbo (n. 730[*b*]).

Perire.—"Ne irascatur, et pereatis in via" (*Ps.* ii. 12), significat ne mala vos invadant, et condemnemini (n. 684[*b*]).
"Pereuntes in terra Aschuris" (*Esai.* xxvii. 13) sunt qui decepti per ratiocinia falsa (n. 502[*b*]).

Permittere.—(*Vide Apoc.* ii. 20, n. 159.)

Pernoctare.—Nondum spes liberationis, significatur (*Ps.* lv. 8 [*B.A.* 7]) per "Ecce elongabo vagari, pernoctabo in deserto" (n. 282).
"Pernoctare in vastitatibus" (*Esai.* lxv. 4) significat permanere et vivere in falsis (n. 659[*a*]).
(*Vide Esai.* i. 21, n. 887.)

Perpauci.—Sciendum est quod perpauci sint qui ex doctrina de sola fide et de justificatione per illam vivunt, tametsi a praedicatoribus creditur quod omnes qui praedicationes eorum audiunt; ex Divina enim Domini providentia est quod perpauci sint (*de quibus plura*, n. 233).

Perpetuum.—(*Vide Ps.* lxviii. 17 [*B.A.* 16], n. 405[*c*].)

Perquirere.—(*Vide Ezech.* xxxiv. 11, n. 482.)

Perrumpere.—(*Vide Ps.* lxxiv. 13, n. 483[*b*].)

Persecutores.—"Hostes," "inimici," "oppugnatores," "persecutores," "insurgentes," et insuper "arma belli," significant talia quae pugnae et tutelae sunt contra infernalia (n. 734[*c*]).

Persequi.—"Persequi siceram et incendi vino" (*Esai.* v. 11) significat excludere doctrinalia ex semet (n. 376[*g*]).
"Persequi," cum de illis qui per "draconem" intelliguntur (*Apoc.* xii. 13), significat ex odio et inimicitia rejicere et calumniari (n. 758).

Persona.—(*Vide* ***Dominus.***)
Ipsum Divinum quod "Pater" vocatur, Divinum Humanum quod "Filius," ac Divinum Procedens quod "Spiritus sanctus," unius Personae sunt (n. 343).
Doctrina quae Fides Athanasiana vocatur, ex Divina providentia ita conscripta est ut omnia ibi sint vera, dummodo pro tribus Personis assumatur una Persona in qua trinum, et credatur quod Dominus sit illa: etiam ex providentia est quod dicantur Personae, persona enim est homo, et Divina Persona est Deus qui Homo (n. 1109).
Amare Dominum non est amare Ipsum quoad Personam, sed vivere secundum praecepta Ipsius (n. 433[*a*]).
Angeli cogitant abstracte a persona et a loco, it inde illis sapientia (n. 472; *conf.* n. 99, 100, 270, 325[*a*]).
Idea personae finit cogitationem et ejus extensionem in caelum quaquaversum (*de quo plura*, n. 724[*e*]).

Personare.—Varia genera affectionum ex quibus confessio et glorificatio Domini exprimuntur per varia genera sonorum, per "clangere," "personare,"

"jubilare," et "cantare" (n. 323[*b*]; *conf.* n. 304[*d*,*f*], 326[*c*]): confessiones ex gaudio oriundo ex bono amoris significantur (*Esai.* xlix. 13) per "Personate montes cantu" (n. 405[*b*]).

Bona et inde vera apud hominem sunt quae ex influxu e caelo exultant, jubilant, personant, cantant, psallunt, hoc est gaudent, et inde cor hominis (n. 326[*c*]).

Persuasio. } —(*Vide* ***Nephilim, Scorpio.***)
Persuasivum. } Persuasivum residet in sensuali, quod est ultimum vitae naturalis; hoc enim, seu homo sensualis est in confidentia sui et in fide quod prae omnibus sapiat; et cum id sibi persuadet, tunc in omnibus quae loquitur est illa confidentia et fides: inde loquela, quia ex illis sonat, fascinat et infatuat mentes aliorum (*de quo plura*, n. 556[*a*]).

Persuasivum infatuans et suffocans, quod significatur per "scorpium" (*Apoc.* ix. 3), est tale apud spiritus, quibus id persuasivum est, ut infundat se in alterius animum et mentem, ac sopiat et paene exstinguat ejus rationale et intellectuale (*de quibus perplura*, n. 544).

Nephilim, Enakim et Rephaim, qui in Verbo memorantur, in diris persuasionibus falsi prae aliis fuerunt; illi ante adventum Domini per diras suas persuasiones infestaverunt omnes in altera vita, et eorum vitam spiritualem paene exstinxerunt (n. 544).

In mundo spirituali est animorum, hoc est, cogitationum et affectionum, communicatio; et ab illis qui in persuasivo illo sunt, infusio (n. 544).

In mundo spirituali persuasio talis severe prohibita est (*de quo plura*, n. 557).

(*De Persuasivo et de Persuasione videantur perplura*, n. 544, 548, 549, 556[*a*], 557.)

Pertangere.—(*Vide Dan.* iv. 8 [*B.A.* 11], n. 650[*d*].)

Perterrefaciens.—Beatum cordis et animae oriundum ex conjunctione boni et veri, significatur (*Levit.* xxvi. 6) per quod "Secure cubent, et non perterrefaciens" (n. 388[*b*]).

Pertransire.—Quod "gladius non pertransiret terram" (*Levit.* xxvi. 6), significat quod non falsum ejiceret verum (n. 304[*g*]).

Perversitas.—"Perversitas" (*Esai.* lix. 3) est malum falsi (n. 329[*f*]).

(*Vide Ezech.* xxviii. 15, n. 294[*b*]; *Ps.* lxiv. 7 [*B.A.* 6], n. 313[*b*].)

Pes.—"Pedes" sunt naturale (n. 69, 279).

"Pedes," cum de Domino, significant ultimum Divini ordinis, quod est naturale (n. 69).

Per "angelum a capite" (*Joh.* xx. 12) significabatur Divinum Verum in primis, ac per "angelum a pedibus" Divinum Verum in ultimis, utrumque procedens a Domino (n. 687[*c*]).

Quia externum ecclesiae, cultus et Verbi est ultimum ordinis Divini in ecclesia, et est naturale, ideo hoc per "pedes Jehovae," seu "Domini," in specie significatur: hoc in Verbo vocatur etiam "scabellum pedum Ipsius" (n. 69).

Per "pedes angeli" (*Apoc.* x. 1), per quem intelligitur Dominus, significatur Divinum Verum seu Verbum in ultimis, per quod intelligitur Verbum in sensu litterae; et quia hic sensus est naturalis, et naturale est ultimum ordinis Divini, ideo id sustentat Divinum Verum spirituale et caeleste, prorsus sicut columnae domum, et sicut pedes corpus (n. 597; *conf.* n. 438, 600[*a*]).

Per "cadere ad pedes" (*Apoc.* i. 17) significatur adoratio ex humiliatione (n. 77).

Pedes correspondent ultimo seu primo caelo, cujus angeli sunt caelestes naturales et spirituales naturales; at ipsae plantae pedum correspondent mundo, in quo omne est naturale (n. 600[*a*]; *conf.* n. 606).

Per "pedes" significantur naturalia apud hominem, et per "plantas pedum" illa quae in ultimis (n. 240[b]).
Per "calceos super pede" (*Luc.* xv. 22) significatur conjunctio veri et boni in externo seu naturali homine (n. 279[a]).
Per "dextrum pedem" (*Exod.* xxix. 20) significatur intelligentia et potentia veri ex bono in externo seu naturali, et per "pollicem" ejus significatur plenum (n. 298[c]).
Lavatio pedum discipulorum repraesentabat et inde significabat purificationem a malis et falsis a Domino per Divinum Verum (n. 951).
Per "ponere inimicos scabellum pedum" significatur prorsus subjugare (n. 298[b]).

Non licet alicui nudis pedibus super terris damnatis in mundo spirituali ambulare (n. 742).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 69, 70, 77, 153, 163, 176, 195[b], 204[b], 212, 240[b], 279[a], 282, 285, 298[b,c], 329[e], 357[c], 365[b], 401[b], 405[b,h], 411[b], 413[b], 438, 448[d], 455[b], 475[a], 543[d], 584, 597, 600[a], 606, 608[b], 619[b], 632, 666, 687[b,c], 700[b], 708, 717[c], 730[d], 781[a], 951.)

Pestis.—"Pestis" est consumptio, ex destructione veri (n. 131[b]; *conf.* n. 175[b]).
"Pestes" sunt infectiones a falsis (n. 734[e]).
Per "pestem" (*Ezech.* xiv. 21) significatur exstinctio vitae spiritualis (n. 386[b]).
"Pestis" (*Jerem.* xlii. 17) significat vastationem omnis boni et veri (n. 654[k]).

Petere.—Per "precari," "petere" et "orare" (*Marc.* xi. 24), in sensu spirituali, intelligitur vita amoris et charitatis; nam qui in vita amoris et charitatis sunt, illis datur a Domino quid petituri sunt; quare non aliud petunt quam quod bonum est, et id fit illis (n. 325[b]); *conf.* n. 405[i], 411[d]).

Petra.—(*Vide* ***Lapis, Rupes, Saxum, Petrus.***)
"Petra" significat Dominum quoad verum ex bono, seu fidem ex charitate (n. 9; *conf.* n. 176, 374[c], 411[d], 518[d]).
"Deus Israelis," et "Petra Israelis" (2 *Sam.* xxiii. 3), est Dominus quoad Divinum Humanum, et inde procedens Divinum Verum (n. 179; *conf.* n. 401[b], 422[c], 644[c], 701[b]).
"Lapides qui exciduntur e Petra" (*Esai.* li. 1) significant vera ex Domino (n. 411[c]).
"Petrae" significant verum ex bono spirituali ac verum et bonum fidei; quod "petrae" significent illa est ex apparentiis in mundo spirituali, ita ex correspondentia (n. 411[b]).
"Rupes," et "saxum petrae" (*Deutr.* xxxii. 13), est verum fidei a Domino (n. 375[e(viii.)]: "rupes" est Divinum Verum a Domino externum, quod pro naturali homine; et "saxum petrae" est Divinum Verum a Domino internum, quod pro spirituali homine (n. 411[c]).
Per "exaltare in petra" (*Ps.* xxvii. 5) significatur instruere in interioribus veris (n. 799[b]).
Per "petram" (*Ps.* cxiv. 8) significatur naturalis homo quoad verum ante reformationem, et per "silicem" naturalis homo quoad bonum ante reformationem (n. 405[c]).
Per "petram" in opposito sensu significatur falsum in genere, quae significatio "petrae" est ex correspondentia, ut constare potest ex apparentiis et aspectabilibus in mundo spirituali, ubi omnes habitant secundum correspondentias interiorum quae mentis et vitae eorum: qui in sola fide quoad doctrinam et quoad vitam fuerunt, et inde in falsis fidei et malis vitae, illi habitant intra petras, in cavernis et cellis ibi (n. 411[f]).
Quod durities exprimatur per "petram," est ex correspondentia petrae cum vero ex bono; cum verum agit contra falsum ex malo, tunc hebetatur bonum, et verum remanens agit duriter (n. 411[f]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 9, 176, 179, 212, 314[*b*], 316[*b*], 323[*b*], 326[*b*], 355[*d*], 374[*c*], 375[*e*(viii.)], 400[*b*], 401[*b*], 405[*c*,*g*], 410[*a*–*c*], 411[*a*–*f*], 422[*c*], 443[*a*], 518[*d*], 619[*b*], 644[*c*], 701[*b*], 799[*b*].)

Petrosa.—Per "petrosa," super quae ceciderunt semina (*Matth.* xiii. 5), significatur fides historica, quae fides est fides alterius in se; credit enim verum esse, non quod videat id in se, sed quia alter, cui fidet, ita dixit (n. 401[*g*]).

Petrus.—(*Vide* ***Johannes.***)

In genere, repraesentaverunt Petrus, Jacobus et Johannes, fidem, charitatem et opera charitatis; quare illi tres prae reliquis secuti sunt Dominum (n. 820[*a*]).

Per "Petrum Apostolum" in Verbo Evangelistarum intelligitur verum ex bono quod a Domino, et quoque in opposito sensu verum separatum a bono; et quia verum est fides et bonum est charitatis, per illum etiam intelligitur fides ex charitate et quoque fides separata a charitate (n. 820[*a*]).

Quia verum ex bono quod a Domino est primum ecclesiae, ideo Petrus per Andream fratrem ejus primum vocatus est, deinde Jacobus et Johannes: quod Petrus esset primus apostolorum, erat quia verum ex bono est primum ecclesiae (n. 820[*a*]).

Petrus, per quem repraesentata est fides ecclesiae, dictus est primus apostolorum; cum tamen Johannes erat primus, quoniam per Johannem repraesentatum est bonum charitatis (n. 229).

Ex confessione, "Tu es Christus Filius Dei viventis" (*Matth.* xvi. 16), Petrus repraesentabat Divinum Verum a Domino in ecclesia; quapropter etiam vocabatur "Kephah" seu "Petra," at in lingua Latina "Petrus," quia personae nomen ei indebatur (n. 411[*d*]; *conf.* n. 820[*a*]). (*Vide* ***Petra.***)

Simile per "Petrum Apostolum" significatur quod per "Reubenem" et ejus tribum (n. 434[*a*]; *conf.* n. 444[*b*]).

Fides quae est obedientia significatur per "Petrum" quando nominatur "Simon;" ac fides quae est affectio veri, per "Petrum" cum nominatur "Simon filius Jonae" (n. 443[*a*]; *conf.* n. 411[*d*], 820[*b*]).

Per "claves" Petro datas (*Matth.* xvi. 19) significatur potentia super mala et falsa (n. 209; *conf.* n. 9).

Per "Petrum conversum" (*Luc.* xxii. 32) significatur verum ex bono quod a Domino (n. 746[*f*]; *conf.* n. 9).

Describitur a Domino qualis fides futura est primo tempore ecclesia, et qualis futura ultimo; primum tempus ecclesiae intelligitur, ubi Dominus de Petro dicit (*Joh.* xxi. 18) quod cum esset junior cingeret se ipsum, et ambularet quo vellet; hoc significat quod primo tempore ecclesiae haurirent vera ex bono charitatis, et quod ex libero agerent, nam ex libero agere est ex affectione veri ex bono; "quando senueris, extendes manus tuas, et alius te cinget et ducet quo non vis," significat quod ultimo tempore ecclesiae non amplius ex bono charitatis hauriret vera, ita non scirent aliunde quam quia dicuntur ab alio (n. 9).

(*De Petro videantur perplura in articulis*, n. 8, 9, 19, 64, 195[*b*], 205, 206, 209, 250[*c*], 314[*b*], 333, 411[*d*], 434[*a*], 443[*a*], 444[*b*], 706[*b*], 740[*b*], 746[*f*], 785[*b*], 817[*c*], 820, 821[*b*], 822, 1029[*a*], 1067.)

Phantasia.—De phantasiis spirituum malorum (n. 510, 575).

Pharao. } —(*Vide* ***Aegyptus.***)
Pharaoh. }

Per "Pharaonem" significatur simile quod per "Aegyptum," simile enim per regem quod per populum, nempe naturalis homo et scientificum ibi (n. 513[*a*]; *conf.* n. 714[*c*]).

Per "domum Pharaonis" (*Jerem.* xliii. 9) significatur naturalis homo quoad scientifica ibi (n. 540[*b*]).

Quoniam omnis intelligentia spiritualis hominis finitur et fundatur in naturali homine, inque ejus cognitionibus et scientificis, ideo antiquis temporibus,

quando ecclesia repraesentativa etiam in Aegypto fuit, rex Aegypti seu Pharao dictus est (*Esai.* xix. 11, 13) "filius sapientum," et "filius regum antiquitatis;" ac Aegyptus, "angularis lapis tribuum" (n. 654[*f*]).

Per "Pharaonem regem Aegypti" in opposito sensu significatur naturalis homo separatus a spirituali (n. 401[*c*]; *conf.* n. 557): tum scientificum applicatum falsis (n. 372[*a*]; *conf.* n. 538[*a*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 355[*g*], 372[*a*], 388[*c,f*], 401[*c*], 513[*a*], 538[*a*], 540[*b*], 557, 627[*b*], 654[*b,f,h,i,m*], 714[*c*], 962, 969, 1000.)

Pharetra.—(*Vide* ***Arcus, Sagitta.***)

Per "pharetram" significatur Verbum, tum doctrina ex Verbo (n. 357[*b*], 695[*c*]); etiam doctrina ex veris (n. 724[*c*]).

Pharisaei.—(*Vide* ***Scribae.***)

Scribae et Pharisaei solum in externis repraesentativis erant, et non in internis (n. 746[*f*]).

Opera quae Pharisaeus recensuit (*Luc.* xviii. 10–14) erant opera ab ipso, et inde quoque meritoria (n. 794; *conf.* n. 395[*d*]).

Quod Scribae et Pharisaei apud Judaeos a Domino dicti sint "duces caeci caecorum" (*Matth.* xv. 14), causa (n. 239[*b*]).

Quod Pharisaei a Domini dicti sint "serpentes, progenies viperarum" (*Matth.* xxiii. 33), causa (n. 581[*a*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 706[*b*], 960[*b*].)

Pharmaticus.—Periti artis botanicae, chymicae, medicae, et pharmaticae, in scientiam usuum spiritualium ex vegetabilibus in mundo spirituali veniunt post mortem, et quoque illam exercent, ac illa quam maxime delectantur (n. 1214).

Phialae.—"Phialae" (*Apoc.* v. 8), sicut omnia vasa continentia, significant vera; inde "phialae aureae" sunt vera ex bono (n. 324[*a*]).

Per "septem phialas plenas ira Dei viventis" (*Apoc.* xv. 7) similia significantur quae per "septem plagas," nempe mala et inde falsa, ac falsa et inde mala (n. 954; *conf.* n. 960[*a*]).

(*Videantur articuli*, n. 324[*a*], 887, 954, 960[*a*], 961, 965, 969, 981, 988, 995, 1012, 1031.)

Philadelphia.—"Ecclesia in Philadelphia" (*Apoc.* iii. 7) significat illos ab ecclesia qui in fide charitatis sunt (n. 203): quia in scriptis ad angelum hujus ecclesiae agitur de illis qui in amore erga proximum sunt, seu in charitate et inde fide sunt, qui amor est amor spiritualis, ideo dicitur (vers. 8), "Nonnullam habes potentiam" (n. 209).

Philisthaea. } —(*Vide* ***Babylonia, Ecclesia.***)
Philisthaei. }

Philisthaei repraesentarunt et inde significarunt illos quo nihili faciunt bonum amoris et charitatis, et inde nihili bonum vitae, ponendo omne religionis in scientia et cognitione; inde similes fuerunt illis hodie qui fidem solam, hoc est, fidem separatam a charitate, faciunt essentiale ecclesiae salutis; inde erat quod vocati sint praeputiati, nam "praeputiatus" significat expertem amoris spiritualis, ita boni (n. 700[*e*]).

Omnia bella quae filii Israelis gesserunt cum Philisthaeis repraesentabant pugnas spiritualis hominis cum naturali homine, et inde quoque pugnas veri conjuncti bono cum vero separato a bono, quod in se non est verum sed falsum. Quoniam fides separata a charitate in ecclesiis est apud omnes qui vitam naturalem amant vivere, ideo in terra Canaane non subjugati sunt Philisthaei sicut reliquae illius terrae gentes, et inde multae cum illis pugnae fuerunt (n. 817[*d*]).

Religiosum illorum repraesentabatur per idolum eorum (n. 871[*d*]). (*Vide* ***Dagon.***)

"Filiae Philisthaeorum" sunt affectiones falsi (n. 817[*d*]).

Per "mare Philisthaeorum," ubi erat Tyrus et Sidon, significantur cognitiones veri et boni ex sensu litterae Verbi (n. 518[*b*]).

(*Videantur articuli*, n. 275[*b*], 315[*c*], 386[*b*], 433[*b,c*], 518[*b,c*], 539[*b*], 581[*b*], 654[*b*], 700[*e*], 727[*b*], 734[*c*], 817[*a,d*], 877[*d*], 1029[*e*].)

Phylacteria.—Per "phylacteria" quae dilatant (*Matth.* xxiii. 5), significantur bona in externa forma, nam erant super manus, et per "manus" significantur facta (n. 395[*d*]).

Pici.—Sciendum est quod sint plura genera falsorum, et quod singula illorum per sua genera avium significentur, quae enumerantur apud *Mosen*, ac nominantur passim in Verbo; sicut "aquilae," "milvi," "pici," etc. (n. 1100[*d*]).

Pictura.—Sunt in caelo spirituali palatia magnifica, in quibus intus omnia fulgent lapidibus pretiosis, et decoramentis in talibus formis ut non aequari possint aliqua pictura in mundo, nec exprimi verbis (n. 831).

Pietas.—Pietas actualis est in omni opere et in omni functione agere ex sincero et recto, et ex justo et aequo, et hoc quia praeceptum est a Domino in Verbo (n. 325[*a*]).

Pietas est pie cogitare et loqui, multum vacare precibus, humiliter se tunc gerere, frequentare templa, et ibi praedicationes devote auscultare, et saepe quotannis obire Sacramentum Cenae, et similiter reliqua cultus secundum ecclesiae statuta (n. 325[*a*]).

Qui omnem cultum Divinum ponunt in pietate orali et non in pietate actuali, valde errant (n. 325[*a*]).

Caelum a Domino insinuatur pietati actuali hominis, et non pietati orali seu externae separatae ab illa (n. 325[*b*]).

Pilatus.—(*Vide Joh.* xviii. 37, n. 635.)

Pilus. } —(*Vide* **Capillus, Crinis.**)
Pilosus. } Sensuale, quod est ultimum naturalis, est sicut pilosum in luce caeli; inde est quod "pilus" significet ultimum naturalis hominis, quod est sensuale ejus (n. 401[*a*]).

Per "pilos" significantur naturalia in quae operantur spiritualia, et in quae desinunt; quare per "pilos" in Verbo significantur ultima sapientiae et intelligentiae; per "pilos capitis" (*Esai.* vii. 20) ultima sapientiae, per "barbam" ultima intelligentiae, et per "pilos pedum" ultima scientiae (n. 569[*c*]).

Per "Non potes unum pilum album vel nigrum facere" (*Matth.* v. 36), significatur quod homo ex se nihil intelligere possit (n. 608[*b*]).

Per "pilos cameli" (*Matth.* iii. 4) significatur ultimum naturalis hominis, quod est sensuale (n. 543[*d*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae plura videantur explicata*, n. 66, 395[*b*], 453[*b*].)

Pincerna.—Per "pincernam" significatur verum doctrinae, simile quod per "vinum" (n. 655[*a*]).

Pinchasus.—(*Vide Num.* xxxi. 1–8, n. 502[*b*].)

Pingere.—Per "viros pictos super pariete, imagines Chaldaeorum pictas minio" (*Ezech.* xxiii. 14), significantur phantasiae ex fallaciis sensuum (n. 654[*l*]).

Pinguedo.—(*Vide* **Adeps, Saginatum.**)

Per "pinguedinem" (*Ps.* xxxvi. 9 [*B.A.* 8]) significatur bonum amoris (n. 483[*b*]).

Per "pinguedines terrae" (*Gen.* xxvii. 28) significantur caelestia quae sunt boni amoris (n. 376[*c*]).

Per "pinguedinem" (*Jerem.* xxxi. 14) significatur faustum et beatum ex bono amoris (n. 1159).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 329[*d*], 376[*c*], 483[*b*], 617[*b*], 1159.)

Pinguefacere.—Per "pinguefacere oleo caput" (*Ps.* xxiii. 5) significatur sapientia quae ex bono (n. 375[*e*(viii.)]; *conf.* n. 727[*a*], 960[*b*]).

Pinguis. } —Offerre "holocausta pinguium" significat cultum ex bono amoris cae-
Pinguia. } lestis (n. 324[*d*]).

Quod "pinguia" significent bona et inde fausta, est quia pinguedo est optimum carnis, et quia est sicut oleum, per quod significatur bonum amoris (n. 1159).

"Pingues et virides" esse (*Ps.* xcii. 15 [*B.A.* 14]) significat in bonis et veris doctrinae esse (n. 1159).

In opposito sensu per "pingues" significantur illi qui ad bonum nauseant, et qui nimium illud contemnunt et rejiciunt (n. 1159).

(*Videantur etiam articuli*, n. 376[*f*], 627[*b*], 644[*c*], 654[*e*].)

Piscari. } —Per "mittere ad piscatores qui piscabuntur illos, et ad venatores
Piscatio. } qui venabuntur illos" (*Jerem.* xvi. 16), intelligitur convocare et
Piscatores. } instaurare ecclesiam apud illos qui in bono naturali et in bono spirituali sunt (n. 405[*c*], 513[*c*]).

"Extrahere hamis piscationis" (*Amos* iv. 2) significat abducere per fallacias sensuum (n. 560).

Quod apostoli Petrus, Jacobus et Johannes piscatores fuerint, et quod dictum sit illis, "Venite post me, et faciam vos piscatores hominum" (*Matth.* iv. 18), erat quia "piscari" significat instruere naturales homines (n. 820[*a*]).

Per "piscari" significatur docere cognitiones veri et boni, et sic reformare (n. 513[*c*]).

Per "piscationem" in Verbo significatur instructio et conversio hominum qui in bono externo seu naturali sunt (n. 600[*a*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 405[*c*], 513[*a*], 654[*h*].)

Pisciculus.—(*Vide* ***Piscis.***)

Piscina.—"Piscina Siloam" significat Verbum in littera (n. 239[*b*]); per "aquas" ejus significantur vera Verbi (n. 475[*b*]).

"Piscinae" in Hierosolyma significabant vera qualia sunt in Verbi sensu exteriori et interiori; "aquae piscinae superioris," vera qualia sunt in sensu interiori Verbi; et "aquae piscinae inferioris," vera qualia sunt in sensu exteriori, qui est sensus litterae Verbi (n. 453[*b*]).

Piscis. } —Omnes ideae cogitationis angelorum et spirituum vertuntur in va-
Pisciculus. } ria repraesentativa extra illos; ideae cogitationis illorum qui naturales sunt, et ex solis scientificis cogitant, vertuntur in formas piscium: exinde est quod per "pisces" in Verbo significentur scientifica (n. 513[*a*]).

"Piscis" est scientificum (n. 513[*a*]); scientificum, quod naturalis hominis (n. 275[*a*]).

"Pisces" significant bona et vera in naturali (n. 340[*d*]); cognitiones veri et boni per quas reformatio (n. 513[*c*]); cognitiones ex sensu litterae Verbi (n. 654[*h*]); multitudinem hominum qui reformarentur (n. 513[*c*]); naturales homines quoad scientifica et cognitiones (n. 513[*d*]).

Per "pisciculum" (*Joh.* xxi. 9, 13) significatur cognitio veri, et per "pisciculum super focum" cognitio veri ex bono (n. 513[*c*]).

Per "piscem maris" significatur scientificum hominis (n. 513[*b*]).

Per "pisces maris" significantur naturalia in communi, et in specie scientifica ibi (n. 400[*c*], 405[*g*]).

"Pisces" sunt scientifica; "squamae" sunt fallaciae sensuum, quae sunt scientifica infimae sortis (n. 654[*i*]).

Per "piscem" in opposito sensu significatur naturalis homo qui est absque bono spirituali (n. 817[*d*]).

Qui mere naturaliter et sensualiter cogitant non patiuntur ut mens eorum e luce naturali in lucem spiritualem elevetur; non sunt dissimiles illis avi

bus quae in obscuris vident et cantant, et ad lucem diei nictant oculis et parum vident; boni ex iis sunt illis similes, et quoque piscibus volantibus; at mali illius generis sunt similes noctuis et bubonibus, quae prorsus fugiunt lucem diei, et sunt similes piscibus qui non elevari possunt in aerem quin exanimentur (n. 342[*c*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 179, 275[*a*], 280[*b*], 329[*f*], 340[*d*], 342[*b,c*], 400[*c*], 405[*g*], 422[*c*], 430[*c*], 513[*a–d*], 518[*b*], 587[*d*], 600[*a*], 650[*a,e*], 654[*j*], 1100[*c*].)

Pistor.—Qui compingunt vera aut falsa ut cohaereant, illi in mundo spirituali apparent ut pistores subigentes massam, juxta quos etiam est clibanus (*vide Hos.* vii. 4. n. 540[*a*]).

Suspensio super ligno, seu crucifixio, apud Judaeos indicta fuit propter destructionem boni in ecclesia: quoniam per "pistorem" significatur bonum amoris, simile quod per "panem," ideo pistor propter crimen contra regem Pharaonem suspensus est (n. 655[*a*]).

Pix.—(*Vide* ***Bitumen.***)

Per "picem ardentem" (*Esai.* xxxiv. 9) significatur omne malum scaturiens ex amore sui (n. 304[*b*]; *conf.* n. 578).

Placenta.—Per "placentam" significatur bonum amoris caelestis (n. 146).

Per "facere placentas Melecheth caelorum" (*Jerem.* vii. 18) significatur colere omnis mala generis mala infernalia (n. 555[*d*]).

Plaga.—Per "quadraginta" significatur finis mali et quoque principium boni; quare si frater pluribus plagis quam quadraginta percuteretur (*Deutr.* xxv. 3), non significaretur principium boni seu reformatio (n. 633[*b*]).

"Vulnus et cicatrix et plaga recens" (*Esai.* i. 6), significat mala voluntatis, et inde falsa cogitationis (n. 962).

"Plaga mortis" (*Apoc.* xiii. 3) est discordantia cum Verbo (n. 786; *conf.* n. 822).

Per "plagas" in Verbo significantur talia quae destruunt vitam spiritualem apud homines, et consequenter ecclesiam, proinde quae inducunt mortem in spirituali sensu intellectam, quae in summa se referunt ad cupiditates scaturientes ex amoribus sui et mundi (n. 584; *conf.* n. 646, 949, 1109, 1124).

Per "plagam grandinis" (*Apoc.* xvi. 21) significatur falsum maxime infernale (n. 1027, 1028).

Per "plagas Aegypti" significabantur illae mutationes quae praecedunt ante ultimum judicium, similiter ut per plagas in *Apocalypsi*, dum septem angeli clanxerunt: per immersionem Pharaonis et Aegyptiorum in Mare Suph, repraesentabatur ultimum judicium et damnatio (n. 503[*a*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 503[*a*], 543[*c*], 584, 633[*b*], 646, 647, 650[*e*], 654[*m*], 786, 822, 928, 949, 951, 957, 960[*a*], 962, 985, 1027, 1028, 1109, 1124.)

Plagae.—(*Vide* ***Oriens, Occidens, Meridies, Septentrio.***)

Universum mundum spirituale faciunt quatuor plagae, nempe orientalis, occidentalis, meridionalis et septentrionalis; ita enim divisus est ille mundus; in orientali plaga habitant qui in bono amoris in Dominum sunt, similiter in occidentali, sed illi in bono amoris claro quia in interiori, hi in bono amoris obscuro quia in exteriori; in plaga meridionali habitant qui in luce veri clara sunt, in septentrionali qui in luce veri obscura. Illae plagae etiam in Verbo intelliguntur per "quatuor ventos," et quoque per "quatuor angulos" (n. 417[*a*]; *conf.* n. 652[*a*]).

In binas plagas orientalem et occidentalem influit Dominus cum Divino Bono fortius quam cum Divino Vero, et in binas plagas meridionalem et septentrionalem cum Divino Vero fortius quam cum Divino Bono (n. 418[*a*]).

Plagae in mundo spirituali determinantur a Sole qui est Dominus; et ubi Sol, ibi est oriens, ex opposito inde est occidens, ad dextrum est meridies, et ad sinistrum est septentrio. Praeterea sunt plagae in mundo spirituali quae a plagis nunc memoratis differunt, et inde distant circiter triginta gradibus, quae sunt sub auspicio Domini ut Luna; nam Dominus apparet ut Sol illis qui in amore in Ipsum sunt, ast ut Luna illis qui in charitate erga proximum et inde fide sunt: in plaga orientali et occidentali ibi habitant qui in bono charitatis erga proximum sunt, ac in meridionali et septentrionali ibi qui in veris ex illo bono sunt, quae vera fidei vocantur: hae plagae aliquoties intelliguntur in Verbo ubi agitur de illis veris et de illo bono (n. 422[*a*]).

(*Videantur* n. 304[*e*], 417[*a*], 418[*a*], 422[*a–c*], 584, 652[*b*], 665, 971.)

Planctus.—(*Vide* ***Plangere.***)

Planetae.—Quod spatia in mundo spirituali sint modo apparentiae etiam patuit ex eo, quod praesentes facti sunt plures qui e terris longinquis fuerunt, ut qui ex regnis Europae variis, ex Africa et India, tum etiam incolae planetarum, et tellurum dissitarum (n. 1219).

Plangere. } —(*Vide* ***Lamentatio, Luctus.***)
Planctus. } "Plangere" significat lugere, dolere, indignari, irasci aversari, ita quoque repugnare (n. 39).

"Planctus" significabat dolorem propter statum hominis talem ut non amplius aliqua restoratio et salvatio; et "non planctus" (*Jerem.* xxv. 32) significabat non dolorem quia homo talis ut nulla restauratio (n. 659[*e*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 39, 304[*f*], 555[*b*], 637[*b*], 659[*a,e*], 695[*d*], 1129.)

Planities.—In mundo spirituali sunt aeque montes, colles, petrae, planities, valles, sicut in nostra tellure (n. 417[*a*]): in planitiebus, seu infra montes et colles, habitant illi qui in ultimo caelo (n. 449[*b*]).

Per "planitiem" (*Ezech.* xlvii. 8) significantur interiora naturalis et sensualis hominis, et per "mare" exteriora ejus (n. 513[*a*]).

Per "planitiem" (*Jerem.* xvii. 26) significatur bonum et verum in naturali homine (n. 449[*b*]).

"Vallis" et "planities" (*Jerem.* xxi. 13) sunt ultima Verbi (n. 411[*f*]).

Per "planitiem et mare" (*Ezech.* xlvii. 8) significantur ultima ecclesiae, seu ubi illi qui in ultimis veris et bonis sunt (n. 422[*c*]; *conf.* n. 342[*b*]).

Urbes planitiei et urbes meridiei" (*Jerem.* xxxiii. 13) sunt vera doctrinae quae illis qui in regno spirituali Domini sunt (n. 223[*c*]).

"Planities deserti" (*Esai.* xxxv. 6) est ubi non intelligentia (n. 518[*a*]).

Plantae.—(*Vide* ***Olea, Olivae.***)

"Plantae" (*Ps.* cxxviii. 3) significant vera, et "oleae" bona (n. 340[*c*]).

Plantae.—(*Vide* ***Pes.***)

Per "pedes" significantur naturalia apud hominem, et per "plantas pedum" illa quae in ultimis (n. 240[*b*]): "plantae pedum" correspondent infimis naturalibus, et inde in Verbo significant illa (n. 365[*b*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 279[*a*], 632, 717[*c*].)

Plantare.—Per "plantare vineam" significatur instaurare ecclesiam, quoad vera (n. 734[*c*]): per "plantare vineam" significatur recipere vera intellectu (n. 386[*d*]).

Per "plantare vitem" significatur instaurare spiritualem ecclesiam (n. 405[*c*]; *conf.* n. 569[*b*]).

Per "edere et bibere" (*Luc.* xvii. 28) significatur vivere sibi et mundo, ac appropriare sibi mala et falsa; per "emere et vendere" significatur com-

parare sibi illa, et communicare illa aliis; per "plantare et aedificare" significatur confirmare se in illis, et vivere in illis (n. 840).

(*Dicta Scripturae Sacrae plura videantur*, n. 376[*b*], 617[*b*], 654[*c*] 727[*a*], 730[*b*].)

Plastica.—Inest omni spirituali vis plastica, ubi exhalationes homogeneae in Natura adsunt, et quoque inest omni spirituali vis propagatrix; format enim non modo organa sensuum et motuum, sed etiam organa prolificationis per uteros vel per ova (n. 1201).

Platea.—Sciendum est quod sint plura genera falsorum, et quod singula illorum per sua genera avium significentur; quae enumerantur apud *Mosen*, ac nominantur passim in Verbo; sicut aquilae, milvi, pici, corvi, ululae, plateae, ardeae, noctuae, bubones, dracones, et aliae (n. 1100[*d*]).

"Platea" et "anataria" (*Zeph.* ii. 14) est falsum cogitationis et perceptionis (n. 388[*c*]; *conf.* n. 650[*f*]).

Plateae.—(*Vide* **Semita, Via, Urbs.**)

Per "plateas urbis" significantur vera doctrinae (n. 223[*b,c*], 376[*c*]); veritates (n. 417[*b*]); doctrinalia (n. 863[*a*]); vera ducentia (n. 652[*a*]).

"Caput" seu principium "platearum," significat ingressum ad verum, ita omne verum (n. 652[*a*]).

"Ludere in plateis" significat laetari et gaudere ex doctrinalibus (n. 863[*a*]).

Per "plateam" in opposito sensu significatur falsum ducens (n. 652[*a*]).

Per "platearum lutum," "caenum" et "stercus," significatur falsum amoris mali (n. 652[*d*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 141[*b*], 223[*b,c*], 324[*e*], 329[*f*], 336[*b*], 355[*d,f*], 372[*b*], 376[*c*], 386[*b*], 417[*b*], 652[*a–d*], 684[*e*], 724[*d*], 734[*d*], 750[*e*], 863[*a*].)

Plaudere.—Gaudium ex adventu Domini describitur (*Ps.* xcviii. 1, 4–8, et alibi) non modo per "cantare," "psallere," "jubilare," "plaudere," sed etiam per varia instrumenta musica (n. 326[*c*]).

Plaustrum.—(*Vide* **Currus.**)

"Plaustrum" (1 *Sam.* vi. 7, 8) significat doctrinam veri naturalis, et "plaustrum novum" illam illibatam et non a falsis mali inquinatam (n. 700[*e*]).

Plenitudo.—"Plenitudo" (*Ps.* l. 12; lxxxix. 12 [*B.A.* 11]) sunt bona et vera in toto complexu (n. 741[*c*]).

"Terra" (*Ezech.* xix. 7) est ecclesia; "plenitudo" sunt vera ejus ex Verbo (n. 601[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 285, 304[*c,d*], 331[*a*], 355[*f*], 446[*b*], 601[*b*], 741[*c*].)

Plenus.—"Plenum" et "totum" praedicatur de magnitudine rei (n. 257).

Illa quae sunt vitae moralis, quae per "opera" significantur (*Apoc.* iii. 2), dicuntur "plena coram Deo quando ex origine spirituali sunt, at "non plena" quando non sunt ex illa origine (n. 189).

(*Videantur*, n. 189, 257, 281[*a*], 375[*e*(viii.)], 717[*d*], 954, 1039, 1045.)

Pleraque in parte.—(*Vide* **Sensus oppositus.**)

Pluere.—(*Vide* **Pluvia, Imber.**)

Per "pluere" significatur influxus (n. 644[*a,b*]).

(*Videantur articuli*, n. 146, 503[*b*], 578.)

Pluma.—(*Vide* **Penna.**)

Plumbum.—(*Videatur Hiob.* xix. 24, n. 411[*f*].)

Pluvia.—(*Vide* **Imber, Flumina, Pluere, Procella.**)

Per "pluviam" significatur Divinum Verum procedens, seu defluens, ex quo omne doctrinae (n. 644[*b*]).

Influxus et receptio Divini Veri in statu spirituali intelligitur (*Deutr.* xi. 14) per "pluviam tempestivam" seu "matutinam," et in statu naturali per "pluviam serotinam" et "vespertinam" (n. 644[*b*]).

Per "pluviam" quam mittit super justos et injustos (*Matth.* v. 45), significatur Divinum Verum influens; nam Divinum procedens, quod est "Pater in caelis," aeque influit apud malos et bonos, sed receptio ejus erit ab homine sicut ab ipso (n. 644[*c*]).

"Pluvia" aquea significat Divinum Verum e caelo; sed "grando," Divinum Verum conversum in falsum infernale, quod fit in via descensus e caelo (*de quo plura*, n. 1026).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 340[*c*], 375[*e*(viii.)], 376[*c*], 388[*e*], 401[*b*,*e*], 403[*e*], 419[*f*], 504[*b*], 578, 594[*b*], 633[*b*], 644[*b*–*d*], 7001[*b*], 1026, 1159.)

Pneumata.—Qui judicat ex fallaciis prorsus non capere potest quod homo post mortem sit in perfecta forma humana; dicunt homines post mortem esse pneumata absque oculis, auribus, oribus, proinde absque visu, auditu et loquela, volitantia in aere, et exspectantia resurrectionem corporis, ut videant, audiant et loquantur: quod ita dicant et credant est ex fallaciis sensuum corporis (n. 575).

Poculum.—(*Vide* ***Calix.***)

Continens significat idem quod contentum; ita "poculum" simile quod "vinum," et "patina" simile quod "cibus" (n. 960[*a*,*b*]).

Per "Poculum meum abundabit" (*Ps.* xxiii. 5), significatur intelligentia quae ex veris (n. 375[*e*(viii.)]).

Per "calicem" seu "poculum" irae Dei, significatur falsum mali (n. 376[*g*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae plura videantur explicata*, n. 375[*e*(viii.)], 376[*g*], 727[*a*], 794, 887, 960[*a*,*b*], 1022, 1045, 1116.)

Podex.—"Podex," qui nudabitur (*Esai.* iii. 17), significat amorem mali et falsi (n. 240[*b*]).

Poena.—Removentur mala ab homine vel per poenas, vel per tentationes et inde aversationes, vel per affectiones veri et boni; mala per poenas removentur apud non reformatos, per tentationes et inde aversationes apud reformandos, ac per affectiones veri et boni apud regeneratos. Quando non reformatus seu malus subit poenas, quod fit in inferno, tenetur in illis usque dum percipitur quod ex se nolit illa; non prius liberatur; ita cogitur ille ex se removere mala: si non usque ad illam intentionem et voluntatem punitur, manet in suo malo; sed tamen non usque exstirpatur malum, quia non coegerat se ipsum; manet intus, et recurrit quando cessat timor (n. 1164).

Per cogi, quod fit per poenas, et postea per timorem illorum, malum non recedit (n. 1151).

Poenae non auferunt voluntatem, intentionem, et inde cogitationem mali; auferunt modo actus (n. 1165).

Malus spiritus per poenas adigitur ut non malum loquatur, nec malum faciat, et talis est quamdiu in loco est ubi poena obversatur animo ejus; ut primum autem timor poenae recedit, est malus sicut prius: per poenas internum ejus non emendatur; id nihilo minus manet ut prius; quare ut primum timor poenae recedit, in sua mala, quae interius apud illum sunt, ac quae ejus spiritus et inde vitae sunt, redit (n. 1133).

Illi qui non faciunt usum mittuntur in inferna, ubi a judice adiguntur ad operas; et si renuunt, non datur illis cibus, nec vestis, nec lectus pro solo (*de quibus plura*, n. 1226).

Apparentia est quod omne malum poenae sit ex Deo, quia omnipotens est, et non avertit: sed avertere malum poenae est contra ordinem; nam si averteretur, crescceret malum usque dum non amplius aliquod bonum superesset (n. 638[*c*]).

Dominus Deus non est causa mali apud aliquem; et qui non est causa mali nec est causa poenae; sed ipsum malum quod apud hominem est causa (n. 647).

Timor pro poenis inferni est externus cogitationis et voluntatis; timor autem pro non gratia apud Deum est internus illarum, et est timor sanctus qui se addit et conjungit amori, cum quo tandem unam essentiam facit (n. 1150).

Erant binae poenae mortis apud Judaeos, crucifixio et lapidatio; et per "crucifixionem" significabatur condemnatio et maledictio propter destructionem boni in ecclesia, et per "lapidationem" significabatur condemnatio et maledictio propter destructionem veri in ecclesia (*de quibus videantur perplura*, n. 655[*a*]). (*Vide* **Crucifixio, Lapidatio.**)

Pollex.—Per "pollicem manus dextrae" (*Exod.* xxix. 20) significatur bonum voluntate, et per "pollicem pedis dextri" significatur bonum actu (n. 600[*c*]): per "pollicem" significatur plenum (n. 298[*c*]).

Ponderationes. } —(*Vide* **Mensurae.**)
Pondus. }

Erant staterae, lances seu librae, per quos fiebant trutinationes et ponderationes; et per has in specie significantur aestimationes rei quoad verum: quare etiam pondera lancium erant lapides seu ex lapide; per "lapides" enim in Verbo significantur vera (n. 373).

"Referre panem in pondere" (*Levit.* xxvi. 26) significat quod verum ex bono rarum sit (n. 555[*b*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 627[*a*], 629[*c*], 1026.)

Ponere.—"Ponere montes in viam" (n. 405[*b*]); "limitem" (n. 405[*d*]); "fluvios in insulas" (n. 405[*h*]); "judicium" (n. 406[*b*]); "gloriam" (n. 406[*b*]); "iniquitates nostras coram Te" (n. 412[*b*]); "manus" (n. 577[*b*]); "in desertum" (n. 730[*b*]); "in stagnum" (n. 730[*c*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 526[*b*], 594[*b*], 600[*a,b*], 740[*c*], 768[*b*].)

Pontifices. }
Pontificia. } —Christianae ecclesiae divisae fuerunt, in genere in Pontificiam et in Evangelicam; et in Pontificia prorsus ignorantur vera, quia illi qui
Pontificii. } in illa non pendent ex Verbo, ita ex Domino qui est Verbum, hoc est, Divinum Verum, sed ex Pontifice (n. 376[*a*]; *conf.* n. 1091).

Gens Pontificia omnem Divinam potestatem, quae est Domino etiam quoad Humanum, in primatem suum transtulerunt (n. 315[*a*]).

Per "mulierem" (*Gen.* iii. 15) Pontificii intelligunt Mariam et ejus cultum; quare non "Ille" sed *illud* et *illa* in Bibliis illorum legitur (n. 768[*b*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 161, 805[*b*(vii.)], 1031, 1063.)

Populus.—(*Vide* **Gens.**)

Per "populum" significantur qui in veris, per "gentem" qui in bonis (n. 406[*b*]; *conf.* n. 175[*b*], 204[*b*]).

Per "orbem" (*Ps.* xcvi. 13) intelliguntur illi in ecclesia qui in bono charitatis sunt, et per "populos" qui in veris inde (n. 612).

"Populus" (*Esai.* xliii. 20) dicitur de illis qui in veris fidei, et "electus" qui in bono charitatis (n. 650[*e*]).

Per "populos" in Verbo intelliguntur omnes qui in veris aut in falsis sunt, sive ab ecclesia sint, sive extra ecclesiam ex aliqua religione; et per "tribus" in Verbo intelliguntur omnes qui in veris aut falsis doctrinae sunt (n. 657).

"Insulae" (*Esai.* xlix. 1) pro illis sunt qui in veris, ac "populi e longinquo" pro illis qui in bonis, et abstracte vera et bona, utraque in naturali homine: "populi" hic significant bona, quia ex alia voce (*l'ummim*) in lingua originali dicuntur quam "populi" (*'am*) per quos significantur vera; ex hac voce enim denominantur etiam "gentes," per quas significantur bona (n. 406[*b*]).

Per "populum" in opposito sensu intelliguntur qui in falsis sunt (n. 405[g]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 175[b], 204[b], 205, 219, 236[b], 275[b], 279[a], 294[b], 315[b], 316[a,b,d], 323[b], 328[d,e], 331[a,b], 340[a,d], 355[d], 365[e], 376[b], 388[e], 395[d], 405[c,g], 406[b], 412[f], 453[b], 455[a,b], 537[a], 538[a], 573[b], 601[a], 612, 625, 650[e,g], 654[b], 657, 659[d,e], 684[b,e], 696[c], 697, 701[c], 706[a,b], 727[a], 734[b], 741[c], 863[a], 872, 923, 1077, 1107.)

Populus.—"Populus et robur" significant bona veri et vera boni naturalis hominis infima; in opposito sensu (*Hos.* iv. 13), mala falsi et falsa mali ejus (n. 324[e]).

Porci.—Per "porcos" (*Matth.* viii. 31–33) significatur avaritia sordida (n. 659[b]). Per "porcos" (*Matth.* vii. 6) significantur spurci amores (n. 1044).

Porrigo.—Effectus profanationis veri sunt varii, qui significantur (*Levit.* xiii. 1 ad fin.) per apparentias in lepra, inter quas enumerantur "porrigines" (n. 962).

Porta.—(*Vide* ***Janua, Ostium.***)

Cum novitii spiriritus introducuntur in societatem caelestem, aperitur illis a Domino via quae ad illam ducit; et cum illuc veniunt, apparet porta cum ostio ad latus, ubi custodes qui illum intromittunt, et alii dein qui recipiunt et introducunt: ex his nuuc constare potest quid in Verbo significant "januae," "ostia" et "portae," quod nempe intromissionem in caelum; et quia ecclesia est caelum Domini in terris, etiam significant intromissionem in ecclesiam; et quia caelum aut ecclesia est in homine, ideo etiam "januae" "ostia," "portae," significant aditum et introitum apud hominem. Et quia illa quae introducunt sunt vera ex bono quae a Domino et in quibus Ipse est, ideo per "januam," "ostium" et "portam" ad ecclesiam, in supremo sensu intelligitur Dominus (n. 208[a]).

Per portam seu januam quae patet e mundo, intrat omnis cognitio e Verbo, et ex praedicatione inde (n. 208[a]).

Per "portas ad Novam Hierosolymam" significantur talia doctrinae ex Verbo quae introducunt hominem in ecclesiam; et illa sunt cognitiones veri et boni ex Verbo (n. 1044).

In inferna quae sub montibus et in petris sunt patent aditus, vel in imis lateribus, vel per cavernas e vallibus; ac aditus intimis lateribus apparent sicut aditus in speluncas ubi ferae, prorsus caliginosi, qui aperiuntur quando immittuntur infernales spiritus, at occluduntur quando immissi sunt: aditus illi in Verbo vocantur "portae inferni" (n. 410[a]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 179, 208[b], 223[b], 326[b], 357[b], 372[b], 401[e], 411[d], 539[b], 629[a], 695[c], 717[a], 734[d], 741[b], 1044.)

Portare. } ***Portatio.*** } —Non fuit portatio iniquitatum nostrarum a Domino et inde liberatio ab illis secundum fidem vulgarem, quae est quod Dominus peccata mundi in Se transtulerit, ac illa dejicerit in infernum, et sic sustulerit. Ex ordine Divino fuit quod prophetae repraesentarent statum suae ecclesiae, ut inde scirent quales essent. Simile intelligitur per "portare iniquitates," ubi de Domino, qui Maximus Propheta fuit; repraesentavit enim Ipse in Se quomodo Ecclesia Judaica contumeliose tractaret Divinum Verum, seu Verbum, Ipse enim illud erat (n. 805[d]; *conf.* n. 409[b], 655[b], 806).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 314[b], 328[c], 409[b], 412[b], 654[g], 655[b], 805[d].)

Porticus.—Per "binas columnas," quas Salomo erexit in porticu Templi significabantur vera ultima, sustentantia superiora. "Porticus" significabat illa quae ultimi caeli sunt, quod sustentat caelos duos superiores (n. 219).

Per "porticum" et "atrium" significantur omnia quae extra ecclesiam sunt, sed usque quae spectant illam, quae sunt omnia quae apud hominem ecclesiae in naturali ejus homine sunt (n. 629[*a*]).

Portio.—(*Vide Ps.* xvi. 5, n. 960[*b*]; *Sach.* ii. 16 [*B.A.* 12], n. 433[*b*].)

Possidere.—Per "possidere renes" (*Ps.* cxxxix. 13) significatur purificare vera a falsis (n. 710[*b*]; *conf.* n. 167).

(*Vide Esai.* xiv. 21, n. 714[*d*], 1029[*d*].)

Post.—Quod "post me" (*Apoc.* i. 10) significet manifeste, est quia illa quae influunt e caelo in affectionem hominis influunt in occipitium ejus, et sic veniunt in manifestam ejus perceptionem (*de quo plura*, n. 55).

Posterior.—Externa repraesentabantur et significabantur per "posteriora" Jehovae, quae visa Mosi (*Exod.* xxxiii. 23), ac interna per "anteriora" et per "faciem" (n. 412[*c*]).

Per "mare orientale" (*Sach.* xiv. 8) significatur naturalis homo quoad bonum, et per "mare posterius" naturalis homo quoad verum (n. 275[*b*]).

"Pars posterior," ubi haemorrhoida (1 *Sam.* v. 9, 12), significat amorem naturalem qui apud illos qui non spirituales sunt, et est amor mundi (n. 700[*e*]).

Potare.—(*Vide* ***Bibere.***)

Per "aquas" quae ex petra effluxerunt (*Exod.* xvii. 5, 6), significatur Divinum Verum; et per "potare populum" ex illis significatur spiritualiter nutrire, quod fit instruendo et docendo (n. 411[*c*]).

"Potare potu frigidae" (*Matth.* x. 42) significat docere ex pauca innocentia (n. 624[*b*]); est ex obedientia charitatem exercere (n. 102[*b*]).

Per "edere" et "potare" (*Matth.* xxv. 35) significatur ex affectione spirituali seu charitate instruere et illustrare (n. 386[*d*]).

"Potare [(bibere)] vinum" (*Esai.* v. 22) est haurire falsa (n. 376[*g*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 481, 627[*c*].)

Potens. } —(*Vide* ***Potestas, Robur.***)
Potentia. } Potentia, cum de Domino, est omnipotentia (n. 405[*b*]).

Omnis potentia contra mala et falsa, quae est angelis et quoque quae est hominibus, est a Domino; et quantum illi recipiunt Dominum tantum potentiae illis est: qui credit quod ex proprio hominis potentia sit contra illa, multum fallitur. Illis qui in amore caelesti sunt est multa potentia, at illis qui in amore spirituali sunt est nonnulla potentia (n. 209).

Omnis potentia est veri ex bono; inde dicitur (*Sach.* x. 6, 7) quod "Erunt sicut potens Ephraim;" per "Ephraim" significatur intellectus veri ex bono; ita "potens" dicitur ex multiplicatione ejus (n. 376[*d*]).

"Potentia" dicitur de Divino Vero, ac "robur" de Divino Bono; inde per utrumque, "potentiam et robur" (*Apoc.* vii. 12), significatur omnipotentia per Divinum Verum ex Divino Bono (n. 467).

Quod angeli in potentia sint continua (*de quo plura*, n. 992).

Falsis ex malo prorsus nulla potentia est, quia omnis potentia est veris ex bono; sed falsa in falsa potentiam habent, quia similia in similia; hoc manifeste constare potest ex potentia spirituum infernalium inter se: sed usque illis prorsus nulla potentia est contra vera; et tam nulla ut sit nihil (n. 783; *conf.* n. 776).

(*Videantur articuli*, n. 36, 48, 209, 288[*b*], 298[*b*], 304[*d*], 357[*d*], 376[*d*], 405[*b*], 408, 448[*c*], 467, 691, 696[*c*], 724[*c*], 726, 745, 776, 783, 992, 1198.)

Potestas.—Cum dicitur quod Domino sit potestas, intelligitur quod Ipsi sit omnis potestas, quae est omnipotentia (n. 338; *conf.* n. 1093).

Omnis potestas Divina salvationem spectat ut finem. Est Domino potestas

super omnia, quia est solus Deus; sed salvatio humani generis est principale potestatis, quia propter illam caeli et mundi creati sunt, ac illa est receptio Divini procedentis (n. 293).

"Potestates caelorum," quae concutientur (*Luc.* xxi. 26), significant Verbum in sensu litterae, quoniam hic sensus est fundamentum veritatum spiritualium quae sunt in caelis (n. 304[*f*]).

Quod ipsam rem attinet, nempe quod in "Babylonia" potestatem Domini super caelum et super terram in supremum illorum, et ab illo in reliquos qui sub illo, transtulerint (n. 1064–1066).

Per "potestatem bestiae," ex dracone (*Apoc.* xiii. 4), significatur firmatio et corroboratio dogmatis fidei separatae a charitate, per inventas conjunctiones fidei cum operibus (n. 789).

(*Videantur articuli*, n. 175[*a*], 293, 304[*f*], 338, 384, 561, 639, 645, 647, 678, 726(i.), 727[*b*], 789, 796, 803[*a*], 819, 916, 957, 1064, 1065, 1066, 1093.)

Potus.—(*Vide* ***Potare.***)

"Dare potum frigidae" (*Matth.* x. 42) est ex obedientia charitatem exercere (n. 102[*b*]; *conf.* n. 624[*b*]).

Per "potum sitientem" (*Esai.* xxxii. 6) significantur qui desiderant vera (n. 386[*d*]).

Praeceptum.—De Praeceptis Decalogi, in genere (n. 1024–1028).

Praecepta Decalogi explicata:—Primum (n. 950–952, 954–957); Secundum (n. 959, 960, 962, 963); Tertium (n. 965); Quartum (n. 966); Quintum (n. 967, 969–979); Sextum (n. 981–986, 988–993, 995–1010); Septimum (n. 1012–1017); Octavum (n. 1019, 1020); Nonum (n. 1021); Decimum (n. 1022).

Religio apud hominem consistit in vita secundum praecepta Divina quae in summa continentur in decalogo. Omnis qui facit illa praecepta suae religionis, fit civis et incola caeli. Pleraeque gentes sciunt illa praecepta, et quoque faciunt illa suae religionis, ac vivunt secundum illa quia Deus id vult et mandavit; per id communicationem habent cum caelo, et conjunctionem cum Deo, quare etiam salvantur (n. 948).

Decem praecepta decalogi sunt omnia Verbi in summa (n. 1024).

Singulis praeceptis tres interiores sensus insunt (*de quibus plura*, n. 1024).

In octo praeceptis proponuntur mala quae fugienda sunt; in binis autem, nempe in tertio et quarto, continentur aliqua quae facienda (n. 949; *conf.* n. 965).

Leges apud filios Israelis dicta fuerunt judicia, praecepta, et statuta; per "praecepta" intelliguntur leges vitae, imprimis quae in decalogo sunt; per "statuta" intelliguntur leges cultus, quae imprimis erant de sacrificiis ac de ministeriis sanctis, ac per "judicia" intelliguntur leges civiles (n. 946).

(*Videantur etiam articuli*, n. 213, 388[*b*], 696[*b*], 701[*d*].)

Praecingi.—"Praecinctum ad mamillas zona aurea" (*Apoc.* i. 13), significat Divinum Bonum procedens a Domino (n. 65).

Praecipitantes.—Per "praecipitantes se" (*Esai.* xxxii. 4) intelliguntur qui facile arripiunt et credunt illa quae dicuntur, ita quoque falsa (n. 455[*b*]).

Praeda. } ***Praedatores.*** } —Per "praedam," ex qua ascendit (*Gen.* xlix. 9), significatur dissipatio falsorum et malorum (n. 278[*b*]).

Per "praedam" (*Deutr.* xiii. 16) significatur falsificatio veri (n. 652[*d*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 355[*c*], 650[*f*], 725[*b*], 811[*c*].)

Praedicare. } ***Praedicatio.*** } —Per "praedicare" (*Apoc.* v. 2) significatur exploratio, nempe, num aliquis scire possit status vitae omnium in caelo et in terra (n. 302).

Per "captivos," quibus praedicaret libertatem (*Esai.* lxi. 1), significantur qui seclusi a veris et inde bonis sunt, quibus aperientur vera, et per illa imbuentur bonis (n. 811[*c*]).

Verbum est in unoquovis caelo, et paene apud unumquemvis angelum, in suo sensu, et ab illis legitur cottidie, et quoque ex illo praedicationes fiunt, sicut in terris (n. 1024).

Praedictiones.—"Revelatio Jesu Christi" (*Apoc.* i. 1) significat praedictiones de ultimis temporibus ecclesiae, de illis enim imprimis agitur (n. 5).

Sciendum est quod praedictiones tales non visae et lectae sint in libro postquam sigilla ejus aperta sunt, sed manifestatae per caelos a Domino coram angelis intimi caeli, quae in ultimis caeli repraesentatae sunt per talia quae memorantur, nempe per "equos" varii coloris, et dein per "terrae motus," "solis et lunae obscurationes," et "stellarum lapsus in terram" (n. 369).

Praeditus.—(*Vide Esai.* xli. 15, n. 405[*h*].)

Praefecti. } —(*Vide* ***Antistes.***)
Praefectura. } Sunt in societatibus caeli praefecti superiores et inferiores, omnes a Domino ordinati et subordinati secundum sapientiam et intelligentiam illorum. Summus illorum, qui prae reliquis sapiens est, habitat in medio, in palatio ita magnifico ut non aliquod in universo mundo cum illo comparari possit (n. 1191).

"Praefectura" (*Esai.* lx. 18) significat regnum (n. 365[*g*]).

Per "praefectos et antistites" (*Jerem.* li. 23) significantur principia falsi et mali (n. 863[*a*]).

Praeficere.—Quia infernale malum et falsum praevalet, dicitur (*Ps.* cix. 6), "Praefice illi improbum, et Satanas stet ad dextram ejus" (n. 740[*c*]).

Praeparare.—"Praeparari," cum de Domino, significat provideri; quod ab homine fit, hoc praeparatur; quod autem a Domino, hoc providetur (n. 731).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 357[*c*], 405[*e*], 594[*b*], 644[*c*], 731.)

Praeputium. } —"Praeputiatus" significat illos qui in spurcis amoribus corporeis
Praeputiatus. } sunt, nam "praeputium" illis amoribus correspondet (n. 781[*c*]).

Verum conspurcatum malo vitae etiam significatur per "praeputiatum;" praeputium enim correspondet amori corporeo, quoniam membrum quod praeputium tegit correspondet amori spirituali et caelesti (n. 817[*d*]).

(*Videantur articuli*, n. 195[*b*], 235, 240[*b*], 659[*a*], 700[*e*], 781[*c*], 817[*d*].)

Praesaepe.—Per "praesaepe" intelligitur doctrina veri ex Verbo, ex eo, quod per "equos" significetur intellectus Verbi; inde, per "praesaepe, ubi equorum pascuum, significatur doctrina veri ex Verbo (n. 706[*b*]).

Praesens. } —Quando idea Divinitatis non adest, quidem Dominus est praesens,
Praesentia. } sed non cum Divina omnipotentia in homine; nam fides sistit Dominum praesentem in homine secundum quale perceptionis de Ipso (n. 815[*b*]).

Praesentia Domini est perpetua apud omnes qui in caelo et in ecclesia; et haec est praesentia pacifica, tranquilla, conservans et sustentans, per quam omnia in caelis et in terris in suo ordine et in connexu constanter tenentur, et in illum rediguntur; similiter in infernis: at praesentia quae intelligitur per "stare super Monte Sion," est praesentia Domini activa extraordinaria, propter finem ut Divinum Ipsius per caelos influat in inferiora, ac ibi separet bonos a malis, ac malos dejiciat e locis suis, ubi instar caelorum sibi formaverunt (n. 850[*a*]).

Praestans.—(*Vide Gen.* xlix. 11, n. 376[*c*].)

Praestigiae. } —(*Vide* ***Incantatio, Magia.***)
Praestigiator. } "Praestigiae" sunt falsa mali (n. 355[*e*]).
Praestigiatrix. } Per "natos prestigiatricis" (*Esai.* lvii. 3) significantur falsa e Verbo falsificato (n. 768[*e*]).

Bileamus corde praestigiator erat; et continue, cum equitavit super asina, meditatus est praestigiis uti ad perdendum filios Israelis (n. 140). (*Vide* ***Bileamus.***)

Praeterire.—(*Vide Exod.* xxxiii. 19, n. 412[*c*]; *Apoc.* xi. 14, n. 680.)

Praevalere.—Quia inferna nihil valent contra Divinum Verum procedens a Domino, nec contra aliquem hominem in quo Divinum Verum a Domino est, ideo dicit Dominus (*Matth.* xvi. 18), quod "Portae inferni non praevalebunt" (n. 411[*d*]).

"Non praevaluerunt" (*Apoc.* xii. 8) significat quod in pugna succubuerint (n. 736).

(*Videantur etiam articuli*, n. 316[*c*], 357[*c*].)

Praevaricatio. } —Atroces Domini tentationes intelliguntur (*Esai.* liii. 5) per
Praevaricatores. } quod "confossus ob praevaricationes nostras, et contusus ob iniquitates nostras," et quod "castigatio pacis nostrae super Ipso" (n. 365[*e*]).

"Propter praevaricationem Jacobi omne hoc, et propter peccata domus Israelis" (*Mich.* i. 5), significat quod sit propter mala et falsa (n. 405[*h*]).

"Cum ad summum pervenerunt praevaricatores" (*Dan.* viii. 23), significat quando non amplius verum et bonum, sed falsum et malum (n. 412[*f*]).

Praevenire.—(*Vide Ps.* xxi. 4 [*B.A.* 3], n. 340[*a*].)

Prandium.—Per prandia et cenas repraesentabatur et inde significabatur consociatio spiritualis (n. 391[*h*]).

Pratum.—"Pratum latum" (*Esai.* xxx. 23) est Verbum per quod Divinus influxus et nutritio spiritualis; "latum" dicitur ab extensione et multiplicatione veri (n. 644[*c*]).

"Prata" (*Ps.* lxv. 14 [*B.A.* 13]) significant illa quae mentis spiritualis et inde rationalis sunt, et "valles" illa quae mentis naturalis (n. 730[*c*]).

Precari. } —Quoniam ipse cultus Divinus primario consistit in vita et non in
Precationes. } precibus, ideo dixit Dominus (*Matth.* vi. 7, 8) quod in precando non essent multiloqui et prolixi (n. 325[*b*]).

Essentiale cultus est vita charitatis, ac instrumentale ejus est gestus et precatio (n. 325[*a*]).

Per "vigilare omni tempore" (*Luc.* xxi. 36) significatur vitam spiritualem sibi comparare; quare etiam dicitur "precantes," quia precatio est effectus illius vitae, seu externum ejus, quod tantum facit quantum ex vita procedit (n. 325[*b*]).

"Domus precationis" (*Esai.* lvi. 6), seu templum, est caelum ubi vera spiritualia sunt (n. 391[*e*]).

(*Vide Ps.* lxix. 14, n. 295[*c*].)

Preces.—(*Vide* ***Oratio, Precatio.***)

Per "preces" in sensu interno intelliguntur omnia cultus; per "preces sanctorum" (*Apoc.* v. 8) significatur cultus ex bono spirituali (n. 325[*a*]; *conf.* n. 324[*d*]).

Qualis est homo quoad vitam, tales sunt preces ejus (n. 325[*a*]): qualis est hominis amor, tales sunt preces ejus (n. 325[*b*]).

Per "preces" in Verbo vera ex bono, quae apud hominem, intelliguntur, et non preces oris (n. 493).

Quia in Templo Hierosolymae peragebatur cultus, ideo vocatur "Domus precum" (*Matth.* xxi. 13); "preces" significant cultum (n. 410[*c*]).

Prester.—"Prester volans" (*Esai.* xiv. 29) est ratiocinatio ex falsis (n. 386[*b*];

conf. n. 581[*b*], 727[*b*]); "cujus fructus prester volans" significat quod e sensuali enascetur fides separata a charitate; haec intelligitur per "presterem volantem," ex causa quia per ratiocinia et per confirmationes ex revelatis non intellectis sursum volat, et sic necat viventia (n. 817[*d*]).

Pretiosus.—"Pretiosa solis" sunt vera ex regno caelesti; "pretiosa mensium" sunt vera ex regno spirituali (n. 448[*b*]); per "pretiosa caeli, rorem et abyssum" significantur spiritualia caelestia in interno et externo homine (n. 401[*e*]); "pretiosa terrae" sunt bona spiritualia et inde vera quae ecclesiae (n. 295[*c*]); per "pretiosa collium saeculi" significantur genuina bona tam amoris in Dominum quam charitatis erga proximum (n. 405[*f*]).

Affectiones veri spirituales dicuntur "pretiosae" (*Ps.* xlv. 10 [*B.A.* 9]) cum vera sunt genuina (n. 684[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 294[*b*], 295[*c*], 298[*b*], 328[*d*], 401[*e*], 405[*f*], 448[*b*], 684[*b*], 717[*b–d*], 1043, 1142, 1167.)

Pretium.—Quod caelum accepturi sint secundum amorem et affectionem boni et veri a Domino, intelligitur (*Esai.* lxii. 11) per quod "pretium operis Ipsius sit coram Ipso" (n. 695[*b*]; *conf.* n. 328[*c*]).

"Sine argento et sine pretio" (*Esai.* lv. 1) significat absque propria intelligentia (n. 617[*b*]).

"Non pretio" (*Esai.* xlv. 13) significat gratis ex Amore Divino (n. 706[*c*]; *conf.* n. 811[*c*]).

Primaria.—Per "stolam primariam" qua prodigus reversus indueretur (*Luc.* xv. 22), significantur communia et primaria vera (n. 279[*a*]).

Primas.—Gens pontificia omnem Divinam potestatem, quae est Domino etiam quoad Humanum, in primatem suum transtulerunt (n. 315[*a*]).

Primitiae.—(*Vide* ***Fructus.***)

"Primitiae" significant similia quae "primogenita," sed "primogenita" dicuntur de animalibus, sed "primitiae" de vegetabilibus; ita "primogenita" sunt quae primum nascuntur, et "primitiae" quae sunt ex primis quae producuntur; ac utraque significant bonum spirituale primum formatum, quod in se est verum ex bono quod a Domino (*de quibus perplura*, n. 865).

"Primitiae" sunt genuina (n. 405[*f*]).

"Primitiae montium orientis" (*Deutr.* xxx. 15) significantur genuina bona amoris in Dominum (n. 405[*f*]).

"Primitiae oleorum" quibus se ungunt (*Amos* vi. 6), sunt externa boni ex quibus cultus (n. 376[*d*]).

Per "primitias Deo et Agno" (*Apoc.* xiv. 4) intelliguntur illi qui e nova ecclesia, quae Nova Hierosolyma vocatur, erunt (n. 865).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 28, 376[*d*], 403[*d*], 405[*f*], 422[*d*], 448[*c*], 865.)

Primitivus.—"Primitivum in ficu" (*Hos.* ix. 10) significat bonum naturale ex bono spirituali in infantia (n. 403[*c*]).

De primogenito et primitivo quod per "Cainum," cui Jehovah posuit signum ne quis occiderit illum, repraesentatur et significatur (n. 427[*a*]).

Primogenitura. } ***Primogenitus.*** } —Per "primogenitum" intelligitur bonum caeli et ecclesiae, quia hoc primo loco est; et quia Dominus est ex quo omne bonum ibi, ideo Ille vocatur Primogenitus. Quod vocetur "Primogenitus ex mortuis" (*Apoc.* i. 5), est quia cum surrexit ex mortuis Humanum suum per unionem cum Divino quod in Se ex conceptione erat, fecit Divinum Bonum (*de quibus perplura*, n. 28).

Per "primogenitum" significatur primum ecclesiae, ex quo reliqua sicut ex suo principio sequuntur (n. 721[*c*]).

Quoniam verum apparenter primo loco est, ideo Reuben primogenitus erat, et nominatus est a *visu* (n. 434[*a*]).
Ab antiquis controversum est num verum fidei vel num bonum charitatis sit primogenitum ecclesiae: bonum charitatis est primogenitum ecclesiae actualiter, at verum fidei modo apparenter (n. 434[*a*]; *conf.* 817[*c*]).
(*Videantur articuli*, n. 28, 316[*d*], 336[*b*], 401[*d*], 427[*a*], 434[*a,d*], 721[*c*], 725[*b*], 817[*c*], 865.)

Primores.—Per "primores populi," qui effoderunt (*Num.* xxi. 18), significantur intelligentes et sapientes ex Domino (n. 727[*a*]).

Primus et Ultimus.—(*Vide* ***Ultimus.***)
Dominus cum operatur non operatur a primis per media in ultima, sed a primis per ultima et sic in media; inde est quod Dominus in Verbo dicatur "Primus et Ultimus; et inde est quod Dominus assumpserit Humanum, quod in mundo fuit Divinum Verum seu Verbum, et quod illud usque ad ultima, quae sunt ossa et caro, glorificaverit, propter finem ut operari posset a primis per ultima ex Se, et non ut prius ex homine (n. 1086).

(*Videantur articuli*, n. 41, 56, 81, 113, 115.)

Princeps.—(*Vide* ***Rex.***)
Dominus vocatur "Princeps regum terrae" (*Apoc.* i. 5) quia ab Ipso est omne verum (n. 29).
"Princeps exercitus" (*Dan.* viii. 11) est Dominus quoad Divinum Humanum, quia ex illo procedunt omnia vera et bona quae faciunt ecclesiam (n. 316[*c*]).
"Messias Princeps" (*Dan.* ix. 25) est Dominus quoad Divinum Humanum (n. 375[*e*(vi.)]).
"Principes" sunt primaria vera (n. 279[*b*]; *conf.* n. 29), ex quibus intelligentia (n. 412[*f*]).
"Principes terrae" significant principalia vera ecclesiae (n. 329[*d*]); tum affectiones veri (n. 617[*d*]).
"Principes maris" sunt vera scientifica primaria (n. 395[*d*]); tum cognitiones veri, et ii qui in illis (n. 687[*b*]).

Per "principes" in opposito sensu significantur principalia falsa (n. 540[*a*]; *conf.* n. 195[*b*]).
Per "principem Tyri" intelliguntur illi qui ex propria intelligentia excludunt falsa (n. 537[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 29, 63, 131[*b*], 175[*b*], 195[*b*], 219, 237[*a*], 279[*a,b*], 304[*c*], 314[*b*], 315[*c*], 316[*b,c*], 329[*d*], 375[*e*(vi.)], 395[*d*], 406[*b*], 409[*c*], 411[*e*], 412[*f*], 537[*a*], 540[*a*], 617[*d*], 637[*b*], 650[*e*], 654[*b*], 655[*a*], 659[*e*], 687[*b*], 727[*a,b*].)

Principalia.—Sciendum est quod duo principalia ecclesiae sint, nempe agnoscere Divinum Domini in Humano Ipsius, ac vera ex Verbo facere suae vitae; nemo etiam in uno potest esse nisi simul in altero (n. 209).

Principium.—Dicitur quod Dominus sit "Principium et Finis" (*Apoc.* i. 8); et per id intelligitur, ab aeterno in aeternum (n. 41; *conf.* n. 23).
Fides ex apparentia vocatur (*Apoc.* iii. 14) "Principium opificii Dei" (*de quo plura*, n. 229).
Qualis est homo in suis principiis, talis est in toto (n. 775).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 41, 229, 357[*d*], 406[*c*], 696[*d*], 726(ii.).)

Principiata.—(*Vide articulum*, n. 775.)

Priores.—"Juxta annos priores" (*Malach.* iii. 4) significat juxta cultum in Ecclesiis Antiquis (n. 433[*b*]).

Probare.—"Probare renes" (*Jerem.* xvii. 10) est purificare verum separando falsum (n. 167).

Probus.—Sunt duo genera hominum super quos judicium fit; unum genus consistit ex probis, alterum ex improbis (*de quibus plura*, n. 624[*a*]).

Procella.—(*Vide* ***Flumina, Imber, Pluvia.***)

Procellae in mundo spirituali existunt ex influxu Divini in inferiora ubi sunt qui in malis et falsis (*de quibus plura*, n. 419[*f*]).

Per "inundationes aquarum" et "imbres" significantur tentationes, et quoque per "procellas venti" (n. 411[*c*]).

(*Videantur articuli*, n. 304[*b,c*], 355[*d*], 357[*a*], 386[*c*], 405[*h*], 411[*c*], 419[*a,f*], 540[*a*], 578, 594[*b*], 960[*a*].)

Proceritas.—(*Vide Esai.* xxxvii. 24, n. 405[*e*].)

Procidere.—Quod "procidere" sit humiliatio cordis, est quia procidentia super genua et super faciem est gestus correspondens humiliationi intimae quae vocatur humiliatio cordis: sunt enim ex creatione gestus qui cuicunque affectioni correspondent; in illos homo sponte labitur cum in affectionem venit (n. 1226; *conf.* n. 290, 291, 322, 1228).

Procreatio. } ***Procreare.*** } —Quando procreationes generis humani per conjugia, in quibus sanctus amor boni et veri a Domino regnat, fiunt, tunc fit in terris sicut in caelis (*de quibus plura*, n. 988).

Sciendum est quod bona et vera procreantia sint in spirituali homine, et quod bona et vera procreata in naturali (*de quo perplura*, n. 724[*a*]).

Procul.—(*Vide Esai.* lix. 9, n. 526[*b*].)

Prodesse.—(*Vide Habak.* ii. 18, n. 587[*b*]; *Matth.* xvi. 26, *Marc.* viii. 37, n. 328[*e*].)

Prodigus.—Per "filium prodigum" (*Luc.* xv. 22) intelliguntur qui divitias spirituales, quae sunt cognitiones veri et boni, prodigunt (n. 279[*a*]).

Prodigium.—(*Vide Joel* iii. 3 [*B.A.* ii. 30], n. 539[*b*]; *Esai.* xx. 2, 3, n. 805[*d*].)

Producere. } ***Productiones.*** } ***Productum.*** } —Productiones, quae sunt praecipue animalia et vegetabilia, sunt creationis continuationes. Non refert quod continuationes fiant per semina; usque est eadem vis creatrix quae producit: quod etiam quaedam semina adhuc producantur, ex quorundam experientia est (*de quibus plura*, n. 1209).

"Producta" (*Esai.* xlii. 5) sunt omnia ecclesiae (n. 304[*f*]).

Per "producta mensium" (*Deutr.* xxxiii. 14) significantur omnia quae procedunt ex spirituali regno Domini (n. 401[*e*]; *conf.* n. 448[*b*]).

(*Vide Gen.* i. 24, n. 750[*h*]; *Num.* xvii. 23 [*B.A.* 8], n. 727[*b*].)

Proelium. } ***Proeliari.*** } —(*Vide* ***Bellum, Pugna.***) Proelium est pugna spiritualis, ac discidium de veris et bonis (n. 1003; *conf.* n. 55, 355[*f*], 358).

Profanare. } ***Profanatio.*** } —Qui commiscet falsum vero aut verum falso is profanat (n. 1116).

Profanatores. } ***Profani.*** } Profanare est credere Deum, Verbum, vitam aeternam, et plura quae in sensu litterae Verbi, et usque vivere contra illa (n. 232).

Datur profanatio interior et non exterior, ac datur profanatio interior et simul exterior, et potest etiam dari aliqua exterior et non simul interior: profanatio interior fit per vitam, exterior per loquelam (*de quibus plura*, n. 962).

De primo et gravissimo profanationis genere: quod fit quando vera Verbo agnoscuntur fide, et confirmantur vita, et homo postea a fide recedit et vivit male; vel si non recedit a fide, at usque vivit male (n. 1046, 1049, 1050, 1051).

De secundo genere profanationis sanctorum; quod est apud eos qui dominationem pro fine habent, et sancta Verbi, ecclesiae et cultus pro mediis (n. 1053–1057).

De tertio genere profanationis; quod est apud eos qui devotis gestibus et pio ore adorant Divina, et tamen corde et spiritu illa negant (n. 1058, 1059).

De quarto genere profanationis; quod est agere pietatis vitam, et tamen nihili facere praecepta vitae (n. 1061–1063).

De quinto genere profanationis; quod est joculari ex Verbo et de Verbo (n. 1064).

Profanationes quae per "abominationes" significantur, sunt perversiones sanctorum ecclesiae, ita conversiones bonorum ejus in mala, et verorum in falsa (n. 1045).

Sors profanatorum in altera vita omnium pessima est (n. 232): illis auferuntur omnia quae sciverunt ex Verbo, ac dein relinquuntur sui spiritus cogitationi et amori; fiunt omnium stupidissimi, apparent etiam in luce caeli sicut adusta sceleta, aliqua cute circumducta (n. 233): sors illorum est terribilis; non sunt in inferno, sed sub inferno (*de quibus perplura*, n. 1158; *conf.* n. 375[*b*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 375[*c*], 434[*d*].)

Profectiones.—Per profectiones filiorum Israelis in deserto significantur tentationes (n. 700[*b*]).

Profunditates. } —Per "exsiccare omnes profunditates fluminis" (*Sach.* x. 11)
Profundum. } significatur dissipare omnia falsa mali (n. 538[*a*]).

"Profunditates maris," aeque ac "abyssi," sunt inferna ubi et unde mala et falsa (n. 538[*a*]; *conf.* n. 538[*b*], 659[*b*], 1182).

Progenies.—Ut David repraesentaret Dominum quoad Divinum Verum, ideo voluit Dominus nasci ex domo Davidis, et quoque dici Davidis "Filius," "Stirps" et "Progenies" (n. 205).

Prognatus.—Per "orbem et omnes prognatos ejus" (*Esai.* xxxiv. 1) significatur ecclesia quoad omnia bona (n. 741[*b*]).

Progressio. } —Sciendum est quod Dominus, dum fuit in mundo, ab infantia
Progressus. } usque ad ultimum diem ibi, successive progressus sit ad unionem cum ipso Divino quod in Ipso fuit ex conceptione (n. 918).

Projicere.—"Projicere in terram" (*Dan.* viii. 12) significat destruere (n. 316[*c*]).

"Tu projectus es e sepulcro tuo" (*Esai.* xiv. 19), significat quod damnatus ad infernum (n. 659[*e*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 316[*c*], 405[*h,i*], 587[*c*], 659[*e*], 720, 727[*a*], 739[*a*], 742, 746[*a*], 757.)

Prolificatio. } —Ex conjugio boni et veri existit amor fructificandi, nempe, bonum
Prolificare. } per verum, ac verum ex bono; ex quo amore descendit amor prolificandi, in quo est omnis jucunditas et voluptas (n. 991; *conf.* n. 1203).

Providetur a Domino ne jucunda adulterii ascendant in caelum, tum ne jucunda conjugii descendant in infernum; sed usque quod aliqua correspondentia caeli sit cum prolificatione in adulteriis, non autem cum ipsa jucunditate in illis (n. 990).

Prolongare.—Per "prolongare," cum de Domino, significat durationem in aeternum (n. 768[*b*]).

"Longum," et inde "prolongare," dicitur de bono (n. 900).

"Prolongatio dierum" significat felicitatem vitae aeternae (n. 966; *conf.* n. 304[*e*]).

Promptuarium.—Ut mens spiritualis aperiatur et formetur, necessum est ut ei promptuarium sit, ex quo desumat; nam nisi ei promptuarium sit, homo

inanis est, et non datur operatio Divina in inane. Hoc promptuarium est in naturali homine et ejus memoria, in quâ omne scibile potest recondi, et inde depromi: in hoc promptuario pro formatione spiritualis hominis, erunt vera quae credenda et bona quae facienda, utraque ex Verbo, exque doctrina et ex praedicatione ex Verbo; haec discet homo usque ab infantia (*de quibus plura*, n. 790[*b*]).

Propagines.—"Emittere propagines" (*Ps.* lxxx. 12 [*B.A.* 11]) significat multiplicationem et extensionem (n. 518[*c*]); tum incrementum intelligentiae (n. 654[*c*]; *conf. Jerem.* xlviii. 32, n. 376[*c*]).

Propagatrix. } —(*Vide* ***Plastica.***)
Propagare. } Inest omni spirituali vis propagatrix (*de qua plura*, n. 1201; *conf.* n. 1203).

Prope.—(*Vide* ***Propinquus.***)

Quod "prope" significet interius, est quia distantiae in caelo se habent prorsus secundum differentias boni amoris; quare qui in affini bono sunt, etiam propinqui sunt (n. 16).

Propheta. } —Per "prophetam" in supremo sensu intelligitur Dominus quoad
Prophetare. } Verbum, et in sensu respectivo docens Verbum; at in sensu abstracto ipsum Verbum, et quoque doctrina e Verbo; inde per "prophetare" significatur docere Verbum, et quoque doctrinam e Verbo (n. 624[*b*]; *conf.* n. 624[*d*], 653[*b*], 746[*d*], 999).

Prophetae repraesentabant Dominum quoad doctrinam Divini Veri, proinde quoad Verbum, nam Verbum est doctrina Divini Veri (n. 375[*e*(v.)]): prophetae Veteris Testamenti repraesentabant Dominum quoad doctrinam Divini Veri, et praecipui eorum repraesentabant Dominum quoad ipsum Verbum ex quo doctrina Divini Veri, prout Moses, Elias, Elisaeus; etiam Johannes Baptista: et quia Dominus est Verbum, hoc est, Divinum Verum, ideo Ipse in supremo sensu dictus est Propheta (n. 624[*e*]): cum uncti fuerunt, ab eo momento repraesentabant (n. 375[*d*]).

Omnes prophetae etiam repraesentabant ecclesiam quoad doctrinam ex Verbo (n. 811[*a*]): ex ordine Divino fuit quod prophetae repraesentarent statum suae ecclesiae, ut inde scirent quales essent; Ipse Dominus, qui Maximus Propheta fuit, repraesentavit in Se quomodo Ecclesia Judaica contumeliose tractaret Divinum Verum, seu Verbum; Ipse enim illud erat (n. 805[*d*]).

"Prophetae" in Verbo significant docentes veri, et abstracte a personis ipsa vera (n. 100; *conf.* n. 102[*b*], 131[*b*], 141[*b*], 160, 223[*b*], 236[*b*], 237[*a*], 329[*f*], 372[*a*], 376[*f*], 386[*b*], 391[*e*], 395[*b*], 409[*c*], 419[*e*], 537[*b*], 577[*a*], 624[*b–e*], 653[*b*], 655[*b*], 659[*e*], 695[*a*], 706[*a,d*], 805[*d*], 866, 975, 1179, 1193).

Per "prophetas" significantur doctrinae Divini Veri (n. 219, 644[*b*]).

Per "prophetas" in sensu spirituali intelliguntur omnes qui a Domino sapiunt, sive etiam doceant sive non doceant (n. 624[*d*]).

Prophetae viva voce a Domino instruebantur (n. 706[*a*]).

Per prophetas Dominus locutus est ad populum, et per eos Dominus dictavit Verbum. Non illustrabantur quoad intellectum, sed modo recipiebant auditu verba quae dicturi erant, aut quae scripturi; immo, nec interiorem eorum sensum, minus spiritualem intelligebant (n. 624[*d*]).

Homo, cum in corpore est, non videt talia quae in caelo sunt, nisi aperiatur visus ejus spiritus; et cum hic aperitur, tunc videt. Ita vidit Johannes quae in *Apocalypsi* descripta sunt, et quoque similiter viderunt prophetae, qui ideo vocati sunt "videntes," et "aperti oculis" (n. 53; *conf.* n. 471).

"Pseudoprophetae" sunt qui docent falsa (n. 195[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur, plurima in parte explicata*, n. 100, 102[*b*], 131[*b*], 141[*b*], 160, 219, 223[*b*], 236[*b*], 237[*a*], 240[*b*], 250[*c*], 329[*f*],

372[a], 375[e(v.,vi.,)], 376[f], 386[b], 391[e], 395[b], 409[c], 419[e], 483[b], 537[b], 577[a], 600[c], 620, 624[b–e], 636, 644[b], 652[d], 653[b], 655[b], 659[e], 662, 695[a,b], 706[a,d], 727[b], 734[d], 746[d], 805[d], 811[b], 866, 975, 999, 1179, 1193.)

Prophetia.—"Prophetia" est doctrina (n. 14).

Quod "testimonium Jesu sit spiritus prophetiae" (*Apoc.* xix. 10), significat quod confessio Domini et agnitio Divini Ipsius in Humano Ipsius sit vita omnis veri tam in Verbo quam in doctrina ex Verbo (n. 392[e]; *conf.* n. 649).

Per "prophetiam" duorum testium (*Apoc.* xi. 6) significatur praedictio de Domino, deque Ipsius adventu, et de bono amoris in Ipsum et de veris fidei in Ipsum (n. 644[a]).

Prophetica.—(*Vide* ***Verbum.***)

Historica occultant magis sensum spiritualem quam mere prophetica (n. 471).

(*Vide Jerem.* xxiii. 33, n. 624[e].)

Prophetissa.—Per "prophetissam" (*Apoc.* ii. 20), similiter ac per "prophetam," significatur qui docet vera, et abstracte a persona, doctrina veri (n. 160).

Per "prophetissam" in opposito sensu significatur docens falsa, et doctrina omnium falsorum (n. 160).

Propinquus. } ***Propinquitates.*** } —(*Vide* ***Prope, Proximus.***)

Distantiae in caelo se habent prorsus secundum differentias boni amoris; quare qui in affini boni sunt etiam propinqui sunt; unde est quod affinitates in terris dicantur propinquitates, quia referunt affinitates spirituales, quae in caelo actualiter tales sunt: causa quod in caelo ita sit, est quia bonum amoris conjungit, et quo interius est, eo propius. Inde est quod "propinquum" in Verbo significet praesentiam et conjunctionem (n. 16).

"Propinquus" dicitur (*Ps.* cxlviii. 14) qui per vera conjunctus est Domino (n. 316[a]).

Per "longinquos" (*Esai.* xxxiii. 13) intelliguntur gentes, et per "propinquos" intelliguntur illi qui ab ecclesia sunt, et ex Verbo in veris (n. 1133).

(*Vide Esai.* li. 5, n. 406[b].)

Propitiatio. } ***Propitiare.*** } —Deus reconciliari non potest per aliud quam per paenitentiam ipsius hominis. Quod salvari per Dominum, et quoque per passionem crucis Ipsius, et sic a Domino, sit propitiatio et expiatio (n. 805[b]).

Illi qui in veris sunt per "propitiationem per sanguinem Filii" percipiunt quod clementer recipiantur et quoque audiantur, qui adeunt Dominum ac supplicant Ipsum ex veris quae in Verbo sunt; "sanguis Domini" non solum significat passionem crucis Ipsius, sed etiam Divinum Verum Domini quod in Verbo (n. 810).

Dominus non venit in mundum ut propitiaret Patrem, ac ut Ipsum ad misericordiam commoveret (*de quo plura*, n. 806).

Propitiatorium.—Quod propititorium datum fuerit super arcam, et quod super illo sculpti fuerint bini cherubi, causae (n. 392[c]).

Dominus est Propitiator (n. 392[c]).

Per "propitiatorium" significatur remotio falsitatum ex amoribus malis, et tunc receptio et auditio (n. 700[b]).

Per "propitiatorium" significatur auditio et receptio omnium cultus quae ex bono amoris, et tunc expiatio (n. 283[d]).

Proprium.—(*Vide* ***Caro.***)

"Ex propriis loqui" (*Joh.* viii. 44) est ex innato (n. 433[e]); proprium hominis non est nisi quam malum, est enim ipsum malum ejus hereditarium (n. 1032).

Falsa ex malo significantur per "Quando loquitur mendacium, ex proprio loquitur" (*Joh.* viii. 44); "proprium" significat malum voluntatis, ac "mendacium" significat falsum inde (n. 740[*b*]).

Per "carnem" pluribus in locis in Verbo significatur proprium voluntatis hominis, quod in se spectatum est malum (n. 1082); proprium voluntarium hominis intelligitur per "carnem," et proprium intellectuale per "sanguinem" (n. 329[*d*]).

"Voluntas carnis" (*Joh.* i. 13) est omne malum ex amoribus sui et mundi, estque proprium hominis voluntarium, quod in se non est nisi quam malum: "voluntas viri" est falsum inde, ex proprio illo voluntario. "Voluntas viri" est proprium intellectuale, quod cum existit ex proprio voluntario, quod in se non est nisi quam malum, non est nisi quam falsum (n. 151).

Qui amat semet super omnia, immergit affectiones et cogitationes suas corpori, et sic proprio suo, a quo sic non potest a Domino elevari; et qui immersus est corpori et proprio suo, is in ideis corporeis est, et in voluptatibus quae mere corporis sunt, et inde in caligine quoad illa quae supra sunt. Similiter qui mundum, sed in minori gradu, nam mundus non potest tantum amari quantum amatur proprium; quare mundus amatur ex proprio, ac propter proprium, quia ei inservit (n. 950).

Amor naturalis separatus a spirituali est proprium hominis, quod in se spectatum non est nisi quam malum (n. 817[*d*]).

Proprium hominis voluntarium est malum, et proprium ejus intellectuale inde est falsum; quapropter quicquid ex proprio est, contra sapientiam et intelligentiam est; quod contra sapientiam est stultitia; at quod contra intelligentiam insania est (n. 318; *conf.* n. 281[*b*]).

In sensuali et naturali homine residet proprium hominis; quare quod ex illis solis concluditur, ex proprio seu ex propria intelligentia concluditur (n. 483[*b*]; *conf.* n. 617[*b*]).

Homo quantum ex proprio tantum ex inferno agit (n. 693); a suo proprio duci, est ab inferno (n. 1032).

Bonum naturale separatum a spirituali est bonum ex proprio; at in se spectatum non est bonum, sed jucundum cupidinis, imprimis ex amore sui et mundi (n. 458[*b*]).

Ex proprio hominis non potest nisi quam malum produci; est enim proprium hominis in quod nascitur, et quod postea per vitam suam contrahit; et quia proprium ejus ab ipsa nativitate ex meris malis est conflatum, ideo homo e novo quasi creandus est, hoc est, regenerandus, ut in bono sit, et sic possit in caelum recipi: quando regeneratur, tunc mala, quae ex proprio sunt, removentur, et loco illorum implantantur bona; quod fit per vera (n. 962; *conf.* n. 1032).

Cum homo cogitat bonum ac vult et facit bonum ex proprio, est modo propter se et propter mundum, quae sunt fines operum ejus; homo a proprio suo non abduci seu elevari potest, nisi quoad illa quae vitae sunt spectet ad Dominum; per hunc visum conjungitur ille caelo, et inde a Domino datur ei affectio spiritualis (n. 242[*c*]); qui credit quod ex proprio hominis potentia sit contra mala, multum fallitur (n. 209).

Homo in tentationes venit quando immittitur in suum proprium (n. 246).

Cum homo in agnitione est ex corde quod a Divino sit omne bonum, et a se nihil nisi quam malum, tunc venit quasi extra se, et inde labitur in faciem; et cum homo sic extra se est, etiam remotus est a proprio, quod in se est mere malum; quo remoto, Divinum implet illum, et erigit (n. 77).

Cum homo in humiliatione est, tunc remotus est a suo proprio; proprium hominis non quicquam boni et veri a Domino recipit et agnoscit, est enim proprium hominis non nisi quam malum (n. 291; *conf.* n. 653[*a*]).

Cum homo agnoscit corde quod nihil boni in se sit, et quod nihil a se pos-

sit, ac vicissim, quod omne bonum sit a Domino, et quod Dominus omnia possit, tunc removet proprium suum, quod est amoris sui (n. 1210).

Qui ex religione, ac intra ecclesiam ex Verbo, vitam moralem agunt, illi elevantur supra naturalem suum hominem, et sic supra suum proprium (n. 195[*a*]).

Homo in suo proprio cum solum in externo naturali est; at elevatus a proprio est cum in interno spirituali: quod a proprio elevatus sit, non sentit homo, nisi ex eo, quod non cogitet mala, et quod aversetur cogitare illa, et quod delectetur veris ac usibus bonis (n. 945).

Intelligentia ex proprio est ex semet, at intelligentia ex non proprio est a Domino; intelligentia ex proprio est omnibus illis qui in amore sui sunt, nam amor sui est ipsum proprium hominis: intelligentia autem ex Domino est omnibus illis qui in affectione veri spirituali sunt. Dicitur quod intelligentia eorum non sit ex proprio sed ex Domino, quia hi elevantur a suo proprio dum legunt Verbum, et hoc usque in lucem caeli, ac illustrantur (n. 714[*b*(iii.)]).

Datum est videre quomodo proprium hominis a non proprio ejus distinguitur; hoc videri potest in luce caeli: proprium residet interius, non proprium autem exterius, et hoc obvelat illud, et quoque abscondit; nec apparet quam dum velamen illud sublatum est, quod fit apud omnes post mortem (n. 1170).

Unusquisque homo retinet suum proprium post mortem; angeli autem a malis quae sunt proprii eorum detinentur, ac in bonis tenentur a Domino (n. 304[*a*]).

Cum itaque homo fugit et aversatur mala ut peccata, ac elevatus est a Domino in caelum, consequitur quod non amplius in proprio suo sit, sed in Domino (n. 946).

Qui in amoribus in Dominum et erga proximum sunt, non amant suum proprium, nam amant Dominum supra se, et proximum extra se; etiam detinentur a suo proprio, ac tenentur in proprio Domini quod est Divinum (n. 758): proprium Divini Humani Domini est Divinum Bonum Divini Amoris, estque id quod in Sancta Cena vocatur "Corpus" (n. 1082).

"Ex carne sua videre Deum" (*Hiob.* xix. 26), significat ex proprio suo voluntario, quod a Domino novum, ita bonum. Ubi dicitur, "Ascendere faciam supra [ossa] carnem" (*Ezech.* xxxvii. 6), per "carnem" etiam ibi significatur proprium voluntatis quod novum a Domino, ita bonum (n. 1082).

Proprii.—Per "proprios," qui non receperunt (*Joh.* i. 11), intelliguntur illi qui ab ecclesia ubi Verbum, et per id Dominus potuit illis notus esse; quare illi qui ab Ecclesia Judaica erant, per "proprios" ibi intelliguntur (n. 745).

Propugnaculum.—"Propugnaculum et rupes in qua confidit" (*Ps.* xviii. 3 [*B.A.* 2]) significant tutelam; "propugnaculum" in Verbo praedicatur de Divino Bono (n. 316[*b*]).

Prorepere.—(*Vide Gen.* i. 21, n. 750[*h*].)

Proripere.—(*Vide Ps.* civ. 7, n. 405[*d*].)

Prospectus.—Per "prospectum usque ad finem terrae" (*Dan.* iv. 8 [*B.A.* 11]) significatur extensio usque ad ultima ecclesiae (n. 650[*d*]).

Prosperata.—Per quod "prosperata sit usque ad regnum" (*Ezech.* xvi. 13), significatur quod sic facta sit ecclesia; "regnum" est ecclesia (n. 375[*e*(viii.)]; *conf.* n. 617[*b*]).

Prospicere.—Quisque debet prospicere sibi et suis necessitates et requisita vitae ex amore, sed non ex amore sui (n. 1193).

Prosternere.—"Prosterni ad pedem tuum, et accipere de verbis tuis" (*Deutr.* xxxiii. 3), est sancte recipere Divinum Verum in ultimis, quod est Verbum in sensu litterae, et inde instrui (n. 204[*b*]).

Protegere.—Per "protegere" (*Esai.* xxxi. 5) significatur Divina Providentia quoad tutelam (n. 282).

Protestantes.—(*Videatur articulus*, n. 1070.)

Protrudere.—Quod nova ecclesia incohatura, quae in initio externa erit, significatur (*Luc.* xxi. 29, 30) per "Spectate ficum et omnes arbores cum protruserint" (n. 403[*c*]).

Proventus.—"Proventus" et "productum" sunt quae profluunt (n. 448[*b*]).

Per "panem proventus terrae," quem Jehovah dabit (*Esai.* xxx. 23), significatur bonum amoris et charitatis quod producitur per vera Verbi vivificata per influxum Divinum (n. 644[*c*]).

Per "proventus solis" (*Deutr.* xxxiii. 14) significantur omnia quae ex bono amoris in Dominum procedunt (n. 401[*e*]).

Quod "terra daret proventum" (*Levit.* xxvi. 4) significat quod in ecclesia esset bonum et verum (n. 304[*g*]).

"Neque proventus in vitibus" (*Hab.* iii. 17), significat quod non bonum spirituale (n. 403[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 304[*g*], 314[*b*], 340[*c*], 357[*d*], 365[*e*], 374[*c*], 375[*e*(viii.)], 386[*d*], 401[*e*], 403[*b*], 405[*h*], 411[*c*], 448[*b*], 619[*b*], 638[*c*], 644[*b*,*c*], 695[*c*], 741[*d*], 1159.)

Providentia.—Divinum Bonum unitum Divino Vero procedens a Domino in tertio seu intimo caelo recipitur ut Divina Providentia, in secundo seu medio caelo ut Divina Sapientia, et in primo seu ultimo caelo ut Divina Intelligentia (n. 458[*a*]).

Divina Providentia operatur in singulis apud hominem, ac in singularissimis omnium, ad salutem ejus aeternam, salus enim hominis fuit finis creationis caeli et terra; finis namque fuit ut ex humano genere formaretur caelum, in quo Deus, ut in sua domo, habitaret; quare salus hominis est omne in omnibus Providentiae Divinae (n. 1135).

Leges Divinae Providentiae, in serie expositae, videantur (n. 1136, 1138, 1139, 1141–1148, 1150–1156, 1158–1160, 1162–1168, 1170, 1171, 1173–1177, 1179, 1180, 1182, 1183, 1185–1191).

Provocare.—Per "provocare Jehovam ad iram coram faciebus Ipsius" (*Esai.* lxv. 3) significatur peccare contra vera et bona Verbi, et recedere a cultu ibi mandato (n. 659[*a*]).

(*Vide Hos.* xii. 15 [*B.A.* 14], n. 624[*c*]; *Deutr.* xxxii. 17, n. 586.)

Proximus.—Per "proximum" in Verbo non intelligitur homo solum quoad personam, sed quoad quale in illo quod facit ut sit homo talis aut talis (*de quo perplura*, n. 834).

Per "proximum" in spirituali sensu significatur bonum in omni complexu, et bonum in omni complexu est bonum charitatis (n. 746[*f*]).

"Amare Deum super omnia, et proximum sicut se ipsum, est facere praecepta Ipsius (n. 785[*b*]).

Prudens.—Per "quinque virgines prudentes" (*Matth.* xxv. 2) significantur illi ab ecclesia qui in fide sunt ex amore (n. 252[*b*]; *conf.* n. 375[*e*(viii.)], 840; *vide etiam Matth.* vii. 24, n. 624[*b*]).

Pruna.—Per "prunam ex altari" (*Esai.* vi. 6) significatur Divinus Amor, a quo omnis purificatio (n. 580).

Per "prunas" quae obruent (*Ps.* cxl. 11 [*B.A.* 10]) significatur fastus propriae intelligentiae (n. 455[*b*]).

Per "prunas" seu "ignem" (*Ps.* lxxviii. 48) significatur amor mali et ejus ardor destruendi (n. 503[*a*]).

Psallere. } —Verum boni exprimitur (*Ps.* lvii. 8, 10 [*B.A.* 7, 9]; cviii. 2 [*B.A.* 1])
Psalmi. } per "psallere" (n. 323[*b*]).

Bona et inde vera sunt quae ex influxu e caelo "exultant," "jubilant," "personant," "cantant," "psallunt," hoc est, gaudent, et inde cor hominis (n. 326[*c*]).

Psalmi Davidis dicuntur "psalmi" a psallere, et quoque "cantica" a canere; psallebantur enim et canebantur cum adjunctis sonis variorum instrumentorum (n. 326[*a*,*d*]).

Pseudochristus.—(*Vide* *Pseudopropheta.*)

Illi qui falsa ex Verbo confirmant, intelliguntur (*Matth.* xxiv. 24) per "pseudochristos;" et qui falsa doctrinae excludunt, per "pseudoprophetas" (n. 684[*a*]).

Pseudopropheta.—(*Vide* *Propheta, Pseudochristus.*)

Per "pseudoprophetas," perque "falsos Christos et falsos prophetas," non intelliguntur prophetae secundum notionem de prophetis communem, sed omnes illi qui pervertunt Verbum et falsa docent (n. 624[*b*]).

"Pseudoprophetae in vestimentis ovium, qui intus sunt lupi rapaces" (*Matth.* vii. 15), sunt qui docent falsa sicut forent vera, et moralem vitam ad apparentiam agunt, sed apud se, dum ex suo spiritu, nihil nisi quam de se et mundo cogitant, ac deprivare student omnes veris (n. 195[*b*]).

"Ex ore pseudoprophetae" (*Apoc.* xvi. 13) significat doctrinam fidei separatae a vita, ac justificationis per illam, confirmatam ex Verbo falsificato. Per "pseudoprophetam" simile hic significatur quod per "bestiam ascendentem ex terra" (n. 999).

Publicani.—(*Vide* *Peccatores.*)

Quod Dominus "cum publicanis et peccatoribus comederit" (*Marc.* ii. 15, 16), est quia gentes, quae intelliguntur per "publicanos et peccatores," receperunt Dominum, hauserunt praecepta Ipsius, et vixerunt secundum illa; per quae Dominus appropriavit illis bona caeli, quod in sensu spirituali significatur per "comedere cum illis" (n. 617[*d*]).

Pudefacere.—(*Vide* *Pudor.*)

Per quod "pudefacient equitantes super equis" (*Sach.* x. 5), significatur annihilatio ratiocinationum, argumentationum et confirmationum quae ex proprio intellectu (n. 355[*f*]).

Pudefieri.—(*Vide* *Pudor.*)

Per "Non pudefient in tempore mali" (*Ps.* xxxvii. 19), significatur quod vincent cum tentantur a malis (n. 386[*d*]).

Per "pudefieri et ignominia affici" (*Jerem.* xxii. 22) significat destitui ab omni bono et vero (n. 811[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 376[*d*], 386[*d*], 401[*d*], 483[*b*], 644[*b*], 724[*e*], 734[*d*], 811[*b*].)

Pudenda.—(*Vide* *Nuditas.*)

Genitalia ex scandalis et ex adulteriis vocantur pudenda (n. 1009).

(*Vide Apoc.* xvi. 15, n. 240[*c*], 1009.)

Pudor.—Per "pudorem nuditatis" (*Apoc.* iii. 18) significantur spurci amores, hi enim apparent quando non sunt remoti per amorem boni et inde fidem veri (n. 244; *conf.* n. 1009).

Qui sunt destituti ab omni bono et vero, dum inter angelos veniunt, pudore et ignominia afficiuntur (n. 811[*b*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 240[*c*], 652[*c*].)

Puella. } —Per "pueros et puellas" (*Sach.* viii. 5) significantur affectiones veri et
Puer. } boni in quibus innocentia (n. 223[*b*]; *conf.* n. 652[*c*]); vera et bona innocentiae, qualia sunt vera et bona Verbi, quae essentialiter faciunt ecclesiam (n. 863[*a*]).

"Puer" (*Joel* iv. [*B.A.* iii.] 3) est verum ecclesiae, et "puella" est bonum ecclesiae (n. 376[*d*]).
"Puer parvus," qui ducet (*Esai.* xi. 6), significat innocentiam et simul amorem in Dominum (n. 780[*b*]).
Per "infantem puerum," quem Dominus in medio discipulorum statuit (*Matth.* xviii. 10), significatur bonum innocentiae (n. 412[*b*]).
Per "pueros" significatur charitas (n. 270).

(*Videantur etiam articuli*, n. 314[*b*], 655[*a*], 670.)

Pugillus.—Describitur (*Esai.* xl. 12) per mensuras justa ordinatio et aestimatio omnium in caelo et in ecclesia secundum quale boni et veri; mensurae hic sunt "pugillus," "spithama," "triental," "libra," et "lances" (n. 373).

Pugna. } —(*Vide* ***Bellum, Proelium.***)
Pugnare. } Per pugnam Jacobi cum angelo (*Gen.* xxxii. 25–32) describitur contumacia qua Jacob et ejus posteri institerunt quod terram Canaanem possiderent, per quod intelligitur ut ecclesia apud illos institueretur (n. 710[*b*]).
Per "bellum" significatur pugna contra falsa et mala, et destructio eorum (n. 325[*f*]).
Quantum removentur genera et species furtorum, tantum Dominus insincera et injusta quoad ipsas intentiones et voluntates, ubi radices illorum sunt, removet, et semper cum minori renisu et pugna, ita cum faciliori opera, quam in initiis (n. 973).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 405[*d*], 710[*b*], 735.)

Pugnus.—(*Vide Exod.* ix. 8, n. 962.)

Pulcher.—"Unde pulchra facta es" (*Ezech.* xvi. 13), significat quod intelligens (n. 375[*e*(viii.)]).
Per "Pulcher tractu" (*Ps.* xlviii. 3 [*B.A.* 2]) significatur amoenum animae (n. 405[*e*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 617[*b*], 652[*c*], 695[*d*].)

Pulchritudo.—Per "pulchritudinem Domini" (*Sach.* ix. 17) intelligitur Divinum Verum (n. 863[*b*]).
Pulchritudo praedicatur de affectione veri, haec enim facit pulchritudinem angelorum (n. 863[*b*]): quisque in mundo spirituali est pulcher secundum vera ex bono et inde intelligentiam (n. 652[*c*]): ex amore conjugiali est omnis pulchritudo angelis, ita secundum illum cuique angelo (n. 1001).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 240[*b*], 304[*d*], 637[*b*], 652[*c*], 863[*b*].)

Pullus.—Aperitio interiorum mentis apud eos qui ab Antiqua Ecclesia, describitur (*Deutr.* xxxii. 10, 11) per aquilam, ejus nidum in alto, ejus motitationem super pullis, et portationem eorum super alis (n. 281[*b*]).
Per "pullos columbarum," et per "turtures" (*Levit.* xii. 6, 8), simile significatur quod per "agnos," nempe innocentia (n. 314[*c*]).

(*Videatur* "asininus pullus," *Gen.* xlix. 11, n. 329[*e*].)

Pulmentum.—Per "pulmentum," in quod miserunt colocynthidas amaras (2 *Reg.* iv. 38–41), significatur Verbum falsificatum (n. 618).

Pulmones.—Bina regna mentis correspondent binis regnis corporis, nempe voluntas cordi et ejus pulsui, ac intellectus pulmoni et ejus respirationi; absque illa correspondentia corpus non vivit, ne quidem particula ejus. Quia "cor" correspondet voluntati, etiam correspondet bono amoris, et quia pulmo correspondet intellectui, etiam correspondet veris fidei (*de quibus perplura*, n. 65, 167, 183[*a*]).

Pulsare.—"Ecce sto ad ostium et pulso" (*Apoc.* iii. 20), significat praesentiam Domini perpetuam: quia "ostium" dicitur, etiam dicitur "pulsare;" et per id significatur perpetua voluntas Se conjungendi cum homine, et communicandi cum illo felicitates caeli (n. 248).

De illis qui in fide sunt et non in charitate, dicitur quod "Foris stabunt pulsaturi ostium" (*Luc.* xiii. 25), sed quod non admittentur (n. 212).

Quod "vox e caelo audita sit sicut vox citharaedorum pulsantium citharis" (*Apoc.* xvi. 2), significatur glorificatio Domini ex regno spirituali, ita a veris ex bono amoris (n. 856).

Per "accipere citharam, ambulare in urbe, eleganter pulsare, et multiplicare cantum" (*Esai.* xxiii. 16), significatur exultatio et gloriatio falsi super destructionem veri (n. 323[*c*]).

Pulsus.—(*Vide* **Cor.**)

Quando pulsus cordis cessat, spiritus separatur, ex causa quia cor correspondet amori, qui est calor vitalis (n. 167).

Pulvillus.—(*Vide Ezech.* xiii. 18, n. 750[*d*].)

Pulvinar.—Otium est, sicut etiam vocatur, pulvinar Diaboli (n. 831).

Pulvis.—Verum in ultimis, quod est verum sensus litterae Verbi, vocatur "nubes, pulvis pedum Jehovae" (*Nahum* i. 3), quia est naturale et infimum, in quod desinit et super quo subsistit Divinum Verum in caelo, quod est spirituale (n. 594[*b*]): "pulvis pedum" dicitur, quia illa quae in sensu litterae Verbi apparent sparsa (n. 69).

Per "pulverem terrae" (*Esai.* xl. 12) significantur exteriora seu naturalia vera et bona, utraque caeli et ecclesiae (n. 373).

Per "pulverem" (*Ezech.* xxiv. 7; xxiv. 14) intelligitur humus, per quam significatur bonum ecclesiae (n. 411[*e*]).

"Pulvis" praedicatur de sensuali corporeo; hoc etiam intelligitur per "ambulare super ventre" et "comedere pulverem," ut passim dicitur de serpente (n. 632).

In mundo spirituali, quando aliquis bonus venit ad malos, influit malum ab his, et aliquantum perturbat; sed hoc solum perturbat ultima quae correspondent plantis pedum; inde cum se vertunt et abeunt, apparet sicut pulverem pedum suorum retro excutiant, quod est indicium quod liberati sint, et quod malum adhaereat illis qui in malo sunt; "pulvis" significat damnatum (n. 365[*b*]).

"Mittere pulverem super caput" (*Apoc.* xviii. 19) significat luctum quod damnati sint (n. 1175).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 69, 355[*d*], 357[*b*], 365[*b*], 373, 406[*d*], 410[*b*], 411[*e*], 578, 594[*b*], 622[*a*], 632, 1175.)

Punica malus.—(*Vide* **Malogranatum.**)

Per "malum punicam," "palmam," "malum," significantur species bonorum et verorum ecclesiae ac cognitiones ejus; per "malogranatum" significatur in genere cognitivum et perceptivum, et in specie cognitiones et perceptiones boni et veri (n. 403[*b*]).

Punire. }
Punitio. } —(*Vide* **Poena.**)

Pupillus.—Qui bonum faciunt ex affectione naturali, quae est obedientia, et tunc cogitant de caelo ut mercede, memorantur ut "mercenarii" inter "pauperes, egenos, peregrinos, pupillos et viduas" (*Malach.* iii. 5), ex causa quia in paupertate spirituali sunt (n. 695[*d*]).

Aliqui cogitant quod bona opera sint solum dare pauperibus, ac benefacere egenis, viduis et pupillis (*de quibus plura*, n. 932, 933).

Purgare.—Dicitur quod "purgandum sit interius poculi et patinae, ut fiat etiam

exterius mundum" (*Matth.* xxiii. 27); non enim mundari potest exterius apud hominem antequam prius mundatum est interius, per interius enim mundatur exterius (*de quo plura*, n. 475[*a*], 775).

Per "plantare vitem," "purgare ante eam," et "radicari facere radices ejus" (*Ps.* lxxx. 9 [*B.A.* 8]), significatur instructio secundum ordinem (n. 654[*c*]).

Purificare. } —Purificatio spiritualis est purificatio a falsis et malis (n. 275[*b*]).
Purificatio. } Per "lavari" significatur purificari a malis et falsis, quod est regenerari (n. 666).

(*Videantur articuli*, n. 257, 275[*b*], 475[*a*], 666, 939, 940.)

Purus.—"Purus corde" est qui in bono ex amore (n. 340[*b*]).

Per "oculun purum," seu "simplicem" (*Luc.* xi. 34), significatur intellectus veri ex bono (n. 526[*b*]).

(*Vide Ps.* xii. 7 [*B.A.* 6], n. 257.)

Putatorius culter.—(*Vide* **Culter.**)

Puteus.—(*Vide* **Fons, Fovea.**)

"Puteus" significat Verbum et verum doctrinae, putei enim continent aquas, et "aquae" significant vera (n. 537[*a*]).

In opposito sensu per "puteum" significatur infernum ubi et unde falsa (n. 537[*b*]).

(*Videantur articuli*, n. 535, 537[*a*,*b*], 539[*a*]. 541.)

Putor.—(*Vide* **Nidor.**)

"Cadavera" in Verbo dicuntur qui perierunt per mala, et "putor" eorum (*Esai.* xxxiv. 3) significat damnationem (n. 405[*h*]).

Putrescere.—"Putrescet piscis" (*Esai.* l. 2) significat quod scientifica quae naturalis hominis erunt absque omni vita spirituali (n. 275[*a*]).

Pyropus.—(*Vide* **Sardius.**)

Per "carbunculos" [? pyropum], et "lapides pyropi" [? carbunculos] (*Esai.* liv. 12), significantur talia vera qualia in sensu litterae Verbi sunt, quae ultima sunt quia pro naturali et sensuali homine (n. 717[*a*]): "pyropus" est coruscatio, sicut ex igne (n. 401[*e*]).

Pythones. } —(*Vide Levit.* xx. 5, n. 141[*b*].)
Pythonici. } Pythonici olim erant, et quoque magi in Aegypto et in Babele, qui propter loquelam cum spiritibus, ac propter operationem illorum in se manifeste sentitam, sapientes dicti sunt; se per id cultus Dei in cultum daemonum conversus est, et ecclesia periit (n. 1182).

Quadraginta.—In Verbo aliquoties dicuntur "quadraginta," nunc dies, nunc menses, nunc anni; et per illum numerum significatur ibi vel plenaria vastatio ecclesiae, vel quoque plenaria tentatio (n. 633[*b*,*c*]; *conf.* n. 650[*g*], 654[*i*], 730[*d*], 740[*b*]).

Quadraginta duo.—Per numerum "quadraginta duo" (*Apoc.* xi. 2) significatur finis prioris ecclesiae et principium novae: quod id per illum numerum significetur, est quia per illum intelliguntur sex septimanae; et per "sex septimanas" significatur simile quod per "sex dies" unius septimanae, nempe status pugnae et laboris, proinde finis quando prorsus vastata est ecclesia, seu quando malum consummatum est; et per "septimanam septimam" quae tunc sequitur, significatur principium ecclesiae novae (*de quibus plura*, n. 633[*a*–*c*]).

Per "quadraginta duo" significatur blasphematio (n. 781[c]; *conf.* n. 66).

Per "quadraginta duos menses" (*Apoc.* xiii. 5) significatur plenaria vastatio et consummatio, ita destructio usque dum nihil veri et boni superest (n. 796).

Quadringenta.—Per "quadringenta" simile significatur quod per "quadraginta" (n. 633[b]).

Quaerere.—"Timentes Jehovam," quibus non defectus (*Ps.* xxxiv. 10, 11 [*B.A.* 9, 10]), significant illos qui amant facere praecepta Domini; et "quaerentes Jehovam," qui non egebunt ullo bono, significant illos qui ideo amantur a Domino, et ab Ipso accipiunt vera et bona (n. 386[d]; *conf.* n. 205).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 205, 386[d], 444[b], 550, 551, 659[e], 675[b], 683, 706[d], 750[e], 768[c], 1193.)

Qualis.—In mundo spirituali ab angelis, dum alios vident et conveniunt, nusquam inquiritur quinam sunt et unde veniunt, sed quales sunt (n. 472).

Quaqueri. } —Quod non alii quam Quaqueriani spiritus operentur in Qua-
Quaquerismus. } queros (n. 1182).

Quaquerismus enumeratur inter haereses (n. 1176).

Quartus.—(*Vide* ***Quatuor.***)

Per "tertiam partem" significatur omne verum, et per "quartam partem" omne bonum (n. 384).

Per "tertiam generationem" (*Exod.* xx. 5) significantur qui in falsis mali sunt, et per "quartam generationem" qui in malis falsi sunt (n. 532).

Quassata.—Quod dolor ad ultima sit, significatur (*Jerem.* xxiii. 9) per "Quassata sunt omnia ossa mea" (n. 313[b]).

Quatuor.—Numerus "quatuor" significat conjunctionem boni et veri. Quod "quatuor" significent conjunctionem boni et veri, ducit originem ex quatuor plagis in caelo; per "quatuor plagas" seu per "quatuor ventos" significatur omne bonum et inde verum, et per "quatuor" conjunctio eorum (n. 384).

"Quarta pars" significat omne bonum et inde verum (n. 384).

Quod "quatuor" et inde "quarta pars" dicantur de bonis et inde veris, est causa quia significant conjunctionem eorum: quod ita sit, patuit ex multa experientia e mundo spirituali; quando enim ibi sermo angelis fuit de conjunctione boni et veri, seu amoris et fidei, et is sermo determinatus est in numeros, tunc exiit numerus quatuor, quandoque etiam numerus duo, aut numerus octo, aut numerus sedecim, quia hi numeri similia significant (n. 384).

Per "quatuor" significatur bonum caeleste; "quatuor" enim significant conjunctionem, et conjunctio intima cum Domino est per amorem in Ipsum (n. 283[b]).

Quod dicatur (*Esai.* xvii. 6) "Duae tres" et "quatuor quinque," et non *Duae et tres* ac *quatuor et quinque*, causa (n. 532).

(*Dicta Scripturae Sacrae, plurima in parte explicata, videantur*, n. 283[b], 304[e,g], 313[a], 316[d], 322, 362, 384, 388[d], 417[a], 418[a,b], 425, 462, 532, 548, 567, 569[a], 570, 724[d], 847, 924, 954.)

Quatuor millia et quingenta.—(*Videatur articulus*, n. 438.)

Quercus.—Per "quercum" significatur naturalis homo, per "folia" scientifica et cognitiones veri ibi (n. 504[e]).

Per "lignum ex quercu" significatur bonum sensuale (n. 1145).

Per "quercus Baschanis" significatur fastus exterior ex propria intelligentia (n. 410[b]); et intelliguntur qui ex scientia se jactant (n. 514[b]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 324[e], 1029[d].)

Quies.—Per "quietem" quam Redemptor dabit terrae (*Jerem.* l. 34), significatur tutatio a falsis (n. 811[*c*]).

"Quietes tranquillae" (*Esai.* xxxii. 18) sunt jucunda boni et amoena veri (n. 365[*g*]).

"Videbit quietem quod bona" (*Gen.* xlix. 15) significat opera bona, absque remuneratione, plena felicitate (n. 445).

"Quies in die Sabbati" significavit statum unionis Divini cum Humano in Domino, et statum conjunctionis boni et veri apud hominem (n. 701[*e*]).

Per "tranquillitatem quietis" (*Ezech.* xvi. 49) in opposito sensu significatur securitas et non anxietas propter aliquod malum (n. 653[*a*]).

Quando spiritus mali in speluncis et in petris sunt (*Apoc.* vi. 16), tunc cessant angores et cruciatus quos ab influxu lucis caeli sustinuerunt; nam quies illis est in suis malis et inde falsis, quia haec illis jucunda fuerunt (n. 411[*a*]).

Quiescere. } —"Quiescentia arcae" (*Num.* x. 36) significabat statum post ten-
Quiescentia. } tationes, quando mala et falsa remota sunt (n. 700[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 275[*b*], 355[*b*], 410[*c*], 594[*c*], 700[*b*].)

Quieti.—Qui in pace (*Ps.* cxxii. 6) vocantur "quieti" (n. 365[*f*]).

Quinam.—In mundo spirituali ab angelis, dum alios vident et conveniunt, nusquam inquiretur quinam sunt et unde veniunt, sed quales sunt (n. 472).

Quindecim.—"Quindecim" (*Hos.* iii. 2) significant exiguum (n. 374[*d*]).

Quingenta.—(*Vide* "quatuor millia et quingenta," n. 438.)

Quinque.—"Quinque" sunt plura, aut in copia (n. 223[*c*], 391[*d*], 654[*b*]).

Per "quinque" in Verbo, dum sequuntur post "decem," significantur aliqui aut aliqua, tum reliqui et reliqua, et quoque pauci vel pauca; at cum non sequuntur post "decem," significant multos vel multa (n. 1064); numeri enim "decem," "centum," "mille," significant multum et omne; inde "quinque" significant aliquid; exsurgunt enim illi numeri, qui significant multum, a numero "quinque" qui significat aliquid (n. 548).

Per "quinque menses" (*Apoc.* ix. 5) significatur quamdiu, seu status durationis (n. 548).

Numerus "quinque" significat satis cum praedicatur de quantitate, et tamdiu quando praedicatur de tempore (n. 548).

"Quinque" significant omne unius partis (n. 548).

(*De significatione numeri* "quinque," *videantur plura*, n. 187[*b*], 250[*c*], 375[*e*(viii.)], 430[*a*,*c*], 532, 548, 600[*c*], 675[*a*], 724[*b*], 1063.)

Quintus.—Per "partem quintam" significatur quantum satis (n. 548).

Quousque.—Quod non amplius doctrina veri nec intellectus veri, significatur (*Ps.* lxxiv. 9) per "Non amplius propheta, nec nobiscum sciens quousque" (n. 504[*e*]).

Raama.—Per "Schebam et Raamam" (*Ezech.* xxvii. 22) significantur cognitiones veri et boni (n. 717[*c*]); et intelliguntur illi qui in cognitionibus illis sunt (n. 242[*a*]).

Rabba. } —"Rabbath Ammonis" significat falsificationes veri (n. 163; *conf.*
Rabbah. } n. 435[*b*], 504[*e*]).
Rabbath. } Rabba, Cheschbon, et dimidium terrae Ammonis data erant tribui Gadis in hereditatem; quare per illas terras talia significantur in specie quae per "Gadem" in genere (n. 435[*b*]).

Per "filias Rabbae" significantur affectiones veri in naturali homine (n. 435[*b*]; *conf.* n. 637[*b*]).

Rabbi.—Per "rabbi" et "doctorem" significatur docens verum, ita abstracte doctrina veri, ac in supremo sensu Divinum Verum, quod est Christus: quod solus sit Divinum Verum, intelligitur (*Matth.* xxiii. 8) per "Nolite vocari Rabbi; unus est vester Doctor, Christus" (n. 684[*a*]; *conf.* n. 746[*e*]).

Raca. } —Tres gradus odii describuntur (*Matth.* v. 22): primus est pravae cogi-
Raka. } tationis, quod est "irasci;" alter est pravae intentionis inde, quod est "dicere Raca;" et tertius est pravae voluntatis, quod est "dicere Stulte." "Dicere Raca" significat bonum charitatis pro vacuo habere, ita pro vili (n. 746[*f*]).

Racematio.—Vastatio significatur (*Esai.* xxiv. 13) per "strictūram" et "racemationes" post consummationem (n. 638[*c*]; *conf.* n. 313[*b*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 532, 548, 918, 919.)

Racemi.—Per "botros" seu "racemos," et per "uvas" significantur bona quae faciunt ecclesiam spiritualem; per "botros" seu "racemos" proprie significantur variationes status boni spiritualis, seu boni charitatis, quia in illis plures uvae in serie cohaerent (n. 918).

(*Vide Obad.* vers. 5, n. 919.)

Rachab.—Solenne fuit antiquis temporibus, cum significativa in usu fuerunt, alligare filum coccineum in rei memoriam seu recordationem, sicut legitur de meretrice Rachab (*Jos.* ii. 18, 19), quod in fenestra ligaverit filum coccineum, ut exploratores recordarentur promissi (n. 1042).

Rachel.—Rachel repraesentabat ecclesiam internam quae spiritualis, et Leah ecclesiam externam quae naturalis (n. 439; *conf.* n. 434[*b*]).

Quod idola fuerint apud varios gentes in terris Asiaticis, constare potest ex diis Labanis Syri, quos Rachel uxor Jacobi abstulit (*Gen.* xxxi. 19, 20); ex vitulis et aliis idolis in Aegypto; et sic porro (n. 827[*a*]).

Radere. } —(*Vide* **Calvus, Tondere.**)
Abradere. } Quod Naziraeus non raderet comam capitis sui, quia illa, ut dicitur, erat naziraeatus Dei super capite ejus, et quod absolutis diebus abraderet illam et consecraret (*Num.* vi. 1–21), causa (n. 66).

Quod Simsoni esset robur in capillis, et quod illis abrasis factus sit infirmus (*Judic.* xvi. 13 ad fin.), causa (n. 66).

Per "barbam" significatur ultimum rationalis hominis; et per quod "non raderent barbam" significatur ne deprivarent se rationali (n. 577[*b*]).

Radicare.—Quia internum ecclesiae fundatur super externis ejus, ac interna inde multiplicantur et fructificantur, dicitur (*Esai.* xxvii. 6) quod "Jacobus venturos radicabit," et quod "Israel efflorescet et florebit" (n. 741[*d*]).

Radix.—Ut David repraesentaret Dominum quoad Divinum Verum, ideo voluit Dominus nasci ex domo Davidis, et quoque dici "Davidis Filius," "Stirps et Progenies," tum "Radix Jischaji" (n. 205): Dominus quoad Humanum dicitur "Radix Davidis," ex eo, quia omne Divinum Verum ab Ipso est, sicut etiam omnia existunt et subsistunt ex radice sua: inde etiam est quod dicatur "Radix Jischaji;" "Jischajus" pro "Davide," quia erat pater ejus (n. 310; *conf.* n. 175[*a*], 278[*c*], 307).

Per "radices" (*Ezech.* xvii. 6) significantur scientiae, et per "palmites" cognitiones veri et boni (n. 281[*a*]).

"Per arborem plantatam juxta aquas" (*Jerem.* xvii. 7) intelligitur homo apud quem vera a Domino sunt; "juxta fluvium emittit radices suas," significat extensionem intelligentiae a spirituali homine in naturalem (n. 481).

"Occidere fame radicem" (*Esai.* xiv. 30) significat perire prorsus ex non bono; "radix" est omne ex quo vivit (n. 315[*c*]).

"Radix serpentis" (*Esai.* xiv. 29) est fides separata a charitate (n. 386[*b*]).

Raka.—(*Vide* ***Raca.***)

Ramath Mizpae.—(*Vide Jos.* xiii. 26, n. 435[*b*].)

Ramus.—(*Vide* ***Palmes.***)

"Rami," qui multiplicati (*Ezech.* xxxi. 5), sunt vera (n. 175[*b*]).

"Facere ramum" (*Ezech.* xvii. 8) est multiplicare vera (n. 281[*a*]).

"Virga ramorum" (*Ezech.* xix. 14) est falsum doctrinae (n. 504[*e*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae etiam videantur*, n. 388[*c,f*], 405[*c*], 532, 654[*b*], 727[*a*].)

Ramusculus.—Per "ramusculum cedri" (*Ezech.* xvii. 3) significantur cognitiones (n. 281[*a*]).

Per "Emisisti propagines ejus usque ad mare, et ad fluvium ramusculos ejus" (*Ps.* lxxx. 12 [*B.A.* 11]), describitur extensio spiritualium ecclesiae (n. 569[*b*]; *conf.* n. 518[*b*]).

Rana.—"Ranae" sunt ratiocinationes ex falsis: quod haec per "ranas" significantur, est non modo ex coaxatione illarum, sed etiam ex commoratione illarum in stagnis paludinosis et putentibus, per quae etiam significantur falsa infernalia (*de quibus plura*, n. 1000).

Rapax.—Quod "non rapax ferarum ascendet illuc" (*Esai.* xxxv. 9), significat quod nulla cupiditas destruendi (n. 388[*b*]).

Rapere.—(*Vide* ***Rapina.***)

Per "rapi ad Deum et ad thronum Ipsius" (*Apoc.* xii. 5) significatur tutatio a Domino (n. 628).

Per "rapere rapinam et devorare homines" (*Ezech.* xix. 6) significatur destruere vera et consumere omnem affectionem eorum (n. 280[*b*]).

Raphael.—Per "angelum" in Verbo non intelligitur unus angelus, sed integra societas angelica, ut per "Michaelem," "Gabrielem," "Raphaelem" (n. 302); per angelos qui nominantur in Verbo, ut per "Michaelem" et "Raphaelem," intelliguntur administrationes et functiones, et in genere partes determinatae et certae administrationis et functionis omnium angelorum (n. 735).

Rapina.—(*Vide* ***Rapere.***)

"Rapina," super qua rugit leo (*Esai.* xxxi. 4), significat liberationem ab inferno (n. 601[*a*]).

Dissipatio falsorum et malorum significatur (*Num.* xxiii. 24) per "comedere rapinam" (n. 278[*b*]).

"Rapina" (*Nahum* iii. 1) est violentia per falsum illata (n. 355[*e*]).

Rarus.—Quod affectio veri spiritualis et inde sapientia cessatura sit, significatur (*Esai.* xxiv. 6) per "Relictus erit homo rarus" (n. 280[*b*]; *conf.* n. 304[*b*], 315[*b*], 400[*b*]).

Ratio.—(*Vide* ***Rationes.***)

Quod non detur ratio inter sapientiam angelorum et Divinam Domini, quia non datur ratio infiniti et finiti (n. 1131).

Ratiocinari. }
Ratiocinatio. }
Ratiocinium. } —Genuina ratiocinia de spiritualibus existunt ex influxu caeli in spiritualem hominem, et inde per rationalem in scientias et cognitiones quae sunt in naturali homine, per quas spiritualis homo se confirmat; haec via ratiocinandi de spiritualibus est secundum ordinem. Ratiocinationes autem de spiritualibus quae fiunt ex naturali homine, et plus quae fiunt ex sensuali homine, sunt prorsus contra ordinem; nam naturalis homo, et minus sensualis homo, non potest influere in spirituale, et ex se aliquid ibi videre, quoniam non datur influxus physicus; sed spiritualis homo potest influere in naturalem, et inde in sensualem, quoniam datur influxus spiritualis (n. 569[*a*]).

Ratiocinationes ex homine spirituali sunt rationales, quare potius vocandae

sunt conclusiones ex rationibus et ex veris, quia sunt ex interiore, et ex luce caeli; ratiocinationes autem ex homine naturali de spiritualibus non sunt rationales, utcunque sint in moralibus et civilibus quae apparent coram oculis, sunt enim ex solo lumine naturali: ratiocinationes autem ab homine sensuali de spiritualibus sunt irrationales, quia a fallaciis, et inde ideis quae sunt falsae (n. 569[c]).

Per "ratiocinationem" saepius intelligitur cogitatio et argumentatio ex fallaciis et ex falsis, at per "rationale" cogitatio et argumentatio ex scientiis et ex veris (n. 569[c]).

Verbum absque ratiociniis ex naturali homine non falsificari potest (n. 819).

(*De Ratiocinatione videantur plura*, n. 208[a], 569[a,c], 782, 802[a]; *de Ratiociniis*, n. 569[a–c], 774, 776, 778, 780, 783, 786, 790[a], 802[a], 819.)

Rationale. } —Sciendum est quod naturale hominis sit trinum, rationale, natu-
Rationalis. } rale et sensuale; rationale est supremum ibi, sensuale est infimum
Rationaliter. } ibi, et naturale est medium: genuinum rationale est ex influxu e spirituali mundo, sensuale est ex influxu e naturali mundo, naturale medium est vel rationalis vel est sensualis (n. 1147).

Rationale est in naturali homine, hoc est, cogitatio ejus; spirituale est super rationale, ac per rationale transit in naturale, in ejus memoriae cognitiones et scientifica (n. 569[a]).

Quisque per vera scientifice et naturaliter intellecta comparat sibi rationale, in quod spirituale potest influere et operari: nam homo lucem caeli, quae est lux spiritualis, per rationale, quod est intellectus ejus, haurit; et per rationale illustratum a spirituali intuetur in cognitiones et scientifica, et ex illis eligit quae cum genuinis veris et bonis caeli et ecclesiae concordant, et rejicit quae discordant: ita homo fundat ecclesiam apud se (n. 654[c]).

Affectio veri spiritualis adjuncta cognitionibus e Verbo facit rationale hominis ac illustrat illud secundum quale veri conjuncti bono, et secundum quale conjunctionis (n. 208[a]).

Omnis homo apud quem ecclesia implantanda est primum instruendus est in scientificis; nam absque instructione naturalis hominis per scientifica, quae etiam sunt variae experientiae ex mundanis et consortiis, homo non potest rationalis fieri; et si non fit rationalis, nec fieri potest spiritualis; nam rationale hominis conjungit se ab una parte cum spirituali, hoc est cum caelo, et ab altera parte cum naturali, hoc est cum mundo (n. 654[c]).

Cum fit adolescens et juvenis, aperitur sensuale hominis interius, ex quo cogitat rationaliter, et si in bono charitatis et fidei est, spiritualiter, et quoque afficitur rationaliter et spiritualiter; haec cogitatio et affectio est quae vocatur rationalis et spiritualis homo (n. 543[a]).

Rationales hauriunt ex sensu litterae Verbi talia quae sunt doctrinae; sensuales manent solum in littera (n. 1147).

Rationale cuivis datur secundum usus qui sunt amoris (n. 569[a]).

Aliud est rationalis esse et aliud spiritualis esse; omnis homo spiritualis est etiam rationalis, sed homo rationalis non semper est spiritualis (n. 569[a]).

Sciendum est quod rationale non introducat aliquem in spirituale, sed quod modo sic dicatur quia sic apparet; spirituale enim influit in naturale medio rationali, et sic introducit (*de quo plura*, n. 569[a]).

Spiritualis homo per rationalem videt spiritualia sua in scientiis, et in illis agnoscit se, hoc est, sua vera et bona; praeter quod confirmet sua spiritualia per cognitiones et scientifica, tam quae ex Verbo quam quae ex mundo novit (n. 569[a]).

Omne rationale excolitur per scientias et formatur per vera; quare is vocatur rationalis homo qui ducitur a veris, seu quem vera ducunt (n. 569[c]).

Illustratur homo in rationali, nam hoc proxime subjectum est interno spiri-

tuali et excipit lucem e caelo et transfert in naturale purificatum a malis, ac implet illud cognitionibus veri et boni, et quoque illis scientias quae ex mundo sunt adaptat, ut confirment et concordent; inde est homini rationale, ac inde etiam est ei intellectus. Qui credit quod homini rationale et intellectus sit antequam naturale ejus purificatum est a malis, fallitur (n. 941).

Si via e caelo clausa sit, homo non rationalis fit; nam non videt verum, et tamen verum ex luce veri facit rationale (n. 208[a]).

Rationes.—(*Vide* ***Ratio.***)

Vera ex bono, quae sunt spiritualia, in caelo aeque manifeste videntur sicut objecta coram oculo, sed usque cum multa differentia; vera enim illa videntur intellectualiter, hoc est, percipiuntur; qui visus seu quae perceptio, qualis est, non describi potest vocibus humanis, solum per hoc comprehendi, quod ei insit consensus et confirmatio ab intimo, quod ita sit; sunt enim rationes confirmantes ingenti copia, quae se sicut unum sistunt in visu intellectuali; hoc unum est sicut conclusum ex multis; rationes illae confirmantes insunt luci caeli, quae est Divinum Verum seu Divina Sapientia procedens a Domino, et quae operatur in unoquovis angelo secundum statum receptionis ejus; hic est visus spiritualis seu intellectus (n. 260).

Reactio. }
Reactivum. } —Ubivis in mundo spirituali est aequilibrium inter caelum et inferna, et ubi aequilibrium ibi continue agunt binae vires contra
Reagere. } se; una agit et altera reagit; ac continua actio et reactio est continua pugna, sed a Domino providetur aequilibrium (n. 573[b]).

Actio et reactio facit omnem conjunctionem, et actio et mera passio nullam; agens enim seu activum, dum influit in mere patiens seu passivum, transit et dissipatur, nam passivum cedit et fugit; at cum agens seu activum influit in tale passivum quod etiam est reactivum, tunc applicantur, et utraque manent conjuncta (n. 616).

Reaedificare.—Quod "maledictus esset qui reaedificaret Jerichuntem," et quod "fundaret illam pro suo primogenito, et poneret valvas pro suo minimo" (*Jos.* vi. 26), significabat profanationem Divini Veri a primo ejus ad ultimum, si alibi repraesentaretur instructio in eo quam in Hierosolyma, per quam significaretur ecclesia quoad doctrinam veri et boni, et quoad instructionem ex Verbo (n. 700[d]).

Reatus.—Per "ponere reatum animam suam" (*Esai.* liii. 10) significatur ultima tentatio per quam Dominus plene subjugavit inferna, et plene glorificavit Humanum suum, per quae redemptio (n. 768[b]).

(*Vide Levit.* xiv. 14, n. 600[c].)

Rebecca.—(*Vide Gen.* xxv. 21, 22, n. 331[a].)

Rebellare.—Contra Divinum Verum esse, significatur (*Esai.* iii. 9) per "rebellare oculis gloriae Ipsius" (n. 412[f]).

Recedere.—(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 283[e], 365[d], 376[g], 405[d], 412[f], 701[b].)

Receptaculum.—Memoria homini data est ut sit receptaculum a quo desumantur quae inservitura sunt vitae; et tunc inserviunt vitae quando homo vult illa et facit illa (n. 105).

Voluntas est subjectum et receptaculum charitatis, sicut est subjectum et receptaculum boni; et intellectus est subjectum et receptaculum fidei, quia est subjectum et receptaculum veri (n. 790[b]; *conf.* n. 329[a]).

Receptiones.—Quod angeli et homines quantum receptiones Divini Veri a Domino sunt, tantum potentiae sint (n. 726(iv.)).

Recipere.—"Recipere prophetam in nomine prophetae, justum in nomine justi, et potum dare in nomine discipuli" (*Matth.* x. 41, 42), significat amare

verum propter verum, bonum propter bonum, et exercere charitatem ex fide veri (n. 102[b]).

Reciproca. } —"Deus, Deus tuus" (*Ps.* xlv. 8 [*B.A.* 7]), significat unitionem re-
Reciprocum. } ciprocam Humani cum Divino ac Divini cum Humano (n. 684[b]).

Qui remittit manus et exspectat influxum, is nihil recipit, et ei nulla est conjunctio reciproca cum Domino; inde non est in foedere (n. 701[a]).

Receptio non dabilis est, si homo non attendat ad cogitationes et intentiones suas et inde facta, et tunc desistat a malis et faciat bonum, quod fit cum spectat ad vera quae novit ex Verbo, et vivit secundum illa; hoc nisi fiat, non est aliquod reciprocum (n. 239[a]).

Reconciliari.—"Reconciliari fratri" (*Matth.* v. 23, 24) est cultus ex charitate (n. 391[e]): per "reconciliari fratri" significatur dissipatio iracundiae, inimicitiae seu odii, et inde sequens conjunctio per amorem (n. 746[f]).

Recondere.—(*Vide Dan.* xi. 43, n. 654[f].)

Conjugium est imago caeli, et amor vere conjugialis imago Domini; et est adulterium imago inferni, et amor adulterii imago diaboli: apparet etiam amor conjugialis in mundo spirituali sicut angelus, et amor adulterii in forma sicut diabolus. Reconde hoc apud te, Lector, et inquire num verum sit, post mortem dum vivis homo spiritus, et videbis (n. 984).

Recordari.—(*Vide Ps.* lxxviii. 35, n. 411[c]; *Thren.* ii. 1, n. 413[b].)

Recreatio. } —Omnes qui subito veniunt a vita propria in quandam spiritualem,
Recreationes. } primum timent, sed recreantur a Domino; recreatio illis fit per id, quod Divina praesentia, et pro illa timor, accommodetur ad receptionem. Si praesentia excedit, fit augustia et tremor; sed recreatio per accommodationem ad receptionem: haec recreatio est quae significatur multis in locis per "Ne time." Recreatio, quae fit per accommodationem ad receptionem, apparet in mundo spirituali, cum sistitur visibilis, sicut nubes (*de quo plura*, n. 80).

Datur interpolare opera variis in consortio cum aliis, quae sunt recreationes, ita quoque usus (n. 1194).

Rectificare.—Per "vias Illius," quas rectificabit (*Esai.* xlv. 13), significantur vera procedentia a bono (n. 811[c]).

Rectitudo.—Unitio Divini Domini cum Divino Humano Ipsius, quae facta in mundo, intelligitur (*Mal.* ii. 5) per "In pace et in rectitudine ambulavit Mecum" (n. 365[d]).

"Rectitudines" sunt vera (n. 453[b], 741[c]).

"Sceptum rectitudinis" (*Ps.* xlv. 7 [*B.A.* 6]) est Divinum Verum cui potentia et regnum (n. 684[b]).

"Terra rectitudinis" (*Ps.* cxliii. 10) est ecclesia in qua rectum et verum (n. 304[e]).

Rectum. } —Verum boni significatur (*Ps.* xxxiii. 4) per "Rectum est Verbum
Rectus. } Jehovae" (n. 323[b]): "recti corde" (*Ps.* xi. 2) sunt qui in veris ex bono (n. 357[c]).

"Rectum" significat verum et ejus affectionem (n. 304[f]): "rectum" dicitur de vero (n. 365[c]).

"Pes rectus" (*Ezech.* i. 7) est naturale quoad bonum (n. 279[a]).

Recubare.—(*Vide* ***Cubare.***)

Per "recubare in habitaculis suis" (*Ps.* civ. 22) significatur status tranquillitatis et pacis (n. 278[b]).

Reddere.—Per "feriari festa" et "reddere vota" (*Nahum* ii. 1 [*B.A.* i. 15]) significatur ex Domini adventu gaudere, et tunc colere Ipsum (n. 433[b]).

"Foedus quod irritum reddidit" (*Esai.* xxxiii. 8) significat conjunctionem tunc nullam cum Domino (n. 280[b]; *conf. Jerem.* xxxiii. 20, n. 527).

Per "virum hominem" (*Esai.* xiii. 12) significatur intelligentia, et per "hominem" sapientia; quae quod cessaturae sint, signiſicatur per quod "redentur rari" (n. 280[*b*]; *conf.* n. 304[*b*]).

"Reddite illi quemadmodum illa reddidit vobis" (*Apoc.* xviii. 6), significat poenam infernalem malefactis illorum correspondentem; reddere alicui sicut ille reddidit, seu fecit, est retribuere secundum jus talionis (n. 1114).

Redemptio. } ***Redimere.*** } ***Redempti.*** } —Per "redemptionem" intelligitur vindicatio a malis et liberatio a falsis; ita liberatio a damnatione (n. 328[*e*]; *conf.* n. 340[*a*]). Redemptio non est alia quam quod Dominus ex inferno redemerit illos qui credunt in Ipsum et faciunt quae praecepit; qui tamen absque adventu Ipsius in mundum non salvari potuerunt, quoniam absque adventu Ipsius non credere potuissent in Ipsum, nec facere quae praecepit, et sic vivere ab Ipso (n. 805[*g*]).

"Redimere," ubi de Domino, significat vindicare a malis, et liberare a falsis, ita ab inferno; et sic significat reformare et regenerare (n. 860; *conf.* n. 328[*f*]).

"Redempti" sunt qui a Domino regenerati sunt (n. 865; *conf.* n. 328[*f*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 328[*a–f*], 329[*a,e*], 365[*e*], 388[*d*], 405[*b*], 412[*b*], 413[*b*], 538[*a*].)

Redemptor.—Dominus vocatur "Redemptor" ex regeneratione quae fit per Divinum Verum (n. 411[*c*]).

Dominus quoad Divinum Humanum dicitur "Redemptor" (n. 328[*f*], 860).

Redigere.—Vastatio ecclesiae intelligitur (*Jerem.* xii. 10) per quod "redegerint agrum in desertum solitudinis" (n. 388[*b*]).

Per "redigere vitem in vastitatem" (*Joel* i. 7) significatur destruens vera spiritualia (n. 556[*a*]; *conf.* n. 750[*f*]).

Redimere.—(*Vide* ***Redemptio.***)

Redire.—"Quiescentia arcae" (*Num.* x. 36) significabat statum post tentationes, quando mala et falsa remota sunt: per "Redi, Jehovah," significatur praesentia Domini tunc; nam in tentationibus apparet Dominus sicut absens (n. 700[*b*]).

Reducere.—Per "reducere captivitatem populi" (*Hos.* vi. 11) significatur liberare a falsis (n. 811[*d*]).

Per "reductionem populi ex captivitate" (*Amos* ix. 14) significatur instauratio novae ecclesiae (n. 405[*c*]).

Reduces.—"Reduces belli" (*Mich.* ii. 8) sunt qui discusserunt falsa (n. 395[*d*]); qui in tentationibus fuerunt et pugnarunt contra falsa (n. 555[*b*]).

Reformare.—Nemo reformari potest, hoc est, a falsis et a malis abduci, nisi per vera (n. 357[*d*]).

Reformatio. } ***Reformati.*** } —"Confirmabit tamen foedus septimana una" (*Dan.* ix. 27), significat tempus Reformationis, quando iterum lectio Verbi, et agnitio Domini, nempe Divini in Humano Ipsius; haec agnitio et inde conjunctio Domini per Verbum significatur per "foedus," et tempus Reformationis per "septimanam unam:" "sed in medio septimanae cessare faciet sacrificium et mincham," significat quod usque interius apud illos qui reformati non verum et bonum in cultu; per "medium septimanae" non significatur medium temporis illius, sed intimum statum apud Reformatos (*de quibus plura*, n. 684[*e*]).

Quod apud perplures ex Reformatis in Christiano orbe reperta est talis vacuitas qualis apud Pontificios (n. 805[*b*(vii.)]; *conf.* n. 26).

De illis qui prorsus a papali dominio recesserunt, et inde vocantur Protestantes et Reformati (n. 1070).

Refractarius.—(*Vide Ezech.* ii. 4, n. 544; *Esai.* xxx. 1, n. 654[*j*].)

Refrigerare.—Per "refrigerare linguam aqua" (*Luc.* xvi. 24) significatur sedare sitim et cupiditatem pervertendi vera, et per illa confirmandi falsa (n. 455[*b*]).

Refugium.—Salvatio et tutatio significatur (*Joel* iv. [*B.A.* iii.] 16) per quod "Jehovah refugium sit populo suo et munitio filiis Israelis" (n. 601[*a*]).

Regeneratio. } ***Regenerare.*** } ***Regenerati.*** } —Dominus sicut glorificavit Humanum suum, ita regenerat hominem; hoc est, sicut Ipse univit Divinum suum Humano ac Humanum Divino, ita conjungit internum externo et externum interno apud hominem (n. 178).

Facultas intellectualis separata est a facultate voluntaria apud omnes qui non regenerati sunt, at solum apud illos qui regenerati sunt unum agunt (n. 140).

Regeneratio est conjunctio bonorum spiritualium cum veris, et verorum cum bonis (n. 724[*b*]; *conf.* n. 555[*c*]).

Ubi in Verbo agitur de generatione spirituali, quae vocatur regeneratio, describitur illa per generationem et partum naturalem. Homo qui regenerátur similiter quasi concipitur, gestatur in utero, nascitur et educatur, sicut homo ex patre conceptus, aque matre gestatus et natus, ac postea educatus (n. 721[*a*]; *conf.* n. 710[*a*]).

Regeneratio repraesentabatur et significabatur per lavationes, tum per baptisma Johannis (n. 724[*b*]).

Omnia regenerationis hominis per externa, imprimis per sacrificia, apud populum Israeliticum repraesentabantur (n. 730[*e*]).

Ostensum est quibusdam in mundo spirituali quod baptismus non sit regeneratio, sed quod per "aquam et spiritum" intelligantur vera et vita secundum illa, et quod nemo intrare possit in caelum nisi regeneratus sit per illa (n. 236[*b*]).

Regeneratio fit per bona amoris et charitatis, et vera ex illis bonis (n. 710[*a*]).

Spirituales per aliam viam reformantur et regenerantur ac fiunt angeli, quam caelestes (*de quibus perplura*, n. 831).

Homo qui reformatur et regeneratur usque ut sit ecclesia apud illum, paullatim reformatur et regeneratur; quod fit quantum mala et inde falsa removentur, quod fit non uno momento, sed per insignem cursum vitae (n. 650[*f*]; *conf.* n. 555[*c*]).

Quod cum homo regeneratur, verum primo loco sit et bonum secundo, non actualiter sed apparenter; at quod cum regeneratus est, bonum primo loco sit et verum secundo actualiter et perceptibiliter (n. 734[*a*]).

In conjugium caeleste venit homo cum regeneratur et fit ecclesia; et tunc homo regeneratus est et factus ecclesia quando in bono et inde veris est (n. 555[*c*]).

Regere.—Per "regere" (*Apoc.* ii. 27) significatur castigare (n. 176).

Regina.—Per "reginam quae ad dextram consistit, in auro optimo Ophiris" (*Ps.* xlv. 10 [*B.A.* 9]), significatur caelum et ecclesia, quae in Divinis veris ex Divino Bono sunt (n. 863[*b*]; *conf.* n. 298[*b*], 684[*b*], 1120): intelligitur regnum caeleste Domini quod in bono amoris est (n. 242[*e*]).

"Melecheth (seu regina) caelorum" (*Jerem.* xliv. 17) significat falsa in omni complexu (n. 324[*e*]). (*Vide* ***Melecheth.***)

Regium.—Caeli spirituales constituunt regium Domini; at caeli superiores, ubi sunt angeli caelestes, constituunt sacerdotium Domini: nam regium Ipsius est Divinum Verum, ac sacerdotium Ipsius est Divinum Bonum (n. 831; *conf.* n. 27, 155, 850[*a*]).

Regnare.—(*Vide* ***Regnum, Rex, Dominari.***)

Per "regnare" significatur potentia quae soli Domino per Divinum Verum unitum Divino Bono; et inde illis potentia qui in regno Domini spirituali et caelesti sunt (n. 333).

Per "regnare" significatur in veris et bonis esse, et inde a Domino in potentia resistendi malis et falsis quae ab inferno (n. 333).

In Verbo passim dicitur utrumque, nempe "dominium" et "regnum," seu "dominari" et "regnare;" in quibus locis "dominium" dicitur de bono, quia ex hoc Dominus vocatur "Dominus," et "regnum" dicitur de vero, quia ex hoc Dominus vocatur "Rex" (n. 685).

(*Videantur etiam articuli*, n. 31[*a*], 612, 683.)

Regnum.—(*Vide* ***Regnare, Rex, Dominium.***)

Dominus apud angelos caeli et apud homines ecclesiae regnat per id quod procedit ab Ipso, quod communiter vocatur Divinum Bonum ac Divinum Verum, tum justitia et judicium, et quoque amor et fides; haec sunt per quae Dominus regnat, proinde illa sunt proprie regnum Domini apud illos qui recipiunt; nam cum illa regnunt apud angelos et homines, tunc Ipse Dominus regnat; quae enim procedunt ab Ipso, sunt Ipse (n. 683).

In supremo sensu, per "Regnum" significatur Dominus quoad Divinum Humanum, quia ab Ipso omne Divinum Verum procedit (n. 48).

Quoniam caelum est caelum ex receptione Divini Veri a Domino, similiter ecclesia, ideo caelum et ecclesia in communi sensu intelligitur per "regnum Dei" et per "regnum caelorum;" et recipientes Divini Veri intelliguntur per "filios regni" (n. 683).

"Regnum Dei" significat ecclesiam quoad vera, ita quoque vera ecclesiae (n. 48, 333).

Sunt duo regna in quae omnes caeli distincti sunt, regnum caeleste et regnum spirituale; Divinus Amor caelestis facit regnum caeleste, et Divinus Amor spiritualis facit regnum spirituale (n. 496; *conf.* n. 154, 283[*a*], 448[*a*], 496, 708, 971); at sciendum est quod Divinus Amor Domini in caelis dicatur caelestis et spiritualis a receptione illius ab angelis, et non ex eo quod ille in se divisus sit; tum quod amor spiritualis existat ab amore caelesti, sicut effectus a sua causa efficiente, et sicut verum a bono; nam bonum amoris spiritualis in sua essentia est verum boni amoris caelestis; inde est quod duo illa regna inter se conjuncta sint, et quod sint unum in conspectu Domini (n. 496).

Qui in regno caelesti sunt, in bono amoris in Dominum sunt; qui in regno spirituali, in bono charitatis erga proximum sunt; secundum haec bona etiam caeli ordinati sunt (n. 283[*a*]).

Regnum spirituale consistit ex caelis et ibi angelis qui in Divino Vero sunt, ac illi caeli sunt in plaga meridionali et in plaga septentrionali; at regnum caeleste consistit ex caelis et ibi angelis qui in Divino Bono sunt, ac illi caeli sunt in plaga orientali et occidentali (n. 971).

Dominus quidem non modo regit illos qui recipiunt Divina caelestia et spiritualia ab Ipso, sed etiam illos qui non recipiunt, sicut omnes in inferno; sed usque non dici potest quod ibi sit regnum Domini, quoniam prorsus nolunt regi ex Divino quod procedit, et secundum ejus ordinis leges, immo negant Dominum, et se avertunt ab Ipso; at usque Dominus regit illos, non sicut regni sui subditos et cives, sed sicut refractarios et rebelles, tenendo in vinculis ne malum faciant sibi mutuo, ac imprimis illis qui e regno Ipsius sunt (n. 683).

Duobus regnis caelorum ex opposito correspondent duo regna in quae inferna distincta sunt: regno caelesti ex opposito correspondet regnum infernale quod ex diabolis consistit, et inde vocatur Diabolus; et regno spirituali ex opposito correspondet regnum infernale quod ex satanis consistit, et inde vocatur Satanas (*de quibus plura*, n. 740[*a*]; *conf.* n. 655[*a*]).

De tribus Naturae regnis, plura (n. 1084, 1197, 1208).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 48, 304[*c*,*d*], 316[*b*], 331[*a*], 333, 355[*e*], 373, 375[*e*(viii.)], 376[*e*], 395[*c*], 400[*c*], 426, 612, 617[*a*,*b*], 675[*b*], 683, 684[*a*], 685, 734[*d*], 740[*b*], 745, 989, 1029[*d*,*e*], 1070, 1193.)

Rejicere.—(*Vide Apoc.* xi. 2, n. 630[*a*].)

Religio.—(*Vide* ***Religiosum.***)

Qui non ex religione bene vivunt, ii non possunt conjungi caelo; nam religio facit hominem spiritualem. Ex religione bene vivere est cogitare, velle et facere quia ita praeceptum est in Verbo, et quia Dominus id mandavit.

Quod gentes salventur est unice ex eo, quod in vita sua spectent ad religionem, cogitantes et dicentes quod ita et non aliter faciendum sit, quia est contra leges religionis suae, ita contra Divinum; et cum ita cogitant et inde faciunt, imbuunt vitam spiritualem, quae talis est apud illos ut postea in mundo spirituali recipiant vera prae Christianis illis qui nihil cogitant ex Verbo et ex doctrina ecclesiae quae ex Verbo, dum aliquid faciunt (n. 107).

Religio apud hominem consistit in vita secundum praecepta Divina, quae in summa continentur in decalogo: omnis qui facit illa praecepta suae religionis, fit civis et incola caeli. Pleraeque gentes sciunt illa praecepta, et quoque faciunt illa suae religionis, ac vivunt secundum illa quia Deus id vult et mandavit; per id communicationem habent cum caelo et conjunctionem cum Deo, quare etiam salvantur (n. 948).

Decem illa praecepta sunt universalia, data propter finem ut homo ex religione vivat, dum ex illis; per vitam enim ex religione homo conjungitur caelo (n. 967).

Non est alicui religio nisi ex revelatione, ac revelatio apud nos est Verbum (n. 963).

Quod Deus omnipresens sit, et quod omniscius, agnoscitur in omni religione (n. 1216).

Omnis religio pro fine habet vitam; docet enim mala quae fugienda sunt, ac bona quae facienda: religio quae pro fine non habet vitam, non dici potest religio (n. 847).

Cum itaque unusquisque in omni religione scit mala et ex illis falsa quae fugienda sunt, et dum fugit illa scit bona quae facienda et vera quae credenda, patet quod a Domino provisum sit id ut universale medium salutis, apud omnem gentem cui est religio (n. 1180).

Religiosum.—(*Vide* ***Religio.***)

Omnes qui extra ecclesiam vivunt in aliqua fide et charitate secundum religiosum suum,—qui timent Deum, et vivunt in amore mutuo, in rectitudine cordis et sinceritate ex religioso,—consociantur angelis caeli, et sic conjunguntur Domino, ac salvantur (n. 696[*a*]).

Per "desertum" multis in locis in Verbo significatur status ecclesiae apud gentes quae in ignorantia veri fuerunt, et usque in bono vitae secundum suum religiosum, ex quo desideraverunt vera (n. 730[*c*]).

Quia doctrina ex Verbo facit ecclesiam, ideo cum doctrina discordat cum Verbo, non amplius est ecclesia, sed est religiosum quod mentitur ecclesiam (n. 786).

Omnis religio pro fine habet vitam, docet enim mala quae fugienda sunt, ac bona quae facienda; religio quae pro fine non habet vitam non dici potest religio; consequenter ubi docetur quod opera vitae nihil faciant, sed sola fides (n. 847).

Babylonia non est ecclesia, sed religiosum ab omni vero et bono ecclesiae devastatum (n. 1038): quia ecclesia in qua non est bonum et verum amplius non est ecclesia, ideo vocatur religiosum (n. 1037; *conf.* n. 1056).

Relinquere.—Per "relinquere charitatem primam" (*Apoc.* ii. 4) significatur eam non essentiale cognitionum facere (n. 104).

Quod affectio veri spiritualis et inde sapientia cessatura sit, significatur (*Esai.* xxiv. 6) per "Relictus erit homo rarus" (n. 280[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae plura videantur*, n. 340[*c*], 411[*e*], 734[*d*].)

Reliquiae.—"Reliquiae" (*Ezech.* v. 10) sunt vera et bona apud hominem ab infantia et pueritia a Domino recondita (n. 724[*e*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 275[*b*], 278[*b*], 304[*d*], 406[*d*], 448[*c*], 569[*c*], 724[*e*].)

Reliquus. } —(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 188, 208[*b*], 556[*a*], 584,
Reliquum. } 677, 768[*a*].)

Remaliah.—Per "filium Remaliae" (*Esai.* vii. 4), qui etiam "Ephraim" vocatur, significatur intellectuale perversum (n. 559).

Remensurari.—Quod affectio spiritualis quae vocatur charitas permansura sit post mortem secundum quantum et quale ejus, intelligitur (*Marc.* iv. 24) per "Qua mensura mensuratis, remensurabitur vobis" (n. 629[*c*]).

Remiges.—(*Vide* ***Remus.***)

Illi qui docent, ducunt et regunt, intelliguntur (*Ezech.* xxvii. 27, 28) per "gubernatorem," "naucleros," "remiges" et "nautas;" per "tenentes remum" (vers. 29) significantur intelligentes (n. 514[*a*]).

Remisse.—"Retinentes quatuor ventos terrae" (*Apoc.* vii. 1) significat remissionem influxus Divini a Domino procedentis. Divinum Bonum et Divinum Verum effluunt a Domino ut Sole in omnes caelos accommodate ad receptionem ab angelis ibi, quare nunc remissius nunc intensius; quando remissius, tunc separantur boni a malis; quando autem intensius, tunc rejiciuntur mali: quapropter cum ultimum judicium instat, tunc Dominus primum remisse influit (*de quibus plura*, n. 418[*a*]; *conf.* n. 419[*a*]).

Remittere.—Charitas erga proximum intelligitur (*Luc.* vi. 37) ubi dicitur, "Remittite et remittetur vobis" (n. 629[*c*]): "septies remittere si septies reversus fuerit" (cap. xvii. 4), est toties remittere quoties revertitur (n. 257).

Removere.—"Extremitates terrae," quae remotae sunt (*Esai.* xxvi. 15), significant falsa et mala quae infestant ecclesiam, a quibus purificati sunt (n. 304[*d*]).

(*Vide Sach.* ix. 7, n. 556[*c*].)

Remuneratio.—(*Vide* ***Merces.***)

"Isaschar" (*Gen.* xlix. 14, 15) significat mercedem seu remunerationem propter opera (n. 455).

Remus.—(*Vide* ***Remiges.***)

"Navis" significat doctrinam ex Verbo; et "tabulae," "remi," "malus," significant varia ex quibus doctrina (n. 514[*a*]).

"Remi" (*Ezech.* xxvii. 6) significant illa intellectus per quae loquitur, quae sunt sensualis hominis (n. 1146): per "tenentes remum" (vers. 29) significantur intelligentes (n. 514[*a*]).

"Navis remi" (*Esai.* xxxiii. 21) est intelligentia ex proprio, quia ducitur ab hominibus per remos; et "navis magnifica" est sapientia ex proprio, quia homo ex illa gloriatur et superbit (n. 514[*c*]).

Renes.—Per "renes" significatur purificatio et separatio. Quod "renes" significent vera fidei et purificationem eorum a falsis, est quia purificatio sanguinis in renibus peragitur, et per "sanguinem" in Verbo significatur verum; simile etiam per organum quod purificat, significatur. Quod "renes" significent vera fidei lustrantia, purificantia, et a se rejicientia falsa, est ex correspondentia (n. 167).

Quod "scrutari renes et corda" significet explorare exteriora et interiora hominis, est quia bonum spirituale, quod in sua essentia est verum et in specie per "renes" significatur, est bonum exterius; bonum autem caeleste, quod in specie per "cor" significatur, est bonum interius (n. 167).

Per "possidere renes" (*Ps.* cxxxix. 13) significatur purificare vera a falsis (n. 710[*b*]).

"Adeps renum tritici" (*Deutr.* xxxii. 14) significat genuinum bonum (n. 314[*b*]; *conf.* n. 374[*c*], 376[*c*]).

Renisus.—Quantum homo ipsum sincerum, ipsum rectum, et ipsum justum amat, tantum a Domino agit; et tantum Dominus insincera et injusta, quoad ipsas intentiones et voluntates, ubi radices illorum sunt, removet; et sem-per cum minori renisu et pugna, et cum faciliori opera, quam in initiis (n. 973).

Renovari.—"Renovari sicut aquila" (*Ps.* ciii. 5) est quoad intelligentiam (n. 281[*b*]).

Renuere.—(*Vide Jerem.* iii. 3, n. 427[*b*]; cap. ix. 5 [*B.A.* 6], n. 313[*b*].)

Renuntiare.—Illa quae a parte hominis erunt, in summa intelliguntur per verba Jehovae et judicia quae Moses descendens e Monte Sinai renuntiavit populo (*Exod.* xxiv. 3), ad quae populus una voce dixit, "Omnia verba quae locutus est Jehovah, faciemus et auscultabimus" (n. 701[*c*]).

Rependere.—Per "rependere juvencos labiorum" (*Hos.* xiv. 3 [*B.A.* 2]) significa-tur confiteri et gratias agere ex bonis doctrinae (n. 279[*a*]).

Rephaim.—(*Vide Nephilim.*)

"Nephilim," "Enakim" et "Rephaim," qui in Verbo memorantur, in diris persuasionibus falsi prae aliis fuerunt (n. 544).

"Rephaim," quos infernum excitavit (*Esai.* xiv. 9), sunt qui in dira persua-sione falsi sunt, qui ex eo vocantur "potentes terrae" (n. 304[*d*]; *conf.* n. 1029[*d*]): per "Rephaim" (*Deutr.* iii. 11) significabantur qui in amore sui prae aliis erant, et inde summe naturales, et ex persuasione suae emi-nentiae super alios in omnis generis falsis (n. 163).

Reprobare.—Quod "Deseretur terra antequam scit reprobare malum et eligere bonum" (*Esai.* vii. 16), significat quod non aliquid ecclesiae in terrarum orbe residuum esset cum Dominus nasceretur (n. 304[*e*]).

Reptans.—Per "reptile reptans super terra" (*Ezech.* xxxviii. 20) significatur sen-suale, quod est ultimum naturalis, cum jucundis et scientificis ibi (n. 400[*c*]; *conf.* n. 405[*g*]).

Reptile.—(*Vide Reptans.*)

Per "reptile" (*Ps.* cxlviii. 10) significatur sensuale quod est ultimum naturalis hominis (n. 650[*b*]); tum jucundum boni et veri naturalis hominis (n. 388[*e*]); per "reptilia" (*Ps.* civ. 25) significantur scientifica viva (n. 514[*c*]; *conf.* n. 650[*a*], 701[*e*]).

Per "reptilia terrae" (*Deutr.* xxxii. 24) significantur quae sunt sensualis hominis, quae quando separata a spirituali homine sunt mere falsa ex malis (n. 556[*a*]).

Repraesentationes.—Spiritualia, repraesentata vario modo, visa sunt prophetis per quos Verbum conscriptum est, ob causam ut Verbum in suis ultimis, quae sunt quae continentur in sensu litterae ejus, ex talibus quae sunt in mundo, quae repraesentationes et correspondentiae caelestium et spiritu-alium essent, consisteret, et sic serviret sensui spirituali pro basi et fun-damento (n. 278[*a*]).

Scientia repraesentationum eadem est cum scientia correspondentiarum (n. 827[*a*]).

Repraesentativa.—(*Vide Apparentiae.*)

Omnes affectiones quae fluunt ex mentibus angelicis effigiantur coram oculis eorum per omnis generis animalia quae super terra, quae in aere, et quae in mari; tum etiam per subjecta omnium quae in regno terrae vegetabili, et per subjecta omnium quae in regno terrae minerali. Quod talia repraesentativa in mundo spirituali existant, est quia ibi sunt spiri-tualia interiora et exteriora; spiritualia interiora sunt omnia illa quae

sunt affectionis et inde cogitationis, seu quae sunt intelligentiae veri et sapientiae boni; et spiritualia exteriora ita creata sunt a Domino ut induant seu investiant spiritualia interiora; et cum haec induta et investita sunt, tunc existunt tales formae quales sunt in mundo naturali, in quae ideo interiora spiritualia ultimo desinunt et in quibus ultimo existunt. Inde est quod talia in nostro mundo facta sint repraesentativa caelestium et spiritualium (n. 582; *conf.* n. 828).

Cum homo in statum spiritus mittitur, tunc apparent ei illa quae in mundo spirituali sunt, tam clare sicut apparent objecta in mundo naturali; sed illa quae apparent, quia ex origine spirituali, in se spiritualia sunt, et sistuntur in imagine sicut naturali talia quae sapientiae caelestis sunt, ita Divina in formis visibilibus coram oculis spirituum et angelorum: inde est quod omnia quae in caelo videntur sint repraesentativa et significativa, et quoque quae Johanni visa sunt, de quibus in *Apocalypsi* (n. 53): omnia historica Verbi etiam sensum spiritualem continent; inde magis adhuc historica prophetica, quae sunt quae apparuerunt et quae dicta sunt prophetis cum fuerunt in visione spiritus, nam ea omnia repraesentativa et significativa sunt (n. 471).

Ecclesiae quae fuerunt ante Domini adventum erant ecclesiae repraesentativae, et ultimo etiam talis quae apud filios Israelis instituta fuit (n. 700[*g*]): apud antiquos omnia ecclesiae constabant ex repraesentativis spiritualium in naturalibus (n. 401[*g*]).

Quia Antiquae Ecclesiae repraesentativae fuerunt, ideo homines istarum ecclesiarum fecerunt sibi sculptilia et imagines variarum rerum quae repraesentabant et inde significabant caelestia; et antiqui delectabantur illis ex eo quod significarent talia: sed quando homines ecclesiarum illarum ab internis facti sunt externi, tunc caelestia et spiritualia, quae repraesentabantur et inde significabantur, remanserunt sicut traditiones apud illorum sacerdotes et sapientes, qui vocati sunt magi et harioli; inde vulgus, propter religiosum quod patres illorum in illis viderunt, coepit colere illa, et vocare suos deos (n. 827[*a*,*b*]).

Omnia apud filios Israelis erant repraesentativa et significativa spiritualium (n. 79): status caeli et terrae secundum statum ecclesiae repraesentabatur apud illos, per quod facies terrae Canaanis, ubi habitabant, mutarentur secundum status ecclesiae apud illos, verum modo quoad proventus et quoad pluvias (n. 876). (*Videantur perplura*, s. v. ***Ecclesia.***)

Omnia cultus in ecclesia apud filios Israelis repraesentabant Divina quae procedunt a Domino, quae caelestia et spiritualia vocantur; et quoniam ipse cultus principaliter peragebatur super altari et in templo, ideo per illa duo repraesentabatur Ipse Dominus (*de quibus plura*, n. 391[*b*,*c*], 490, 585[*b*], 700[*g*], 915).

Sabbatum erat principale repraesentativum omnium cultus in Ecclesia Israelitica; Sabbatum enim significat unionem ipsius Divini ac Divini Humani in Domino, tum Ipsius conjunctionem cum caelo et ecclesia, et inde conjugium boni et veri apud hominem qui regeneratur; quia talia per Sabbatum repraesentabantur, ideo illud principale repraesentativum cultus erat, et sanctissimum prae reliquis. Dies Sabbati autem hodie non est repraesentativus, sed est dies instructionis (*de quibus perplura*, n. 965).

Quia filii Israelis in externis erant, et prorsus non in internis, verterunt omnia repraesentativa in idololatrica (n. 650[*g*]).

Dominus illo tempore praesens fuit in repraesentativis. At cum Dominus in mundum venit, tunc externa repraesentantia abolebantur, quia Ipse Dominus erat quem repraesentativa ecclesiae adumbrabant et significabant; et quia illa erant externa et quasi velamenta intra quae Dominus, ideo cum Ipse venit, velamenta illa ablata sunt, et patuit Ipse cum caelo et cum ecclesia, in quibus est omne in omnibus (*de quibus perplura*, n. 700[*g*]).

Quicquid Dominus in mundo fecit, hoc repraesentabat; et quicquid locutus est significabat: quod in repraesentativis et significativis fuerit cum in mundo, erat causa ut in ultimis caeli et ecclesiae et simul in primis eorum esset, et sic ultima ex primis, et intermedia omnia ex primis per ultima, regeret et disponeret; repraesentativa et significativa sunt in ultimis (n. 405[*d*]).

Quoniam repraesentativa erant ultima caeli et ecclesiae, et omnia priora (quae sunt rationalia, spiritualia et caelestia,) in ultima intrant et in illis sunt, et quia in ultimis est omne robur, ideo Dominus ex primis per ultima subjugavit omnia inferna, et redegit in ordinem omnia in caelis: inde erat quod tota vita Domini in mundo fuerit repraesentativa, usque etiam ad omnia illa quae apud *Evangelistas* memorantur de passione Ipsius, quae repraesentabant qualis tunc fuit ecclesia, contra Divinum et contra bona et vera caeli et ecclesiae (n. 654[*d*]): quae visa ad sepulcrum quidem erant repraesentativa glorificationis Domini ac intromissionis in caelum ab Ipso (n. 687[*c*]).

Repudiata.—Per "repudiatam" (*Levit.* xxi. 14) significatur bonum rejectum a vero, ita discordans (n. 768[*d*]).

Reputare.—"Non reputat hominem" (*Esai.* xxxiii. 8) significat quod nihili faciat sapientiam (n. 280[*b*]).

Requies.—"Requiem non habere die et nocte" (*Apoc.* iv. 8), cum de Divina providentia et custodia Domini, significat quod sit universaliter et perpetuo, quoniam Divina Domini providentia et custodia in aeternum non requiescit et cessat (n. 285).

"Et non habebunt requiem diu et noctu" (*Apoc.* xiv. 11), significat infestari a malis et inde falsis (n. 890).

Requiescere.—(*Vide* ***Requies.***)

Et dictum eis ut requiescerent adhuc tempus parvum" (*Apoc.* vi. 11) significat adhuc aliquam durationem in illo statu (n. 396).

Quod vera sensus litteralis Verbi per "virgam fundamenti" intelligatur (*Esai.* xxx. 32), est quia ille sensus est fundamentum sensus spiritualis ejus; et quia hic super illo requiescit, dicitur, "super quo faciet requiescere Jehovah" (n. 727[*b*]).

(*Vide Zeph.* ii. 14, n. 388[*c*].)

Res.—"Res foeda" quam fecerunt (*Jerem.* xviii. 13), est quod bona ecclesiae verterint in mala, et vera ecclesiae in falsa (n. 411[*f*]).

Reservati.—Qui in bono fuerunt, et nondum ita in veris, reservati sunt ad ultimum judicium, ac interea instructi et praeparati ad caelum (*de quibus perplura*, n. 391[*a*], 392[*a*], 394, 397, 430[*c*]).

Residuum. } ***Residuus.*** }—Per "residuas ab Aschure" (*Esai.* xi. 16) significantur qui non perierunt per ratiocinia ex falsis (n. 569[*c*]).

"Nec erit illis residuus aut evadens" (*Jerem.* xlii. 17), significat quod prorsus nihil veri et boni supererit (n. 654[*k*]).

Per "residuos" (*Esai.* vii. 22) intelliguntur qui interius et quoque exterius boni a Domino sunt, proinde qui recipiunt bonum procedens a Domino in veris (n. 619[*a*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae plura videantur*, n. 315[*c*], 386[*b*], 406[*d*], 413[*b*].)

Resipiscentia. } ***Resipiscere.*** }—(*Vide* ***Paenitentia.***)

Non est alicui resipiscentia nisi actualiter separet ab illis a quibus se resipuit; et tunc separat se ab illis cum fugit illa et aversatur illa; hoc est resipiscentia seu paenitentia (n. 143; *conf.* n. 162): "resipiscere" est se a malis et inde falsis convertere (n. 986).

Sciendum est quod homo maneat in aeternum qualis est quoad totam suam

vitam usque ad finem, et prorsus non qualis est in hora mortis; resipiscentia tunc apud malos nihil facit, sed apud bonos confirmat (n. 194).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 105, 143, 162, 165, 191, 247, 986, 993.)

Resonare.—"Resonare sicut mare," et "equitare super equis" (*Jerem.* vi. 23), est persuadere ex falaciis sensuum et per ratiocinia inde (n. 175[*b*]; *conf.* n. 355[*d*]).

"Resonante mari et salo" (*Luc.* xxi. 25), significat ratiocinationes et impugnationes veri ex sensu litterae Verbi sinistre et perverse applicato (n. 304[*f*]).

Respicere.—(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 187[*b*], 304[*e*], 374[*d*], 391[*g*], 481.)

Respiratio.—Per "ventum respirationis" significatur Divinum Verum, ac vita spiritualis illis qui recipiunt id (n. 419[*b*]; *conf.* n. 418[*b*]).

Respiratio, quae est pulmonum, correspondet vitae veri seu vitae hominis intellectus; ac cor et ejus motus correspondet vitae boni seu vitae hominis voluntatis (n. 419[*a*]).

Respondere. } ***Responsa.*** }—In Verbo saepius dicitur "respondere;" et id, cum de Domino, significat influxum, inspirationem, perceptionem, et informationem; tum etiam misericordiam et opem (n. 471; *conf.* n. 295[*c*]).

Quod in ultimis sint responsa et revelata, causa (n. 567).

Restauratio. } ***Restaurare.*** }—(*Vide* ***Instauratio, Instituere, Restituere.***) De restauratione ecclesiae (*vide Ezech.* xxxix. 17–21, n. 329[*d*]; *Sach.* x. 10, 11, n. 654[*e*]; *Esai.* li. 1–3, n. 721[*b*]).

Restituere.—"Restituere terram" (*Esai.* xlix. 8) significat restituere ecclesiam; et "hereditare hereditates devastatas" significat restaurare bona et vera ecclesiae quae deperdita sunt (n. 701[*b*]; *conf.* n. 304[*d*]).

Per "carnem restitutam" (2 *Reg.* v. 14) significatur vita spiritualis, qualis est illis qui per Divina vera regenerantur (n. 475[*b*]).

Resurgere. } ***Resurrectio.*** }—Resurrectio est cuivis statim post mortem; resurrectio vitae illis qui bona fecerunt, et resurrectio judicii illis qui mala fecerunt (n. 899[*b*]).

Mors naturalis non aliud est quam resurrectio, quoniam cum corpus moritur homo quoad spiritum suum resurgit, et sic est mors modo continuatio vitae ejus. Per "mori" potest intelligi resurrectio, quia angeli, qui in spirituali sensu Verbi sunt, non sciunt aliquid de morte naturali, qualis est hominibus qui decedunt, sed de morte spirituali, qualis est illis qui per tentationes a Domino regenerantur; apud quos domantur et morti dantur mala et inde falsa (n. 899[*a*]).

Per "sepulcrum" in sensu spirituali significatur resurrectio, et quoque regeneratio; ac eminenter per "sepulcrum" ubi Dominus fuit (n. 687[*c*]).

Quoniam "sepelitio" quoad hominem significat resurrectionem et quoque regenerationem, ideo "sepelitio" quoad Dominum significabat glorificationem Humani Ipsius; Dominus enim totum Humanum suum glorificavit, hoc est, Divinum fecit; quapropter cum illo glorificato, hoc est, Divino facto, tertio die resurrexit: hoc nisi factum fuisset, nemo hominum potuisset ad vitam resurgere; resurrectio enim ad vitam homini est unice ex Domino (n. 659[*e*]; *conf.* n. 400[*d*]).

Resurrectio in vitam fit per reformationem et regenerationem, et haec per remotionem et separationem malorum quae hominem damnant. Resurrectio in vitam est salvatio (n. 899[*b*]).

Quoniam "sepeliri" et "sepultura" significat tam resuscitationem in vitam quam regenerationem, ideo per "non sepeliri" et per "extrahi e monumentis" significatur non resurrectio ad caelum, nec regeneratio, sed resurrectio ad infernum, proinde damnatio (n. 659[*e*]).

Mors prima et mors secunda etiam vocantur resurrectio prima et resurrectio secunda (n. 899[c]; *conf.* n. 430[c]).
Regeneratio, quae etiam est resurrectio a mortuis, repraesentata est (*Ezech.* xxxvii. 1–14) per vivificationem ossium (n. 899[c]).

Rete.—(*Vide* ***Sagena.***)
"Piscari" significat docere cognitiones veri et boni, et sic reformare: quod Dominus jusserit ut emitterent rete in dextras partes navigii, significabat ut docerent bonum vitae (n. 513[c], 600[a]).
Separatio naturalium bonorum et naturalium malorum apparet in mundo spirituali sicut rete seu sagena emissa in mare contrahens et subducens in litus pisces; haec apparentia etiam est ex correspondentia; quare a Domino assimilatur regnum caelorum sagenae contrahenti pisces (n. 513[d]).

Retinere.—"Retinete quod habetis" (*Apoc.* ii. 25) significat permanere in statu amoris et fidei (n. 173; *conf.* n. 217).
"Retinentes quatuor ventos" (*Apoc.* vii. 1) significat remissionem influxus Divini a Domino (*de qua videantur perplura*, n. 418[a]; *conf.* n. 304[g]).

Retractio. } —Per "retractionem umbrae," quae descendit in gradibus Achasi
Retrahere. } pro sole (*Esai.* xxxviii. 7, 8), significatur retractio temporis antequam finis Ecclesiae Judaicae fieret (n. 706[c]).

Retribuere. } —Qui proximo bonum faciunt ob finem ut retribuantur (*Luc.* xiv.
Retributio. } 12–14), id non faciunt propter bonum et propter verum, ita non ex Domino, sed propter se et mundum, ita ex inferno (n. 695[b]).
Per "dies visitationis et retributionis" (*Hos.* ix. 7) significantur dies ultimi judicii, quando mali luent poenas, quod est "retributio" (n. 624[c]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 405[d], 556[b], 578.)

Retro. }
Retrorsum. } —(*Vide Ps.* xliv. 11 [*B.A.* 10], n. 573[b].)

Retroagere.—Cum Divinum Verum apud malos influit, et conatur retroagere interiora quae mentis eorum, et per id adducere illos in caelum, et illi non volunt recedere a suorum amorum jucundis, inde illis angores et cruciatus, qui cessant cum veniunt in inferna ubi similia jucunda seu similes amores regnant (n. 411[a]).

Reuben.—*Reuben* in lingua originali significat *visum*, et "visus" in sensu spirituali significat intellectum veri, et in sensu supremo Divinam praevidentiam (n. 434[b]).
"Reuben," et inde tribus ab illo nominata, in sensu supremo significat Dominum quoad praevidentiam seu praescientiam, in sensu interno fidem spiritualem et intellectum veri, et in externo visum (n. 434[a]).
Tres filii Leae ordine nati, Reuben, Simeon et Levi, significant in serie prima et primaria essentialia ecclesiae, nempe, verum intellectu, verum voluntate, et verum actu; similia cum tribus discipulis Domini, nempe, Petro, Jacobo et Johanne (n. 444[b]).

Quia polluit strata patris sui, adempta est Reubeni primogenitura, et data Josepho (*Gen.* xlix. 4); ibi per "Reubenem" intelligitur sola fides (n. 237[b]; *conf.* n. 817[c]).

(*Videantur articuli*, n. 229, 237[b], 431[c], 434[a–d], 435[a,b], 436, 440[a], 443[a,b], 444[b], 693, 817[a,c].)

Reus. } —Quod homo reus sit, causae (n. 1148).
Rea. } (*Vide Num.* v. 12–29, n. 522.)

Revelatio.—"Revelatio Jesu Christi" (*Apoc.* i. 1) significat praedictiones de ultimis temporibus ecclesiae, a Domino (n. 5).
Quod "mittere" (*Apoc.* i. 1) sit revelare, est quia omne quod e caelo mitti-

tur est revelatio; revelatur enim id quod ibi est, quod est spirituale concernens ecclesiam et ejus statum (n. 8).

Per "revelare arcanum" (*Amos* iii. 7) significatur illustrare et aperire interiora Verbi (n. 601[*a*]).

Quod funditus eversa sint omnia ecclesiae quoad vera et quoad bona ejus, significatur (*Ps.* xviii. 16 [*B.A.* 15]) per "Apparuerunt alvei aquarum, et revelata sunt fundamenta orbis;" "alvei aquarum" sunt vera, et "fundamenta orbis" sunt bona ejus; "apparere" et "revelari" significat funditus everti (n. 741[*d*]).

Per "revelare crines et femur" (*Esai.* xlvii. 2) intelligitur deprivari intelligentia veri et voluntate boni (n. 240[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae plura videantur*, n. 315[*d*], 365[*e*], 481, 654[*l*].)

Divina vera intima fuerunt revelata illis qui ab Antiquissima Ecclesia fuerunt; Divina autem vera exteriora fuerunt revelata illis qui ab Antiqua Ecclesia fuerunt; at Divina vera extrema seu ultima Ecclesiae Hebraeae, ac demum Israeliticae, cum qua ecclesia tandem omne Divinum Verum periit: at post ejus finem revelata sunt Divina vera interiora pro Ecclesia Christiana a Domino; et nunc adhuc interiora vera pro ventura ecclesia. Interiora illa vera sunt quae in sensu interno seu spirituali Verbi sunt (n. 948).

Status successivi ecclesiae post finem Ecclesiae Judaicae, seu a tempore Domini, usque ad hodiernum diem, fuerunt sicut homo crescit intelligentia et sapientia, seu regeneratur; quem ob finem interiora Verbi, ecclesiae et cultus a Domino, cum fuit in mundo, revelata sunt, et nunc denuo adhuc interiora; et quantum interiora revelantur, tantum potest homo sapientior fieri; nam interior fieri est sapientior, ac sapientior fieri est interior (n. 641).

Ecclesia quae Christiana vocatur hodie ad finem suum pervenit; quapropter nunc arcana caeli et ecclesiae a Domino revelata sunt, inservitura novae ecclesiae quae per "Novam Hierosolymam" in *Apocalypsi* intelligitur, pro doctrina vitae et fidei (n. 670; *conf.* n. 946).

Divina vera quae interius in Verbo latent recondita, non prius potuerunt manifestari quam postquam ultimum judicium peractum est. Causa est, quia ante illud praevaluerunt inferna, at post illud praevalent caeli; et homo in medio constitutus est inter inferna et inter caelos; quare quando inferna praevalent, tunc verum Verbi vel pervertitur, vel contemnitur, vel rejicitur; contrarium evenit quando caeli praevalent: ex his constare potest unde est quod nunc primum Divina vera detecta fuerint, ac sensus spiritualis Verbi revelatus (n. 957).

Placuit enim nunc Domino revelare plura arcana caeli, imprimis sensum Verbi internum seu spiritualem, qui hactenus plane ignotus fuerat, et cum illo docuit genuina vera doctrinae; quae revelatio intelligitur per "adventum Domini" (n. 641).

Quod "ostium apertum in caelo" (*Apoc.* iv. 1) significet arcana caeli revelata, est quia tunc apparent illa quae in caelis sunt, et coram prophetis illa quae arcana ecclesiae sunt; hic arcana de illis quae exstitura circa ultimum judicium, quae omnia nondum revelata sunt, et quae nec revelari potuerunt antequam judicium peractum est, et non nisi quam per aliquem in mundo cui datum est a Domino videre illa, et simul cui revelatus est sensus spiritualis Verbi (n. 260½).

"Quia talia sunt quae non cadunt in alicujus intellectum nisi per vivam revelationem, et inde cognitionem de influxu superiorum in inferiora in mundo spirituali, haec quia mihi revelata sunt, et inde cognita, velim hoc arcanum breviter exponere" (n. 702).

Quomodo Dominus influit, et sic homo ducitur, non aliunde sciri potest quam ex mundo spirituali. Hoc revelandum est ob causam quia non scitur quod Divina providentia continua sit, et in singularissimis vitae hominis, et hoc quia nescitur quomodo (n. 1174).

Reverti.—(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 177, 279[*a*], 340[*c*], 405[*d*], 537[*b*], 555[*a*], 573[*b*], 654[*i*], 695[*c*].)

Revivere.—(*Vide Ezech.* xxxvii. 10, n. 418[*b*], 666.)

Rex.—(*Vide* ***Regnum.***)

Per "Regem" in Verbo intelligitur Dominus quoad Divinum Verum: Dominus est solus Rex, et illi qui in veris ex bono sunt ab Ipso, "filii" Ipsius vocantur; inde est quod per "principes," "filios regni," "filios Regis," et quoque per "reges," intelligantur illi; et quod abstracte ab idea personarum, ut fit in caelo, intelligantur vera ex bono, seu quod idem, fides ex charitate (n. 31[*a*]).

Per reges in Verbo repraesentatus est Dominus quoad Divinum Verum, et per Regem Davidem imprimis, quia is multam curam de rebus ecclesiae habuit, et quoque *Psalmos* scripsit (n. 205): reges olim repraesentaverunt Dominum (n. 427[*b*]).

"Princeps regum terrae" (*Apoc.* i. 5) significat ex quo omne verum ex bono in ecclesia (n. 29).

"Rex," cum de Domino, est Divinum Verum (n. 941).

Per "reges" significantur vera Verbi et inde vera ecclesiae (n. 1063).

"Duo reges" (*Esai.* vii. 16) significant verum Verbi in sensu interno seu spirituali, et verum Verbi in sensu externo seu naturali (n. 304[*e*]).

Per "Jus Regis" (1 *Sam.* viii. 14) intelligitur et describitur dominium naturalis hominis super spiritualem, quod nempe destruet omnia vera et bona ecclesiae, et illa servire faciet naturali homini (n. 638[*c*]).

Per "reges" in opposito sensu significantur qui in falsis ex malo (n. 31[*a*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae, plurima in parte explicata, videantur*, n. 29, 31[*a,b*], 65, 175[*b*], 179, 195[*b*], 205, 219, 237[*a*], 242[*e*], 272, 275[*a*], 277[*b*], 278[*c*], 279[*b*], 283[*b*], 294[*b*], 298[*b*], 304[*e*], 316[*a,c*], 332, 333, 340[*a,b*], 355[*d,g*], 357[*b*], 358, 365[*e*], 373, 374[*b*], 375[*e*(vi.)], 386[*c*], 388[*c,e*], 391[*d,g*], 400[*b*], 401[*d*], 405[*e*], 406[*b–d*], 408, 409[*c*], 412[*f*], 419[*c*], 422[*c*], 433[*c,d*], 448[*c,d*], 453[*b*], 481, 503[*b*], 514[*c*], 540[*a*], 573[*b*], 587[*b*], 617[*b*], 624[*e*], 625, 637[*a*], 638[*c*], 654[*h,i*], 659[*e,f*], 675[*b*], 684[*a,b*], 685, 701[*c*], 706[*c*], 717[*d*], 721[*b*], 741[*b*], 746[*d*], 811[*a,b*], 850[*a,b*], 941, 997, 1003, 1034, 1063, 1069, 1073, 1120, 1129.)

Rezinus.—"Rezinus" et "Syria" (*Esai.* vii. 4) significant rationale (n. 559).

Rhamnus.—Per "rhamnum" (*Judic.* ix. 15) significatur malum falsi apparens sicut bonum (n. 638[*c*]).

Rhedae.—Per "rhedas cameratas" (*Esai.* lxvi. 20) significantur cognitiones veri (n. 355[*c*]); tum doctrinalia boni (n. 1155).

Rhonchus.—Confirmatio falsorum, e sensu litterae Verbi, intelligitur (*Jerem.* viii. 16) per "rhonchum equorum" (n. 355[*f*]).

Rictus.—Ex eo quod "dentes" apud malos correspondeant falsis quae eis sunt in ultimis vitae intellectualis, quae sensualia corporea vocantur, ideo sunt spiritus qui apparent deformi facie, cujus multam partem faciunt dentes, qui existant late sicut crates in diducto rictu, et hoc quia talis rictus dentium correspondet amori et cupiditati pugnandi pro falsis contra vera (n. 556[*c*]).

Ridere.—"Vastitatem et famem ridebis" (*Hiob.* v. 22), significat quod non ei defectus boni (n. 388[*d*]).

Rima.—Apud illos qui non vitae suae applicant cognitiones veri et boni quae in Verbo, mens spiritualis non aperta est; per eam quidem lux caeli immittitur in naturale per viam rectam, sed solum per rimas circumcirca (*de quo plura*, n. 406[*a*]).

Quid in Verbo significetur per "speluncas," "cavernas," "cryptas" "foramina," "fissuras" et "rimas" petrarum et montium (n. 410[*a,b*]).

Ritus.—Pluribus in locis dicuntur "testimonia," et simul "lex," "praecepta," "mandata," "statuta" et "judicia;" ac ibi per "testimonia" et "mandata" significantur quae docent vitam, per "legem" et "praecepta" quae docent doctrinam, per "statuta" et "judicia" quae docent ritus (n. 392[*e*]).

Dum finis Ecclesiae Judaicae instabat, Ipse Dominus aperuit et docuit interiora Verbi, et imprimis revelavit illa quae in Verbo de Ipso praedicta fuerunt; quibus apertis et revelatis abrogabantur externa ecclesiae, quae imprimis constabant in sacrificiis, ac in ritibus et statutis quae adumbrabant Ipsum, et repraesentabant et inde significabant interiora ecclesiae quae ab Ipso revelabantur (n. 641; *conf.* n. 700[*g*]).

Rivus.—(*Vide* ***Fluvius, Flumen, Diluvium, Ductus.***)

"Rivi et valles" (*Ezech.* xxxvi. 6) sunt vera et bona quae ultima ecclesiae; "rivi" sunt vera doctrinae (n. 304[*e*]).

"Mons altus" (*Esai.* xxx. 25) significat ubi sunt qui in amore in Dominum, "collis elatus" ubi illi qui in charitate erga proximum, "rivi" significant sapientiam, et "ductus aquarum" intelligentiam (n. 405[*b*]).

Per "Jehudam" significatur caeleste regnum Domini, et quoque Verbum; per "rivos ejus" (*Joel* iv. [*B.A.* iii.] 18) significantur singula ejus (n. 376[*b*]; *conf.* n. 119, 405[*b*], 433[*c*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae plura videantur explicata*, n. 336[*b*], 401[*c*], 518[*d*], 619[*a,b*], 644[*c*].)

Rixationes. } ***Rixari.*** }—Qui separant et excludunt bonum a vero, illi de veris fidei rixantur: hoc repraesentatum et significatum est (*Gen.* xxi. 25; cap. xxvi. 15, 18–22, 25, 32) per rixationes servorum Abimelechi cum servis Abrahami et Isaci de puteis (*de quibus plura*, n. 537[*a*]).

Robur.—(*Vide* ***Arbor.***)

"Quercus," "populus" et "robur" (*Hos.* iv. 13) significant bona veri et vera boni naturalis hominis infima (n. 324[*e*]).

Robur.—(*Vide* ***Potentia, Potestas.***)

"Robur," cum de Domino, est omnipotentia (n. 346).

"Potentia" dicitur de Divino Vero, ac "robur" de Divino Bono; inde per utrumque, "potentiam et robur" (*Apoc.* vii. 12), significatur omnipotentia per Divinum Verum ex Divino Bono (n. 467).

Quod omne robur et omnis potentia insit ultimis Divini Veri, ita sensui naturali Verbi, qui est sensus litterae, est quia hic sensus est continens omnium sensuum interiorum, nempe, spiritualium et caelestium; et quia est continens, etiam est basis, et in basi est ipsum robur (n. 593).

Per "robur," quod dedit in captivitatem (*Ps.* lxxviii. 61), significatur verum spirituale ex bono caelesti (n. 811[*a*]).

Jactantia et elatio animi ex falsis quae dicunt esse vera, significatur (*Ezech.* xxxiii. 28) per "superbiam roboris;" hic "robur" dicitur de falsis (n. 405[*g*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 33, 316[*a,c*], 326[*b*], 405[*g*], 440[*b*], 654[*f*], 741[*c*], 850[*d*].)

Robustus.—(*Vide* ***Fortis, Validus.***)

"Robustus" in Verbo aliquoties dicitur qui sibi suaeque intelligentiae fidit, credit enim se robustum (n. 504[*e*]).

Quia falsa potestatem habent in illos qui in falsis ex malo sunt, et in fine ecclesiae regnant ea falsa, inde est quod illi qui in falsis sunt in Verbo dicantur "potentes," "validi," "robusti," "fortes," etc. (n. 783).

"Robustum" (*Joel* i. 6) praedicatur de potentia mali (n. 556[*a*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 331[*a*], 355[*f*], 364[*b*], 504[*e*], 556[*a*].)

Rogus.—"Rogus, ignis et ligna" (*Esai.* xxx. 33), significant mala omnis generis quae sunt diri et saevi amoris destruendi omnia vera et bona ecclesiae (n. 578).

Roma. } —Quod "septem montes" attinet, super quibus sedere visa est mulier
Romani. } (*Apoc.* xvii. 9), creditur quod sint septem montes Romae, ubi solium papale est; sed sit quod etiam Roma intelligatur, at usque per "septem montes" significantur bona Verbi adulterata et profanata; nam Verbum ubivis est spirituale, et hoc ejus spirituale est (n. 1062).

Quoniam "ignis" in supremo sensu significat Divinum Amorem Domini, ideo mandatum est ut ignis jugiter arderet super altari, et quod ex illo igne sumeretur ad suffitus: ex hoc erat quod apud Graecos et Romanos inter religiosa eorum fuerit ignis perpetuus, cui praeerant virgines vestales (n. 504[*a*]).

Per "Hierosolymam" intelligitur ecclesia quoad doctrinam; et per illam "exercitibus circumdatam" (*Luc.* xxi. 20) intelligitur illa a falsis occupata. Creditur quod haec dicta sint de Hierosolymae destructione a Romanis, sed a singulis in illo capite patet quod de destructione ecclesiae in fine ejus agatur. Sed usque non obstat quin per illa verba in sensu litterae intelligatur destructio Hierosolymae; at illa destructio repraesentabat et inde significabat destructionem ecclesiae in fine ejus (n. 573[*b*]).

Romphaea.—(*Vide* ***Gladius, Machaera.***)

Dicitur in Verbo "gladius," "machaera," et "romphaea;" et per "gladium" significatur in genere pugna veri contra falsum ac falsi contra verum, per "machaeram" pugna veri ex bono ac falsi ex malo, ac per "romphaeam" pugna veri ex doctrina contra falsum ac falsi ex doctrina contra verum; "machaera" enim est brachii, ac "romphaea" dicitur exire ex ore (n. 367).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 73, 131[*a*], 144.)

Ros.—Per "rorem a Jehovah" (*Mich.* v. 6) significatur verum spirituale, per "guttam super herba" verum naturale (n. 278[*b*]).

"Pretiosa caeli" (*Deutr.* xxxiii. 13) sunt Divina vera spiritualia seu quae in spirituali homine, "ros" significat influxum inde, et "abyssus jacens infra" significat naturalem hominem ubi cognitiones veri et boni ad perceptionem, ac scientifica confirmantia (n. 448[*b*]).

Quia per "pluviam" significatur Divinum Verum defluens, ideo dicitur (*Deutr.* xxxii. 2), "Defluet sicut pluvia doctrina mea;" per "rorem" significatur bonum, et quia id etiam significatur per "verbum," ideo dicitur, "Stillabit sicut ros verbum meum" (n. 644[*b*]).

Per "rorem Chermonis" (*Ps.* cxxxiii. 3) significatur Divinum Verum (n. 375[*e*(viii.)]).

(*Dicta Scripturae Sacrae plura videantur*, n. 146, 179, 340[*c*], 405[*f*].)

Rotae.—"Rotae" significant vera doctrinalium, ex eo quod "currus" significet doctrinam (n. 283[*c*]).

Per "rotas," quae sicut ignis ardens (*Dan.* vii. 10), significatur doctrina amoris caelestis (n. 504[*a*]).

Per "ungulas equorum," quae sicut rupes reputantur, et per "rotas" quae sicut procella (*Esai.* v. 28), significantur ultima veri qualia sunt quae in sensu litterae Verbi, ac argumentationes et confirmationes falsi per illa; "rotae" sunt argumentationes et confirmationes (n. 355[*f*]).

Per "rotam curruum," quae remota est (*Exod.* xiv. 25), significatur facultas ratiocinandi (n. 654[*h*]).

Ruber.—(*Vide* ***Rufus.***)

Per "rubrum" et "purpuram" significatur bonum, et in opposito sensu malum, omnis generis (n. 67).

Sciendum est quod "color ruber" tum significet quale rei quoad bonum,

tum quale rei quoad malum; existit enim ille color ex luce flammea quae lux est ex Sole caeli, et quoque existit ex flammeo in inferno quod est ex igne ibi, qui ignis est similis igni carbonario; inde rubrum in caelo est prorsus aliud rubrum quam rubrum in inferno (*de quibus perplura*, n. 364[*a*,*b*]).

Per "ruber oculis prae vino" (*Gen.* xlix. 12), significatur quod intellectuale Domini fuerit Divinum Verum ex Divino Bono (n. 556[*c*]; *conf.* n. 364[*b*]).

Rubescere.—Bonum veri significatur (*Thren.* iv. 7) per "Rubuerunt ossa prae margaritis" (n. 364[*b*]).

Inter apparentias in lepra numerantur "rubescentes" (n. 962).

Rubicundus.—Violentia illata Verbo a gente Judaica, significatur (*Esai.* lxiii. 2) per "Quare rubicundus quoad vestem, et vestes tuae sicut calcantis in torculari?" "Rubicundus quoad vestem" dicitur de violentia illata Divino Bono Verbi, quod supra per "Edomum" intellectum est: *Edom* significat *rubicundum* (*de quibus plura*, n. 922[*b*]; *conf.* n. 195[*c*]).

Rubigo.—Per "uredinem et rubiginem" (*Amos* iv. 9) significatur malum et falsum in extremis, seu ex corporeo sensuali (n. 638[*c*]).

Rubinus.—Rubinus dicitur ex *rubro*; inde est quod per "rubinum" significetur verum boni caelestis (n. 364[*b*]).

Rubus.—"Rubus" in qua Dominus apparuit coram Mose (*Exod.* iii. 2), significat Divinum Amorem Veri (n. 295[*c*]).

Rufus.—(*Vide* **Ruber.**)

"Rufus" dicitur de amore in utroque sensu; nempe de amore caelesti, qui est amor in Dominum, et in opposito sensu de amore diabolico qui est amor sui (n. 714[*a*]).

"Equus rufus" (*Apoc.* vi. 4) significat intellectum Verbi deperditum quoad bonum: hoc "rufum," seu rufum hujus equi, in lingua Graeca originali dicitur ex *igne* (n. 364[*a*]; *conf.* n. 381).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 355[*b*], 364[*a*,*b*], 381, 714[*a*], 758.)

Rugire. } ***Rugitus.*** }—Per "rugire" et per "rugitum leonis," cum de Jehovah (*Amos* i. 2), significatur ardens Zelus tutandi caelum et ecclesiam, ac salvandi illos qui ibi sunt (n. 850[*d*]; *conf.* n. 601[*a*]).

Per "leones" (*Ps.* civ. 21) intelliguntur angeli caeli, et per "rugire" eorum desiderium (n. 278[*b*]).

Per "rugire" significatur effectus doloris propter desolationem Divini Veri in ecclesia (n. 601[*a*]).

In opposito sensu, per "rugire" et "rugitum leonis" significatur ardens cupiditas perdendi et devastandi ecclesiam (n. 601[*a*]; *conf.* n. 304[*c*], 601[*b*], 706[*d*]).

Rumen.—Omnia quae in *Levitico* (cap. xi.) quoad singulas bestias et aves, et quoad illarum ungulas, pedes et rumen, per quae distinguuntur munda ab immundis, significativa sunt (n. 617[*e*]).

Ruminatorius.—(*Vide* **Ventriculus.**)

Rumpere.—Per "rumpere caelos et descendere" (*Esai.* lxiii. 19 [*B.A.* lxiv. 1]) significatur visitare et judicare (n. 405[*h*]).

Rupes.—(*Vide* **Petra, Saxum.**)

"Petra" et "rupes" (*Ps.* xviii. 3 [*B.A.* 2]) praedicantur de Divino Vero (n. 316[*b*]).

"Rupes," "petra," "saxum" significant vera (n. 314[*b*]).

"Rupes" et "saxum petrae" (*Deutr.* xxxii. 13) significant verum fidei a Domino (n. 375[(viii.)]): "rupes" est Divinum Verum a Domino exter-

num, quod pro naturali homine; et "saxum petrae" est Divinum Verum a Domino internum, quod pro spirituali homine (n. 411[c]).

Aditus in quaedam inferna apparent ut scissurae petrarum et fissurae rupium; "petrae" et "rupes" etiam significant falsa fidei et doctrinae (n. 410[b]).

Ruptura.—"Non ruptura" (*Ps.* cxliv. 14) significat cohaerentiam (n. 652[c]).

Infractio et falsificatio verorum describitur in Verbo per rupturas murorum et domuum (n. 237[a]).

Per "rupturam" (*Ps.* lx. 3, 4 [*B.A.* 1, 2]) significatur labefactatio ecclesiae, et inde perversio veri ac irruptio falsi (n. 400[c]).

Per "rupturas domus Davidis" (*Esai.* xxii. 9) significantur falsa irrumpentia (n. 453[b]).

"Rupturae domus Israelis" (*Ezech.* xiii. 5) sunt lapsa ecclesiae (n. 734[d]).

Quod "Jehovah percutiet domum magnam aspersionibus, et domum parvam rupturis" (*Amos* vi. 11), significat perversionem et falsificationem veri multam apud eruditos, et aliquam apud ineruditos (n. 519[a]).

Sabaei.—Cognitiones veri et boni significantur per "Sabaeos" (*Esai.* xlv. 14), qui vocantur "viri longitudinis" ex bono (n. 654[e]).

Sabbatum.—(*Vide* ***Dominica dies.***)

"Sabbatum" significat unionem ipsius Divini ac Divini Humani in Domino, tum Ipsius conjunctionem cum caelo et ecclesia, et inde conjugium boni et veri apud hominem qui regeneratur (n. 965; *conf.* n. 54, 208[b], 223[b], 391[e], 449[b], 701[e]).

Quia talia per Sabbatum repraesentabantur, ideo erat principale repraesentativum omnium cultus in Ecclesia Israelitica, et sanctissimum prae reliquis; primarium enim omnium cultus est agnitio Divini in Humano Domini (n. 965; *conf.* n. 365[h]).

Sabbatum dictum est a *quiete* seu *pace* (n. 365[h]).

Quies die Sabbati significavit statum unionis ipsius Divini ac Divini Humani in Domino, quia tunc Domino quies, et per id pax et salus in caelis et in terris; ac in sensu respectivo significavit conjunctionem hominis cum Domino, quia tunc illi pax et salus (n. 965; *conf.* n. 365[h], 701[e]).

Bini status fuerunt Domino; primus, cum Divinum Verum fuit, et ex illo pugnavit contra inferna et subjugavit illa; alter cum Divinum Bonum factus est per unionem cum ipso Divino in Se: prior status in supremo sensu significabatur per "sex dies laboris," et posterior per "Sabbatum." Sunt bini status homini qui regeneratur; primus dum in veris est, et per vera ducitur ad bonum et in bonum; alter cum in bono est; cum homo in primo statu est, tunc in pugnis seu tentationibus est; cum autem in altero statu est, tunc in tranquillo pacis est: prior status est qui significatur per "sex dies laboris" qui praecedunt Sabbatum, et posterior status est qui significatur per "quietem die Sabbati" (n. 965; *conf.* n. 365[h], 701[e]).

Postquam Dominus univit suum Divinum cum suo Humano, tunc sanctum illud repraesentativum cessavit, ac dies ille factus est dies instructionis (n. 54): dies Sabbati hodie non est repraesentativus, sed est dies instructionis (n. 965): dies Dominica est dies Sabbati (n. 54).

"Facere opus die Sabbati" significavit non duci a Domino, sed a semet, ita disjungi (n. 965).

Per "incidere in puteum" (*Luc.* xiv. 5) significatur in falsum et in malum falsi; per "extrahi in die Sabbati" significatur instrui, et sic ab illis educi; "dies" enim "Sabbati" significat ibi Dominum quoad instructionem et doctrinam; quare Se vocat "Dominum Sabbati" (n. 537[a]).

Sabbatarius annus.—(*Videantur articuli*, n. 304[*g*], 388[*e*].)

Saccus.—Antiquis temporibus, quando externa ecclesiae ex meris correspondentiis et inde repraesentativis spiritualium constabant, repraesentabatur luctus per plura quae significabant; quod "disciderint vestes et induerint saccos," significabat luctum propter desolationem veri et boni in ecclesia, et propter non receptionem eorum: "vestes" enim in genere significabant vera ecclesiae; inde "discissio vestium" significabat dolorem propter vera ecclesiae laesa et a falsis quasi disrupta; et "induitio sacci" significabat luctum propter deprivationem boni et veri, et inde vastationem ecclesiae (n. 637[*a*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 240[*b*], 372[*b*], 400[*a*], 401[*a,c*], 617[*e*], 637[*a,b*], 652[*c*].)

Sacerdos. } —Dominus ut Sacerdos est Divinum Bonum (n. 179).

Sacerdotium. } Per duo nomina "Jesum" et "Christum" significatur tam sacerdotale quam regium Domini, per "Jesum" Divinum Bonum, et per "Christum" Divinum Verum (n. 31[*b*]).

Regnum caeleste dicitur regnum sacerdotale Domini, et regnum spirituale vocatur regnum regium Ipsius (n. 31[*a*]; *conf.* n. 155).

Sacerdotium erat repraesentativum Domini quoad opus salvationis, quia hoc erat ex Divino Bono Divini Amoris Ipsius. Sacerdotium Aharonis, filiorum ejus, et Levitarum, fuit repraesentativum operis salvationis in successivo ordine. Inde per "sacerdotium" et per "sacerdotia" in Verbo significatur bonum amoris quod a Domino (n. 31[*b*]).

Per "sacerdotes" intelliguntur qui in bono amoris; hi constituunt regnum caeleste Domini (n. 31[*a*]; *conf.* n. 155).

"Sacerdotes" significant bonum quale est in regno caelesti (n. 31[*b*]).

Per sacerdotem magnum repraesentabatur Dominus quoad sacerdotium, per quod significabatur Divinum Bonum (n. 768[*d*]).

Sacerdotes vocantur "ministri" (*Esai.* lxi. 6) quia illi repraesentabant Dominum quoad bonum amoris; "ministrare" praedicatur de bono amoris, et per "ministerium" significatur omne quod fit ex bono amoris, ita bonum amoris (n. 155; *conf.* n. 444[*b*], 527).

Quod sacerdotium tribui Levi datum fuerit, erat causa quia tribus Levi repraesentabat amorem et charitatem, et inde amorem et charitatem significabat (n. 444[*a*]).

Per "sacerdotes" intelliguntur qui docent vitam et qui ducunt ad bonum; et per "prophetas" intelliguntur qui docent vera per quae ducendi: in sensu autem abstracto per "sacerdotes" ac per "sacerdotium" intelligitur bonum amoris, proinde etiam bonum vitae; et per "prophetas" intelligitur verum doctrinae, proinde verum quod ducit ad bonum vitae; verbo, prophetae docebunt, et sacedotes ducent (n. 624[*e*]).

Per "principes sacerdotes et scribas" (*Matth.* xx. 18) significantur adulterationes boni et falsificationes veri (n. 655[*b*]).

Ex omni conjunctione mali et falsi in mundo spirituali effluit sphaera adulterii, sed solum ab illis qui in falsis quoad doctrinam sunt, et in malis quoad vitam: hoc imprimis effluit ex sacerdotibus qui false docuerunt et male vixerunt, hi enim etiam adulteraverunt et falsificarunt Verbum (*de quo plura*, n. 1007).

(*Videantur articuli*, n. 27, 31[*a,b*], 155, 177, 179, 219, 235, 237[*a*], 239[*b*], 260, 279[*a*], 329[*f*], 332, 333, 375[*e*(iv.)], 376[*f*], 412[*f*], 444[*a,b*], 475[*a*], 527, 624[*e*], 630[*c*], 655[*b*], 659[*e*], 684[*c*], 734[*d*], 750[*e*], 768[*d*], 831, 951, 1007, 1187.)

Sacharias.—Per "Sachariam" (*Matth.* xxiii. 35) intelliguntur illi qui in veris doctrinae sunt, et abstracte a persona ipsum verum doctrinae (n. 329[*g*]; *conf.* n. 391[*e*]).

(*Vide Luc.* i. 64, n. 340[*a*].)

Sacramentum Cenae.—(*Vide* ***Cena Sancta.***)
Exhortationes ad illos qui accedunt ad Sacramentum Cenae, videantur in vernacula in qua sunt scriptae (n. 250[*b*], 254).
(*Videatur etiam articulus*, n. 376[*e*].)

Sacrarium.—Divinum Verum quale est in caelis, et ex quo angelis est sapientia, latet in sensu litterae ut in suo sacrario (n. 1067).

Sacrificare.—"Sacrificare" et "suffire" significant cultum (n. 324[*d*,*e*]; *conf.* n. 340[*d*]).
"Sacrificare" et "suffire" in opposito sensu significant cultum ex falsis doctrinae, quae ex propria intelligentia (n. 324[*d*]; *conf.* n. 725[*b*]).
"Sacrificare hominem" (*Hos.* xiii. 2) significat perdere vitam spiritualem (n. 587[*c*]).

Sacrificium.—(*Vide* ***Holocaustum.***)
Quod sacrificia ab Ebero primum incepta fuerint, et dein in usu apud posteros ejus (n. 391[*b*,*h*]).
Antiqua Ecclesia ignoravit sacrificia, et aspexit illa, quando ab Ebero instituta, sicut abominanda (n. 391[*h*]).
Quod sacrificia non mandata fuerint, sed modo permissa (n. 391[*h*]).
Sacrificia ex variis bestiarum generibus permissa fuerunt, quia significabant spiritualia, et naturalia ex origine spirituali (n. 650[*d*]).
In Ecclesia Judaica cultus principaliter constabat in sacrificiis seu muneribus offerendis super altari (n. 391[*e*]).
Sacrificia post adventum Domini prorsus abolita fuerunt (n. 391[*b*]; *conf.* n. 444[*b*]).
"Holocausta" significabant cultum ex bono amoris, et "sacrificia" cultum ex veris quae ex illo bono (n. 391[*e*]): "holocausta" significabant caelestia, et "sacrificia" spiritualia (n. 725[*b*]).
Per "holocausta et sacrificiá" significatur omnis cultus repraesentativus, ex bono amoris et ex veris inde (n. 314[*c*]).
Per "sacrificium magnum" (*Ezech.* xxxix. 17) significatur cultus Domini ex fide et amore, nam illum sacrificia in genere repraesentabant (n. 650[*e*]).
(*Videantur articuli*, n. 314[*c*], 324[*d*], 329[*c*,*d*], 388[*f*], 391[*e*,*h*], 444[*b*], 449[*b*], 491, 617[*d*], 650[*d*,*e*], 725[*b*], 730[*e*].)

Sacrosanctum.—Quod reges dicti fuerint "uncti Jehovae," et quod ideo sacrosanctum fuerit laedere illos, causa (n. 375[*e*(vi.)]).

Saeculum.—Omnia tempora, sicut "horae," "dies," "septimanae," "menses," "anni," "saecula," in Verbo significant status (n. 664).
"Saeculum" in Verbo significat tempus ab antiquo, ut et tempus usque ad finem, et quoque simile quod "mundus" (n. 468).
Antiqui, qui in scientia correspondentiarum fuerunt, appellaverunt saecula secundum metalla; primum saeculum, Aureum, quia tunc regnabat innocentia, amor, et inde sapientia; secundum autem saeculum, Argenteum, quia tunc regnabat verum ex illo bono, seu bonum spirituale, et inde intelligentia; tertium saeculum, Aeneum seu Cupreum, quia tunc regnabat modo bonum naturale, quod est justum et sincerum moralis vitae; ultimum autem saeculum vocabant Ferreum, quia tunc regnabat modo verum absque bono, et cum id regnat tunc quoque regnat falsum (n. 70; *conf.* n. 176).
Per "saecula saeculorum" (*Apoc.* vii. 12), cum de Domino, significatur aeternum: quod non dicatur *in aeternum*, sed "in saecula saeculorum," est quia naturale est dicere "saecula saeculorum," ast spirituale est dicere *aeternum*; ac sensus litterae Verbi naturalis est, et sensus internus est spiritualis, et hic continetur in illo (n. 468; *conf.* n. 685): quod "saecula saeculorum" significent aeternum, est quia illa in mundo signi-

ficant tempora quoad omnem eorum durationem; in caelo autem, ubi tempora qualia in mundo non dantur, significant aeternum; sensus enim litterae Verbi est ex talibus quae in mundo sunt, sensus autem spiritualis ejus ex talibus quae in caelo sunt, et hoc ob causam ut Divinum desinat in naturalia quae mundi sunt ut in sua ultima, ac in illis quiescat et super illis subsistat, inde est quod "saecula saeculorum" dicantur, et non dicatur *aeternum* (n. 289): proprie per "saecula saeculorum" significatur aeternum, seu absque fine; sed in sensu spirituali, qui est absque idea temporis, significatur status interius regnans continue (n. 889).

(*Videantur etiam articuli*, n. 33, 84, 86, 291, 346, 349[*a*], 601[*a*], 608[*a*], 954, 1204.)

"Rex saeculi" (*Jerem.* x. 10) dicitur ex Divino Vero in terris (n. 400[*b*]).

"Colles saeculi" (*Hab.* iii. 6) significant Antiquam Ecclesiam, et amorem erga proximum (n. 629[*b*]; *conf.* n. 405[*f*], 448[*b*]).

"Dormire somnum saeculi, et non evigilare" (*Jerem.* li. 39), significat quod in aeternum non percepturi vera (n. 481; *conf.* n. 601[*b*]).

"Adducere justitiam saeculorum" (*Dan.* ix. 24) significat ultimum judicium, quando cuivis retribuetur secundum facta ejus (n. 624[*e*]; *conf.* n. 684[*e*]).

"Consummatio saeculi" significat ultimum tempus ecclesiae (n. 47, 304[*f*], 315[*d*], 624[*a*])

Causae quod Ecclesia Christiana, postquam Dominus reliquit mundum, in orbe Europaeo tam lente creverit, et ad plenum suum non nisi quam post saeculum venerit (n. 732).

Saevus.—Per "diem Jehovae saevum" (*Esai.* xiii. 9) significatur dies ultimi judicii (n. 401[*c*]).

Sagena.—(*Vide* ***Rete.***)

Separatio naturalium bonorum et naturalium malorum apparet in mundo spirituali sicut rete seu sagena emissa in mare contrahens et subducens in litus pisces; haec apparentia etiam est ex correspondentia; quare a Domino assimilatur regnum caelorum sagenae contrahenti pisces (n. 513[*d*]).

Saginarius.—"Edere vitulos e medio saginarii" (*Amos* vi. 4) significat haurire cognitiones boni externi seu naturalis hominis (n. 279[*a*]).

Saginatus.—(*Vide* ***Adeps.***)

Per "vitulum saginatum" (*Luc.* xv. 23) significatur bonum amoris et charitatis (n. 279[*a*]).

"Saginati Baschanis" (*Ezech.* xxxix. 18) sunt bona naturalis hominis ex origine spirituali (n. 650[*e*]).

Sagitta.—(*Vide* ***Arcus, Jaculum, Telum.***)

Quod "arcus" significet doctrinam pugnantem, seu doctrinam ex qua pugnatur contra mala et falsa; et quod "sagittae," "jacula" et "tela" significent vera doctrinae quae pugnant (n. 357[*a*]).

Arma belli, sicut "hastae," "arcus," "sagittae" et "gladii" significant talia quae sunt belli spiritualis (n. 671).

Sagittarii.—"Sagittarii" seu "arcum tenentes" sunt qui impugnant vera ex falsis doctrinae (n. 357[*c*]): "vox sagittariorum" significat falsa doctrinalia (n. 411[*e*]; *conf.* n. 223[*b*], 355[*d*], 357[*a*]).

Sal. } —Per "salem" significatur desiderium veri ad bonum, ex quo con-
Salsugo. } junctio utriusque (n. 701[*e*]).

"In salem abire" (*Ezech.* xlvii. 11) significat non recipere vitam spiritualem, sed manere in vita mere naturali (n. 342[*b*]).

"Salsugo" (*Ps.* cvii. 34) est devastatio veri per falsa (n. 730[*b*]).

Devastatio omnis veri significatur (*Zeph.* ii. 9) per "foveam salis" (n. 653[*b*]).

Salix.—Per "salices torrentis" (*Levit.* xxiii. 40) significantur vera et bona infima naturalis hominis, quae sunt sensualium externorum (n. 458[*b*]).

Salomo.—Salomo repraesentavit Dominum quoad utrumque regnum, tam caeleste quam spirituale (n. 654[*f*]).

Quia unicuique homini ecclesiae est spirituale, rationale, et naturale, ideo Salomo aedificavit tres domos, Domum Dei seu Templum pro spirituali, domum silvae Libani pro rationali (nam "cedrus" et inde "Libanus" significat rationale), ac domum filiae Pharaonis pro naturali (n. 654[*f*]).

Quod "Salomo acceperit filiam Pharaonis in uxorem, et adduxit illam in urbem Davidis" (1 *Reg.* iii. 1), causa (n. 654[*f*]).

Quia Salomo non modo comparavit sibi equos ex Aegypto, sed etiam multiplicavit uxores, ut et argentum et aurum congessit, ideo idololatra factus est, ac regnum post ejus mortem divisum est (n. 654[*h*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 219, 220[*b*], 253[*b*], 277[*b*], 316[*d*], 514[*b*], 654[*b*], 700[*g*].)

Salsugo.—(*Vide* ***Sal.***)

Saltare.—"Montes saltarunt sicut arietes, colles sicut filii gregis" (*Ps.* cxiv. 6), significat quod bonum caeleste et bonum spirituale ex gaudio faciant bona; "saltare" significat ex gaudio facere bona (n. 405[*c*]).

"Saltare" (*Esai.* xiii. 21), ubi de satyris, est gaudium ex amore spurco qui bonum amoris adulteravit (n. 1029[*e*]).

Saltitare.—"Hinnire" et "saltitare" (*Nahum* iii. 2) est ferri cupidine et jucundo (n. 355[*e*]).

Salum.—"Mare et salum," quae resonabunt (*Luc.* xxi. 25), sunt fallaciae et inde ratiocinia (n. 175[*b*]; *conf.* n. 304[*f*]).

Salus.—(*Vide* ***Salvatio.***)

Quia fuit Humano Domini Divinum Verum ac Divina Potentia, vocatur (*Ps.* lxxxix. 27 [*B.A.* 26]) "Deus et Petra salutis" (n. 684[*c*]; *conf.* n. 205, 411[*c*]).

"Cornu salutis" in domo Davidis" (*Luc.* i. 69) significat omnipotentiam salvandi per Divinum Verum ex Divino Bono (n. 316[*b*]).

Liberatio a malis a Domino, et salvatio, intelligitur (*Ps.* xiv. 7) per "Quis dabit ex Zione salutem Israelis?" (n. 811[*c*].)

"Salus" est vita aeterna (n. 1198); "salus" est salvatio (n. 745).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 63, 205, 304[*f*], 316[*b*], 326[*b*], 328[*c*], 340[*a*], 365[*d*], 406[*b*], 411[*c*], 412[*f*], 460, 483[*b*], 684[*c*], 695[*b*], 745, 811[*c*], 1198.)

Salutare.—(*Vide Matth.* x. 12, n. 365[*b*].)

Salvare. }
Salvatio. } —(*Vide* ***Salus.***)
Salvator. }

Dominus "Salvator" dicitur ex bono amoris (n. 654[*b*]; *conf.* n. 654[*e*], 706[*b*]).

Est Domino potestas super omnia, quia est solus Deus; sed salvatio humani generis est principale potestatis, quia propter illam caeli et mundi creati sunt; ac illa est receptio Divini procedentis (n. 293).

Absque Divina Domini potentia, non aliquis homo salvari potest (n. 689).

Nemo salvari potest ex misericordia immediata, sed ex mediata; et usque ex pura misericordia salvantur qui Divinum Verum anima et corde a Domino recipiunt. Non salvari possunt qui non volunt reformari ac regenerari a Domino (n. 745).

Sciendum est quod omnes illi salventur qui in tentationes mittuntur (n. 474).

(*Videantur etiam articuli*, n. 86, 433[*c*], 805[*g*].)

Samaria.—Per "Samariam" significatur ecclesia spiritualis, seu ecclesia in qua charitas et fides unum faciunt (n. 391[*g*], 576).

Per "Samariam," ubi Israelitae erant, significatur ecclesia spiritualis in qua bonum spirituale, quod est bonum charitatis erga proximum; per "Hierosolymam" autem, ubi erant Judaei, significatur ecclesia caelestis, in qua bonum caeleste, quod est bonum amoris in Dominum, est essentiale (n. 653[*a*]).

Per "Samariam" intelligitur ecclesia spiritualis quoad vera doctrinae (n. 695[*d*]).

Postquam perversa facta est, tunc per "Samariam" significata est ecclesia in qua charitas separata est a fide (n. 391[*g*]).

Per "Samariam" intelligitur ecclesia quoad falsa doctrinae (n. 695[*d*]).

Quoniam per "vitulum" significatur bonum naturalis hominis ac verum ejus, quod est scientificum, ideo postquam applicuerunt scientifica ecclesiae ad magica et idololatrica, verterunt vitulum in idolum; exinde quoque fuit vitulus in Samaria (n. 279[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 160, 163, 193[*a*], 223[*c*], 240[*b*], 279[*b*], 314[*b*], 355[*f*], 374[*b*], 391[*g,h*], 483[*b*], 513[*c*], 555[*b*], 576, 637[*a*], 653[*a*], 654[*l*], 695[*d*], 714[*c*], 724[*e*].)

Samarita.—Per "Samaritam" (*Luc.* x. 33) intelliguntur gentes quae in bono charitatis erga proximum erant (n. 375[*e*(viii.)]; *conf.* n. 376[*e*], 444[*c*], 458[*b*], 483[*b*]).

Samaritani.—"Urbs Samaritanorum" (*Matth.* x. 5, 6), quam discipuli non ingrederentur, significat falsam doctrinam eorum qui rejiciunt Dominum (n. 223[*c*]).

Samaritis.—Per "Samaritas" (*Joh.* iv. 5–20) intellexit Dominus gentes qui recepturi Divina vera ab Ipso; et per "mulierem Samaritidem" ecclesiam ex illis; per "fontem Jacobi" intellexit Divinum Verum a Se, seu Verbum (n. 483[*b*]).

Samuel.—Per "Mosen et Samuelem" (*Jerem.* xvi. 1) in sensu repraesentativo significatur Verbum (n. 750[*f*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 395[*c*], 811[*b*], 951.)

Sanare.—(*Vide* **Curare.**)

Spiritualiter sanari est a malis et falsis (n. 365[*e*]).

"Se convertere et sanari" (*Joh.* xii. 40) est profanare, quod fit cum agnoscuntur vera et bona, et imprimis cum agnoscitur Dominus, et dein negatur; ita fuisset si Judaei per signum se converterint et sanati fuerint (n. 706[*b*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 179, 342[*b*], 513[*a*], 815[*b*], 822.)

Sanatio.—(*Vide* **Curatio.**)

Per "sanationes morborum" a Domino significatae sunt sanationes vitae spiritualis variae (n. 455[*c*]).

Sancta Cena.—(*Vide* **Cena Sancta.**)

Quod qui ab hodierna Babylonia separaverint panem et vinum, causae (n. 1054).

Sancheribus.—Per "Sancheribum" ut regem Assyriae (*Esai.* xxxvii. 17) significatur rationale perversum (n. 778[*c*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 518[*d*], 654[*b*], 706[*c*].)

Sanctificare. } ***Sanctificatio.*** }—"Sanctificari" dicitur de illis qui recipiunt Divinum Verum (n. 228): "sanctificari" (*Joh.* xvii. 17, 19) manifeste dicitur de veritate, et "sanctificati" de illis qui Divinum Verum a Domino recipiunt (n. 204[*b*]).

Quod inaugurationes et sanctificationes factae fuerint per oleum, causae (n. 329[c]; *conf.* n. 375[e]).
Quod templum et altare (*Matth.* xxiii. 16–22) fuerint sanctissima, ex quibus omnis sanctificatio (n. 391[c]).
Sanctificatio reliquorum praeceptorum ex tertio et quarto pendet (n. 965).

Sanctitas.—Per "sanctum" et "sanctitatem" intelligitur Divinum Verum et quod inde procedit (n. 204[a]).
"Sanctitas Jehovae" (*Exod.* xxviii. 36) significat Dominum quoad Divinum Humanum, ex quo omne sanctum caeli et ecclesiae procedit (n. 427[b]).
"Templum sanctitatis" (*Hab.* ii. 20) est caelum ubi et unde Divinum Verum (n. 587[b]; *conf.* n. 220[a]).
"Templum sanctitatis" (*Ps.* lxxix. 1) significat cultum (n. 388[c]; *conf.* n. 1100[d]).
"Verbum sanctitatis" (*Jerem.* xxiii. 9) significat Divina vera (n. 376[f]).
"Mons sanctitatis" (*Esai.* lxv. 25) est caelum, in specie caelum intimum (n. 314[b]), in quo regnat bonum amoris (n. 391[b]; *conf.* n. 375[e(vi.)], 391[e], 502[b], 684[b]).
Hierosolyma etiam vocatur "mons sanctitatis" et quoque "collis," nam per "montem sanctitatis" significatur bonum spirituale, quod in sua essentia est verum ex bono (n. 405[e]; *conf.* n. 355[c]).
(*Videantur etiam articuli*, n. 376[c], 448[c], 610, 630[c].)

Sanctuarium.—"Sanctuarium" (*Ps.* cxiv. 2) significat in supremo sensu Ipsum Dominum (n. 433[d]): per "sanctuarium" significatur ipsum sanctum caeli et ecclesiae (n. 405[c]).
Per "sanctuarium," quod profanabitur (*Ezech.* xxiv. 21), significatur Verbum ex quo ecclesia, hoc enim est ipsum sanctuarium quia est Divinum Verum (n. 724[d]).
Per "sanctuarium" (*Levit.* xx. 3) significatur verum caeli et ecclesiae (n. 768[e]).
"Sanctuarium" dicitur (*Thren.* ii. 7) de ecclesia quoad vera (n. 391[d]; *conf.* n. 204[a], 288[b]).
Per "sanctuarium" (*Ps.* cxiv. 2) in respectivo sensu significatur cultus ab Ipso (n. 433[d]).
(*Videantur etiam articuli*, n. 69, 270, 316[c], 336[b], 365[d], 504[e], 684[e], 701[c], 706[d].)

Sanctum Sanctorum.—"Ad ungendum Sanctum sanctorum" (*Dan.* ix. 24) significat ad uniendum ipsum Divinum cum Humano in Domino, hoc enim est Sanctum sanctorum (n. 684[e]; *conf.* n. 624[e], 1073).

Sanctus.—(*Vide* ***Spiritus Sanctus.***)
Quod Dominus dicatur "Sanctus," "Sanctus Dei," "Sanctus Israelis," et "Sanctus Jacobi," est quia solus est sanctus, et nemo alius (n. 204[a]).
Quod "sanctum" in Verbo dicatur de Divino Vero, et inde de charitate et ejus fide (n. 204[a]).
Quod Divinum Verum procedens a Domino dicatur "Spiritus veritatis," et "Spiritus sanctus" (n. 183[b], 204[a]). (*Vide* DIVINUM PROCEDENS, s. v. ***Dominus.***)
Qui recipiunt plus Divinum Verum quam Divinum Bonum constituunt regnum spirituale Domini, et in Verbo vocantur sancti (n. 204[a]).
Quod angeli, prophetae et apostoli dicantur "sancti," est quia per illos in sensu spirituali intelligitur Divinum Verum (n. 204[a]).
Quando Divinum influit ac implet, sanctus tremor occupat, vibrat et pervellit interiora capitis (n. 677).
(*Videantur articuli*, n. 183[b,c], 204[a,b], 205, 285, 313[b], 316[a,c], 325[a], 326[b], 328[f], 365[e], 388[c], 391[g], 394, 458[b], 493, 494, 610, 650[d], 677, 695[a], 750[e], 813, 850[d], 893, 941, 944, 959, 973, 975, 1049, 1054, 1193.)

Sanguis.—"Sanguis Domini" significat Divinum Verum procedens ab Ipso (n. 329[*a,b*]; *conf.* n. 30, 298[*c*], 748, 778[*c*], 810).

"Sanguis Agni" (*Apoc.* xii. 11) significat Divinum Verum procedens ex Divino Humano Domini (n. 748).

Dicitur "sanguis novi foederis" (*Matth.* xxvi. 27), quia "sanguis" significat Divinum Verum procedens a Domino, ac "foedus" conjunctionem (*de quo perplura*, n. 701[*c*]).

Sanguis correspondet vero et inde significat illud (n. 962).

Per "sanguinem sanctorum" (*Apoc.* xvii. 6) significantur Divina vera (n. 1049).

"Panis" significat bonum amoris, ac "sanguis" et "vinum" verum ex illo bono, utrumque a Domino (n. 617[*c*]).

Per "sanguinem" significantur interiora vera (n. 617[*d*]).

Per "vinum" et "sanguinem uvarum" significatur Divinum Verum (n. 475[*b*]; *conf.* n. 195[*c*], 374[*c*]).

Per "sanguinem" in opposito sensu significatur falsum violentiam inferens vero quod a Domino (n. 30; *conf.* n. 329[*f*]).

"Sanguis" est falsum (n. 405[*h*]).

"Effundere sanguinem" significat violentiam inferre charitati et quoque Divino Vero quod in Verbo (n. 645).

"Sanguines" (*Ezech.* vii. 23) sunt mala quae violentiam inferunt bonis amoris et charitatis, et ea prorsus destruunt (n. 304[*e*]; *conf.* n. 329[*f,g*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae plurima ex parte explicata*, n. 30, 151, 175[*b*], 195[*c*], 239[*b*], 298[*c*], 304[*e*], 314[*b*], 328[*a*], 329[*a–g*], 355[*e*], 357[*b*], 372[*b*], 374[*c*], 376[*c*], 388[*f*], 391[*e*], 394, 400[*a*], 401[*a,c*], 403[*e*], 405[*h*], 475[*b*], 476, 503[*a*], 512, 556[*c*], 600[*c*], 617[*c,d*], 624[*c*], 645, 700[*e*], 701[*c*], 730[*b*], 748, 750[*g*], 778[*c*], 810, 918, 923, 960[*b*], 966, 975, 976, 1049, 1050, 1193.)

Sanies.—"Sanies" significat verum conspurcatum (n. 700[*e*]).

Sanitas.—(*Vide* ***Sanare, Sanatio, Curare, Curatio.***)

Salvatio hominum significatur (*Esai.* liii. 5) per "Vulnere Ipsius sanitas est data nobis" (n. 365[*e*]).

"Sol justitiae" (*Mal.* iii. 20) significat bonum amoris; "alae Jehovae," in quibus sanitas, significant verum ex illo bono; "sanitas" est reformatio per illud (n. 283[*b*]): "sanitas in alis" significat verum fidei (n. 279[*a*]).

Santalus.—Per "santalos" (*Num.* xxiv. 6) significantur illa quae sunt naturalis hominis, et per "cedros" illa quae sunt rationalis hominis (n. 518[*b*]).

Sapere. }
Sapor. } —(*Vide* ***Sapientia.***)
Sapidus. }

Quoniam "comedere" significat percipere quale est, et hoc percipitur per saporem, inde ex correspondentia est quod in linguis humanis "sapor" et "sapere" etiam praedicetur de perceptione rei; unde quoque dicitur "sapientia" (n. 617[*e*]).

Homo non potest intelligere verum et sapere bonum a se, sed a Domino.

Quod dicatur *sapientia et intelligentia*, est quia sapientia est veri ex bono, tunc enim homo sapit in vero bonum, at intelligentia est veri per quod bonum; tunc enim homo nondum sapit in vero bonum, sed afficitur vero quia est verum (n. 318).

"Sapor" et "gustus" significat affectionem sciendi et sapiendi (n. 519[*a*]). (*Vide* ***Gustus.***)

"Sapidum" significat jucundum et amoenum sapientiae (n. 519[*a*]).

Sapientia. } —(*Vide* ***Sapere.***)
Sapiens. }

"Sapientia," cum de Domino, significat Divinam providentiam (n. 338).

"Sapientia" significat receptionem Divini Veri in intimis, nam inde sapientia (n. 465).
Intellectus est receptaculum sapientiae a Domino (n. 466).
Auditus praecipue datus est homini ad recipiendum sapientiam, visus autem ad recipiendum intelligentiam: sapientia est percipere, velle et facere; intelligentia est scire et percipere: caelestes angeli per auditum hauriunt sapientiam (n. 14).
Homo est homo ex sapientia, quare quantum aliquis sapiens est tantum est homo (*de quo plura*, n. 280[*a*]).
Intelligentia est intellectus veri qualis est spirituali homini, et sapientia intellectus veri qualis est caelesti homini; hujus intellectus est ex voluntate boni (n. 280[*b*]). (*Vide* ***Intelligentia.***)
Ex bonis et veris internis, quae sunt bona et vera spiritualia, est sapientia; et ex bonis et veris externis, quae sunt bona et vera naturalia ex spiritualibus, est intelligentia. Sapientia distinguitur ab intelligentia in eo, quod sapientia sit ex luce caeli, et quod intelligentia sit ex luce mundi illustrata ex luce caeli (n. 408).
Omnis sapientia est ex veris quae ex bono a Domino (n. 333; *conf.* n. 741[*c*]).
Sapientia fit quando vera mandantur vitae (n. 376[*b*]).
Per "sapientes ex oriente" (*Matth.* ii. 11) significantur illi qui in cognitionibus veri et boni sunt (n. 324[*c*]).
Per "prophetas" (*Matth.* xxiii. 34) significatur verum doctrinae, per "sapientes" bonum doctrinae, per "scribas" Verbum ex quo doctrina (n. 655[*b*]).
Quod omnis homo non sit intelligens et sapiens, est quia ille qui non est occluserat apud se receptaculum lucis per vitam (n. 1224).
Quicquid ex proprio est, contra sapientiam et intelligentiam est; et quod contra sapientiam est stultitia est, et quod contra intelligentiam insania est (n. 318).
Per "sapientes in oculis suis" (*Esai.* v. 21) significantur qui ex propria intelligentia (n. 376[*g*]): per "sapientiam" (*Apoc.* xiii. 18) intelligitur sapientia in oculis illorum, quae tamen est insania illis visa sicut sapientia (n. 844).

Sapor.—(*Vide* ***Sapere.***)

Sapphirus.—Quod thronus apparuerit "in aspectu lapidis sapphiri" (*Ezech.* i. 26) erat quia "sapphirus" significabat Divinum Verum procedens a Divino Bono, et inde spirituale verum pellucens ex caelesti bono (n. 253[*a*]).
"Sapphirus" significat translucidum ex veris (n. 196); tum translucentiam a veris internis (n. 329[*b*]).
(*Videantur etiam articuli*, n. 69, 701[*c*], 717[*a–c*].)

Sarah.—(*Videatur articulus*, n. 659[*d*].)

Sarcina.—Per "sarcinas" (*Judic.* v. 16) significantur cognitiones et scientifica in naturali homine (n. 434[*c*]).
"Cubans inter sarcinas" (*Gen.* xlix. 14) significat vitam inter opera (n. 445).

Sarculum.—(*Vide Esai.* vii. 25, n. 304[*c*], 405[*c*].)

Sardes.—De Ecclesia in Sardibus (n. 182–201).
"Ecclesia in Sardibus" significat illos qui moralem vitam agunt, sed non spiritualem quia parvi pendunt cognitiones spiritualium, et inde intelligentiam et sapientiam (n. 182).
"Habes pauca nomina etiam in Sardibus quae non inquinaverunt vestimenta sua" (*Apoc.* iii. 4), significat illos qui agunt vitam moralem ex origine

spirituali, per quod cognitiones veri et boni ex Verbo applicent usibus suae vitae (n. 195[*a*]).

Sardius.—(*Vide* ***Pyropus.***)

Per "lapidem sardii" (*Apoc.* iv. 4) significatur caelestis amor boni (n. 268): dicitur "sardius," quoniam per illum lapidem significatur bonum, hic Divinum Bonum quia de Domino. Est hic lapis qui vocatur "pyropus," quia sicut ex igne lucet (n. 268).

Sarrire.—(*Vide Esai.* vii. 25, n. 304[*c*], 405[*c*].)

Sartago.—Verum falsificatum et adulteratum, quod in se est falsum, significatur (*Ezech.* iv. 3) per "sartaginem ferri" quam daret propheta parietem inter se et inter urbem (n. 706[*d*]).

Satanas.—(*Vide* ***Diabolus.***)

Per "Satanam" significatur infernum unde falsa; quod hoc infernum dicatur "Satanas," est quia omnes qui in eo sunt vocantur satanae (n. 740[*a*]).

Quod non aliquis diabolus et satanas ante creationem mundi fuerit, qui fuerat lucis angelus, et postea cum turba sua ejectus in infernum (n. 740[*a*]).

Qui prorsus non vixerunt secundum aliquid Domini, interius conjuncti fuerunt inferno. Hi vocantur "Diabolus" et "Satanas," quia conspurcaverunt vera Verbi per vitam amoris sui et amoris mundi (n. 737).

(*Videantur articuli*, n. 120, 134, 138, 171, 210, 535, 655[*a*], 735, 736, 740[*a–c*], 1143.)

Satiare.—Per "satiare omne vivens beneplacito" (*Ps.* cxlv. 16) significatur locupletare Divino Vero ex Amore omnes qui recipiunt vitam (n. 295[*c*]).

Per quod "in diebus famis satiabuntur" (*Ps.* xxxvii. 19), significatur quod sustentabuntur a veris cum tentantur et infestantur a falsis (n. 386[*d*]).

Per "non satiari" (*Amos* iv. 8) significatur non invenire verum quod in se verum est (n. 532).

Quod Dominus non aliud in ecclesia, quae tunc erat apud Judaeos, invenerit, quam falsa et falsificata vera, significatur (*Thren.* iii. 15) per quod satiaverint Ipsum amaritudinibus et inebriaverint absinthio" (n. 519[*a*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 329[*d*], 617[*d*], 960[*a*].)

Satietas.—"Satietas," quam non sciunt (*Esai.* lvi. 11), significat receptionem boni; "satietas" enim praedicatur de cibo, per quem significatur nutritio spiritualis (n. 376[*f*]).

"Comedere ad satietatem" (*Esai.* xxiii. 18) significat cognitiones boni recipere, percipere et appropriare sibi quantum satis ad nutritionem animae (n. 617[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae plura videantur*, n. 617[*b,d*].)

Satur.—Consolatio et benedictio post tentationes intelliguntur (*Deutr.* xxxiii. 23) per "Satur beneplacito et benedictione Jehovae" (n. 295[*c*]).

Per "saturos pro pane conductos" (1 *Sam.* ii. 5) intelliguntur illi qui ab Ecclesia Judaica; qui "saturi" dicuntur ex eo, quod illis vera in abundantia; et "conducti pro pane" ex eo, quod non adduci ad discendum et ad faciendum illa possent, nisi sicut mercenarii (n. 721[*a*]; *conf.* n. 386[*d*]).

Saturare.—Quod qui veris afficiuntur, plene instruantur, significatur (*Ps.* xvii. 14) per "Saturantur filii" (n. 622[*a*]).

Per "De fructu operum tuorum saturatur terra" (*Ps.* civ. 13), significatur quod ex Divina operatione continue crescat ecclesia apud hominem; haec dicitur "saturari" per continuam crescentiam (n. 405[*d*]).

Per "non saturari" (*Esai.* ix. 19 [*B.A.* 20]) est deprivari (n. 386[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae plura videantur explicata*, n. 118, 204[*b*], 294[*b*], 386[*d*], 1159.)

Saturitas.—Abundantia boni amoris ac veri ex illo bono describitur (*Ezech.* xxxix. 19) per quod "comederent carnem et pinguedinem ad saturitatem," et quod "biberent sanguinem usque ad ebrietatem," et hoc ex sacrificio (n. 329[*d*]).

Satyri.—Falsificata vera sunt "filiae noctuae" (*Esai.* xiii. 21), adulterata bona sunt "satyri" (n. 1029[*e*]): per "daemones silvestres" seu "satyros" significantur cupiditates mere corporeae (n. 587[*a*]; *conf.* n. 1037).

Sauciatus.—"Sauciatum esse in mortem" (*Apoc.* xiii. 3) significat discordare cum Verbo (n. 785[*a*]).

Saulus. } —Per "Saulum" ut regem (2 *Sam.* i. 24) significatur verum pugnans
Schaulus. } contra falsum, et tutans ecclesiam (n. 195[*b*], 278[*c*], 281[*b*]).

Saulus, cum malus spiritus erat super illo, repraesentabat falsa veris spiritualibus opposita; quae per sonum citharae dissipabantur, quia "cithara" significabat affectionem veri spiritualem (n. 323[*c*]).

Quod "abruptio alae pallii" (1 *Sam.* xv. 27, 28; cap. xxiv. 5, 6, 12, 21) significaverit abruptionem regni a Schaule (n. 395[*c*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 357[*b*], 951.)

Saxum.—(*Vide* ***Lapis, Petra, Rupes.***)

Saxum correspondet vero fidei, et inde significat illud (n. 411[*b*]).

"Saxum petrae" est verum fidei a Domino (n. 375[*e*(viii.)]; *conf.* n. 314[*b*], 374[*c*], 411[*c*]).

Scabellum.—Quoniam "pedes Jehovae" seu "Domini" significant ultimum ordinis Divini, et hoc in specie est externum ecclesiae, cultus et Verbi, ideo hoc in Verbo vocatur "scabellum pedum" Ipsius (n. 69).

Per "ponere inimicos scabellum pedum" significatur prorsus subjugare (n. 298[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 69, 223[*c*], 298[*b*], 413[*b*], 606, 608[*b*], 684[*c*], 687[*b*].)

Scalprum.—Falsum irradicatum intelligitur (*Jerem.* xvii. 1) per "scriptum stylo ferri et scalpro adamantis" (n. 391[*g*]).

Scandalum. } —Qui in fide absque charitate sunt, se scandalizant ex eo, quod
Scandalizare. } Dominus Se passus sit crucifigi; idcirco etiam vocatur "scandalum" (*Matth.* xvi. 23; *Marc.* viii. 33) (n. 740[*b*]).

Per "scandalizare unum parvorum credentium in Jesum" (*Matth.* xviii. 6) significatur pervertere illos qui agnoscunt Dominum (n. 1182).

Scaturigo.—(*Vide* ***Fons.***)

"Scaturigo" (*Hos.* xiii. 15) est doctrina, et "fons" est Verbum (n. 730[*b*]).

"Scaturigo" seu "fons" (*Esai.* xlix. 10) est Verbum (n. 386[*d*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 304[*d*], 386[*d*], 483[*a,b*], 714[*c*], 730[*b,c*].)

Sceptrum.—(*Vide* ***Baculus, Virga.***)

Sceptra regum erant curti baculi ex arbore significativa. Per "sceptra" (*Ezech.* xix. 14) significatur Divinum Verum quoad dominium (n. 727[*a*]; *conf.* n. 431[*a*]).

"Sceptrum rectitudinis" (*Ps.* xlv. 7 [*B.A.* 6]) est Divinum Verum cui potentia et regnum (n. 684[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 177, 447, 684[*b*], 727[*a*].)

Schaddai.—"Deus Schaddai" est verum increpans in tentationibus et postea consolans (n. 283[*c*]).

Quod "cum expandit Schaddai" (*Ps.* lxviii. 15 [*B.A.* 14]) significet statum tentationum, est quia "Deus Schaddai" significat tentationes et consolationes post illas (n. 283[*b*]).

(*Videantur articuli*, n. 283[*b,c*], 386[*c*], 448[*b*], 959.)

Schalem.—Per "Schalem" significatur pax; a *pace* etiam dicta est Hierosolyma "Schelomim;" et ideo Melchizedech, qui sacerdos Deo altissimo, fuit rex Schalem (n. 365[*f*]; *conf.* n. 376[*e*]).

Per "Schalem" significatur regnum spirituale, ubi genuinum verum (n. 357[*d*]).

Schammah.—Per "urbem" (*Ezech.* xlviii. 35) significatur doctrina veri ex bono amoris; quare illa vocatur "Jehovah schammah," seu "Jehovah ibi" (n. 438).

Scharon.—Per "Libanum" (*Esai.* xxxiii. 9) significatur ecclesia quoad rationalem intellectum boni et veri; per "Scharonem," "Baschanem" et "Carmelem," illa quoad cognitiones boni et veri ex Verbi sensu naturali (n. 730[*b*]): "gloria Libani" (*Esai.* xxxv. 2) significat Divinum Verum, et "honor Carmeli et Scharonis" significat Divinum Bonum, quae recipiunt (n. 288[*b*]).

Schaulus.—(*Vide* **Saulus.**)

Scheba.—Per "Schebam" significantur cognitiones veri et boni (n. 717[*c*]; *conf.* n. 242[*d*], 324[*c*]).

Per "aurum Schebae," de quo dabit (*Ps.* lxxii. 15), intelligitur bonum amoris in quod Dominus ducet per cognitiones (n. 242[*e*]): "aurum Schebae" est bonum charitatis (n. 328[*d*], 329[*e*]).

Per "reges Schebae et Sebae" (*Ps.* lxxii. 10) intelliguntur bona interiora et exteriora naturalis hominis; per "Schebam" bona interiora ejus, et per "Sebam" bona exteriora ejus (n. 406[*c*]).

Schebna.—(*Videatur articulus*, n. 206.)

Schechemus.—Quod cives Schechemi non vellent quod bonum caeleste, quod est "olea" (*Judic.* ix. 7–16), non verum illius boni, quod est "vitis," nec bonum morale, quod est "ficus," regnarent super illos; sed malum falsi apparens illis sicut bonum, quod est "rhamnus" (n. 638[*c*]).

Schelomim.—(*Vide* **Schalem.**)

A *pace* Hierosolyma dicta est "Shelomim" (n. 365[*f*]).

Schemus.—(*Vide Gen.* ix. 21–23, n. 240[*b*].)

Schichor.—Per "aquas Schichoris," seu Aegypti (*Jerem.* ii. 18), significantur scientifica falsa, seu scientifica confirmantia falsa (n. 518[*e*]).

Investigare spiritualia per scientifica naturalis hominis, significatur (*Jerem.* ii. 18) per "Quid tibi cum via Aegypti, ut bibas aquas Schichoris?" (n. 569[*c*]:) significatur instructio solum a naturali homine, unde mera falsa (n. 654[*j*]).

Schilo. } —"Schiloh" inter nomina unius Dei (n. 959).
Schiloh. } Per "Schilo" (*Gen.* xlix. 10) intelligitur Dominus (n. 556[*c*]; *conf.* n. 119): "Usque dum venit Schiloh," significat adventum Domini, et tunc tranquillum pacis (n. 433[*b*]).

Per "habitaculum Schiluntis" (*Ps.* lxxviii. 60) significatur ecclesia quae in bono amoris est (n. 811[*a*]).

Per "Gedaliam," quem rex Babelis in praefectum fecit terra, et per "Judaeos qui fuerunt cum eo," ac per "Chaldaeos, tum viros ex Sichem, ex Schilunte et Samaria" (*Jerem.* xli. 1–8), intelliguntur illi qui profanant, ac in sensu abstracto omnis generis profanationes (n. 374[*b*]).

Schimeon.—(*Vide* **Simeon.**)

Schitta. } —Per "cedrum schittae, myrtum et arborem olei" (*Esai.* xli. 19),
Schittim. } significatur bonum spirituale et caeleste; per unamquamvis "arborem" aliquid boni et veri ecclesiae in Verbo significatur, et illa ecclesiae quae sunt in spirituali seu interno homine significantur per "cedrum

schittae, myrtum et arborem olei" (n. 375[*e*(viii.)]); "cedrus [schittae]" est verum rationale superius (n. 730[*c*]); "cedrus schittae" significat genuinum verum (n. 294[*b*]).
(*Videatur etiam Esai.* xli. 19, n. 109, *ubi legitur* "cedrus schittim.")
Per "lignum schittim" (*Exod.* xxvii. 1) significatur bonum justitiae seu meriti, quod soli Domino (n. 391[*f*]).
Per quod "Fons e domo Jehovae exibit et irrigabit flumen schittim" (*Joel* iv. [*B.A.* iii.] 19), significatur quod e caelo a Domino verum doctrinae, quod illustrabit illos qui in cognitionibus et scientiis sunt (n. 433[*c*]); illustrans scientifica et cognitiones quae in naturali (n. 483[*a*]): per "flumen schittim quod irrigabit" significatur illustratio intellectus (n. 518[*a*]).

Schoham.—Per "lapides schoham" (*Exod.* xxviii. 9) significabantur vera ex bono amoris (n. 431[*a*]).

Scientia.—(*Vide* ***Scientifica, Aegyptus, Cognitio.***)
Mens naturalis aperitur per scientias et cognitiones veri et boni, et mens spiritualis per vitam secundum illas (n. 1050).
Ecclesia primum formatur apud hominem per scientias et cognitiones in naturali homine, qui illis primum excolitur (n. 654[*k*]).
Omne rationale excolitur per scientias et formatur per vera (n. 569[*c*]).
Scientiae sunt modo media ad usus; et quales usus ex illis existunt, tales sunt: sunt vivae quando homo per illas intelligentiam et sapientiam sibi acquirit (n. 507).
Genuina ratiocinia de spiritualibus existunt ex influxu in spiritualem hominem, et inde per rationalem in scientias et cognitiones quae sunt in naturali homine, per quas spiritualis homo se confirmat (n. 569[*a*]).
Per ultimos terminos terrae Canaanis significabantur ultima ecclesiae, quae sunt scientiae comprehendentes cognitiones veri et boni. Per scientias intelliguntur scientiae quales fuerunt antiquis, nempe, scientia correspondentiarum, repraesentationum, influxuum, ac de caelo et inferno; quae imprimis comprehendebant cognitiones veri et boni ecclesiae, ac illis inserviebant (n. 514[*b*]; *conf.* n. 70).
Quisque qui in affectione veri spirituali est, novit quod ad sapientiae primum gradum non venerint qui ex scientiis superbiunt, ac intelligentissimos se inde credunt (n. 117).
Per "spiritum scientiae et timoris Jehovae" (*Esai.* xi. 2) significatur omniscientia et ipsa sanctitas in cultu (n. 696[*c*]).
"Per scientiam suam justificaverit justus Servus meus multos" (*Esai.* liii. 11), significat salvationem eorum qui in fide spirituali; "scientia" significat Divinum Verum, et inde Divinam sapientiam et intelligentiam (n. 409[*b*]).
"Aegyptus" significat scientiam tam spiritualium quam naturalium (n. 559). (*Vide* ***Aegyptus.***)
Aegyptus, quando Josephus erat Dominus ibi, repraesentabat ecclesiam quae in cognitionibus veri et boni, et in scientiis confirmantibus (n. 448[*c*]).
Per "Aegyptios" (1 *Reg.* v. 10 [*B.A.* iv. 30]) intelliguntur omnes qui eruditi ex scientiis, imprimis ex scientia correspondentiarum, et inde in intelligentia (n. 654[*f*]).
Quod homini naturali sit scientia cognitionum veri et boni, significatur (*Esai.* xxxii. 15) per quod "Arvum in silvam reputabitur" (n. 730[*c*]).
Per "arborem scientiae" significatur jucundum cognitionum absque alio usu quam ut captent famam eruditionis solum propter honorem aut lucrum (n. 108): ex scientificis sensualibus ratiocinari de Divinis, significatur (*Gen.* ii. 17) per "edere ex arbore scientiae" (n. 581[*a*]; *conf.* n. 739[*b*]).
Per "scientiam" (*Ierem.* x. 14) ex qua homo stultus fit, significatur propria scientia (n. 587[*b*]).

Scientificum.—(*Vide* ***Scientia, Cognitio.***)

Homo primum instruendus est in scientificis; nam absque instructione naturalis hominis per scientifica, quae etiam sunt variae experientiae ex mundanis et consortiis, homo non potest rationalis fieri; et si non fit rationalis nec fieri potest spiritualis (n. 654[*c*]).

Per scientificum verum intelligitur omne scientificum per quod confirmatur spirituale verum, ac vitam habet ex spirituali bono (*de quo perplura*, n. 507).

Quando verum et bonum, quae e caelo veniunt, non receptaculum habent in cognitionibus et in scientificis apud hominem, sed quando falsa et mala quae ex inferno, tunc scientifica non sunt viva sed mortua (n. 507).

Vera naturalis hominis sunt vera scientifica, quae sub intuitione rationalis hominis sunt; et sunt cognitiones veri, quae sub intuitione spiritualis hominis sunt: cognitiones veri sunt quae scit naturalis homo ex Verbo; et vera scientifica sunt quae videt naturalis homo ex rationali, per quae etiam solet confirmare vera ecclesiae (n. 406[*a*]).

Omne verum in naturali homine dicitur scientificum. Scientificum naturalis hominis est continens veritatum rationalium et spiritualium; hae enim, cum cogitatae et perceptae sunt, reponuntur in memoria,et vocantur scientifica: inde est quod per "vasa" in Verbo significentur cognitiones; quae quatenus sunt naturalis hominis, repositae in memoria ejus, sunt scientifica (n. 1146).

Vera quae in naturali homine, et vocantur cognitiones et scientifica, sunt communia veri (n. 275[*b*]).

Quisque per vera scientifice et naturaliter intellecta comparat sibi rationale, in quod spirituale potest influere et operari: nam homo lucem caeli, quae est lux spiritualis, per rationale haurit, et per rationale illustratum a spirituali intuetur in cognitiones et scientifica; et ex illis eligit quae cum genuinis veris et bonis caeli et ecclesiae, quae sunt spiritualia, concordant, et rejicit quae discordant; ita homo fundat ecclesiam apud se (n. 654[*c*]): naturalis homo, quando subjugatus, subministrat scientifica concordantia (n. 439).

Scientifica naturalia inserviunt spiritualibus pro intelligentia (n. 559).

Per scientifica ex Verbo intelliguntur omnia sensus litterae ibi in quibus non apparet doctrinale; per cognitiones autem veri et boni intelliguntur omnia sensus litterae Verbi in quibus et ex quibus est doctrinale (n. 545).

Scientificum sensuale est verum ultimum. Hoc quando non conjunctum est cum intelligentia spirituali fit scientificum falsum, seu scientificum applicatum ad confirmandum falsa; quod est scientificum sensuale quale est sensuali homini qui nihil ex intellectu videt (n. 559).

Scientifica sensualia fiunt fallaciae quando homo ex illis ratiocinatur de spiritualibus (n. 581[*a*]).

Non investiganda spiritualia per scientifica naturalis hominis, nec per ratiocinia inde, sed per Verbum, ita e caelo a Domino; qui enim in affectione et inde cogitatione spirituali sunt, illi vident scientifica naturalis hominis ac ratiocinia inde sicut infra se; at ex his videre spiritualia nemo potest (n. 569[*c*]).

Qui in principiis falsi est, is applicat illis scientifica quae hausit ex pueritia, quoniam non aliud videt intellectus ejus: intellectus enim formatur vel ex veris vel ex falsis; si ex veris videt vera, si ex falsis videt falsa: haec videt in naturali homine, in cujus memoria resident scientifica, ex quibus eligit quae favent; et illa quae non favent, vel pervertit vel rejicit (n. 419[*e*]).

Quia per "Aegyptum" in lato sensu significatur naturalis homo, ideo per "Aegyptum" etiam significatur scientificum verum et scientificum falsum (n. 654[*a*]). (*Vide* ***Aegyptus.***)

Scintilla.—"Ibi fregit scintillas arcus, scutum et gladium et bellum" (*Ps.* lxxvi. 4 [*B.A.* 3]) significat dissipationem omnis pugnae falsorum doctrinae

contra bonum et verum (n. 365[*f*]; *videatur autem articulus*, n. 357[*d*], *ubi pro* "scintillas" *legitur* "nervos").

Quia proprium hominis haurit omne malum et falsum, et per illa destruit omne bonum et verum, ideo dicitur (*Esai.* i. 31), "Erit robustus in stuppam, opus ejus in scintillam, et comburentur ambo simul" (n. 504[*e*]).

Scipio.—(*Vide* ***Baculus.***)

"Baculus" et "scipio" (*Esai.* iii. 1) sunt potentiae (n. 433[*e*]).

Scire.—(*Vide* ***Scientia, Scientifica, Cognoscere.***)

Per "scire aliquid," in spirituali mundo intelligitur scire aliquid veri; at scire falsa non est scire, quia non est intelligere et sapere (n. 236[*b*]).

Scissura.—Inferna quaedam apparent ut speluncae in petris, ac aditus in illa ut scissurae petrarum et fissurae rupium (*vide Esai.* ii. 21, n. 410[*b*]; *conf.* n. 411[*f*]).

Scopa.—Quod prorsus nihil veri remansurum sit, significatur (*Esai.* xiv. 23) per "Everretur scopis perdendo" (n. 724[*e*]).

(*Vide Matth.* xii. 44, n. 1160.)

Scopuli.—Per "aquas e petra scopuli" (*Deutr.* viii. 15) intelliguntur vera boni amoris caelestis a Domino (n. 730[*d*]).

"Sub scopulis petrarum" (*Esai.* lvii. 5) significat ex sensuali, in quo lumen ultimum naturale est (n. 411[*f*]).

Scoria.—"Argentum" (*Ezech.* xxii. 18) significat verum Verbi, ac "scoria" nihil veri seu abstractum a vero quod rejicitur (n. 540[*b*]).

"Argentum evasit in scorias" (*Esai.* i. 22), significat quod genuinum verum conversum sit in falsum (n. 887).

Scorpio. } —"Scorpiones" (*Deutr.* viii. 15) sunt persuasiones (n. 730[*d*]).
Scorpius. } Quid et quale persuasivum est, quod per "scorpium" significatur, vix aliquis in mundo adhuc novit, ex causa quia est persuasivum spiritus hominis sensualis, in quo est quando fit spiritus; non autem quando vivit homo in mundo. Illud tamen est tale apud spiritus, quibus id persuasivum est, ut infundat se in alterius animum et mentem, ac sopiat et paene exstinguat ejus rationale et intellectuale; unde non scire aliter potest quam quod verum sit quod loquitur, tametsi foret falsissimum. Illi imprimis in eo persuasivo sunt qui imbuerunt falsa ex amore sui, et se crediderunt sapientes prae aliis. Hoc persuasivum dicitur infatuans quia stuporem inducit intellectui, et dicitur suffocans quia respirationem liberam alterius tollit (*de quibus videantur perplura*, n. 544, 549, 559).

Scortatio.—(*Vide* ***Meretricatio.***)

Per "scortationes," "meretricatus" et "adulteria," quae toties in propheticis Verbi nominantur, significantur falsificationes et adulterationes veri ac boni doctrinae ecclesiae, ita Verbi (n. 862; *conf.* n. 141[*a,b*], 162, 511, 695[*d*], 805[*d*]): per "scortationes" significantur falsificationes veri doctrinae ac Verbi (n. 654[*l*]).

Per "scortari" in sensu spirituali significatur imbuere falsa, tum quoque falsificare vera (n. 141[*a*]).

Per "scortari cum imaginibus" (*Ezech.* xvi. 18) significatur per fallacias falsa concludere (n. 242[*d*]).

Scortatio cum feminis alius gentis, apud filios Israelis repraesentabant et involvebant nefanda contra caelum et ecclesiam; nefanda quae involvebantur, erant, quod profanarent bona et vera ecclesiae (n. 141[*b*]).

"Filiae quae scortantur" (*Hos.* iv. 13) sunt bona veri perversa (n. 141[*b*]).

"Filii scortationum" (*Hos.* ii. 4) sunt omnia falsa in genere (n. 240[*b*]).

"Merces meretricia" (*Esai.* xxiii. 17) sunt cognitiones veri et boni applicatae malis et falsis pervertendo (n. 141[*b*]).

Quod "mercatura et merces meretricia futura sit sanctum Jehovae" (*Esai.* xxiii. 18), est quia per illas significantur cognitiones veri et boni applicatae falsis et malis, et homo per ipsas cognitiones in se spectatas potest sapere; nam cognitiones sunt media sapiendi et quoque sunt media insaniendi; sunt media insaniendi cum falsificantur per applicationes ad mala et falsa. Simile significatur per illud quod per quod "facerent sibi amicos ex injusto mammone," et per quod mandatum "ut acciperent ab Aegyptiis aurum, argentum et vestes, et eis auferrent" (n. 141[*b*]).

(*Videantur articuli*, n. 141[*a,b*], 161, 162, 195[*b*], 240[*b*], 242[*d*], 283[*e*], 324[*d,e*], 355[*e,f*], 376[*g*], 405[*i*], 410[*c*], 511, 555[*b*], 590, 624[*c*], 654[*i,l*], 655[*b*], 695[*d*], 724[*e*], 730[*b*], 805[*d*], 811[*d*], 817[*c*], 862, 881, 1029[*e*], 1032, 1034, 1035, 1047, 1083, 1102, 1130.)

Scortum.—Per "dare puerum pro scorto" (*Joel* iv. [*B.A.* iii.] 3) significatur falsificare verum, "puer" enim est verum ecclesiae, et "scortum" est falsum (n. 376[*d*]).

Per "scortum" (*Nahum* iii. 4) significatur haeresis (n. 355[*e*]).

Quod "Hoscheas propheta jussus sit accipere scortum sibi in mulierem" (*Hos.* i. 1–11), causa (n. 655[*b*]).

Scotia.—Intra Babyloniam sunt plures in Hollandia, Anglia, Scotia et Irlandia, qui potestatem salvandi homines non ademerunt Domino, nec sanctitatem Divinam Verbo (n. 1070).

Scriba.—(*Vide* ***Pharisaei.***)

Per "scribas" (*Matth.* xxiii. 34) significatur Verbum ex quo doctrina (n. 655[*b*]).

"Ubi scriba?" (*Esai.* xxxiii. 18,) significat, Ubi intelligentia? (n. 453[*b*].)

Per "principes sacerdotes et scribas" (*Matth.* xx. 18) significantur adulterationes boni et falsificationes veri, utraeque ex amore infernali (n. 655[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 222[*b*], 239[*b*], 304[*g*], 395[*d*], 453[*b*], 537[*b*], 584, 655[*b*], 960[*b*].)

Scribere.—"Scribere super aliquem," cum a Domino, significat implantare vitae (n. 222[*a*]): "super cor scribere" (*Jerem.* xxxi. 33) est indere amori (n. 222[*b*]): "scribere in libello" (*Jerem.* xxxii. 44) est implantare vitae (n. 223[*c*]).

"Scribe" (*Apoc.* i. 19; cap. xix. 9) significat quod erunt posteritati in memoriam (n. 87, 1224).

"Quod a Domino, hoc scriptum est; et quod ab angelis non scriptum" (n. 1183).

"In terra scribi" (*Jerem.* xvii. 13; *Joh.* viii. 6, 8) significat damnari (n. 483[*b*]; *conf.* n. 222[*b*]).

(*Videantur articuli*, n. 15, 57, 87, 95, 222[*a,b*], 223[*c*], 299, 304[*g*], 433[*b,d*], 448[*c*], 483[*b*], 603, 604, 898.)

Scripta Apostolorum.—In *Evangelistis* sunt Ipsius Domini verba, quae omnia in se sensum spiritualem recondunt, per quem immediata communicatio cum caelo datur; apostolorum autem scriptis non talis sensus inest, sunt usque libri utiles ecclesiae (n. 815[*b*]).

Scriptura Sacra.—(*Vide* ***Verbum.***)

Scriptura Sacra seu Verbum est Divinum Verum procedens a Domino, et Divinum procedens est Ipse Dominus in caelo et in ecclesia; quare cum dicitur quod "Scripturae testentur de Ipso" (*Joh.* v. 39), intelligitur quod Ipse Dominus de Se (n. 635).

Scrutari.—"Scrutari," cum de Domino, significat quod solus sciat et exploret (n. 167).

Sculpere. } —"Sculpere sculpturam" (*Sach.* iii. 9) significat repraesentativum
Sculptura. } et significativum (n. 717[*c*]).

Sculptile.—(*Vide* ***Fusilia, Idola.***)

"Sculptilia" significant falsa quae ex propria intelligentia, quae dicunt esse vera (n. 304[*e*]; *conf.* n. 695[*d*]).

Per "sculptile" intelligitur falsum doctrinae, religionis et cultus, cui nihil vitae spiritualis inest, quia ex propria intelligentia (n. 587[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 141[*b*], 237[*a*], 304[*e*], 355[*d*], 386[*b*], 587[*b–d*], 695[*d*], 1145.)

Scutum.—(*Vide* ***Arma.***)

Omnia arma belli significant talia quae sunt belli spiritualis: per "scutum," quia tutatur caput, significatur tutela contra falsa destruentia intellectum veri (n. 734[*b*]).

Dissipatio omnis pugnae falsorum doctrinae contra bonum et verum, ac in genere dissipatio omnis discidii, significatur (*Ps.* lxxvi. 4 [*B.A.* 3]) per "Ibi fregit scintillas arcus, scutum et gladium et bellum" (n. 365[*f*]).

Quod unxerint arma belli, sicut scuta et clipeos, erat causa quia significabant vera pugnantia contra falsa; ac vera ex bono sunt quae valent contra illa, non autem vera absque bono (n. 375[*e*(ii.)]).

(*Videantur articuli*, n. 257, 316[*b*], 357[*d*], 365[*f*], 375[*e*(ii.)], 401[*e*], 734[*b*].)

Scyphi.—"Phialae," "calices," "pocula," "scyphi," "paropsides," in Verbo dicuntur pro contentis, et ideo similia significant (n. 960[*a*]).

(*Videantur articuli*, n. 376[*d*], 448[*c*], 887, 960[*a,b*].)

Seae.—Justa aestimatio et exploratio boni et veri passim in Verbo exprimitur per "lances," "stateras," "libras," "trutinas," et per "ephas," "omeres," "chomeres," "seas," "hines" (n. 373).

Seba.—(*Vide* ***Scheba.***)

Per "reges Schebae et Sebae" (*Ps.* lxxii. 10) intelliguntur bona interiora et exteriora naturalis hominis; per "Schebam" bona interiora ejus, et per "Sebam" bona exteriora ejus (n. 406[*c*]).

Sebulon.—(*Vide* ***Zebulon.***)

Secare.—(*Vide* ***Sectus.***)

Secretum.—"In secretum eorum ne veniat anima mea" (*Gen.* xlix. 6), significat quod bonum spirituale non scire velit mala quae voluntatis eorum (n. 443[*b*]).

Sechem.—Per quod "Simeon et Levi occiderint Chamorem, filium ejus Sechemum, ac totam urbem quae erat gens ex Chamore" (*Gen.* xxxiv. 25–27), significatur quod illi duo filii Jacobi, hoc est, id ecclesiae quod per binos illos repraesentatum est, exstinxerint verum et bonum Ecclesiae Antiquae, quae ecclesia adhuc superstes erat apud Chamoris gentem (n. 443[*b*]).

Sectio. } —(*Vide* ***Foedus.***)
Sectus. } "Vitulus sectus in partes duas" (*Jerem.* xxxiv. 18–20) significabat bonum procedens a Domino ab una parte, et bonum receptum ab homine ab altera, unde conjunctio (n. 279[*a*]).

Secunda.—"Mors secunda" (*Apoc.* xx. 6; xxi. 8) est damnatio (n. 128).

Securis.—"Securis" (*Jerem.* x. 3; *Deutr.* xix. 5) est falsum quod destruit bonum et confirmat malum (n. 1145).

"Opus manuum fabri per securim" (*Jerem.* x. 3) significat id ex proprio et ex propria intelligentia (n. 458[*b*]).

Securitas. } —Per "pacem" (*Ps.* iv. 9) significatur internum jucundum caeli, per
Securus. } "securitatem" jucundum externum (n. 365[*c*]).
Secure. } Tutela et securitas a malis et falsis significatur (*Ezech.* xxxiv. 25) per "Cessare faciam feram malam e terra, ut habitent in deserto secure, et dormiant in silvis (n. 365[*e*]).

"Tentoria securitatum" (*Esai.* xxxii. 18) sunt bona amoris et cultus absque infestatione a malis et falsis quae ab inferno (n. 365[*g*]).

Per "mulieres securas" (*Esai.* xxxii. 9) significantur cupiditates quae sunt illis quibus nihil curae est quod ecclesia vastetur (n. 555[*d*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae, plurima ex parte explicata, videantur*, n. 365[*c,e,g*], 388[*b*], 395[*d*], 433[*c*], 444[*b*], 483[*b*], 555[*b,d*], 650[*f*], 687[*b*].)

Sedecim.—Numerus "sedecim" simile cum "quatuor" et cum "duobus" significat; et hi omnes numeri dicuntur de bonis, et in opposito sensu de malis; numeri enim majores multiplicati simile significant cum minoribus et cum simplicibus a quibus per multiplicationem exsurgunt (n. 924).

Sedens. } —"Sedens super throno" significat Dominum quoad ultimum judicium
Sedere. } (n. 267; *conf.* n. 268, 289, 290, 297, 303, 319, 343, 412[*a*], 462, 479).

"Sedens super nube" significat Dominum in Divino Vero seu Verbo quod ab Ipso (n. 906, 910).

"Insidens equo albo" (*Apoc.* xix. 11) erat Dominus quoad Verbum; dicitur enim, "Et sedens super illo vocabatur Verbum Dei" (n. 355[*c*]; *conf.* n. 356, 365[*a*], 373, 382).

In mundo spirituali omnia quae sunt motus et quae sunt quietis hominis, significant illa quae vitae hominis sunt, quia inde procedunt; ambulationes et profectiones sunt motus hominis, et inde significant progressionem vitae, seu progressionem cogitationis ex intentione voluntatis; at stationes et sessiones sunt quietis hominis, et inde significant esse vitae ex quo existere ejus, ita facere ut vivat. "Ambulare" est vitae cogitationis ex intentione, "stare" est vitae intentionis ex voluntate, ac "sedere" est vitae voluntatis, ita est esse vitae (n. 687[*b*]).

"Sedere a dextris," cum de Domino, est omnipotentia (n. 63, 687[*b*], 859[*d*]).

"Sedere in viis" (*Jerem.* iii. 2) est insidiari (n. 730[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 63, 119, 254, 270, 298[*b*], 357[*a*], 403[*c*], 405[*e*], 526[*b*], 637[*b*], 687[*a–c*], 730[*b*], 850[*d*], 906, 1033.)

Sedes. } —(*Vide* **Sedens, Sedere.**)
Sessiones. } Stationes et sessiones sunt quietis hominis, et inde significant esse vitae ex quo existere ejus (n. 687[*b*]).

"Via," in qua dicitur "stare" (*Ps.* i. 1) spectat intentionem, ac "sedere in sede" voluntatem quae est esse vitae hominis (n. 687[*b*]).

Seducere.—"Docere et seducere" dicitur (*Apoc.* ii. 20), quia "docere" praedicatur de veris et falsis, ac "seducere" de bonis et malis (n. 160).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 160, 401[*e*], 555[*d*], 734[*e*] 741[*a,b*], 826, 923.)

Seges.—(*Vide* **Frumentum.**)

"Seges et arbor fructus" significant cognitiones veri et boni (n. 1081).

Segmenta.—"Fax ignis" (*Gen.* xv. 17) significat aestum cupiditatum; "transivit inter segmenta" significat quae separaverunt illos a Domino (n. 539[*a*]; *conf.* n. 540[*b*], 701[*d*]).

Seir.—Per "exire e Seir," et "egredi ex agro Edomi" (*Judic.* v. 4), cum de Jehovah, significatur illuminatio gentium a Domino, quando assumpsit Humanum (n. 594[*c*]).

Selectio.—(*Vide Esai.* xxii. 7, n. 208[*b*]; *vid. A. C.*, n. 2851, *ubi legitur* "electio".)

Semen.—(*Vide* ***Seminare.***)

Per "Semen mulieris" (*Gen.* iii. 15) intelligitur Dominus (n. 739[*b*]); Divinum Verum, et omne verum ex bono (n. 768[*b*]; *conf.* n. 577[*b*]).

Per "semen Davidis," quod in aeternum erit (*Ps.* lxxxix. 37 [*B.A.* 36]), significatur Divinum Verum (n. 401[*b*]; *conf.* n. 684[*c*]); ita quoque significantur qui in veris doctrinae ex Verbo sunt (n. 768[*d*]).

Per "semen Abrahami" significatur Divinum Verum caeleste, per "Isaci" Divinum Verum spirituale, et per "Jacobi" Divinum Verum naturale; consequenter etiam intelliguntur illi qui in Divino Vero a Domino sunt (n. 768[*c*]).

Per "semen hominis" (*Jerem.* xxxi. 27) significatur affectio veri spiritualis, et per "semen bestiae" affectio veri naturalis (n. 280[*b*]; *conf.* n. 433[*d*], 768[*d*]).

"Semen hominis" (*Dan.* ii. 43) est Verbum, ubi vera et bona (n. 411[*b*]).

Per "semen regni" (*Jerem.* xli. 1) significantur qui in genuinis veris ecclesiae sunt (n. 374[*b*]).

"Semen bonum in agro" (*Matth.* xiii. 24) significat ecclesiae vera quae ex bono sunt (n. 374[*d*]); per "semina" significantur vera ex Verbo, seu quae homo recipit a Domino (n. 401[*g*]).

Productiones, quae sunt praecipue animalia et vegetabilia, sunt creationis continuationes: non refert quod continuationes fiant per semina; usque est eadem vis creatrix quae producit. Quod etiam quaedam semina adhuc producantur, ex quorundam experientia est (n. 1209).

In caelis nihil enascitur ex semine seminato, sed ex semine creato, et creatio ibi est instantanea (*de quibus perplura*, n. 1211).

Vir suam animam communicat et conjungit uxori per amorem actualem; inest illa semini ejus, et uxor corde illam recipit (n. 1004).

Falsum illorum qui in malis sunt, significatur (*Esai.* i. 4) per "semen malorum" (n. 768[*d*]).

Per "semen adulteri" (*Esai.* lvii. 3) significantur falsa ex Verbo adulterato (n. 768[*e*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 31[*a*], 63, 146, 176, 223[*c*], 237[*b*], 239[*b*], 280[*b*], 281[*a*], 340[*d*], 365[*e*], 374[*b,d*], 401[*b,g*], 411[*b*], 433[*c,d*], 444[*b*], 543[*c*], 577[*b*], 594[*b*], 610, 632, 683, 684[*c*], 695[*c*], 739[*b*], 768[*a–e*], 911[*a*].)

Sementis.—Per "sementem" describitur et significatur instauratio ecclesiae: per "sementem et messem" significatur status ecclesiae quoad implantationem veri et quoad fructificationem boni inde (n. 610).

Semicorus.—"Corus hordeorum et semicorus hordeorum" (*Hos.* iii. 2) significat tam parum boni et veri ut vix aliquid (n. 374[*d*]).

Semihora.—"Quasi semihoram" (*Apoc.* viii. 1) significat tempus correspondens, seu moram antequam omnia praeparata sunt ad subeundas mutationes sequentes; "semihora" dicitur, quia "dimidium" et "semissis" significat quantum correspondens et quantum satis, et "hora" significat moram (n. 488).

Seminare.—(*Vide* ***Semen, Serere.***)

Per "hominem seminantem" (*Matth.* xiii. 24) intelligitur Dominus (n. 426).

"Seminare" significat influere ac recipere, ita quoque instruere (n. 344[*d*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 31[*a*], 108, 304[*e*], 374[*d*], 375[*e*(viii.)], 426, 433[*d*].)

Seminaria.—Quam sancta in se, hoc est, ex creatione, sunt conjugia, ex eo potest

videri, quod sint seminaria generis humani; et quia ex genere humano est caelum angelicum, sunt etiam seminaria caeli (n. 988).

Semimortuus.—"Semimortuus" (*Luc.* x. 30) significat quod paene expers spiritualis vitae esset (n. 444[*c*]).

Semissis.—(*Vide* ***Dimidium.***)

"Semissis" significat quantum correspondens, et quantum satis (n. 488).

Semita.—(*Vide* ***Via.***)

"Viae" (*Esai.* ii. 3) sunt vera, et "semitae" sunt praecepta vitae (n. 734[*b*]).

"Devastatae semitae" (*Esai.* xxxiii. 7, 8) significant quod non amplius bona vitae; et "Cessavit transiens viam" significat nec amplius vera fidei (n. 365[*d*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 220[*b*], 223[*c*], 237[*a*], 239[*b*], 275[*b*], 280[*b*], 340[*d*], 365[*d*], 405[*g*], 412[*f*], 569[*c*], 652[*b*], 734[*b*].)

Senectus. } ***Senescere.*** }—Quia homo qui regeneratur primum a Domino concipitur, et postea nascitur, et demum educatur et perficitur, et quia regeneratio similis est in eo generationi naturali hominis, ideo per "portari ab utero" (*Esai.* xlvi. 3, 4) significatur status hominis regenerandi a conceptione ad nativitatem, ipsa nativitas et postea educatio et perfectio significatur per "ferri a vulva;" usque ad senectutem Ego idem, et usque ad canitiem Ego portabo" (n. 710[*a*]).

"Quando senueris, extendes manus tuas, et alius te cinget et ducet quo non vis" (*Joh.* xxi. 18), significat quod ultimo tempore ecclesiae non amplius ex bono charitatis haurirent vera, ita non scirent aliunde quam quia dicuntur ab alio, et sic quod in statu servo erunt (n. 9).

Senex. } ***Senes.*** }—"Senes" (*Thren.* v. 12, 14) significant sapientiam quae est boni, "seniores" vera quae ex bono, "juvenes" intelligentiam (n. 270).

Per "senem et plenum dierum" (*Jerem.* vi. 11) significatur sapientia (n. 652[*d*]).

"Senex" (*Esai.* ix. 14 [*B.A.* 15]) significat intelligentiam veri, et "honoratus" sapientiam boni (n. 559).

Per "senes mares" (*Sach.* viii. 4) significantur intelligentes ex doctrina, et per "senes mulieres" intelligentes ex affectione veri (n. 727[*a*]).

Per "senem et puerum" (*Jerem.* li. 22), in opposito sensu, significantur falsa confirmata et non confirmata (n. 863[*a*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 195[*b*], 270, 315[*b*], 412[*f*], 433[*e*], 555[*a*], 559, 624[*d*], 652[*d*], 727[*a*], 863[*a*].)

Seniores.—(*Vide* ***Senex.***)

Per "seniores" in Verbo significantur omnes qui in veris ex bono sunt, et abstracte vera ex bono (n. 270; *conf.* n. 290, 307, 313[*a*]).

"Seniores" (*Ezech.* vii. 27) significant intelligentes (n. 237[*a*]): per "seniores" (*Ps.* cv. 22) intelliguntur qui in intelligentia et sapientia (n. 448[*d*]).

"Seniores filiae Zionis" (*Thren.* ii. 10) significant sapientes et intelligentes in ecclesia, et abstracte sapientiam et intelligentiam (n. 637[*b*]); tum illi qui in Divinis veris (n. 863[*a*]).

Per "viginti et quatuor seniores" intelliguntur superiores caeli (n. 687[*a*]).

Per "viginti et quatuor seniores, ac quatuor animalia" significantur superiores caeli (n. 1206; *conf.* n. 313[*a*], 322, 335, 462): "quatuor animalia" significant in specie tertium seu intimum caelum, et "viginti quatuor seniores" secundum seu medium caelum quod conjunctum est tertio seu intimo; ita simul superiores caelos (n. 322).

Per "unum ex senioribus" (*Apoc.* v. 5) significatur societas caeli (n. 307).

(*Videantur etiam articuli*, n. 177, 253[*b*], 270, 272, 326[*b*], 349[*a*], 471, 750[*e*], 858.)

Senir.—(*Vide Ezech.* xxvii. 5, n. 514[*a*].)

Senium.—(*Vide Gen.* xv. 15, n. 659[*d*].)

Sensitivum.—Id quo homo spiritualiter afficitur, non cogitat, quare nec cogitatione videt; verum percipit sensu quodam qui non se refert ad visum, sed ad sensitivum aliud quod vocatur sensitivum jucundi: hoc jucundum quia est spirituale, ac supra sensum jucundi naturalis, homo non percipit nisi dum spiritualis factus est, hoc est, cum regeneratus est a Domino (n. 229).

Sensoria.—(*Vide* ***Sensus.***)

Totum corpus cum omnibus suis sensoriis est modo instrumentum suae animae seu sui spiritus (n. 152).

Tota facies, ubi sensoria visus, olfactus, auditus et gustus sita sunt, correspondet affectionibus et inde cogitationibus in genere; oculi correspondent intellectui, nares perceptioni, aures auscultationi et obedientiae, et gustus desiderio sciendi et sapiendi (n. 427[*a*]).

Omnes sensus hominis, nempe visus, auditus, olfactus, gustus et tactus, non sunt in homine, sed excitantur et producuntur ex influxu: in homine sunt modo formae organicae quae sunt recipientes; hae nullius sensus sunt, priusquam adaequatum ab extra influit: simile est cum sensoriis internis, quae sunt cogitationis et affectionis, quae ex spirituali mundo recipiunt influxum, sicut cum sensoriis externis quae e naturali mundo (n. 349[*a*]).*j*

Sensuale. }
Sensualis. } —Ultimum apud hominem, quod est sensuale naturale, correspondet plantis pedum (n. 365[*b*]).

Ultimum sensuale, quod Dominus etiam glorificavit seu Divinum fecit, significatur (*Num.* xxi. 5–9; *Joh.* iii. 14, 15) per "serpentem aeneum" positum super signum (n. 581[*b*]): per "serpentem" significatur id quod est ultimum vitae apud hominem, et vocatur sensuale externum. Hoc ultimum quia in Domino erat Divinum, ideo serpens aeris apud filios Israelis factus est, et significabat quod si aspicerent in Divinum Humanum Domini reviverent (n. 70; *conf.* n. 805[*b*(viii.)]).

Quod sensuale sit ultimum vitae hominis adhaerens et inhaerens corporeo ejus (n. 543[*b*]).

Per ultimum sensuale hominis non intelligitur sensuale visus, auditus, olfactus, gustus et tactus, haec enim propria corporis sunt; sed ultimum cogitationis et affectionis, quod primum apud infantes aperitur (*de quo perplura*, n. 543[*a*]).

Sensuale hominis infimo loco est, et quasi repit humi sub reliquis (n. 581[*a*]).

Homo nascitur primum sensualis, dein fit naturalis, tum rationalis, et tandem spiritualis; et qui falsificat vera ecclesiae fit iterum naturalis, et tandem sensualis (n. 654[*l*]).

Sensualia ultimo loco esse debent, non primo; apud hominem sapientem et intelligentem ultimo loco sunt et subjecta interioribus; at apud hominem insipientem primo loco sunt et dominantia; hi sunt qui proprie vocantur sensuales (n. 543[*b*]).

Si sensualia ultimo loco sunt, quod per illa aperiatur via ad intellectum, ac elimentur vera per modum extractionis; quod sensualia illa hominis proxime exstent mundo, et admittant quae e mundo alluunt, et quasi cribrent illa: quod sensualia sic subministrent illa quae inserviunt interioribus, quae sunt mentis; quod sint sensualia subministrantia parti intellectuali, et subministrantia parti voluntariae (n. 543[*b*]).

Nisi cogitatio a sensualibus elevatur, homo parum sapit; sapiens homo supra sensuale cogitat (n. 543[*b*]): spirituales homines raro ex sensualibus cogitant, cogitant enim ex rationalibus et intellectualibus; at sensuales homines, qui confirmaverunt se in falsis contra Divina et spiritualia, dum sibi relicti sunt, non cogitant nisi ex sensualibus (n. 559).

Quod homo spiritu suo videre possit quae in mundo spirituali, si abduci pos-

sit a sensualibus quae ex corpore, et elevari in lucem caeli a Domino (n. 543[*b*]).

Sunt sensuales non mali, quia interiora non clausa sunt (n. 543[*b*]; *conf.* n. 714[*d*]): qui mere sensuales fuerunt in mundo, sed usque probi, habitant in maribus in mundo spirituali (*de quibus plura*, n. 342[*b*]; *conf.* n. 513[*a*]); et in inferioribus (n. 581[*a*]).

Naturales ultimi sunt sensuales. Hi non ultra sensum litterae Verbi quoad cogitationem se elevant (n. 355[*b*]).

Is sensualis homo dicitur qui omnia judicat ex sensibus corporis, et qui nihil credit nisi quae oculis videre et manibus tangere potest, haec dicens esse aliquid, cetera rejiciens (n. 543[*b*]).

Quod ultimum intellectus sit scientificum sensuale, et quod ultimum voluntatis sit jucundum sensuale (n. 543[*b*]).

Scientifica sensualia sunt illa scientifica quae ex mundo per quinque sensus corporis intrant, et inde in se spectata sunt prae interioribus materialia, corporea, et mundana (*de quibus plura*, n. 559; *conf.* n. 581[*a*]).

Apud illos qui conjungunt Verbi vera cum affectione amoris sui, clauditur etiam mens naturalis, et aperitur modo ultimum hujus mentis, quod vocatur sensuale, quod proxime inhaeret corpori et proxime exstat mundo (n. 579).

In sensuali homine, qui est infimus naturalis proxime exstans mundo, sunt fallaciae et inde falsa (n. 513[*a*]).

Omnia mala quae homo trahit a parentibus insident ejus naturali et sensuali homini, non autem spirituali; inde est quod naturalis homo, et maxime sensualis, sit oppositus spirituali homini: quantum ac qualiter spiritualis homo aperitur et formatur tantum removentur mala naturalis et sensualis hominis, et loco illorum implantantur bona. Quia omnia mala insident naturali et sensuali homini, sequitur quod etiam falsa (n. 543[*b*]): sensuale est scaturigo omnium malorum et inde falsorum (n. 654[*l*]).

Quod sensuales homines ratiocinentur acriter et solerter, quia cogitatio illorum est tam prope loquelam ut paene in illa, et quia in loquela ex sola memoria ponunt omnem intelligentiam; sed quod ex fallaciis sensuum ratiocinentur (n. 543[*b*]; *conf.* n. 552, 569[*c*], 570, 581[*a*]).

Quod illi qui ratiocinati sunt a sensuali, et inde contra genuina vera fidei, ab antiquis dicti fuerint serpentes arboris scientiae (n. 543[*b*]).

Sensuales homines detinent mentes in terrestribus, similiter paene sicut animalia terrae, cum quibus etiam ipsi se comparant (n. 559).

Quod scientifica sensualia maxime persuadeant, seu maxime persuasiva sint (*de quo plura videantur*, n. 556[*a*], 559). (*Vide* **Persuasivum.**)

(*Videantur articuli*, n. 70, 342[*b*], 355[*b*], 365[*b*], 513[*a*], 543[*a–d*], 550, 552, 556[*a*], 559, 570, 579, 581[*a,b*], 654[*l*], 714[*b,d*], 719, 739[*a,b*], 763.)

Sensus.—(*Vide* **Sensoria.**)

Omnes sensus hominis, nempe visus, auditus, olfactus, gustus et tactus, non sunt in homine, sed excitantur et producuntur ex influxu; in homine sunt modo formae organicae quae sunt recipientes; hae nullius sensus sunt priusquam adaequatum ab extra influit (n. 349[*a*]; *conf.* n. 543[*a*]). (*Vide* **Sensoria.**)

Qui altius rimatur potest scire quod homo quoad omnia et singula ejus sit organum vitae, et id quod producit sensum et perceptionem influat ab extra, et quod ipsa vita faciat ut homo sentiat et percipiat sicut a se (n. 1122).

Sunt bini sensus homini dati qui inserviunt pro mediis recipiendi illa per quae rationale formatur, et quoque illa per quae homo reformatur, nempe sensus visus et sensus auditus; reliqui sensus pro aliis usibus sunt. Illa quae intrant per sensum visus, intrant in ejus intellectum et eum illustrant; illa autem quae intrant per sensum auditus, intrant in intellectum et simul in voluntatem (n. 14).

Qui ratiocinantur et concludunt ex fallaciis sensuum, illi omnia tribuunt Naturae (n. 575). (*Vide* ***Sensuale.***)
In ipso fine ecclesiae, homo de spiritualibus, seu de rebus caeli et ecclesiae, loquatur et ratiocinetur ex sensuali corporeo, et sic ex fallaciis sensuum (n. 569[*a*]).

Sensus abstractus.—Sensus Verbi spiritualis prorsus abstractus est a personis et a locis, hoc est, a talibus quae ex materialibus corporis et mundi suum quale trahunt (n. 625).
(*Vide* SENSUS ABSTRACTUS, s. v. ***Verbum.***)

Sensus caelestis.—Sensus caelestis Verbi est pro tertio caelo (n. 1066).
(*Vide* SENSUS CAELESTIS, s. v. ***Verbum.***)

Sensus caelestis spiritualis.—Omnia Verbi involvunt binos sensus internos, praeter supremum qui est tertius; unum qui est proximus et vocatur sensus spiritualis moralis, alterum qui est remotior et vocatur sensus caelestis spiritualis (n. 1012).
(*Vide* SENSUS CAELESTIS SPIRITUALIS, s. v. ***Verbum.***)

Sensus internus.—Bona et vera interna sunt quae in sensu interno seu spirituali Verbi sunt (n. 376[*a*]).
Sensus naturalis ex spirituali vocatur sensus internus, tum etiam sensus spiritualis naturalis (n. 1061).
(*Vide* SENSUS INTERNUS, s. v. ***Verbum.***)

Sensus intimus.—Verbum in omnibus et singulis testatur de Domino, in sensu enim ejus intimo agitur de solo Domino (n. 392[*b*]).
(*Vide* SENSUS INTERNUS, s. v. ***Verbum.***)

Sensus litterae.—Sensus litterae Verbi est ultimus sensus Divini Veri, ita pro naturali et sensuali homine, ad ejus captum, et saepe in ejus favorem (n. 714[*b*(iv.)]).
(*Vide* SENSUS LITTERAE, s. v. ***Verbum.***)

Sensus litteralis.—Verum doctrinae, quod interius colligitur ex sensu litterae Verbi, vocatur sensus litteralis ejus (n. 618).
(*Vide* SENSUS LITTERALIS, s. v. ***Verbum.***)

Sensus naturalis.—Vera exteriora sunt in sensu Verbi externo seu naturali sunt, qui vocatur sensus litterae et litteralis (n. 618): mere naturalis sensus est pro mundo; naturalis a caelesti et spirituali est pro ultimo caelo (n. 1066).
(*Vide* SENSUS NATURALIS, s. v. ***Verbum.***)

Sensus oppositus.—Omnia in Verbo etiam sensum oppositum habent (n. 419[*e*]).
Unumquodvis in Verbo etiam oppositum sensum habet (n. 715).
Sciendum est quod pleraque in Verbo etiam oppositum sensum habeant, et quod ex illo sensu sciri possit quid significatur in genuino sensu (n. 329[*f*]; *conf.* n. 31[*a*], 50, 63, 131[*b*], 283[*e*], 298[*c*], 304[*g*], 323[*c*], 324[*c*], 355[*d*], 376[*f*], 401[*g*], 405[*g*], 406[*e*], 411[*b*], 422[*d*], 443[*b*], 444[*c*], 483[*b*], 540[*b*], 555[*d*], 617[*e*], 650[*f*], 1034, 1100[*d*].)

Sensus spiritualis.—Spiritualis sensus Verbi est pro secundo caelo (n. 1066).
(*Vide* SENSUS SPIRITUALIS, s. v. ***Verbum.***)

Sensus spiritualis moralis.—Omnia Verbi involvunt binos internos sensus, praeter supremum qui est tertius; unum qui est proximus et vocatur sensus spiritualis moralis, alterum qui est remotior et vocatur sensus caelestis spiritualis (*de quibus plura*, n. 1012). (*Vide* ***Verbum.***)

Sensus supremus.—Omnia Verbi involvunt binos internos, praeter supremum qui est tertius (n. 1012). (*Vide* ***Sensus intimus.***)
(*Vide* SENSUS CAELESTIS, s. v. ***Verbum.***)

Sententia.—"Unam sententiam habere" (*Apoc.* xvii. 13) significat unanimitatem (n. 1071).

Senticetum.—(*Vide* ***Sentis.***)
"Senticetum" significat falsum ex malo, et "vepretum" malum ex falso (n. 357[c]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 304[c], 504[d], 697.)

Sentire.—Interior vita hominis, quae est vita spiritus ejus sentit per organa corporis illa quae in mundo sunt, et sic percipit illa naturaliter (*de quo plura*, n. 152). (*Vide* ***Sensoria, Sensus.***)

Sentis.—(*Vide* ***Senticetum.***)
Per "sentem" significantur falsa mali (n. 644[b]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 304[c], 714[c], 730[b].)

Separare. } —"Separare filios hominis, et constituere terminos illorum" (*Deutr.*
Separatio. } xxxii. 8), significat abalienare a falsis et donare veris (n. 331[a]).
Separatus. } Per "aquam separationis," ex vacca rufa combusta factam (*Num.* xix. 1–10), significatur verum naturalis hominis (n. 364[b]).

Status separatus est homini quando solum tenetur in cogitatione quae intellectus, et non simul in affectione quae voluntatis ejus est; status autem non separatus est homini quando tenetur in cogitatione ex intellectu, et simul in affectione ex voluntate (n. 997).

Sepelire. } —(*Vide* ***Mors, Sepulcrum, Monumentum, Resurrectio.***)
Sepelitio. } Quoniam "sepelitio" quoad hominem significat resurrectionem et quoque regenerationem, ideo sepelitio quoad Dominum significabat glorificationem Humani Ipsius (n. 659[d]).

Quod sepelitio significet exsuscitationem in vitam aeternam seu resurrectionem, est quia ubi "mors" hominis in Verbo nominatur, pro illa angeli percipiunt transmigrationem ejus ab uno mundo in alterum; et ubi "sepelitio" nominatur, percipiunt resurrectionem ejus in vitam (n. 659[a]).

"Sepeliri," "sepultura," et "sepulcrum," significet regenerationem ac resurrectionem (n. 687[c]).

"Non sepeliri" significat non resurrectionem in vitam, sed in damnationem, per quam intelligitur mors spiritualis (n. 659[a]): quod filii Jacobi cadavera gentium quas bello occiderunt non sepelirent, hoc non ex mandato Divino erat, sed ex immanitate ipsi populo innata (n. 650[g]).

Sepes. } —"Sepes" (*Ezech.* xiii. 5) est quod defendit ab irruptione falsi (n.
Sepire. } 734[d]).

Septem. } —"Septem" in Verbo significant principium et finem, ita integram
Septimus. } periodum, ac statum plenum, similiter ac "septimana;" et quia significant plenum, etiam significant omnes, quoniam omnes faciunt plenum, cum in Verbo agitur de magnitudine, per "septem" significatur plenum; et cum de multitudine, significantur omnes. "Tria" etiam in Verbo significant plenum et omnes; at ubi in Verbo agitur de re sancta, dicuntur "septem;" et ubi agitur de quacunque alia re, dicuntur "tria" (n. 20).

Ex numero septem exsurgunt quatuordecim, septuaginta, septingenta, septem millia, septuaginta millia, qui numeri etiam simile significant cum "septem," quia ex illo exsurgunt (n. 430[a]).

Numerus "septem" in opposito sensu significat profanum (n. 700[d], 1040).

(*Dicta Scripturae Sacrae, plurima ex parte explicata, videantur*, n. 20, 24, 62, 72, 88, 89, 90, 91, 96, 97, 183, 184, 256, 257, 274, 300, 314[c], 316[a], 317, 318, 327, 336[a], 357[d], 391[c], 401[c,d], 430[a], 475[b], 486, 489, 489½, 500, 555[a], 602, 603, 604, 658, 676, 681, 684[e], 700[d], 715, 717[c], 761, 775, 928, 949, 951, 957, 959, 1040, 1062.)

Septentrio.—(*Vide* ***Meridies, Plagae.***)

In mundo spirituali ad dextram est meridies, ubi illi qui in clara luce veri sunt; et ad sinistram est septentrio, ubi illi qui in obscura luce veri sunt (n. 768[*b*]; *conf.* n. 298[*a*]).

In plaga meridionali sunt qui in luce veri ex Domino sunt, et sub illis in infernis ibi qui in lumine naturali per quod se confirmaverunt in falsis; et in plaga septentrionali sunt illi qui in obscuro veri a Domino sunt, et sub illis in infernis ibi qui in falsis, sed non in aliquo lumine naturali per quod confirmaverunt sua falsa (n. 412[*f*]).

Per "latera septentrionis" (*Ps.* xlviii. 3 [*B.A.* 2]) significantur vera ex bono caelesti (n. 405[*e*]).

Per "septentrionem" (*Zeph.* ii. 14) significatur naturalis et sensualis homo, ac scientificum quod ibi est (n. 388[*c*]).

Existunt in mundo spirituali venti, qui oriuntur ex determinatione influxus Divini, et existunt ad inferiora terrae ibi. In caelis raro aliqui venti nisi lenes appercipiuntur; sed apud illos qui inferius super terris habitant, frequenter; increscunt enim illi secundum descensum. Determinationes illorum sunt a plagis in quas influit Divinum, imprimis a septentrione (n. 419[*d*]).

Per "regem septentrionis" (*Dan.* xi. 38) intelliguntur illi qui in scientia ex Verbo sunt, et tamen non in vita; ita quoque qui in sola fide ita dicta, et usque non in charitate, hanc rejiciendo sicut ad salutem non conducens (n. 717[*d*]; *conf.* n. 514[*c*], 573[*b*], 734[*e*], 811[*b*]).

Per "septentrionem" (*Jerem.* i. 14) significatur falsum, hic falsum ex quo malum (n. 208[*b*]).

Per "septentrionem" (*Esai.* xiv. 31) significatur infernum ubi et unde falsa doctrinae et falsa fidei, ac per "fumum" a septentrione venientem illa falsa (n. 539[*b*]).

(*Videantur articuli*, n. 175[*b*], 208[*b*], 239[*b*], 252[*a*], 316[*c*], 340[*d*], 355[*b,d*], 357[*c*], 386[*c*], 388[*c*], 405[*d,e*], 412[*b,f*], 417[*a*], 419[*d*], 422[*a,b*], 433[*c*], 449[*b*], 504[*e*], 514[*c*], 518[*e*], 539[*b*], 569[*c*], 573[*b*], 600[*b*], 650[*f*], 714[*c*], 717[*d*], 724[*d*], 734[*e*], 768[*b*], 811[*b*].)

Septies.—(*Vide* ***Septem.***)

"Septies" significat semper, prorsus, et plene (n. 257).

Quod sacerdotes numero "septem" essent, et quod Jericho circumiretur "septem diebus," ac "septies septimo die" (*Josch.* vi. 4), significabat sanctum et sanctam praedicationem Divini Veri; nam "septem" significant sanctum et in opposito sensu profanum; quare quia sanctum ab una parte erat et profanum ab altera, septem erant sacerdotes, cum septem buccinis, et septies circumibatur urbs (n. 700[*d*]).

Septimana.—"Septimana" in Verbo significat principium et finem, ita integram periodum, ac statum plenum (n. 20).

"Septimanae septuaginta decisae sunt super populum tuum" (*Dan.* ix. 24) significat tempus et statum ecclesiae quae tunc apud Judaeos, usque ad finem ejus; "septimanae septem" (vers. 25) significant tempus et statum plenum (*de quibus plura videantur*, n. 684[*e*]).

(*Videantur articuli*, n. 315[*d*], 664, 673, 684[*e*].)

Septuagies.—(*Vide* ***Septem.***)

"Septuagies septies" (*Matth.* xviii. 22) est semper, absque numerando (n. 257); est jugiter (n. 391[*e*]).

Septuaginta.—(*Vide* ***Septem.***)

"Septem" et "septuaginta" significant plenum, a principio ad finem (n. 684[*e*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 458[*b*], 532.)

Septuplum.—(*Vide* ***Septem.***)

"Septuplum" significat plene (n. 257).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 257, 401[*c*], 427[*a*].)

Sepulcrum.—(*Vide* ***Sepelire, Mors, Monumentum, Resurrectio.***)

Per "sepulcrum" in sensu spirituali, ac eminenter per sepulcrum ubi Dominus fuit, significatur resurrectio et quoque regeneratio (n. 687[*c*]).

"Sepulcra," ex cadaveribus et ossibus quae inibi, significant immunda, proinde etiam infernalia (n. 659[*a*]).

"Sedere in sepulcris" significat in amoribus spurcis (n. 659[*a*]).

Sciendum est quod falsa et mala omnis generis correspondeant immundis et tetris quae in naturali mundo sunt; diriora falsa et mala cadaverosis et quoque excrementitiis fetidis, mitiora falsa et mala paludinosis; inde est quod domicilia illorum in infernis qui in talibus falsis et malis sunt, appareant similia foveis et sepulcris; et si credere velitis, etiam tales genii et spiritus in sepulcris, latrinis et paludibus quae in nostro mundo sunt habitant, tametsi illi id nesciunt (n. 659[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 195[*c*], 400[*d*], 411[*e*], 513[*a*], 659[*a–f*], 687[*c*], 899[*c*], 1029[*d*].)

Sepultura.—(*Vide* ***Sepelire, Sepulcrum.***)

Per "sepulturam" intelligitur exsuscitatio et resurrectio in vitam, tum quoque regeneratio (n. 659[*c*]; *conf.* n. 659[*d,f*]).

Sequi.—"Sequi Dominum" significat agnoscere Divinum Ipsius, et facere praecepta Ipsius (*de quo plura*, n. 864; *conf.* n. 9).

"Sequi cum illis" (*Apoc.* xiv. 13) significat in illis esse; nam quod sequitur cum aliquo, cum dicitur de vita ejus, hoc in illo est (n. 901; *conf.* n. 383).

Seraphim.—(*Vide* ***Cherubi.***)

Per "seraphim" simile significatur quod per "cherubim," nempe Divina providentia quoad custodiam (n. 282; *conf.* n. 285, 580).

Serere. }
Conserere. } —(*Vide* ***Seminare.***)

"Serere agros" est instrui et recipere vera (n. 386[*d*]).

(*Videantur articuli*, n. 304[*b*], 374[*b,c*], 386[*d*], 644[*c*], 706[*c*].)

Sericum.—"Sericum" (*Ezech.* xvi. 13) significat verum splendens ex interiori bono (n. 242[*d*]; *conf.* n. 195[*b*]); verum ex origine spirituali (n. 619[*b*], 1143; *conf.* n. 1144).

"Linum sericorum" (*Esai.* xix. 9) est verum spirituale (n. 654[*h*]).

Sermo.—"Sermo Jehovae" (*Ps.* cv. 19) significat Divinum Bonum ex quo Divinum Verum (n. 448[*d*]).

"Spiritus Jehovae et sermo Ejus" (2 *Sam.* xxiii. 3) significat Divinum Verum (n. 411[*c*]).

"Sermones oris" (*Ps.* xix. 15 [*B.A.* 14]) significant intellectum veri (n. 411[*c*]).

"Dans sermones elegantiae" (*Gen.* xlix. 21) significat laetitiam mentis (n. 439).

Serotina.—Influxus et receptio Divini Veri in statu spirituali intelligitur (*Deutr.* xi. 14) per "pluviam tempestivam" seu matutinam, et in statu naturali per "pluviam serotinam" et vespertinam (n. 644[*b*]; *conf.* n. 376[*c*]).

Serpens.—(*Vide* ***Sensuale, Prester, Leviathan.***)

Per "serpentem" significatur id quod est ultimum vitae apud hominem, et vocatur sensuale externum. Hoc ultimum, quia in Domino erat Divinum, ideo serpens aeris apud filios Israelis factus est, et significabat quod si aspicerent in Divinum Humanum Domini reviverent (n. 70; *conf.* n. 581[*b*], 805[*b*(viii.)]).

Per "serpentem" significatur sensuale, quod est ultimum intellectus (n. 70, 355[*b*]).
Quoniam per "serpentes" significantur sensualia, quae ultima naturalis hominis sunt, et illa non sunt mala nisi apud illos qui mali sunt, et quia dracones eadem voce in lingua Hebraea nominantur qua serpentes non venenati, inde est quod per "dracones," cum per illos intelliguntur tales serpentes, in Verbo significentur sensualia non mala, seu applicate ad personas, homines sensuales non mali (n. 714[*d*]).
Serpentes" sunt astutiae sensualis hominis (n. 581[*a*]; *conf.* n. 763).
Per "caput serpentis" (*Gen.* iii. 15) significatur omne malum (n. 739[*b*]).
Per "vocem serpentis" (*Jerem.* xlvi. 22) intelligitur astus et dolus (n. 1145).
Per "antiquum serpentem" (*Apoc.* xii. 9) significantur sensuales (n. 739[*a*]).
(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 70, 275[*a*], 355[*b*], 386[*b*], 544, 581[*a,b*], 706[*c*], 714[*d*], 727[*b*], 730[*d*], 734[*d*], 739[*a,b*], 761, 763, 805[*b*(viii.)], 1145.)

Serubabel.—Per Serubabelem, qui fundaturus domum Dei et perfecturus illam (*Sach.* iv. 2, 3), repraesentabatur Dominus, quod venturus et restauraturus caelum et ecclesiam (n. 62).

Servare.—Saepius in Verbo dicitur "observare" et "servare" praecepta, mandata, verba, legem; et per "observare" et "servare" ibi significatur intelligere, velle et facere (n. 15).
"Tunc servabitur Jehudah, et Israel habitabit secure" (*Jerem.* xxxiii. 16), significat quod tunc salvandi qui in amore in Domino sunt (n. 444[*b*]).
(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 15, 214, 215, 391[*e*], 412[*a*], 444[*b*].)

Servator.—Dominus dicitur "Servator" seu "Salvator" ex bono amoris (n. 654[*b*]).

Servire.—"Servire Domino" est in veris esse, ac sincere et juste agere in omni re; nam tunc ipsa vera, sincera, et justa, quae apud hominem, serviunt Ipsi (n. 478).
Illi dicuntur servire Domino qui in veris sunt, ac illi dicuntur ministrare Ipsi qui in bono sunt (n. 478).
De illis qui in regno caelesti dicitur "ministrare," at de illis qui in regno spirituali sunt dicitur "servire" (n. 155).
Quod verba Domini, "Non potestis Deo servire et mammonae" (*Luc.* xvi. 13), spiritualiter intelligenda sint (n. 409[*d*]).
(*Videantur articuli*, n. 204[*a*], 208[*b*], 409[*d*], 478, 696[*b*].)

Servitus.—Quando naturalis homo non sub auspicio spiritualis hominis cogitat et agit, tunc etiam in servitute est; quae servitus etiam significatur (*Ps.* lxxxi. 7 [*B.A.* 6]) per "Removi ab onere Aegypti humerum Israelis" (n. 540[*b*]): Aegyptus inde dicitur (*Exod.* xiii. 3, 14) "domus servitutis" (n. 540[*b*]).

Servum.—Credere quod alius dicit est servum; at credere quod ipse cogitat ex Verbo est liberum (n. 195[*b*]).
Liberum est facere bonum a Domino, et servum est facere bonum a se (n. 774).
Liberum est cogitare et vivere a Domino, ac servum est cogitare et vivere ex inferno (n. 836).

Servus.—Dominus quoad Divinum Humanum suum vocatur "Servus," quia inservivit Patri suo faciendo voluntatem Ipsius (*de quo plura*, n. 409[*b,c*]; *conf.* n. 650[*f*]).
Quoniam Dominus quoad Divinum Verum ex inserviendo in Verbo dicitur "Servus," ideo illi ibi "servi" dicuntur qui in Divino Vero a Domino sunt, ac per id aliis inserviunt (n. 409[*c*]).
In Verbo dicitur "servire" et "ministrare," tum "servi" et "ministri;" ac

illi dicuntur "servi" Domini et "servire" Ipsi qui in veris sunt, ac illi dicuntur "ministri" Domini et "ministrare" Ipsi qui in bono sunt (n. 478; *conf.* n. 155, 160).

Per "servum" significatur externum hominis, quod vocatur naturalis homo (n. 408): homo naturalis apud regeneratum aeque est liber ac spiritualis, quoniam unum agunt sicut principale et instrumentale: sed usque naturalis homo respective ad spiritualem vocatur servus, ex causa quia naturalis inservit spirituali efficiendo; at vero apud illos apud quos spiritualis homo occlusus est, et modo naturalis homo apertus, est totus homo servus in communi sensu (n. 409[*a*]).

Per "animas hominum" (*Apoc.* xviii. 13) proprie intelliguntur mancipia seu servi, per quos etiam in sensu spirituali significantur vera scientifica naturalis hominis inservientia spirituali (n. 750[*c*]).

Praeterea per "servos" in Verbo etiam intelliguntur qui a semet et mundo, et inde a malis et falsis, ducuntur, consequenter qui a naturali homine et non simul a spirituali (n. 409[*d*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 6, 8, 205, 315[*d*], 316[*b*], 386[*b,c*], 405[*c*], 409[*a–d*], 427[*a*], 433[*c*], 601[*b*], 612, 650[*f*], 695[*a*], 768[*b*], 836, 911[*a*], 1202, 1210.)

Sex.—Per "sex" significantur similia quae per "tria," nempe vera in toto complexu (n. 627[*a*]).

Numerus "sex" significat omnia, et praedicatur de veris (n. 376[*e*]).

"Tria" significant plenum, totum, et prorsus, ac "sex" et "novem" significant omnia in complexu (n. 401[*d*]).

Numerus sex est compositus ex numeris 2 et 3 in se ductis, ac numerus "duo" praedicatur de bonis, et in opposito sensu de malis, ac numerus "tria" de veris, ac in opposito sensu de falsis, ac numerus compositus simile significat cum numeris simplicibus ex quibus compositus est; inde nunc est quod "sex" significent omnia vera et inde omnia bona in complexu, ac in opposito sensu omnia falsa et inde mala in complexu (n. 847).

(*Videantur etiam articuli*, n. 253[*b*], 283[*a*], 532, 684[*c*].)

Sevene.—"A turri Sevene usque ad terminum Cusch" (*Ezech.* xxix. 10), significat a primis ad ultima in naturali homine (n. 654[*i*]).

Quod falsa destruent intellectum veri, significatur (*Ezech.* xxx. 6) per "A turri Sevene gladio cadent" (n. 654[*g*]).

Sexaginta.—"Sexaginta" significant tempus et statum plenum quoad implantationem veri, similia quae numerus "tria" aut "sex" (n. 684[*e*]; *conf.* n. 532, 847).

Sexaginta duo.—"Sexaginta et duo" simul significant conjugium veri cum pauco bono (n. 684[*e*]).

Sexcenta sexaginta et sex.—Numerus bestiae, "sexcenta sexaginta et sex" (*Apoc.* xiii. 18), significat quod quale ejus sit ex omnibus falsis et inde omnibus malis in complexu (n. 847).

Sextus.—(*Vide* ***Sex.***)

Quod "tenebrae factae fuerint super totam terram tribus horis," nempe "ab hora sexta ad nonam" (*Luc.* xxiii. 44, 45), significabat quod merum falsum et prorsus non aliquod verum; "tria" enim significant plenum, totum et prorsus, ac "sex" et "novem" significant omnia in complexu, hic falsa et mala (n. 401[*d*]).

Sibilare.—Per quod "omnis transiens super ea sibilet, moveat manum suam" (*Zeph.* ii. 15), significatur contemptus et rejectio (n. 650[*f*]; *conf.* n. 355[*f*]).

Sibilum.—Per "sibila gregum" (*Judic.* v. 16) significantur perceptiones et cogitationes (n. 434[*c*]).

Devastatio omnis veri et boni ex adulteratione et profanatione eorum, significatur (*Jerem.* li. 37) per quod "Babel erit acervus, habitaculum draconum, in sibilum et stuporem; non habitator" (n. 714[*c*]).

Sibmah.—Per "Jaeserem, vitem Sibmae," ac per "Chesbonem et Elealem" (*Esai.* xvi. 9) significantur externae ecclesiae homines, qui Verbum explicant ad favorem amorum mundi; nam illa loca erant in hereditatem data Reubenitis et Gaditis, per quos, quia extra Jordanem, repraesentabatur ecclesia externa: "vitis Sibmae" significat ecclesiam illorum (n. 911[*b*]; *conf. Jerem.* xlviii. 32).

Siccitas. } —(*Vide* ***Ariditas, Exsiccatio.***)
Siccus. }

Per "terram siccitatum" (*Hosch.* xiii. 5) significatur status absque veris (n. 780[*b*]; *conf.* n. 386[*d*]).

"Annus siccitatis" (*Jerem.* xvii. 8) significat statum jacturae et deprivationis veri (n. 481).

"Terra sicca" (*Esai.* xli. 18) est ubi non verum et inde non bonum (n. 483[*a*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 131[*a*], 240[*b*], 304[*e*], 355[*d*], 386[*d*], 481, 483[*a*], 537[*b*], 650[*f*], 780[*b*].)

Sicera.—(*Vide* ***Vinum.***)

In genere, quicquid apparet in caelo apparet prorsus sicut tale quod in mundo nostro materiali ex triplici ejus regno existit; et ea coram oculis angelorum apparent prorsus sicut talia quae sunt ex illis regnis coram oculis hominum in mundo: apparent paradisi, horti, silvae, arbores fructiferae omnis generis, vireta, messes; campi, floribus, herbis et graminibus omnis generis referti; tum quae ex illis, ut olea, vina, sicerae, et reliqua quae sunt regni vegetabilis (*de quibus perplura*, n. 926).

"Vinum" et "sicera" (*Esai.* v. 22) sunt vera Verbi (n. 618).

"Vinum" (*Esai.* xxix. 9) in specie significat verum spiritualis et inde rationalis hominis, ac "sicera" verum naturalis hominis inde (n. 376[*f*]).

Quod aversaturi omnia quae concordant cum veris, significatur (*Esai.* xxiv. 9) per quod "Amara erit sicera bibentibus eam;" "sicera" significat quae sunt ex veris et concordant cum illis (n. 376[*d*]): "Amara erit sicera bibentibus illam," significat verum boni injucundum ex falsificatione et adulteratione ejus (n. 618).

De abstinentia ab uvis et a vino ita legitur: "A vino et sicera abstinebit se, acetum vini et acetum sicerae non bibet, immo omnem macerationem uvarum non bibet; uvas quoque recentes aut aridas non comedet; omnibus diebus Naziraeatus sui, ab omni quod ex uva fit vini, ab acinis usque ad cutem, non comedet" (*Num.* vi. 3, 4). Haec lex fuit Naziraeo, antequam impleverat dies Naziraeatus sui, quia tunc repraesentabat Dominum quoad primum Ipsius statum (*de quo plura*, n. 918): quod postea ei licitum fuerit comedere uvas et bibere vinum, patet ex versu 20 illius capitis, ubi dicitur, "Deinceps bibet Naziraeus vinum" (n. 918).

"Vinum" et "sicera" per quae errant (*Esai.* xxviii. 7), significant vera mixta falsis (n. 235): "Hi per vinum errant, et per siceram aberrant," significat per falsa et per illa quae ex illis (n. 376[*f*]).

"Persequi siceram" et "incendi vino" (*Esai.* v. 11), significat excludere doctrinalia ex semet: "potare vinum" (vers. 22) est haurire falsa, et "miscere siceram" est confirmare illa (n. 376[*g*]).

Quia amant falsa et falsificata, ideo dicitur (*Esai.* lvi. 12), "Venite, sumam vinum, et inebriemur sicera" (n. 376[*f*]).

Sichem.—Per "Chaldaeos, viros ex Sichem, ex Schilunte et Samaria" (*Jerem.* xli. 5), intelliguntur illi qui profanant, ac in sensu abstracto omnis generis profanationes (n. 374[*b*]).

Sichor.—(*Vide* ***Schichor.***)

Sicut.—(*Vide* ***Tanquàm.***)

Dicitur de "locustis" (*Apoc.* ix. 7) quod "illarum facies visae sint *sicut* facies hominum;" per quod significatur quod appareant sibi sicut affectiones veri (n. 554; *conf. Apoc.* ix. 8, n. 555[*a*]).

Quisque videre potest quod recipiens vitae ne hilum possit agere ex se, sed quod agit sit ex vita quae Deus; at usque potest agere sicut ex se. Sapientissimi angelorum ne quidem volunt cogitare et velle sicut a se (n. 1134).

Sidera.—(*Vide* ***Stella.***)

Per "stellas et sidera," quae non lucent (*Esai.* xiii. 10), significantur cognitiones veri et boni (n. 304[*b*]): per "stellas" significantur cognitiones boni, per "sidera" cognitiones veri (n. 401[*c*]).

Sidon. }
Sidon. }
Sidonii. } —Omnes de quibus et per quos Verbum conscriberetur perducti sunt ad loca quae significabant, ob causam ut omnia significativa essent rerum spiritualium; immo, Ipse Dominus ad similia ob eandem causam ivit, ut quod in Galilaeam, ad Tyrum et Sidonem, ad Hierosolymam, in Montem Olivarum ibi, et quoque quod cum infans perductus sit in Aegyptum (n. 50).

Antiqua Ecclesia per multum orbis Asiatici fuit extensa, nempe, per Assyriam, Mesopotamiam, Syriam, Aethiopiam, Arabiam, Lybiam, Aegyptum, Philisthaeam usque ad Tyrum et Sidonem, per Terram Canaanem cis et trans Jordanem (n. 391[*h*]; *conf.* n. 422[*d*]).

Ultima caeli sunt maria et sunt fluvii; haec repraesentata sunt per bina maria et per binos fluvios qui erant termini Terrae Canaanis; bina maria erant mare Aegypti et mare Philisthaeorum, ubi Tyrus et Sidon (n. 518[*c*]): per "mare Philisthaeorum," ubi erant Tyrus et Sidon, significantur cognitiones veri et boni ex sensu litterae Verbi (n. 518[*b*]).

Per "Sidonem et Tyrum" (*Esai.* xxiii. 4) significantur cognitiones boni et veri ex Verbo (n. 721[*a*]; *conf.* n. 275[*a*], 406[*c,d*]): tum intelligitur ecclesia quoad cognitiones boni et veri (n. 863[*a*]).

"Ad Sidonem" (*Gen.* xlix. 13) significat ad cognitiones boni (n. 514[*c*]).

Per "Tyrum et Sidonem" (*Joel* iv. [*B.A.* iii.] 4) intelliguntur illi intra ecclesiam qui in cognitionibus veri et boni sunt, hic illi qui perverterunt illas et applicuerunt ad falsa et ad mala falsi (n. 242[*d*]; *conf.* n. 433[*c*], 556[*c*]).

Tabernaculum ac Templum, in quibus omnia erant repraesentativa, data sunt filiis Israelis, ne deflecterent ad idololatrica et magica quae tunc erant apud varias gentes in Asia, ut in Aegypto, Syria, Assyria, Babele, Tyro et Sidone, Arabia, Aethiopia, Mesopotamia, ac imprimis in Terra Canaane et circum illam (n. 827[*a*]).

De Isabele, filia regis Sidoniorum (*videantur plura*, n. 160).

Sigillum.—(*Vide* ***Obsignare, Signare.***)

"Obsignari sigillis" significat recondi; nam quid in libro obsignato sigillis continetur, nemo scit priusquam aperitur et legitur (n. 300).

"Solvere sigilla" significat percipere quae aliis prorsus recondita sunt (n. 303; *conf.* n. 306, 311, 327, 352, 361, 369, 378, 390, 399, 486): significat praedictionem et manifestationem de successivis statibus ecclesiae (n. 486).

"Habere sigillum Dei vivi" (*Apoc.* vii. 2), est habere Divinum mandatum (n. 423).

Signare.—(*Vide* ***Signum, Obsignare.***)

"Signari" significat in illum statum redigi ut agnosci possint quales sunt, proinde ut conjungantur cum illis qui in simili statu sunt, ac separentur ab illis qui in dissimili. Per "signari super frontibus" (*Apoc.* vii. 3) significat in bono amoris in Dominum a Domino esse, et per id distingui

ac separari ab illis qui non in amore illo sunt (n. 427[a]; *conf.* n. 429, 433[a]).

(*Videantur articuli*, n. 430[a], 438, 439, 440[a], 443[a], 444[a], 445, 447, 448[a], 449[a].)

Signum.—(*Vide* ***Signare, Miraculum.***)

Per "signari" et per "signum," multis in locis in Verbo, significatur in statum redigi talem ut agnosci possint quales sunt; proinde ut conjungantur cum illis qui in simili statu sunt, ac separentur ab illis qui in dissimili (n. 427[a]).

Quid significat (*Gen.* iv. 15) quod "Jehovah posuerit Caino signum ne quis occideret illum" (n. 427[a]; *conf. Ezech.* ix. 6, n. 315[b]).

"Signum super montibus" (*Esai.* xviii. 3) significat convocationem ad ecclesiam (n. 741[b]).

In Verbo multis in locis dicitur "signum" et "miraculum;" et per "signum" intelligitur id quod indicat, testatur et persuadet de re quaesita, at per "miraculum" intelligitur id quod excitat, percellit et stuporem inducit; ita signum intellectum et fidem movet, et miraculum voluntatem et ejus affectionem (*de quibus perplura*, n. 706[a–d]). (*Vide* ***Miraculum.***)

"Signum" (*Apoc.* xv. 1) est revelatio (n. 926; *conf.* n. 713).

"Signa" (*Apoc.* xiii. 13; xvi. 14) sunt testificationes et persuasiones (n. 824, 1002).

Significativa.—Quicquid Dominus in mundo fecit, hoc repraesentabat; et quicquid locutus est significabat: quod in repraesentativis et significativis fuerit cum in mundo, erat causa ut in ultimis caeli et ecclesiae et simul in primis eorum esset, et sic ultima ex primis, et intermedia omnia ex primis per ultima, regeret et disponeret; repraesentativa et significativa sunt in ultimis (n. 405[d]).

Omnia quae in caelo videntur sunt repraesentativa et significativa (n. 53): ita omnia quae visa prophetis cum fuerunt in visione spiritus (n. 471).

Ab antiquis qui noverunt correspondentias, figurae repraesentativae et significativae factae sunt (n. 650[g]).

Omnia erant repraesentativa et significativa spiritualium apud filios Israelis (n. 79).

Silentium. } ***Silere.*** }—"Factum est silentium in caelo" (*Apoc.* viii. 1) significat stuporem quod ecclesia talis, et quod finis ejus instet. "Silentium" plura significat; in genere omnia quae faciunt illud (n. 487).

Ubi bis dicitur, "Ne sileas a me," "ne forte sileas a me" (*Ps.* xxviii. 1), unum se refert ad Divinum Bonum, alterum ad Divinum Verum (n. 411[c]).

Silex.—Per "petram" (*Ps.* cxiv. 8) significatur naturalis homo quoad verum ante reformationem, et per "silicem" naturalis homo quoad bonum ante reformationem (n. 405[c]).

Siloam. } ***Siloah.*** }—"Piscina Siloam" significat Verbum in sensu litterae (n. 239[b]; *conf.* n. 475[b]).

Silva.—"Silva" (*Esai.* xliv. 23) est verum naturale, et "arbores" ibi sunt cognitiones veri (n. 304[f]; *conf.* n. 326[c]): per "silvam" intelligitur externus seu naturalis homo quoad omnia ejus, et per "omnem arborem" intelligitur cognitivum et scientificum ibi (n. 405[b]; *conf.* n. 458[b], 1145).

"Silva" (*Hos.* ii. 12) significat mere naturale (n. 403[b]).

"Silva" dicitur de naturali homine, sicut "hortus" de spirituali; quare per "silvam" significatur scientia, et per "hortum" intelligentia (n. 730[c]).

Ex arboribus sunt horti, qui "paradisi" dicuntur in spirituali homine, at "luci" et "nemora" in naturali, at "silvae umbrosae" in sensuali (n. 724[*a*]).

Per "agros silvae" (*Ps.* cxxxii. 6) significantur illa quae sensus naturalis Verbi sunt, ita quae sensus litterae (n. 700[*b*]; *conf.* n. 684[*c*]).

Per "silvam meridiei" (*Ezech.* xxi. 2 [*B.A.* xx. 46]) significatur ecclesia quae in luce veri potest esse ex Verbo, nunc autem quae absque luce spirituali in solis cognitionibus (n. 504[*e*]).

"Silva" (*Hos.* ii. 12) in opposito sensu significat sensualem hominem qui in meris fallaciis et inde falsis est (n. 388[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 304[*f*], 326[*c*], 388[*b*], 403[*b*], 405[*b*], 412[*f*], 458[*b*], 504[*e*], 650[*f*], 684[*c*], 700[*b*], 730[*c*], 750[*e*], 780[*b*], 1145.)

Simeon. } —(*Vide* ***Simon.***)
Schimeon. } Quod "Simeon" et ejus tribus, dum in bono sensu nominatur, significet in supremo sensu providentiam, in interno fidem voluntate, in interiori obedientiam, et in externo auditum (n. 443[*b*]).

Quod per "Simeonem" et ejus tribum significentur qui in obedientia, est quia Simeon pater tribus nominatus est ab *audire*, et "audire" significat obedire. Quoniam per "Simeonem" significatur obedientia, etiam significatur fides, nam fides fit fides apud hominem quando obedit et facit praecepta (n. 443[*a*,*b*]).

Per "Schimeonem" (*Sach.* xii. 13) significatur verum et bonum quoad perceptionem et obedientiam (n. 555[*b*]).

Tres filii Leae ordine nati, "Reuben," "Simeon" et "Levi," significant in serie prima et primaria essentialia ecclesiae, nempe verum intellectu, verum voluntate, et verum actu, similia cum tribus discipulis Domini, nempe Petro, Jacobo et Johanne (n. 444[*b*]).

(*Videantur articuli*, n. 340[*a*], 411[*d*], 435[*a*], 438, 440[*a*], 443[*a*,*b*], 444[*b*], 445, 693.)

Simia.—Per "ebora, simias et pavones" (1 *Reg.* x. 22), significantur vera et bona ecclesiae externae (n. 514[*b*]).

Simila. } —(*Vide* ***Farina.***)
Similago. } Quod "simila" seu "similago" significet verum ex bono spirituali, est quia illa fit ex tritico, per quod significatur bonum spirituale, sicut verum fit ex bono (n. 1153).

Quod mincha instituta sit (*Lev.* ii. 1) erat quia "similago" significabat genuinum verum (n. 324[*d*]).

Per "similam, mel et oleum comedere" (*Ezech.* xvi. 13), significatur appropriare verum ac bonum (n. 375[*e*(viii.]).

Similis.—Sciendum est quod omnes comparationes in Verbo significent, quia similiter ac ipsae res sunt ex correspondentiis (n. 69).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 69, 153, 268, 269, 552, 553, 581[*a*].)

Similitudo.—"Similitudo manuum sub alis" (*Ezech.* x. 26) significat Divini Veri potentiam (n. 283[*c*]).

(*Videantur articuli*, n. 552, 595.)

Simon.—(*Vide* ***Petrus, Simeon.***)

Per *Simonem* in lingua Hebraea significatur auditio et auscultatio, et inde obedientia. Per Petrum quando nominatur "Simon" significatur fides quae est obedientia; per Petrum quando nominatur "Simon, filius Jonae" significatur fides quae est affectio veri (n. 443[*a*]).

Per "navem Simonis" (*Luc.* v. 3) significantur doctrinalia fidei; inde quod Dominus docuerit ex navi, significabat quod ex doctrina (n. 514[*d*]).

(*Videantur articuli*, n. 411[*d*], 443[*a*,*b*], 514[*d*], 820[*a*,*b*].)

Simson. } —Simson per Naziraeatum repraesentabat Dominum quoad ultimum
Schimson. } naturale (*de quo plura*, n. 619[*c*]).
Potentia in ultimis repraesentata est per crines apud Naziraeos, ut apud Simsonem (*de quo plura*, n. 1086).

Simplex.—"Oculus bonus" dicitur (*Matth.* vi. 22), sed in lingua originali dicitur "oculus simplex;" et "simplex" significat quod unum est; et tunc unum est quando verum ex bono est, seu intellectus ex voluntate: etiam per "oculum dextrum" significatur intellectus boni, et per "oculum sinistrum" intellectus veri, qui si unum faciunt est "oculus simplex," ita "oculus bonus" (n. 313[*c*]; *conf.* n. 152).

Simultaneus.—(*Vide* ***Ordo, Successivus.***)
Ordo simultaneus existit in inferioribus, et plene in infimis; superiora enim se demittunt et se reponunt in ordine qui vocatur simultaneus; in quo pura et perfecta, quae fuerunt superiora, in medio seu centro sunt; ac minus pura et perfecta, quae fuerunt inferiora, in peripheriis sunt (n. 1086; *conf.* n. 595).
Interiora seu superiora omnia coexistunt in ultimo, ut in suo simultaneo (n. 666; *conf.* n. 822).

Sin.—Per "Aegyptum," "Sin" et "No" (*Ezech.* xxx. 15, 16), significantur scientifica et fallaciae quae naturalis hominis, quae obstant quin homo per vera ex Verbo reformetur (n. 721[*b*]).

Sinai.—Quod "Sinai" in Verbo significet caelum, ubi Dominus ex quo Divinum Verum, seu ex quo Lex in sensu stricto et lato (n. 204[*b*]: *conf.* n. 329[*b*], 336[*b*], 701[*c*]).
Per "Sinai" in Verbo significatur Divinum Verum ex Divino Bono (n. 405[*e*]).
(*Videantur articuli*, n. 78, 204[*b*], 329[*b*], 336[*b*], 405[*e*], 504[*a*], 539[*b*], 594[*d*], 696[*d*], 700[*b*], 701[*c*], 902, 906, 937, 939.)

Sincerus.—Sincerum est bonum et verum morale, et justum est bonum et morale civile (n. 794; *conf.* n. 204[*a*]).

Sindon.—Angeli sapientes ex Divino Vero in vestibus albis, ex sindone, bysso aut lino, apparent; quoniam "sindon" "byssus," et "linum" correspondent veris in quibus sunt (n. 951).

Singillatim.—Aetheres et aeres volumatim actae dant calorem, at singillatim modificatae dant lucem. Aurae seu atmosphaerae spirituales communiter actae sistunt calorem, et singillatim modificatae sistunt lucem; ille calor qui in sua essentia est amor, et illa lux quae in sua essentia est sapientia, in specie vocantur Divinum Verum (n. 726). (*Vide* ***Calor, Lux, Modificari.***)

Sinister.—(*Vide* ***Dexter, Manus.***)
Quod ad sinistrum in caelo sit septentrio, et quod ibi sit Divinum Verum in umbra (n. 298[*a*]; *conf.* n. 600[*b*]).
"Dextra" (*Esai.* ix. 19 [*B.A.* 20]) est bonum ex quo verum, et "sinistra" est verum ex bono (n. 386[*b*], 600[*b*]).
Per "oculum dextrum" significatur intellectus boni, et per "oculum sinistrum" intellectus veri (n. 152, 313[*c*]).
Per "oves a dextris" (*Matth.* xxv. 32 ad fin.) significantur illi qui in bono charitatis sunt, et per "hircos a sinistris" qui in sola fide (n. 316[*c*]).
Per "dextrum" in opposito sensu significatur malum, et per "sinistrum" falsum (n. 600[*a*]).

Sinus.—(*Vide* ***Pectus, Mamma.***)
Per "sinum" et per "pectus" in Verbo significatur amor spiritualis, qui est amor actu; ac per "sinum" et "pectus" Domini, ipse Divinus Amor (n. 821[*b*]).

Sion.—(*Vide* ***Zion.***)

Sisera.—Per "Siseram" (*Judic.* v. 20) in sensu spirituali intelligitur falsum ex malo destruens ecclesiam (n. 434[*c*]; *conf.* n. 355[*f*], 447).

Sitibundus.—Defectus veri usque ad desperationem, et usque desiderium ejus, significatur (*Ps.* cvii. 5) per quod "famelici et sitibundi essent" (n. 730[*d*]).

Siticulosus.—Ubi falsa et mala prius, significatur (*Esai.* xxxv. 7) per "locum aridum et siticulosum," et per "habitaculum draconum," tum per "calamum et juncum" (n. 714[*c*]; *conf.* n. 483[*a*]).

Sitire.—Quod Dominus, cum erat super cruce, dixerit "Sitio" (*Joh.* xix. 28), erat quia novam ecclesiam desideravit quae Ipsum agnosceret. "Sitire" in spirituali sensu significat desiderare, et dicitur de veris ecclesiae (n. 83).

"Sitire" (*Esai.* lv. 1) est desiderare vera ex Verbo (n. 840).

Per "esurire et sitire" significatur in ignorantia et egestate spirituali esse (n. 386[*e*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 83, 118, 238, 376[*b*], 386[*b,d,e*], 480, 483[*b*], 519[*a*], 617[*b,c*], 750[*e*], 840.)

Sitis.—Spiritualis esuritio et sitis est affectio et desiderium ad bonum et verum, ac spiritualis esus et potus est instructio, receptio et appropriatio: de Domino dicitur quod "esuriat" et "sitiat," quia ex Divino Amore desiderat omnium salutem; et de hominibus quod dederint quod ederet et quod potaverint Ipsum, quod fit quando ex affectione a Domino recipiunt et percipiunt bonum et verum, et illa sibi per vitam appropriant (n. 617[*c*]).

"Terra ariditatis" (*Ezech.* xix. 13) est ecclesia ubi non bonum, et "terra sitis" ubi non verum (n. 504[*e*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 240[*b*], 275[*a*], 342[*c*], 386[*c*], 504[*e*], 727[*a*], 730[*b*].)

Situla.—(*Vide Esai.* xl. 15, n. 406[*d*].)

Smaragdus.—Color smaragdi est viridis, et "viride" significat verum obscuratum. Divinum Verum in suo splendore apparet vel colore caelesti, vel colore vario in pulchro ordine sicut iris; at cum obscuratur, apparet colore smaragdino (n. 269).

Smegma.—"Lavare se" (*Hiob.* ix. 30) est purificare se; "smegma" est bonum a quo (n. 475[*b*]).

Smyrnaei.—Per "angelum ecclesiae Smyrnaeorum" (*Apoc.* ii. 8) intelliguntur illi intra ecclesiam qui volunt intelligere Verbum et nondum intelligunt, et inde parum adhuc in cognitionibus veri et boni sunt, quas tamen desiderant (n. 112; *conf.* n. 130[*a*]).

Sociatus.—Per "Ephraim," qui sociatus idolis (*Hos.* iv. 17), significantur qui ex propria intelligentia falsificant Divina vera; per "idola" quibus sociatus significantur falsa religionis (n. 376[*g*]; *conf.* n. 419[*e*]).

Societas.—Universum caelum in societates distinctum est, et societates ordinatae secundum affectiones boni et veri in genere et in specie. Hae societates correspondent illis in terris qui in similibus affectionibus boni et veri sunt (n. 90).

Caelum est distinctum in societates secundum varietates affectionum et inde cogitationum; quare nisi affectiones et inde cogitationes spirituales sunt, quae unice formantur ex agnitione Domini et ex vita secundum praecepta Ipsius, non possunt admitti in aliquem societatem caeli, repugnant enim (n. 865; *conf.* n. 78, 133, 837).

Angeli secundi caeli, sicut angeli tertii caeli, habitant distincti in societates; at horum societates sunt supra illorum (n. 831).

Unaquaevis societas in caelis est formata ut sistat imaginem unius hominis (n. 403[a]): societas cum apparet e longinquo, et quando sistitur videnda ut unum, apparet ut unus angelus (n. 90; *de quo plura*, n. 1222).

Idea de Domino clara est apud angelos qui in medio societatum caeli sunt, ac minus clara apud illos qui circum sunt, secundum gradus distantiae a medio (n. 957).

Dictum est e caelo quod correspondentia familiarum in terris cum societatibus in caelis fuerit apud antiquissimos (n. 988).

Nomina personarum non dantur in mundo spirituali sicut in mundo naturali; in mundo spirituali nominantur omnes secundum quale vitae eorum, sic cum differentia intra societates et extra illas. Intra societates est constans quale status vitae cujusvis, nam quisque habitat ibi ad plagam, et quoque ad distantiam e medio, secundum quale suae affectionis et suae intelligentiae: at extra societates denominatio secundum quale status vitae alicujus non constans est; nam antequam homo spiritus in aliquam societatem venit, percurrit ille plures status (*de quo plura*, n. 676).

Quando societates purificantur in mundo spirituali, quod fit quoties mali, imprimis hypocritae, insinuaverunt se in illas et commiscuerunt se bonis ibi: signa praesentiae talium sunt obscuratio intellectus, deprivatio perceptionis boni, hebetatio affectionis veri, et similia. Tunc immittitur influxus ex inferno, ex quo mali gaudent, at boni commoventur animo et se convertunt; inde separantur (n. 677): quod cum fit, omnes illi qui faciunt societatis vitam visi sunt ut unus homo; illi autem qui non faciunt, extra illum sunt; hi removentur, et illi remanent (n. 1222).

Quoniam homo, dum nascitur, non in aliqua societate est, neque caelesti neque infernali, et tamen nascitur ad vitam aeternam, sequitur quod successu temporis vel aperiat sibi caelum vel aperiat sibi infernum, ac intret in societates, et fiat incola vel caeli vel inferni, dum etiam est mundi (*de quo plura*, n. 1094).

Homo prorsus talis est qualis ei conjunctio est cum societatibus mundi spiritualis; talis angelus qualis ei conjunctio est cum societatibus caeli, et talis diabolus qualis ei conjunctio est cum societatibus inferni (n. 1092).

Quoniam homo per cogitationes amoris sui inauguratus est societatibus vel caeli vel inferni, ideo cum in mundum spiritualem venit, quod fit statim post mortem, cognoscitur ille qualis est ex sola extensione ejus in societates. Ita exploratur unusquisque. Reformatur etiam per admissiones cogitationum in societates caeli, et condemnatur per immersiones cogitationum ejus in societates inferni (*de quibus perplura*, n. 1093; *conf.* n. 889, 1092, 1174, 1175).

Affectiones hominis, ex quibus ejus cogitationes sunt, extensionem habent in societates ibi circumquaque, in plures aut pauciores secundum affectionis quantum et quale (n. 1174).

Verbo, ne minimum cogitationis potest existere quin detur receptio ejus in aliqua societate; non cum individuis seu angelis societatis, sed cum affectione amoris ex qua et in qua est illa societas; inde est quod angeli non aliquid de influxu resciant, nec influxus ille societatem ullo modo turbet (n. 1093).

Unusquisque tam malus quam bonus judicatur statim post mortem, cum intrat mundum spiritualem, ubi acturus est vitam in aeternum, nam tunc statim designatur homo vel ad caelum vel ad infernum; qui ad caelum, is alligatur societati caelesti in quam postea venturus est; et qui ad infernum, is alligatur societati infernali in quam postea venturus est; at usque intercedit tempus antequam illuc veniunt ex causa praecipue ut praeparentur (*de quo plura*, n. 413[a]).

Quando aliquis angelus e sua societate in societatem non suam venit, tunc laborat respiratio ejus, ex causa quia non ex simili affectione cogitat; si infernalis spiritus in societatem angelicam ascendit, tunc in angores quoad

respirationem, et inde in dolorem, aut in phantasiam, aut in caecitatem quoad cogitationem (n. 1012).

Dominus potest omnes quotcunque vult separare et removere a societatibus infernalibus, ita a malis, et quoque potest illos transmittere in societates caelestes, ita in bona; sed hoc non perstat nisi quam per aliquot horas; mala post illas recurrunt (n. 1164).

Vegetabilia apparent in caelis secundum affectiones angelorum, et quoque repraesentant illas, usque adeo ut angeli in illis sicut in suis typis videant et cognoscant suas affectiones quales sunt; et quoque mutantur secundum illas, sed hoc fit extra societates. Societates et affectiones in mundo spirituali unum faciunt (n. 1212).

Ex illis in Babylonia qui spectant ad Dominum, et ad Papam modo ut ad caput ecclesiae, et in aliqua veri affectione sunt, (qui quidem in Babylonia sunt, sed non ex illa,) plures societates post judicium a Domino institutae sunt (n. 1062).

Sociniani.—(*Vide* ***Ariani.***)

Quod Sociniani et Ariani, qui tametsi non negant Dominum usque negant Divinum Ipsius, extra caelum sint, et non ab ulla societate angelica recipi possint; causa (n. 778[*b*]).

Nisi trinitatem personarum acceptavissent, eo tempore vel Ariani vel Sociniani facti fuissent, et inde Dominus ut solus Homo et non Deus agnitus fuisset, per quod Ecclesia Christiana periisset, ac caelum pro homine ecclesiae occlusum fuisset (n. 1109).

(*Videantur etiam articuli*, n. 815[*b*], 957, 1182.)

Socius. }
Consocius. } —Pluribus in locis in Verbo dicitur "frater et socius," et per illos significatur bonum et verum; etiam antiquis temporibus vocati sunt "fratres" qui in bono fuerunt, et "socii" qui in veris, ex causa quia verum consociandum est bono, et cum consociatum est fit "frater" (n. 47; *conf.* n. 365[*f*], 746[*c*]).

Sodoma.—"Sodoma" significat destructionem omnis boni per amorem sui, et "Gomorrha" destructionem omnis veri inde (n. 1029[*e*]): "Sodoma et Gomorrha" significant mala ex amore sui et inde falsa (n. 357[*c*]).

Per "Sodomam et Aegyptum" significantur regna duo in quae inferna distincta sunt; tum ipsa mala et inde falsa oriunda ex amore infernali (n. 655[*a*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 223[*c*], 357[*c*], 410[*c*], 433[*e*], 519[*b*], 539[*a*], 578, 627[*a*], 649, 652[*a,d*], 653[*a,b*], 655[*a*], 714[*c*], 918, 1029[*e*].)

Sol.—(*Vide* ***Caelum, Calor, Lux, Luna.***)

Circum Dominum est sphaera Divina, quae prope Ipsum apparet ut Sol, qui est Divinus Amor Ipsius, ex quo procedit illa in universum caelum et implet illud, et facit lucem quae ibi; haec sphaera est Divinum procedens ex Domino (n. 392[*a*]).

Sunt bini soles, Sol mundi spiritualis, et sol mundi naturalis (n. 1196).

Natura incohat a sole mundi, et vita incohat a sole caeli (n. 1207).

Sol mundi est purus ignis, et Sol caeli est purus amor (n. 1207).

A sole qui est Divinus amor incohavit omne opus creationis; et per solem qui est ignis illud peractum est. Omne quod procedit ex Sole qui est Divinus Amor vocatur spirituale, et omne quod procedit ex sole qui est ignis vocatur naturale (n. 1196; *conf.* n. 726, 944, 1207).

Dominus apparet in caelo angelico ex Divino Amore ut Sol, ex quo Sole procedit calor et lux, et in caelis calor ex Domino ut Sole est Divinum Bonum Amoris, et lux ex Domino ut Sole est Divinum Verum (n. 504[*b*]; *conf.* n. 254, 340[*b*], 422, 981).

Dominus apparet angelis interiorum caelorum ut Sol (n. 412[*a*]; *conf.* n.

527): at illi caeli Dominum spectant ut Lunam qui in affectione veri naturali sunt (n. 527; *conf.* n. 708).
Ubi Dominus ut Sol apparet, ibi in caelo est oriens; et quia constanter ibi est, etiam constanter est in ortu (n. 422[*a*]; *conf.* n. 610).
Per "solem" multis in locis in Verbo significatur Dominus quoad Divinum Amorem, ita quoque Divinus Amor a Domino (n. 72; *conf.* n. 304[*b*,*e*], 401[*a*–*f*], 481, 707, 708, 724[*a*], 799[*b*], 997).
"Sol" significat bonum amoris, et "luna" verum inde (n. 365[*c*]; *conf.* n. 372[*a*,*b*], 401[*a*–*f*], 453[*b*], 525, 573[*a*], 637[*a*], 709).

In opposito sensu, per "solem" significatur amor sui (n. 401[*g*]; *conf.* n. 270, 481).

(*Videantur articuli*, n. 64, 175[*b*], 179, 270, 275[*b*], 278[*b*], 279[*a*], 283[*b*], 295[*b*], 298[*b*], 304[*b*], 313[*a*], 324[*c*], 329[*f*], 365[*c*], 372[*a*,*b*], 386[*d*], 392[*a*], 400[*b*], 401[*a*–*h*], 412[*a*,*b*], 422[*a*], 453[*b*], 481, 504[*b*], 525, 526[*a*], 527, 571, 573[*a*], 596, 610, 637[*a*], 684[*c*], 707, 708, 709, 724[*a*], 726, 768[*d*], 799[*b*], 911[*a*], 941, 981, 997.)

Solares. } —"Statuae solares" (*Esai.* xxvii. 9) significant cultum ex veris naturalibus (n. 391[*d*]).
Subdiales. }

Per "lucos et subdiales statuas" (*Esai.* xvii. 8) significatur religiosum ex falsis et inde malis, per "lucos" religiosum ex falsis, et per "subdiales statuas" ex malis falsi (n. 391[*g*]).

Solidum.—Apparentia sicut bonum formatum per vera significatur (*Jerem.* x. 5) per "Sicut palma solidum illa" (n. 458[*b*]).

Solitarius.—Per "habitare secure, solitarius ad fontem Jacobi" (*Deutr.* xxxiii. 28) significatur vivere absque infestatione a malis et falsis, ac duci a solo Domino per Divinum Verum (n. 376[*c*]; *conf.* n. 483[*b*]).

Solitudo.—(*Vide* ***Desertum.***)
"Desertum" dicitur (*Esai.* li. 3) ubi non bonum, et "solitudo" ubi non verum (n. 326[*b*]).
Vastatio ecclesiae intelligitur (*Jerem.* xii. 10) per quod "redegerint agrum in desertum solitudinis" (n. 388[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 280[*b*], 326[*b*], 375[*e*(viii.)], 388[*b*], 537[*b*], 654[*i*], 730[*b*–*d*], 962.)

Sollicitudo. } —(*Vide Matth.* vi. 25, n. 750[*e*]; *Ezech.* xii. 19, n. 304[*c*].)
Sollicitus. }

Solvere.—Per "solvere sigilla" (*Apoc.* v. 2) significatur percipere quae aliis prorsus recondita sunt (n. 303).
Per "ligare et solvere" (*Matth.* xviii. 18) in genere intelligitur salvare (n. 206).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 206, 303, 306, 311, 327, 386[*d*], 411[*d*], 448[*d*], 569[*a*], 570, 774.)

Solus.—Per "calcare torcular solus" (*Esai.* lxiii. 3) significatur quod Dominus pugnaverit solus, absque ullo alicujus auxilio (*de quo plura*, n. 359).

Somniare. } —Apud *Mosen* (*Deutr.* xiii. 2–4 [*B.A.* 1–3]) dicitur, "propheta" et
Somnium. } "somnians somnium," ac "signum" et "miraculum," quia ad prophetam refertur signum, et ad somniantem somnium miraculum; ex causa quia per "prophetam" intelligitur docens vera, et in sensu abstracto doctrina veri, et per "somniantem" excitans ad faciendum ita, et in sensu abstracto excitatio ex qua fit; hoc quoque est miraculi, et illud signi: prophetae enim viva voce a Domino instruebantur, et somniantes per repraesentativa excitantia ad faciendum; haec influebant in affectionem somniantis et inde in visum cogitationis; nam cum homo somniat,

sopitur ejus intellectus naturalis, et apperitur ejus visus spiritualis, qui omne suum trahit ab affectione (n. 706[a]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 624[b], 650[d], 750[e].)

Somnolentia.—"Spiritus somnolentiae" (*Esai.* xxix. 10) est nulla perceptio (n. 376[f]).

Somnus.—(*Vide* ***Dormire.***)

Dum homo in vita spirituali est tunc est in vigilia, cum autem est in vita naturali separata a spirituali tunc est in somno; et illa quae homo tunc videt, sunt sicut quae videt in somnio: hanc vitam vivere etiam intelligitur per "dormire" et "obdormire" in Verbo (n. 1006; *conf.* n. 355[c]). (*Vide* ***Dormire, Somnium.***)

"Dormire somnum saeculi, et non evigilare" (*Jerem.* li. 39) significat quod in aeternum non percepturi vera (n. 481).

Sonus.—Sonus correspondet affectionibus; etiam in caelo percipiuntur affectiones ex sonis: et quia variae affectiones sunt, et varii soni eduntur per instrumenta musica, ideo haec ex correspondentia et inde concordantia significant illas; in genere significant instrumenta chordacea talia quae sunt affectionum veri, et instrumenta inflatoria talia quae sunt affectionum boni; seu, quod idem, quaedam instrumenta pertinent ad classem spiritualem, quaedam autem ad classem caelestem. Soni discreti excitant affectiones veri, et soni continui excitant affectiones boni (n. 323[a]): qui novit sensum internum Verbi, et simul instrumentorum ibi nominatorum sonos, is scire potest quaenam affectio ibi significatur et describitur (n. 326[d]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 356, 1185, 1216.)

Sordes.—Sordes spirituales sunt mala exeuntia ex corde (n. 475[a]).

Soror.—Nomina consanguinitatum et affinitatum significant spiritualia quae se referunt ad nativitatem spiritualem quae est regeneratio, et ad conjugium caeleste, quod est conjugium boni et veri (n. 166).

Per "discipulos," supra quos Dominus extendit manum (*Matth.* xii. 49), significantur omnes qui ab ecclesia Ipsius; per "fratres" Ipsius significantur qui in bono charitatis ab Ipso sunt; per "sorores" qui in veris ex illo bono; et per "matrem" significatur ecclesia ex illis (n. 746[d]).

Amor sui et inde amor mundi sunt "pater" et "mater;" et cupiditates inde oriundae, ac earum mala et falsa, sunt "liberi," qui "fratres" et "sorores" (n. 724[b]).

Sors.—"Jacere sortem" significat dissipare (n. 376[d]; *conf.* n. 652[d], 811[b]).

"Super sorte justorum" (*Ps.* cxxv. 3) significat super veris ex bono, quae sunt apud fideles (n. 727[b]).

Sortiri.—(*Vide Joh.* xix. 24, n. 195[c]).

Spargere. } —Per "spargere aquas mundas super eos" (*Ezech.* xxxvi. 25) signi-
Sparsus. } ficatur purificare a falsis (n. 587[c]; *conf.* n. 195[c], 329[c]).

Quae in sensu litterae sparsa apparent, in sensu interno continentia sunt (n. 89; *conf.* n. 17).

Sparta.—(*Vide* ***Sporta.***)

Spatium.—(*Vide* ***Tempus.***)

Divinum non est in spatio, et extensum; sed facit ut spatia et extensa in ultimis creationis Ipsius existant, in caelis apparenter, in mundo actualiter: at usque spatia et extensa non sunt coram Deo spatia et extensa, est enim in suo Divino ubivis (n. 1222).

Materialia in se sunt fixa, stata, et mensurabilia; fixa, quia permanent, utcunque status hominum mutantur; stata, quia per vices constanter recurrunt; et mensurabilia, quia omnia definiri possunt, sicut spatia per

milliaria et stadia: in mundo autem spirituali sunt omnia sicut fixa, sicut stata, et sicut mensurabilia, sed usque non sunt talia in se. Accessorium, sicut superindumentum, ex sole mundi datum est illis quae in mundo naturali sunt, ex quo facta sunt materialia, fixa, stata, et mensurabilia (n. 1218).

Visus est praesens apud objectum quod videt; quod appareat longinquum aut distans, est ex intermediis quae simul apparent, et mensurari possunt quoad spatia. In mundo spirituali ipsa spatia sunt apparentiae oriundae ex diversitate affectionum et inde cogitationum; quapropter cum apparent aliqui aut aliqua longinque, et angelus seu spiritus ex interna affectione vult illos qui ibi sunt convenire, aut illa quae ibi sunt lustrare, statim ibi praesens est (n. 282).

(*Videantur etiam articuli*, n. 25, 870, 1219.)

Species.—Per "speciem prunae instar ignis" (*Ezech.* i. 27) significatur Divinus Amor caelestis (n. 595).

Spectare.—Affectio seu amor hominis vel spectat deorsum vel spectat sursum: qui spectant ad se et ad mundum, illi spectant deorsum; at qui spectant ad Dominum et ad caelum, illi spectant sursum: interiora hominis, quae mentis ejus sunt, actualiter spectant illuc quo ejus amor seu affectio, nam amor determinat illa; et qualis est determinatio interiorum hominis quae ejus mentis sunt, talis homo post mortem manet in aeternum (n. 112).

(*Videantur etiam articuli*, n. 386[*c*], 453[*b*], 594[*c*].)

Specula.—In mundo spirituali sunt inferna plura in profundis prorsus abscondita per terras, petras et colles supra, seu per "clivos et speculas" (*Esai.* xxxii. 14), ubi gramen sicut pascuum gregibus; unde fit quod ignota sint habitantibus super terra ibi (n. 410[*c*]; *conf.* n. 730[*b*]; *vide etiam Esai.* xxi. 8, n. 278[*b*]).

Speculatores.—(*Vide Esai.* xxi. 6, n. 278[*b*]; cap. lvi. 10, n. 239[*b*].)

Specus.—Cavernae et antra, in quibus sunt illi qui in infernis sunt, apparent illis qui in caelis sunt sicut specus tenebricosae (n. 526[*b*]).

Spelunca.—(*Vide* **Caverna.**)

Singula quae memorantur de spelunca Machpelae (*Gen.* xxiii., xxv., xxxv., xlix., l.), significabant resurrectionem ad vitam (n. 659[*d*]).

Aditus ad inferna apparent sicut foramina in petras, et sicut hiatus patentes ad speluncas quales sunt feris in silvis (n. 410[*c*]).

Quando impii sunt in "speluncis et petris" (*Apoc.* vi. 16), tunc cessant angores et cruciatus quos ab influxu lucis caeli sustinuerunt (n. 411[*a*]).

Per "speluncam latronum" (*Jerem.* vii. 11) significatur malum vitae ex falsis doctrinae (n. 410[*c*]).

Per "speluncam Makkeda" (*Jos.* x. 27) significatur dirum falsum ex malo (n. 655[*a*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 314[*b*], 410[*a–c*], 655[*a*], 659[*d*], 730[*b*].)

Sperare.—(*Vide* **Confidere.**)

"In lege sperare" (*Esai.* xlii. 4) est dare cognitiones veri (n. 406[*b*]; *conf.* n. 50).

(*Vide Esai.* li. 5, n. 50, 406[*b*].)

Spes.—"Spes extremitati" (*Jerem.* xxxi. 17) significat finem prioris ecclesiae et principium novae (n. 695[*c*]).

"Num posui aurum spem meam, et auro puro dixi, Fiducia mea?" (*Hiob.* xxxi. 24,) significat quod sibi non confisus fuerit, credendo quod aliquid boni sit a semet (n. 627[*b*]).

Sphaera.—(*Vide* **Extensio, Atmosphaera.**)

Circum Dominum est sphaera Divina, quae prope Ipsum apparet ut Sol,

qui est Divinus Amor Ipsius; haec sphaera est Divinum procedens (n. 392[*a*]): id Divinum vocatur Divinum Verum, et hoc est Ipse (n. 941). (*Vide* **Sol.**)

Unusquisque angelus et homo est suus amor, et unumquemvis hominem et angelum circumstipat sphaera effluens ex amore ejus. Illa sphaera consistit ex amoris ejus bono et ex amoris ejus vero, nam amor utrumque producit; ex voluntate hominis et angeli producit bonum, et ex intellectu illorum producit verum. Haec sphaera extensionem habet in caelos quaquaversum secundum quale et quantum amoris, si homo aut angelus est bonus; at in inferna quaquaversum, si homo aut angelus est malus. Sed sphaera amoris hominis et angeli extensionem finitam habet, solum in paucas societates caeli aut inferni; sphaera autem Amoris Domini, quia est Divina, extensionem infinitam habet, ac creat ipsos caelos (n. 1076; *conf.* n. 419[*f*], 707, 889, 941).

Omnes spiritus cognosci possunt quales sunt, solum ex sphaera spirituali exundante ex illis, et secundum sphaeras illas conjunctio eis est cum societatibus quae similis amoris et inde similis veri aut falsi sunt (n. 889; *conf.* n. 707, 941).

Omnia quae in mundo sunt, tam animata quam inanimata, effundunt a se sphaeram, quae quandoque e longinquo sentitur (n. 889).

Illa quae sunt sapientiae et quae sunt amoris apud angelos, dum in sphaeram inferiorem, in qua sunt angeli quoad sua corpora et quoad horum sensationes, descendunt, sistuntur in formis et typis quae sunt correspondentiae (n. 926).

Sphaerulae.—De substantiis quae apparent sicut sphaerulae, et quae ab anatomicis vocantur substantia corticalis et cineritia (n. 775).

Spica.—(*Vide Marc.* iv. 28, n. 911[*c*], 1153.)

Spina. } —(*Vide* **Sentis, Vepres.**)
Spinosus. } "Spinae" (*Hos.* ii. 6) sunt falsa mali (n. 237[*a*]).

"Spina et sentis" (*Esai.* xxxii. 13) sunt falsum et malum (n. 304[*c*]): "spina sentis" est falsum mali (n. 730[*b*]).

Qui non admittunt aliquod verum vocantur (*Ezech.* ii. 4) "spinosi" (n. 544).

(*Videantur etiam articuli*, n. 374[*b,c*], 391[*g*], 403[*c*], 714[*c*].)

Spiritale.—Inter paradoxa quae omnem fidem excedunt est quod homo post mortem sit quoddam umbratile, spiratile, ex aethere larva ineffigiata, quae non videt, audit, loquitur, et quod sic vel volitet in aere, vel sit in ubi et exspectet judicium (n. 988).

Spirituale.—(*Vide* **Caelum, Caelestis.**)

Omne quod procedit ex Sole qui est Divinus Amor vocatur spirituale, et omne quod procedit ex sole qui est ignis vocatur naturale: spirituale ex sua origine in se vitam habet, naturale autem ex sua origine in se nihil vitae habet; et quia ex illis binis universi fontibus omnia quae in utroque mundo sunt exstiterunt et subsistunt, sequitur quod spirituale et naturale sint in omni re creata in hoc mundo, spirituale sicut anima et naturale sicut corpus, aut spirituale sicut internum et naturale sicut externum, aut spirituale sicut causa et naturale sicut effectus (n. 1196; *conf.* n. 1201).

Vita spiritualis est ex amore in Deum et ex amore erga proximum (n. 182).

Qui in regno caelesti Domini sunt, in bono amoris in Dominum sunt; qui in regno spirituali, in bono charitatis erga proximum sunt (n. 283[*a*]): in sapientia sunt qui in regno caelesti, in intelligentia autem qui in regno spirituali sunt (n. 318). (*Vide* **Caelum.**)

Caeli spirituales constituunt regium Domini (n. 831).

Caeli spirituales correspondent oculis (n. 831).

Quod angeli spirituales, ex amore spirituali qui facit vitam illorum, sint affectiones veri et non affectiones boni, est quia illi per aliam viam refor-

mantur et regenerantur ac fiunt angeli, quam angeli caelestes; angeli enim spirituales primum admittunt vera in memoriam, et inde in intellectum, qui sic ab illis formatur (*de quibus perplura*, n. 831).

Homo ex spirituali seu interno homine et ejus intellectuali videt vera, quae ecclesiae sunt, ex Verbo; sed non recipit illa ibi nisi quantum amat illa usque ut velit facere illa: cum homo ita vult, tunc internus seu spiritualis homo ex naturali et ejus memoria evocat et elevat vera quae ibi ad se, ac conjungit illa amori qui est voluntatis ejus; ita aperitur internus spiritualis homo, ubi est mens hominis interior et superior, et successive impletur et perficitur (n. 162).

Affectio veri spiritualis, quae est amare verum quia est verum, non datur quam apud illos qui conjuncti sunt Domino per agnitionem et fidem Divini Ipsius in Humano (n. 115; *conf.* n. 118, 411[*f*]).

Affectio veri spiritualis est amare ipsum verum, et aestimare id supra omne bonum mundi, quia per id est homini vita aeterna; nam vita aeterna non per alia media implantantur homini quam per vera (n. 444[*b*]).

Qui legunt Verbum ex affectione veri spirituali, illi vident vera ibi, et gaudent corde cum vident illa; causa est, quia in illustratione sunt a Domino (n. 177).

Lux Solis caeli angelici est Divinum Verum, et calor illius Solis est Divinum Bonum; utrumque est Vita. Inde origo omnis vitae in caelo et in mundo. Spirituale quod influit in Naturam, et dat vitam ibi, non aliunde est; sed dat vitam secundum receptionem (n. 186[*c*]).

Influit caelum per spiritualem seu internum hominem in naturalem seu externum, et non in naturalem seu externum immediate; in hunc immediate tunc influit mundus (n. 163).

Homo spiritualis dicitur, et intelligitur mens spiritualis, quae est mens superior seu interior hominis. Mens spiritualis aperitur per vera applicata vitae, ita per bona (n. 404; *conf.* n. 406[*a*], 408).

Omne bonum quod est naturali homini influit a Domino per spiritualem, et absque illo influxu non datur aliquod bonum in naturali (n. 440[*b*]).

Quantum aperitur mens spiritualis seu interna, tantum per illam a Domino influit lux spiritualis quae est lux caeli in mentem naturalem seu externam et illustrat eam, et dat intelligentiam (n. 408).

Mens spiritualis seu interna aperitur apud illos qui bona et veri Verbi applicant vitae; ac non aperitur apud illos qui non bona et vera applicant vitae, sed solum mens naturalis seu externa; hi inde vocantur naturales homines, illi autem spirituales (n. 408).

Ratiocinationes ex homine spirituali sunt rationales; quare potius vocandae sunt conclusiones ex rationibus et ex veris, quia sunt ex interiore, et ex luce caeli: ratiocinationes autem ex homine naturali de spiritualibus non sunt rationales (n. 569[*c*]).

Sciendum est quod omnia mala quae homo trahit a parentibus, quae mala hereditaria vocantur, insideant ejus naturali et sensuali homini, non autem spirituali: inde est quod naturalis homo, et maxime sensualis, sit oppositus spirituali homini; spiritualis enim homo ab infantia est occlusus, et aperitur modo ac formatur per Divina vera recepta intellectu et voluntate: et quantum ac qualiter ille aperitur et formatur, tantum removentur mala naturalis et sensualis hominis, et loco illorum implantantur bona (n. 543[*b*]).

Omnia mala et inde falsa resident in sensuali corporeo; quare nisi homo fiat spiritualis, et ex eo cogitet, prorsus falsa ex malo cogitat (n. 632).

Uterque homo, tam internus seu spiritualis quam externus seu naturalis, purificandus est ut homo purificatus sit: internus homo prius purificatur quam externus (n. 475[*a*]).

Quando internus seu spiritualis homo, in quo est mens interior seu superior, apertus est, tunc Dominus domat mala et dispergit falsa quae sunt in externo seu naturali homine (n. 177): primum aperiendus est spiritualis

homo, antequam e caelo a Domino removeri potest infernum quod est in naturali homine (n. 730[*e*]).

A creatione datum est spirituali homini videre omnia naturalis hominis, et simul percipere concordantiam et discordantiam ejus cum spirituali, ob causam ut possit regere illum et admittere concordantia et rejicere discordantia (n. 650[*c*]).

Homines Antiquissimae Ecclesiae, quia in amore in Dominum fuerunt, habuerunt Divina vera sibi inscripta, et inde ex influxu noverunt correspondentia in naturali homine quae vocantur scientifica; verbo, erat apud illos influxus spiritualis, ita a spirituali mente in naturalem, et sic in illa quae ibi (*de quibus plura*, n. 617[*c*]).

Spiritus.—Cum de Domino, per "Spiritum" intelligitur Divinum quod procedit ab Ipso (n. 183[*a*]). (*Vide* ***Spiritus Dei, Spiritus Sanctus, Spiritus Veritatis.***)

Cum de homine, per "spiritum" significatur Verum Divinum receptum vita, ita ejus vita spiritualis (n. 183[*a*]).

"Spiritus" in spirituali sensu significat verum, ac vitam hominis ex illo, quae est intelligentia (n. 183[*a*]).

"In spiritu" (*Apoc.* xvii. 3) significat in visione (n. 1037).

(*Dicta Scripturae Sacrae, plurima ex parte explicata, videantur*, n. 10, 24, 41, 53, 71, 108, 126, 183[*a–c*], 225, 228, 255, 266, 274, 294[*b*], 318, 329[*f*], 375[*e*(vi.)], 376[*f,g*], 392[*e*], 405[*b*], 409[*b*], 411[*c*], 419[*b*], 475[*a,b*], 481, 483[*b*], 507, 518[*a,d*], 624[*c*], 665, 666, 684[*d*], 696[*c*], 741[*d*], 750[*f*], 768[*b,c*], 831, 923, 1000, 1037, 1099.)

Spiritus et angeli sunt omnes tam facie quam corpore homines (n. 837).

Spiritus hominis in tali forma humana apparet post mortem in quali vita affectionis ejus fuit in mundo; in forma pulchra si vita amoris caelestis ei fuerat, at in forma impulchra si vita amoris terrestris (n. 157).

Homo, quamdiu in mundo vivit, in medio spirituum quoad spiritum est; et tamen non sciunt spiritus quod apud hominem sint, nec homo quod cum spiritibus sit; causae (n. 1182).

Spiritus hominis est actualiter in mundo spirituali, tametsi homo id nescit (n. 324[*a*]).

Non alibi potest spiritus et homo esse quam ubi ejus vitae amor est (n. 537[*a*]).

Unusquisque homo conjunctus est spiritibus qui in mundo spirituum sunt, talibus qualis ipse est (n. 537[*a*]).

Talia quae in caelo existunt, dum apparent homini, non apparent coram visu corporis ejus, sed coram visu spiritus ejus; spiritus enim hominis aeque oculos habet ac corpus ejus, sed oculi spiritus ejus vident illa quae in mundo spirituali sunt (*de quibus plura*, n. 1037).

Ut primum spiritus incipiunt loqui cum homine, e statu suo spirituali in naturalem hominis veniunt; et tunc sciunt quod sint apud hominem, et se conjungunt cum cogitationibus ejus affectionis, et ex illis cum illo loquuntur: non in aliud possunt intrare, similis enim affectio et inde cogitatio omnes conjungit, ac dissimilis separat (*de quibus perplura*, n. 1182).

Totus spiritus hominis non est nisi quam sua voluntas; quapropter homo, cum fit spiritus, non potest [non] resistere alicui rei quae est contra voluntatem ejus (n. 105).

Ut primum aliquis impugnat eorum amorem, evanescit ille cum toto suo corpore, tametsi inclusus conclavi sederet (n. 837).

Facies terrae in mundo spirituali est prorsus sicut facies ecclesiae apud spiritus et angelos ibi (n. 417[*a*]).

Unusquisque homo post mortem fit spiritus, et tunc alligatur statim vel societatibus infernalibus vel societatibus caelestibus secundum vitam suam in mundo; et omnes spiritus, antequam in infernum dejiciuntur vel in cae-

lum elevantur, sunt primum in mundo spirituum, et tunc apud homines qui in mundo vivunt, mali spiritus apud malos ac boni apud bonos; per hos habet homo communicationem et conjunctionem vel cum infernis vel cum caelis (n. 537[*a*]).

Inferna non aperiuntur nisi quando intrant spiritus mali, quod fit cum tempus in mundo spirituum egerunt; non enim licet alicui malo spiritui ex inferno exire, postquam semel illuc conjectus est; si exit, usque illuc actutum relabitur (n. 537[*a*]).

Spiritus Dei. } ***Spiritus Sanctus.*** } ***Spiritus Veritatis.*** } —In Verbo, multis in locis, dicitur "Spiritus Dei," "Spiritus Jehovae," "Spiritus narium Ipsius," "Spiritus oris Ipsius," Spiritus veritatis," "Spiritus sanctitatis," et "Spiritus Sanctus;" et per illum intelligitur Divinum Verum procedens a Domino, tam immediate ab Ipso quam mediate per angelos et spiritus (n. 183[*b*]).

(*De "Spiritu Dei," videantur articuli*, n. 108, 183[*e*], 274, 294[*c*], 318: *de "Spiritu Sancto" videantur articuli*, n. 84, 183[*b,c*], 204[*a*], 283[*b*], 343, 374[*d*], 455[*c*], 504[*a*], 622[*a*], 684[*c*], 710[*c*], 748: *de "Spiritu Veritatis," videantur articuli*, n. 16, 25, 27, 84, 183[*b*], 204[*a*], 228, 476.) (*Vide* DE DIVINO PROCEDENTE, s. v. ***Dominus.***)

Spirituum mundus.—(*Vide* ***Mundus spirituum.***)

Spithama.—Per "pugillum," "spithamam," et "triental" (*Esai.* xl. 12) significatur simile quod per "mensuras," tum quod per "manum;" nempe, quale rei, et propria potentia: per "caelos spithama exaequare" significatur ordinare caelos (n. 629[*b*]; *conf.* n. 373).

Splendere.—"Splendere facere tenebras" (*Ps.* xviii. 29 [*B.A.* 28]) significat dissipare luce veri falsa ignorantiae (n. 274).

(*Videantur etiam articuli*, n. 195[*c*], 401[*c*], 526[*a*], 950.)

Splendidus.—"Splendida" (*Apoc.* xviii. 14) sunt vera et inde magnifica; quod "splendida" illa significent est quia splendor est lucis, et lux caeli est Divinum Verum aut Divina Sapientia; ex eo est quod omnia in caelis splendeant splendore qualis non datur in mundo (n. 1159).

(*Videantur etiam articuli*, n. 950, 951, 1222.)

Splendor.—"Splendores" (*Esai.* lix. 9) significant bona veri, quia "lux" significat verum, et quia verum splendet ex bono (n. 526[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 69, 294[*b*], 316[*a*], 365[*g*], 400[*b*], 401[*b–d,h*], 526[*a,b*], 594[*c*].)

Spoliare.—"Spoliatus" (*Mich.* i. 8) significat quod absque bonis esset (n. 714[*c*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 304[*b*], 695[*d*].)

Spolium.—Per "esse in praedam et in spolium" (*Jerem.* xlix. 32) significatur devastatio (n. 417[*b*]; *conf.* n. 419[*e*]).

Sponda.—"Sponda strati" (*Ps.* cxxxii. 3) significat doctrinam ecclesiae (n. 684[*c*]). In angulo lecti et in extremitate spondae" (*Amos* iii. 12) sunt qui in pauco naturali lumine ex spirituali, et inde in aliquibus veris (n. 163).

Spongia.—Affectio cujusvis recipit et imbibit sui convenientia sicut spongia aquas (n. 118; *conf.* n. 695[*d*]).

Quia potaverunt Dominum "aceto," per quod significatur falsificatum, ideo etiam "spongiam illo impletam imposuerunt calamo" (*Matth.* xxvii. 48), per quem significatur falsum in extremis (n. 627[*c*]).

Sponsus. } ***Sponsa.*** } —(*Vide* ***Nuptiae, Conjugium.***) Per "Sponsum" (*Matth.* xxv. 1) intelligitur Dominus quoad conjunctionem cum caelo et ecclesia per amorem et fidem (n. 252[*b*]; *conf.* n. 840, 1189).

Cum Dominus dicitur "Sponsus" et "Maritus," tunc caelum et ecclesia per "Sponsam" et "Uxorem" intelliguntur (n. 1120; *conf.* n. 1189).

(*Videantur articuli*, n. 223[*c*], 252[*b*], 274, 376[*e*], 660, 675[*a*], 983, 1189.)

Spontanei.—(*Vide Ps.* xlvii. 10 [*B.A.* 9], n. 331[*a*].)

Sporta. }
Sportula. } —Sporta:—*Vide Matth.* xv. 37; *Marc.* viii. 8 (n. 257) (*quibus in*
Sparta. } *locis Schmidius habet* sportula); *conf.* n. 933, *tum V. C. R.*, n. 154; *in opusculo De Charitate, in editione nostra* (p. 34, l. 31; p. 42, l. 14) *legimus* sportae *et* sportas; *editio photolith. autem forte habet* spartae *et* spartas.

Sparta:—*vide* n. 1084, *ed. photolith.*; *V. C. R.*, n. 459; *Regnum Animale, pars.* i., n. 268; *pars.* iii., n. 527; *Continuatio de Divina Sapientia*, xi[*b*]. 5 *editio photolith.* p. 63, l. 11), *habet* spartas, *ubi editio nostra habet* sportas.

Spuma.—"Spuma super faciebus aquarum" (*Hos.* x. 7) significat vacuum et separatum a veris (n. 391[*g*]).

"Spuma" (*Joel* i. 7) significat ubi non est verum intus (n. 403[*b*]; *conf.* n. 556[*b*]).

Sputum.—Per "lutum ex sputo" (*Joh.* ix. 6) significatur sensuale verum, quale est in Verbo pro illis qui modo vident illa quae coram sensibus externis apparent (n. 475[*b*]; *conf.* n. 239[*b*], 304[*g*]).

Squamae.—"Tunc piscis adhaerebit squamis" (*Ezech.* xxix. 4), significat quod scientia erit in sensuali homine absque vita (n. 513[*a*]).

Stabilire.—"Filii servorum tuorum habitabunt, et semen coram Te stabilietur" (*Ps.* cii. 29 [*B.A.* 28]), significat quod angelis et hominibus, qui receptiones Divini Veri sunt, vita aeterna erit, ac quod vera doctrinae apud illos in aeternum permansura sint (n. 768[*b*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 275[*a*], 304[*c*], 448[*c*], 741[*c*].)

Stacte.—(*Videantur articuli*, n. 324[*f*], 654[*h*].)

Stadium.—Per "stadia" (*Apoc.* xiv. 20) significantur productiones in serie (n. 924; *conf.* n. 430[*b*]).

Stagnum.—Per "stagnum aquarum" (*Ps.* cxiv. 6) significantur cognitiones veri (n. 405[*c*]).

"Stagnum aquarum" et "scaturigo aquarum" significant bonum quia verum, omne enim bonum spirituale comparatur per vera (n. 304[*d*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 304[*d*], 386[*d*], 405[*c,h*], 483[*a*], 518[*d*], 714[*c*], 730[*c*].)

Stannum.—Illa quae sensus litterae Verbi sunt, significantur (*Ezech.* xxii. 20) per "aes, stannum, ferrum et plumbum," quia per illa significantur bona et vera naturalis hominis, pro quo homine sunt illa Verbi quae continentur in sensu litterae ejus (n. 540[*b*]).

Stare.—(*Vide* ***Stationes.***)

Praesentia quae intelligitur per "stare super Monte Sion" (*Apoc.* xiv. 1) est praesentia Domini activa extraordinaria, propter finem ut Divinum Ipsius per caelos influat in inferiora ac ibi separet bonos a malis, ac malos dejiciat e locis suis ubi instar caelorum sibi formaverunt: haec praesentia est quae significatur per "stare," cum de Domino, etiam alibi (n. 850[*a*]; *conf. Sach.* xiv. 4, n. 405[*d*]; *Esai.* iii. 13, n. 639).

"Stare" significat esse (n. 414).

"Ambulare" (*Ps.* i. 1) est vitae cogitationis ex intentione, "stare" est vitae intentionis ex voluntate, ac "sedere" est vitae voluntatis (n. 687[*b*]).

"Stare coram Deo" est Ipsi conjungi (n. 489½); tum esse ab Ipso, et esse in Divino Vero (n. 639).

"Stare," sicut "exire," praedicatur de vero (n. 336[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 314[*a*], 325[*b*], 336[*b*], 401[*d*], 405[*d*], 414, 422[*c*], 456, 462, 489½, 490, 606, 615, 639, 658, 666, 687[*b*], 771, 850[*a*].)

Stater.—Quia naturales sunt servi, et inde intelliguntur per "tributarios," ideo factum est (*Matth.* xvii. 27) quod non Dominus nec Petrus darent tributum, sed "piscis," per quem significatur naturalis homo (n. 513[*d*]; *conf.* 820[*a*]).

Statera.—Per "stateram," in manu sedentis super equo nigro (*Apoc.* vi. 5), significatur aestimatio veri ex Verbo (n. 373).

Stationes.—(*Vide* ***Stare.***)

Ambulationes et profectiones sunt motus hominis, et inde significant progressionem vitae, seu progressionem cogitationis ex intentione voluntatis; at stationes et sessiones sunt quietis hominis, et inde significant esse vitae ex quo existere ejus (n. 687[*b*]).

Statua.—Per "statuam" (*Esai.* xix. 19) significatur cultus ex veris fidei (n. 391[*d*]; *conf. Ezech.* xxvi. 12, n. 652[*c*]).

Successivi status ecclesiae, usque ad adventum Domini, intellecti sunt per "aurum," "argentum," "aes" et "ferrum," ex quibus erat statua Nebuchadnezari in somnio visa (n. 176; *conf.* n. 411[*b*], 557[*a*], 1029[*b*]). (*Vide* ***Nebuchadnezar.***)

"Statuae solares" (*Esai.* xxvii. 9) significant cultum ex veris naturalibus (n. 391[*d*]).

Per "statuas" in opposito sensu significatur cultus ex falso (n. 391[*g*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 176, 375[*e*(i.)], 391[*d*,*g*], 411[*b*], 430[*b*], 652[*c*], 654[*b*], 1029[*b*].)

Statuta.—"Praecepta" (*Jerem.* xliv. 10) sunt leges cultus interni, et "statuta" sunt leges cultus externi (n. 696[*c*]).

Per "praecepta" multis in locis intelliguntur leges vitae; per "statuta" autem intelliguntur leges cultus, quae apud filios Israelis imprimis erant de sacrificiis ac de ministeriis sanctis; ac per "judicia" intelliguntur leges civiles (n. 946).

Per "testimonia" et "mandata" significantur quae docent vitam, per "legem" et "praecepta" quae docent doctrinam, per "statuta" et "judicia" quae docent ritus (n. 392[*e*]).

Per "statuta caeli et terrae" (*Jerem.* xxxiii. 25) significatur conjunctio Domini cum illis qui in Divinis veris sunt, in caelis et in terris (n. 768[*d*]).

Per "statuta lunae et stellarum," ex quibus lux noctis (*Jerem.* xxxi. 35), significantur vera ex bono spirituali, et ex cognitionibus, a quibus intelligentia (n. 275[*b*]; *conf.* n. 401[*e*], 768[*d*]).

Judaei ita adulteraverunt et profanaverunt omnia statuta, judicia et leges, quae repraesentabant bonum amoris et verum fidei, ut nihil boni et veri amplius superesset (n. 1029[*e*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 204[*b*], 388[*b*], 419[*d*], 629[*b*], 701[*d*].)

Status.—Tempora in mundo spirituali non aliter determinantur et distinguuntur quam per status vitae particulares et communes (*de quibus perplura*, n. 610).

Qualis est status vitae anteactae hominis usque ad finem, talis manet homo in aeternum (n. 194).

Apud spiritus et angelos alternant status (n. 481).

Sunt duo status cogitationum hominis, unus dum in cogitatione de veris est a Domino, et alter dum a semet: quando est in cogitatione de veris a Domino tunc elevatur ejus mens usque in lucem caeli; inde illi est illustratio et perceptio veri justa; at quando est in cogitatione de veris a

semet, tunc cadit ejus mens in lucem mundi; quae lux quoad spiritualia, seu quoad illa quae caeli et ecclesiae sunt, est caligo (n. 517).

Sunt bini status homini qui regeneratur; primus dum in veris est, et per vera ducitur ad bonum et in bonum; alter cum in bono est. Cum homo in primo statu est, tunc in pugnis seu tentationibus est; cum autem in altero statu est, tunc in tranquillo pacis est. Prior status est qui significatur per sex dies laboris qui praecedunt Sabbatum, et posterior status est qui significatur per quietem die Sabbati. Bini etiam status fuerunt Domino; primus cum Divinum Verum fuit, et ex illo pugnavit contra inferna et subjugavit illa; alter cum Divinum Bonum factus est per unionem cum ipso Divino in Se; prior status in supremo sensu significabatur per sex dies laboris, et posterior per Sabbatum (n. 965; *conf.* n. 288[*b*]).

Status cogitationis ex memoria corporis separatus est a statu cogitationis ex spiritu (*de quo plura*, n. 193[*a*]).

Sciatur quod alius status sit homini cum ex doctrina cogitat et loquitur, et alius cum extra doctrinam (*de quo plura*, n. 114).

De statu fidei et inde vitae hominum intra ecclesiam ex doctrina; tum quoque de statu fidei et inde vitae hominum ecclesiae ex Verbo (*de quibus perplura videantur*, n. 233): sciendum est quod perpauci sint qui ex doctrina de sola fide et de justificatione per illam vivunt, tametsi a praedicatoribus creditur quod omnes qui praedicationes eorum audiunt; ex Divina enim Domini providentia est quod perpauci sint (n. 233).

Status separatus est homini quando solum tenetur in cogitatione quae intellectus, et non simul in affectione quae voluntatis ejus est; status autem non separatus est homini quando tenetur in cogitatione ex intellectu, et simul in affectione ex voluntate (n. 997).

Per statuam Nebuchadnezari in somnio visam repraesentati sunt status successivi ecclesiae (n. 577[*a*], 1029[*c*]). (*Vide* ***Statua.***)

Status successivi ecclesiae post finem Ecclesiae Judaicae, seu a tempore Domini usque ad hodiernum diem, fuerunt sicut homo crescit intelligentia et sapientia, seu regeneratur (*de quo plura*, n. 641).

Per "aperire sigillum" (*Apoc.* vi.–viii.) significatur manifestatio status eorum qui ab ecclesia; et quia septem sigilla erant, et illa septies aperta, inde significantur successivi status eorum (n. 361[*e*]; *conf.* n. 351, 352, 369, 378, 390, 399, 486).

Stella.—(*Vide* ***Sidera.***)

Per "stellam matutinam" (*Apoc.* ii. 28) significantur intelligentia et sapientia ex Divino Humano Domini (n. 179).

Quod "stellae" significent cognitiones boni et veri, ita bona et vera, est ex apparentia in mundo spirituali; ibi enim Dominus apparet ut Sol, et angeli e longinquo ut stellae: quod angeli ita appareant, est ex receptione lucis ex Dominus ut Sole, ita ex receptione Divini Veri quod a Domino, nam hoc est lux caeli (n. 72).

Per "stellas" (*Esai.* xxiv. 21) significantur cognitiones boni, per "sidera" cognitiones veri (n. 401[*c*]).

Qui ex quarto genere profanationis sunt, illi post mortem apparent primum facie colore humano, circum quam plures stellae errantes fluitant; sed ut in lucem caeli evehuntur, stellae evanescunt (n. 1063).

(*Videantur articuli*, n. 72, 88, 90, 96, 175[*b*], 179, 184, 275[*b*], 304[*b*], 372[*a*], 400[*a*,*b*], 401[*b*–*e*], 402, 405[*e*], 422[*d*], 430[*b*], 447, 453[*b*], 502[*b*], 517, 519[*a*], 525, 526[*a*], 535, 573[*a*], 632, 687[*b*], 709, 714[*b*], 718, 719, 724[*a*], 1063.)

Stercus. } —Amor sui correspondet cum stercore humano; qui illi amori inescati fuerunt, in altera vita prae reliquis amant sordes stercoreas (n. 512; *conf.* n. 1057).
Stercorea. }

"Stercus" significat malum infernale (n. 617[*e*]; *conf.* n. 659[*e*]).

Sterilis.—"Sterilis quae non pepererat" (*Esai.* liv. 3) significat gentes apud quas nondum vera ex Verbo (n. 223[*c*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 257, 721[*a*], 768[*b*].)

Sterquilinia.—(*Vide* ***Stercus.***)

"Sterquilinia" significant falsa mali (n. 652[*b*]).

Stillae. } —(*Vide* ***Guttae.***)
Stillare. }

"Stillare" dicitur de influxu, agnitione et receptione veri (n. 730[*c*]).

Intelligentia et sapientia significatur (*Deutr.* xxxii. 2) per "stillas super gramen" et per "guttas super herbas" (n. 644[*b*]).

Per "sulcos irrigare, demittere turmas, et stillis liquefacere" (*Ps.* lxv. 11 [*B.A.* 10]), significatur implere cognitionibus boni et veri (n. 644[*c*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 376[*b,c*], 388[*e*], 405[*b,c*], 433[*c*], 594[*c*], 624[*c*], 644[*b,c*], 730[*c*].)

Stilus.—Falsum irradicatum intelligitur (*Jerem.* xvii. 1) per "scriptum stilo ferri et scalpro adamantis" (n. 391[*g*]).

Stipula.—Quod mala et falsa dispergantur sicut nihili, significatur (*Esai.* xli. 2) per "sicut pulverem, et sicut stipulam impulsam" (n. 357[*b*]; *conf.* n. 448[*c*]).

Stirps.—Ut David repraesentaret Dominum quoad Divinum Verum, ideo voluit Dominus nasci ex domo Davidis, et quoque dici "Davidis Filius," "Stirps" et "Progenies," tum "Radix Jischaji;" sed cum Dominus exuit humanum ex matre, et induit Humanum ex Patre, quod est Divinum Humanum, tunc non amplius filius illius fuit (n. 205).

Stola.—(*Vide* ***Vestes.***)

Quoniam spiritus et angeli vestiuntur secundum intelligentiam, et omnis intelligentia est veri, et angelica intelligentia est Divini Veri, ideo vestiuntur secundum vera. Quapropter vestes significant vera: vestes quae proximae corpori sunt, et inde interiores, significant interiora vera; vestes autem quae circum sunt et cingunt illas, significant exteriora vera: inde "stola," "toga," et "pallium," quae communia indumenta sunt, significant vera in communi; et "toga alba" Divinum Verum in communi quod apud illos a Domino (n. 395[*a*]).

Per "stolam primariam" (*Luc.* xv. 22) significantur communia et primaria vera (n. 279[*a*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 279[*a*], 391[*a*], 395[*a–d*], 457, 472, 475[*a*], 476.)

Stolidus.—(*Vide Ps.* lxxiii. 22, n. 167, 298[*b*].)

Storge.—(*Vide* ***Uterus.***)

Ex utero derivatur amor maternus, qui vocatur storge (n. 710[*a*]).

Stramen.—Per "stramen" (*Esai.* xi. 6) significatur Verbum in littera (n. 781[*d*]).

Stratum.—(*Vide* ***Lectus.***)

Per "stratum meum ascendit" (*Gen.* xlix. 4), significatur quod contaminaverit bonum spirituale in naturali (n. 434[*d*]).

Strepitus.—"Strepitus canticorum" (*Ezech.* xxvi. 13) significat confessionum gaudia (n. 326[*b*]; *conf.* n. 323[*b*]).

Per "strepitum populorum" (*Ps.* lxv. 8 [*B.A.* 7]) intelliguntur contradictiones a falsis (n. 706[*d*]).

Strictura.—Vastatio significatur (*Esai.* xxiv. 13) per "strictūram" et "racemationes" post consummationem (n. 638[*c*]; *conf.* n. 313[*b*], 919).

Strictus.—"Gladii stricti" (*Ps.* lv. 22 [*B.A.* 21]) sunt falsa destruentia (n. 537[*b*]).

Stridor. } —(*Vide* ***Dens, Frendor.***)
Stridere. } Per "stridorem dentium" in infernis, intelligitur continua disceptatio et pugna falsorum inter se et contra vera; hae disceptationes et pugnae extra illa inferna audiuntur sicut stridores dentium, et quoque in stridores dentium vertuntur cum vera e caelo illuc influunt (n. 556[*c*]).

Stultitia.—"Stultus" dicitur (*Esai.* xxxii. 6) qui in falsis et malis est ex amore sui, proinde ex propria intelligentia; falsa intelliguntur per "stultitiam" quam loquitur (n. 386[*d*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 238, 318, 365[*e*], 962.)

Stultus.—(*Vide* ***Stultitia.***)

Qui vere Christiani sunt, illi sciunt, volunt, et faciunt; at qui non vere Christiani sunt, hi modo sciunt: sed hi a Domino vocantur "stulti" (*Matth.* vii. 24, 26); illi vero "prudentes" (n. 349[*c*]).

Dicere, "Stulte," (*Matth.* v. 22,) est prorsus aversari bonum charitatis (n. 746[*f*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 238, 239[*b*], 349[*c*], 375[*e*(viii.)], 386[*d*], 587[*b*], 675[*a*], 734[*d*], 746[*f*].)

Stupendus.—(*Vide Jerem.* v. 30, n. 624[*e*].)

Stupor.—"Stupor" (*Sach.* xii. 4) dicitur de intellectu quando nulla ei perceptio boni, ac "caecitas" de illo quando ei nulla apperceptio veri (n. 355[*a*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 175[*b*], 239[*b*], 355[*a*], 386[*b*], 714[*c*].)

Stuppa.—Quia proprium hominis haurit omne malum et falsum, et per illa destruit omne bonum et verum, ideo dicitur (*Esai.* i. 31), "Erit robustus in stuppam, opus ejus in scintillam, et comburentur ambo simul" (n. 504[*e*]).

Stuprare.—(*Vide Ezech.* xix. 3, n. 601[*b*]; *Jerem.* iii. 2, n. 730[*b*].)

Stygius.—Ratiocinia pro adulteriis ascendunt ex aquis stygiis inferni (n. 982).

Stylus.—(*Vide* ***Stilus, Verbum.***)

Suadere.—"Suadeo tibi" (*Apoc.* iii. 18) involvit praecepta quomodo victuri ut reformentur et sic salventur (n. 241; *conf.* n. 243, 244).

Suaveolentia.—(*Vide* ***Fragrantia.***)

Sciendum est quod bonum amoris et charitatis producat suaveolentiam seu fragrantiam, sed per verum; non autem ex se absque vero, minus verum quod vocatur fidei absque bono (*de quo plura*, n. 324[*a*]).

Subdiales.—(*Vide* ***Solares.***)

Subigere.—Quod mala et falsa non separentur a bonis et veris, significatur (*Hos.* vii. 4) per "Cessat excitator a subigendo massam usque ad fermentationem" (n. 540[*a*]).

Sublatio.—"Preces" vocantur "suffimentum" (*Ps.* cxli. 2), et "sublatio manuum" vocatur "minchah;" et hoc quia per "preces" simile significatur quod per "suffimentum," et per "sublationem mannum" simile quod per "mincham:" per "suffimentum" significatur bonum spirituale, et per "mincham" bonum caeleste (n. 325[*a*]).

Aharoni et filiis ejus dabantur sancta filiorum Israelis, quae erant dona data Jehovae et vocabantur "sublationes" (*de quibus plura*, n. 375[*e*(iv.)]).

Submergi.—"Transire per aquas et per fluvios et non submergi" (*Esai.* xliii. 2), significat quod falsa et ratiocinationes ex falsis contra vera non corrumpent (n. 518[*e*]; *conf.* n. 504[*e*]).

Per "eripere e luto ne submergar" (*Ps.* lxix. 15 [*B.A.* 14]) significatur e malo falsi ne peream (n. 537[*b*]; *conf. Jerem.* li. 64, n. 569[*c*]).

Submittere.—Per "Submiserunt se colles saeculi" (*Hab.* iii. 6), significatur quod

perierit ecclesia spiritualis, qualis fuerat apud antiquos post diluvium (n. 629[*b*]).

Subsannationes.—Blasphemiae genera sunt varia, et ideo varia nomina sunt inter quae "subsannationes" (n. 778[*c*]).

Subsilire.—Gaudium oriundum ex bono amoris describitur (*Ps.* lxviii. 17 [*B.A.* 16]) et intelligitur per "saltare" et "subsilire" (n. 405[*c*]).

Subsistentia.—Sustentatio est perpetua creatio, sicut subsistentia est perpetua existentia (n. 1215).

Subsistere.—Mundus absque ecclesia, in qua Verbum est et in qua Dominus notus, non subsistere potest (n. 665).

Substantia.—(*Vide Exod.* xxiv. 10, n. 69.)

(*Vide* ***Corticalis, Medullaris.***)

Substantiata.—Intellectus et voluntas, quae una voce vocantur mens, proinde etiam intelligentia et sapientia, resident in cerebris; ibi sunt in suis primis: organa quae formata sunt ad recipiendos sensus et ad faciendos motus, sunt derivationes inde, prorsus sicut rivi a suis fontibus, aut sicut principiata a suis principiis, aut sicut substantiata a suis substantiis (n. 775).

Suburbia.—Per "Hierosolymam in medio ejus" (*Sach.* ii. 8 [*B.A.* 4]) significatur ecclesia ex illis qui interius recepturi Divinum a Domino procedens; et per "suburbia" ecclesia ex illis qui exterius recepturi sunt: spirituales intelliguntur per eos qui "in medio Hierosolymae" sunt, et spirituales naturales qui "in suburbiis" (n. 629[*a*]).

Subvertere.—Dicitur quod "Jehovah irritum reddet consilium gentium, et subvertet cogitationes populorum" (*Ps.* xxxiii. 10); quae sunt binae expressiones sicut unius rei, sed usque distinctae sunt in sensu interno (n. 175[*b*]).

Successivus.—(*Vide* ***Ordo, Simultaneus.***)

Est ordo successivus et est ordo simultaneus. In ordine successivo pura et perfecta apparent supra, et minus pura et perfecta apparent infra. Tres caeli in ordine successivo sunt, unum supra alterum; et in superioribus caelis omnia sunt pura et perfectiora, at in inferioribus sunt minus pura et perfecta. Ordo simultaneus existit in inferioribus, et plene in infimis; superiora enim se demittunt et se reponunt in ordine qui vocatur simultaneus, in quo pura et perfecta, quae fuerunt superiora, in medio seu centro sunt; ac minus pura et perfecta, quae fuerunt inferiora, in peripheriis sunt. Inde est quod in ultimis sint omnia simul in suo ordine, quae in ordine successivo exstiterunt (n. 1086; *conf.* n. 595, 666, 822).

Si spectantur status successivi ecclesiarum in nostra tellure, patet quod fuerint sicut status successivi hominis qui reformatur et regeneratur (*de quo plura*, n. 641). (*Vide* ***Ecclesia.***)

Succus.—Puriora insunt crassiori, et inde extrahuntur, sicut spiritus animalis et succus nerveus insunt sanguini, ex quo substantiae originariae et fibrae nerveae suas spartas distincte hauriunt et extrahunt (n. 1084).

Sudarium.—"Reponere minam in sudario" (*Luc.* xix. 20) significat habere cognitiones solum in memoria naturalis hominis (n. 193[*b*]).

Suffimentum. }
Suffire. } —Suffimentum factum est ex aromatibus fragrantibus; primario ex thure (n. 324[*f*], 491).
Suffitio. }
Suffitus. } "Suffimentum" et "thus" significant bonum spirituale, ac "suffitio" cultum ex illo bono gratum, ac ideo auditionem et receptionem a Domino (n. 324[*b*]).

(*Videantur articuli*, n. 324[*b*,*d*–*f*], 325[*a*], 491, 494, 567, 768[*d*], 1150.)

Per "suffire suffimentum" significatur cultus ex bono spirituali, quod in sua essentia est genuinum verum (n. 768[*d*]).

Cultus ex amore mundi significatur (*Hos.* iv. 13) per "suffire super collibus;" et cultus ex falsis doctrinae per "sacrificare et suffire sub quercu, et populo et robore" (n. 324[*e*]).

"Suffire super lateribus" (*Esai.* lxv. 3) significat cultum ex falsis doctrinae (n. 659[*a*]).

(*Videantur articuli*, n. 324[*d,e*], 411[*f*], 659[*a*], 768[*d*].)

"Altare suffimenti" significavit Divinum Spirituale; et "suffitiones" super illo significaverunt cultum ex bono spirituali, ac auditionem et receptionem ejus a Domino (n. 567).

Thuribula quae in usu erant apud gentem Judaicam et Israeliticam fuerunt ex aere; et per suffitiones ex illis thuribulis repraesentabatur cultus ex bono spirituali, et simul conjunctio cum bono naturali, nam "aes" significat bonun naturale: per "thuribulum aureum" autem (*Apoc.* viii. 3) significatur conjunctio boni caelestis cum bono spirituali (n. 491).

"Suffitio" significat illa cultus quae grate percipiuntur; et quia omnis cultus Divinus qui grate percipitur est ex bono spirituali, ideo per "suffimentum" significabatur illud bonum; ut gratum repraesentaretur, factum est suffimentum ex aromatibus fragrantibus, et hoc quoque ex correspondentia (n. 324[*e*]).

Per "suffitus" significantur omnia cultus quae ex bono spirituali; similia significantur per "preces" quae per "suffitus." Qualis est homo quoad vitam, tales sunt preces ejus. Nisi externa procedant ex internis, sunt modo gestus et soni absque vita. Affectio spiritualis est quae vocatur charitas erga proximum; in illa esse, est vere cultus; precatio est procedens (*de quibus perplura*, n. 325[*a*]).

(*Videantur articuli*, n. 324[*a,c,d*], 325[*a*], 444[*b*], 490, 492, 494, 504[*d*], 567.)

Sufflare.—(*Vide Ezech.* xxii. 20, n. 540[*b*].)

Sugere.—Per "sugentem" et "ablactatum" significantur qui in bono innocentiae sunt, qui sunt qui in amore in Dominum (n. 581[*a*]).

"Sugere oleum e saxo petrae" (*Deutr.* xxxii. 13) significat imbui bono per vera fidei (n. 375[*e*(viii.)]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 175[*a*], 314[*b*], 365[*g*], 374[*c*], 375[*e*(viii.)], 410[*c*], 411[*c*], 581[*a*].)

Sui amor.—(*Vide* ***Amor.***)

Amores sui et mundi sunt radices, ex quibus omnis generis et omnis speciei mala et falsa propullulant et nascuntur (n. 584; *conf.* n. 982, 1022).

Per amorem sui intelligitur imprimis amor imperandi super alios ex solo jucundo dominii et propter eminentiam, et non ex jucundo usuum et propter bonum publicum (n. 950).

Mala omnis generis scaturiunt ex amore sui; qui enim se solum amat, is amat suum proprium; et inde omnia voluntatis suae et intellectus sui immergit proprio, usque adeo ut non possit ab illo elevari ad caelum et ad Dominum (n. 653[*a*]).

Amor sui est amor mere corporeus, scaturiens ex ebullitione et fermentatione partium obsoletarum et earum titillatione intus in corpore, unde perceptivum mentis, quod puram atmosphaeram requirit, non modo hebetatur et crassescet, sed etiam perit: quod amor sui sit ex illa origine, constare potest ex correspondentia ejus cum stercore humano (*de quo plura*, n. 512).

Inferna ubi amor sui regnat, sint inferna diriora et maligniora, ac e diametro contra Dominum (n. 650[*a*]).

(*Videantur articuli*, n. 159, 171, 394, 506, 512, 517, 584, 650[*a*], 653[*a*], 950, 951, 982, 1010, 1016, 1022.)

Sulphur. } —Per "sulphurem" significatur amor falsi ex malo, proprie concu-
Sulphureus. } piscentia destruendi vera boni ecclesiae per falsa mali (n. 888).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 576, 578, 579, 644[*d*], 653[*b*], 888, 960[*a*].)

Sumere.—Omne bonum influit, tam quod homo cogitat, quam quod vult et inde facit; et quia hoc novit ex doctrina ecclesiae, nempe, quod omne bonum sit a Deo, ideo credere debet quod non faciat bonum a se, tametsi id facit sicut a se: ita intelligitur quod Dominus docuit apud *Johannem* (cap. iii. 27), "Non potest homo sumere quicquam nisi sit datum illi e caelo" (n. 864; *conf.* n. 802[*b*]).

(*Vide Jerem.* xiii. 4, n. 410[*c*]; *Ezech.* xxiii. 26, n. 654[*l*].)

Summum. } —"Cum ad summum pervenerunt praevaricatores" (*Dan.* viii. 23),
Summus. } significat quando non amplius verum et bonum sed falsum et malum (n. 412[*f*]).

Cuivis insitum est e caelo, quod insitum est ex continuo influxu inde, Divinum suum velle videre, et quidem sub Humana forma. Quod hoc insitum exstirpatum sit e Christiano orbe, trahit primam originem ex Babylonica gente, quae separavit Humanum Domini a Divino, ut summus eorum pro vicario Humani Domini agnosceretur, et sic Divinam Ipsius potestatem in se transferret (n. 52).

Superaddi.—Quod affectio spiritualis quae vocatur charitas permansura sit post mortem secundum quantum et quale ejus, intelligitur (*Marc.* iv. 24) per "Qua mensura mensuratis remensurabitur vobis;" et quod id quantum et quale implebitur in aeternum, intelligitur per quod "mensura superaddetur vobis audientibus," et quod "in sinum dabitur mensura bona, pressa, agitata et superfluens" (n. 629[*c*]).

Superbia. }
Superbire. } —Per "superbiam" (*Ezech.* xvi. 49) intelligitur amor sui (n. 653[*a*]).
Superbus. } Per "superbiam Jacobi" (*Amos* vi. 8) significatur amor falsi apud illos qui ab ecclesia (n. 675[*b*]).

Jactantia et elatio animi ex falsis quae dicunt esse vera, significatur (*Ezech.* xxxiii. 28) per "superbiam roboris" (n. 405[*g*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 376[*f*], 405[*g*], 410[*b*], 538[*a*], 653[*a*], 675[*b*], 727[*b*].)

Ad primum sapientiae gradum non venerunt qui ex scientiis superbiunt, ac intelligentissimos se inde credunt (n. 117).

Per "aquas superbi" (*Ps.* cxxiv. 5) significantur falsa faventia amori sui et confirmantia illum (n. 518[*e*]).

Superfluens.—Quod quantum et quale affectionis spiritualis, quae est homini, implebitur in aeternum, intelligitur (*Marc.* iv. 24) per quod "In sinum dabitur mensura bona, pressa, agitata et superfluens" (n. 629[*c*]).

Superior. } —Tertium seu intimum caelum conjungitur cum secundo seu medio
Supra. } per angelos intermedios, qui vocantur angeli caelestes spirituales et spirituales caelestes; hi una cum angelis tertii seu intimi caeli constituunt superiores caelos; at reliqui in secundo seu medio caelo, una cum illis qui in primo seu ultimo caelo, constituunt inferiores caelos (n. 322).

In caelis superioribus sunt causae, et effectus causis correspondentes se sistunt in caelis inferioribus (*de quo plura*, n. 682).

In Verbo, per "superiora" et "quae in medio" significantur interiora, et per "inferiora" et "quae in circuitu" intelliguntur exteriora (n. 283[*a*]): "supra" et "superius" significat intra et interius (*de quo plura*, n. 595).

Superliminare.—(*Vide Ezech.* xli. 3, n. 629[*a*].)

Supernumeraria.—Dixerunt angeli quod illis impossibile sit cogitare ex aliqua intentione de uxore aut femina supernumeraria, quia hoc foret convertere caelum in infernum; quare angelus dum modo id cogitat, cadit de caelo (n. 1004).

Suph.—(*Vide* **Aegyptus.**)

Per "terminos Terrae Canaanis" (*Exod.* xxiii. 31) significantur ultima ecclesiae, quae sunt scientifica vera, cognitiones veri et boni ex Verbo, et rationalia: per "Mare Suph" significatur scientificum verum; per "Mare Philisthaeorum," ubi erant Tyrus et Sidon, significantur cognitiones veri et boni ex sensu litterae Verbi; et per fluvium "Euphratem" significatur rationale (n. 518[*b*–*e*]).

In opposito sensu, per "Pharaonem et exercitum ejus" significantur illi qui in falsis ex malo sunt, et per "Mare Suph" significatur infernum ubi illa falsa sunt (n. 538[*a*]).

Qui scientiis abutuntur ad confirmanda mala et falsa, deprivantur omni cognitione veri et boni, post mortem; et cum illis deprivati sunt, conjiciuntur in infernum, quod etiam repraesentatum est per submersionem Aegyptiorum in Mari Suph (n. 654[*f*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 400[*c*], 405[*c*], 503[*a*], 504[*e*], 514[*b*], 518[*b*–*d*], 538[*a*], 569[*c*], 654[*f*,*l*], 701[*c*].)

Supplantare.—Qui naturalis est et non simul spiritualis, ille est contra bonum caeli et ecclesiae, hoc enim comparatur solum per conjunctionem veri et boni, primum in spirituali homine, et dein in naturali. Per "Esavum" significatur bonum naturale in spirituali; et quia Jacob et ejus posteri omne bonum rejecerunt, et hoc a primo tempore, ideo dicitur de Jacobo (*Hos.* xii. 4 [*B.A.* 3]) quod "in utero supplantaverit fratrem suum" (n. 710[*b*]).

Supra.—(*Vide* **Superior.**)

Quod supra est, hoc etiam intra est; et quod infra est, hoc etiam extra est; et quod extra est, hoc circum est: inde est quod in Verbo per "superiora" et "quae in medio" significentur interiora; et per "inferiora" et "quae in circuitu" intelligantur exteriora (n. 283[*a*]).

Surculus.—Per "vitem" et per "surculum" quem plantavit Jehovah (*Ps.* lxxx. 16 [*B.A.* 15]), significatur ecclesia spiritualis, repraesentata per filios Israelis (n. 724[*d*]).

Per "caput surculorum" (*Ezech.* xvii. 4) significantur primariae cognitiones (n. 281[*a*]).

"Surculus abominabilis" (*Esai.* xiv. 19) est verum falsificatum (n. 659[*e*]; *conf.* n. 1029[*d*]).

Surdus.—(*Vide* **Audire, Auris.**)

Quod Dominus dicatur "caecus" et "surdus" (*Esai.* xlii. 19) est quia est sicut non videat et percipiat peccata hominum. "Caecus" dicitur, et inde "servus," ex Divino Vero; et "surdus" et inde "angelus" ex Divino Bono: nam "caecus" se refert ad intellectum et inde perceptionem, ac "surdus" ad perceptionem et inde voluntatem (*de quibus plura*, n. 409[*b*]).

Per "surdos, qui audient verba libri" (*Esai.* xxix. 18), intelliguntur qui volunt obedire veris et inde vitam boni agere, sed non possunt quia non habent Verbum (n. 239[*b*]).

Quod illi qui non in perceptione et voluntate boni sunt, tunc obedituri et in bono victuri sint, significatur (*Esai.* xxxv. 5) per quod "aures surdorum aperientur" (n. 239[*b*]; *conf.* n. 152).

Quod omnes a Domino recipientur et reformabuntur qui agnoscunt Ipsum, significatur (*Esai.* xliii. 7, 8) per "Creavi, formavi et feci omnem voca-

tum a nomine meo;" illi sunt qui intelliguntur per "caecos quibus oculi," et per "surdos quibus aures" (n. 239[b]; *conf.* n. 152).

Per "surdum" (*Marc.* vii. 33) significantur illi qui non in intellectu veri, et inde non in obedientia (n. 455[c]).

Spiritus a Domino "surdus et mutus" vocatus est (*Marc.* ix. 25), quia non voluit percipere et intelligere verum; "surdi" enim et "muti" illos significant (n. 556[c]).

Surgere.—(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 316[b], 376[g], 410[c], 448[c], 556[a], 629[a], 684[c], 687[b], 700[b], 734[d], 911[c].)

Sursum.—"Esse sursum" (*Deutr.* xxviii. 13) est elevari a Domino ut spectet ad caelum; et "esse deorsum" est non elevari a Domino, sed ex se; et ex se spectat homo solum ad mundum (n. 559).

(*Videantur etiam articuli*, n. 112, 179, 283[d], 386[c], 422[c], 504[a], 559, 595.)

Sus.—(*Vide Porci.*)

In lupinaribus quae in inferno sunt, apparent fetores omnis generis, ac dum lux e caelo in illa immittitur, conspiciuntur adulterae cum adulteris sicut sues jacentes in ipsis sordibus; et quod mirum, similiter ac sues in deliciis suis sunt dum in medio sordium (n. 1005).

Suscipere.—Per "suscipere prophetam in nomine prophetae" (*Matth.* x. 41), significatur amare verum doctrinae quia est verum, seu recipere verum propter illud; per "suscipere justum in nomine justi" significatur amare bonum et facere illud quia est bonum, ita recipere id a Domino ex amore seu affectione cordis (n. 624[b]).

Suspendere.—Per "crucifixionem" significabatur condemnatio et maledictio propter destructionem boni in ecclesia; et per "lapidationem" significabatur condemnatio et maledictio propter destructionem veri in ecclesia. "Lignum," super quo suspendebantur, significabat bonum, ac in opposito sensu malum; "lapis," quo fiebat lapidatio, significabat verum, et in opposito sensu falsum (n. 655[a]).

(*Vide Num.* xxv. 4, n. 401[g]; *Thren.* v. 12, n. 412[f].)

Suspicere.—(*Vide Esai.* xiii. 21, n. 386[c].)

Suspirare.—"Gementes et suspirantes super abominationibus" (*Ezech.* ix. 4) sunt qui non in malis et inde falsis sunt; "gemitus et suspirium" super illis significant aversionem et dolorem pro illis (n. 427[a]).

"Suspirat et expandit manus" (*Jerem.* iv. 31) significat dolorem (n. 315[c]).

Sustentare. } —Sustentatio est perpetua creatio, sicut subsistentia est perpetua
Sustentatio. } existentia (n. 1215).

(*Vide Esai.* xli. 10, n. 298[b].)

Sustinere.—"Exactionem sustinere" (*Esai.* liii. 7) significat tentationes (n. 813).

Per "sustinere" (*Apoc.* ii. 3), cum de illis qui in cognitionibus veri et boni sunt, est resistentia contra illos qui impugnant vera fidei (n. 101).

Swedenborg.—(*Dicta ab auctore de pluribus, ex auditis et visis, ita ab experientia, tum de se ipso perpauca, nunc sequuntur.*)

"Homines illustrantur varie, quisque secundum quale suae affectionis et inde intelligentiae; illi qui in affectione veri spirituali sunt, elevantur in lucem caeli, usque ut percipiant illustrationem. Mihi datum est illam videre, et ex illa percipere distincte quid a Domino venit et quid ab angelis; quod a Domino, hoc scriptum est, et quod ab angelis non scriptum. Insuper mihi datum est loqui cum angelis, sicut homo cum homine, et quoque videre illa quae in caelis sunt, et quae in infernis: causa fuit, quia venit finis hujus ecclesiae, et instat principium Novae, quae erit Nova Hierosolyma; cui revelandum est quod Dominus regat universum,

tam caelum quam mundum, quod caelum et infernum sint, et quale utrumque; quod homines vivant etiam homines post mortem, in caelo qui a Domino ducti sunt, in inferno qui a semet; quod Verbum ipsum Divinum Domini in terris sit; tum etiam quod ultimum judicium peractum sit, ne homo id exspectet in suo mundo in aeternum; praeter plura quae sunt lucis nunc orientis post tenebras" (n. 1183).

"Quod me attinet, testari possum quod per quindecim annos manifeste perceperim quod non quicquam cogitarem et vellem a me, tum quod omne malum et falsum influerit ex societatibus infernalibus, et quod omne bonum et verum ex Domino: quapropter aliqui spiritus id animadvertentes dicebant quod non vivam; quibus datum est respondere quod plus vivam quam illi, quia sentio influxum boni et veri a Domino, ac video et percipio illustrationem; et quod ex Domino percipiam mala et falsa ab inferno, non modo quod mala inde sint, sed etiam a quibus, et quoque datum est loqui cum illis, reprehendere illos, ac rejicere illos cum malis et falsis suis, a quibus sic liberatus sum: et amplius dicere datum est quod nunc sciam quod vivam, ac prius non ita: ex his plene convictus sum quod omne malum et falsum sit ex inferno, ac omne bonum et verum, una cum perceptione illorum, sit ex Domino; ac insuper quod liberum mihi esset, ac inde perceptio sicut a me. Quod ex inferno sit omne malum et falsum, etiam oculis meis datum est videre: apparent super infernis sicut ignis et fumi; mala sunt ignes, et falsa sunt fumi; illi continue inde exhalantur et exsurgunt; ac spiritus qui in medio inter caelum et infernum commorantur, secundum amores suos ab illis afficiuntur" (*de quo plura*, n. 1147; *conf.* n. 503[*b*], 518[*a*]).

"Possum etiam ipse coram mundo testari quod omnia cogitationis et voluntatis meae influxerint, bona et vera per caelum a Domino, ac mala et falsa ab inferno; datum est mihi a multo tempore id percipere" (n. 1134; *conf.* n. 86).

"Quod Jehovah visus sit pluribus, de quibus in Verbo, erat quia circumcincti tunc fuerunt columna spirituum, et sic conservati; ita quoque Dominus mihi aliquoties visus est" (n. 78).

"In caelis apparent animalia pulchra, et consimilia vegetabilia; in infernis autem animalia noxia, et consimilia vegetabilia; et cognoscuntur angeli et spiritus ex apparentiis animalium, et consimiliter ex apparentiis vegetabilium: plenaria est concordantia cum affectionibus illorum, immo talis est concordantia ut animale possit mutari in concordans vegetabile, ac vegetabile in concordans animale. Angeli caeli sciunt quid affectionis repraesentatur in uno et in altero; et audivi, et quoque percepi, quod simile sit. Datum etiam est mihi manifeste cognoscere correspondentiam, non modo animalium sed etiam vegetabilium, cum societatibus caeli et cum societatibus inferni, ita cum affectionibus illarum; nam societates et affectiones in mundo spirituali unum faciunt" (n. 1212).

"Mihi revelatum est quod omnia minima sicut maxima quae immediate procedunt a Domino in forma humana sint" (n. 1119).

"Datum est videre societatem, ex millibus angelorum constantem, ut unum hominem mediocris staturae; tum societates ex paucioribus similiter" (n. 1222).

"Quando mala et falsa hominis remota sunt, tunc tentationes peractae sunt, et illis peractis influit gaudium per caelum a Domino, et illius mentem naturalem implet; hoc gaudium est quod intelligitur hic per consolationes: has consolationes accipiunt omnes qui tentationes spirituales subeunt; ab experientia loquor" (n. 897).

"Datum mihi est videre plura in caelo, plura in mundo, et plura in corpore humano, ac simul expendere usus illorum; ac revelatum est quod unumquodvis in illis, tam magnum quam parvum, creatum sit ex usu, in usu,

et ad usum; et quod pars in qua ultimum, quod est ad usum, cessat, separetur ut noxia, ac sicut damnata ejiciatur" (n. 1194).

"Omnia illa [quae apud animalia conspiciuntur] sunt mihi argumenta et documenta influxus spiritualis in naturalia; et permiror quomodo talia possunt esse argumenta et documenta operationis solius Naturae, ut sunt quibusdam qui ex propria intelligentia infatuati sunt" (n. 1198).

"Quod omnia et singula hominis, tam quae mentis ejus sunt quam quae corporis, sint formae amoris in mirabili serie; et quod organa cerebri et faciei, tum membra et viscera corporis, sint perpetuae contexturae correspondentes affectionibus caeli, in quibus sunt societates ejus" (n. 837; *conf.* n. 889).

"Asseverare possum ex omni experientia de hac re, quod omnia quae homo cogitat et vult ab uno aut ab altero sint," hoc est, a caelo aut ab inferno (n. 86).

"Quod extensio omnium cogitationum hominis sit in societates mundi spiritualis, et quod nulla cogitatio absque illa extensione dari queat, ex plurium annorum experientia ita testatum factum est, ut cum omni fide id possim asseverare" (n. 1092; *conf.* n. 837, 889).

"Quod quantum homo cogit se resistendo malis, tantum removeantur ab illo societates infernales; vicissim, si homo non se ipsum cogit ad resistendum malis, manet in illis. Quod ita sit, per plurem experientiam in mundo spirituali mihi innotuit" (n. 1151).

"Quod homo ex Divina Providentia ducatur ad talia quae non seducunt, et quae serviunt ad vitam aeternam. . . . .Quod ita sit, constare potest ex illis quae in caelis a me visa sunt" (n. 1190).

"Quod homo non possit aliter spiritualis fieri, seu vitam spiritualem accipere, quam per vitam secundum religionem a Domino. Quod ita sit, confirmatus sum ex angelis tertii seu intimi caeli" (*de quo plura*, n. 902).

Quod homo per vestes suas communicationem habet cum societatibus caeli, illustratum ab experientia (n. 951).

Homines Ecclesiae Antiquissimae quales fuerunt, revelatum est e caelo; datum enim est loqui cum illis ac informari (n. 739[*b*]).

Dictum est e caelo quod correspondentia familiarum in terris cum societatibus in caelis fuerit apud antiquissimos; et quoque dictum est quod tunc ad adulteria, sicut ad abominabilia inferni, interius horruerint (n. 988).

Quinam per "Chanochum" (*Gen.* v. 24) intellecti sunt, et quid significatum est, e caelo detectum est (n. 728). (*Vide* ***Chanochus.***)

Quomodo Babylonia incohat, et quomodo terminatur, ostensum est (n. 1029[*a*]). (*Vide* ***Babylonia.***)

"Audivi etiam angelos dicentes quod quando datur illis spectare in ecclesiam, et videre illos qui credunt se ex doctrina intelligentes esse, quod videant meram caliginem, et illos quasi alte sub undis" (n. 235).

Omnis homo post mortem praeparatur vel ad caelum vel ad infernum; ei homini qui praeparatur ad caelum, removentur mala; et ei qui praeparatur ad infernum, removentur bona; et omnes remotiones fiunt sicut ab illis (n. 971).

Omnes qui in mundum spiritualem e terris veniunt, cognoscuntur quales sunt ex eo, num possint resistere malis sicut a se ipsis, vel num id non possint. Illi qui possunt, salvantur; illi autem qui non possunt, non salvantur (*de quo plura ab experientia*, n. 1165).

"Datum est loqui cum aliquibus qui ante saecula vixerunt, et deprehensi quod eis similis vita esset qualis descripta est in historicis de illis: et datum est loqui cum aliquibus qui crediderunt se fidem habuisse, sed

non vixerunt vitam fidei, quae est charitas, et deprehensum quod exclusi essent caelo: et praeterea saepe e caelo dictum est quod vita maneat hominem, et quod fides separata a vita nihil sit" (n. 792).

"Qui non agnoscunt Divinum Humanum Domini, et non vivunt secundum praecepta Ipsius in Verbo, non consociari possunt angelis caeli: quod ita sit, constiterat mihi ex multa experientia" (n. 865).

De quibusdam spiritibus qui crediderunt quod vita aeterna esset modo intromitti in caelum (n. 865).

Datum est pluribus recordari actorum vitae suae in mundo, et enumerare bona quae fecerunt; sed cum aperiebatur internum eorum, deprehensum est illud plenum omni malo et inde falso: et tunc revelatum est illis quod bona quae enumeraverunt ex se fecerint, quia propter se et mundum (n. 794; *conf.* n. 803[*b*]).

Quandoque stupefactus est, quando audivit quosdam spiritus qui ingeniose poterant cogitare et ratiocinari, credens quod prae aliis potuissent adduci ad recipiendum fidem (n. 650[*a*]).

Quod ne quidem una cogitatio spiritui et quoque homini sit quae non per sphaeram exundantem communicat cum aliqua societate (n. 889; *conf.* n. 837, 889, 1092).

"Periti artis botanicae, chymicae, medicae, et pharmaticae, in scientiam usuum spiritualium ex vegetabilibus [in caelis] veniunt post mortem, et quoque illam exercent, ac illa quam maxime delectantur; locutus sum cum illis, et ex illis audivi mirabilia" (n. 1214).

"Ideae cogitationis illorum qui naturales sunt, et ex solis scientificis cogitant, vertuntur in formas piscium; apparent etiam inde in maribus plures species piscium, quas saepius videre etiam mihi datum est" (n. 513[*a*]).

"Ab experientia etiam aliquid .... dicam: Spiritus qui dum vixerunt homines in mundo, et tunc ab aliis eruditi crediti sunt, explorati sunt num sciant quid fides spiritualis; dixerunt se nosse: quare missi sunt ad illos qui in fide illa fuerunt, et tunc data cum iis communicatione perceperunt quod non illis fides fuerit, et quod nesciverint quid fides; quare illis dictum est quid nunc credant de sola fide, super qua fundatur tota ecclesiae eorum doctrina; sed pudefacti obmutuerunt" (n. 236[*b*]).

De quodam, in mundo spirituali viso, qui excogitaverat modos conjunctionis omnium in sola fide ultra centenos (n. 786).

Idolum factum est in mundo spirituali a quibusdam qui fidem separaverunt a bonis operibus (n. 780[*a*]).

Quibusdam in locis in mundo spirituali sunt continuae pugnae illorum qui in falsis sunt cum similibus et cum dissimilibus; et visum est quod mali per falsa vicerint, et quod falsa valeant contra illos qui in falsis sunt (n. 776).

Quod separatio bonorum et malorum appareat in mundo spirituali sicut rete seu sagena emissa in mare, contrahens et subducens in litus pisces (n. 513[*d*]).

"Procellas aliquoties ... mihi percipere datum est, et quoque ventum orientalem per quem dissipati sunt mali, et conjecti in inferna, quando ultimum judicium peragebatur" (n. 419[*f*]).

"Quod 'terrae motus' significet mutationem status ecclesiae, ex pluribus locis in Verbo constat, quorum aliqua in sequentibus adducentur. Quod 'terrae motus' id significet, est ex apparentiis in mundo spirituali. In eo mundo aeque sunt terrae, valles, colles, montes, ut in mundo naturali, et super illis habitant spirituum et angelorum societates: illa loca, antequam super illis formatum est novum caelum, visa sunt insignes mutationes subire; quaedam apparuerunt subsidere, quaedam concuti et commoveri, et quaedam convolvi sicut solet volumen libri convolvi, et auferri; et

quaedam quassari et tremere sicut a terrae motu magno: haec mihi saepe visa sunt antequam novum caelum formatum est, et semper indicia fuerunt quod status ecclesiae ibi immutatus sit" (n. 400[*a*]).

"Quod per 'Sodomam et Gomorrham' omnia mala et falsa ex amore sui profluentia intelligantur, mihi dictum est e caelo; nam cum illi qui in malis ex illo amore sunt pereunt, ut factum est die ultimi judicii, apparuit sicut sulphur et ignis pluens e caelo; hoc mihi etiam visum est" (n. 653[*b*]).

"Idea de Deo ut homine est insita e caelo omni genti in universo terrarum orbe; at, quod lamentor, deperdita in Christiano" (n. 1097).

"Idea angelorum de Deo ab aeterno non trahit aliquid ab ortu, seu ab initio, sed a statu, quod ille aeternus sit; ita quod omne id quod Deus est, et quod a Deo procedit, sit aeternum, hoc est, Divinum in se. Quod ita sit, percipere datum est per elevationem supra naturalem ideam in spiritualem" (n. 1130).

"In spirituali mundo indeterminata idea de Deo est nulla idea de Ipso; quare datur determinata ad aliquem, qui vel in alto sedet, vel alibi, ac responsa dat" (n. 955; *conf.* n. 1097, 1115).

"Omnipotentia Dei elucet ex caelo quod supra aut intra caelum nostrum aspectabile est, et ab orbe ibi qui habitatur ab angelis sicut noster ab hominibus; ibi sunt stupenda Divinae omnipotentiae testimonia, quae quia mihi visa et revelata sunt, illa memorare licet" (n. 1133).

"Res spirituales quae creduntur apparent in luce illis qui in charitate sunt; ab experientia hoc dico" (n. 232).

De influxu superiorum in inferiora in mundo spirituali plura, quae revelata sunt et inde cognita (n. 702).

"Sensus litterae Verbi sanctissimus est, immo etiam est prae sensu ejus spirituali potens, quod ex multa experientia in mundo spirituali notum mihi factum est" (n. 816).

"Quicquid apparet in caelo apparet prorsus sicut tale quod in mundo nostro materiali ex triplici ejus regno existit. . . . Apparent animalia terrae, volatilia caeli, pisces maris, reptilia, et illa ex omni genere, et in similitudine cum illis quae in nostra tellure, tali ut distingui non possint; ego illa vidi, nec potui distinguere" (n. 926).

"Datum est videre quomodo similitudo status conjungit, et extensionem spatii seu distantiam contrahit; et quomodo dissimilitudo separat, ac extensionem spatii seu distantiam producit" (n. 1219).

"In caelo spirituali apparent candelabra in multa magnificentia, per quae repraesentatur eorum caelum; illa quoque mihi videre datum est" (n. 62).

"Datum mihi aliquoties [in infimo caelo] videre maria, et quoque loqui cum illis qui in illis sunt" (*de quibus plura*, n. 342[*b*]; *conf.* n. 513[*a*,*d*], 653[*b*]).

"Quod spiritualia caeli, qualia sunt quae angeli cogitant et loquuntur, cadant etiam in numeros, saepe mihi ostensum est" (*de quo plura*, n. 429).

De deliciis et amoenitatibus in amore vere conjugiali, et de conjugiis angelorum in caelo, plura ex auditis et visis (n. 992; *conf.* n. 1000).

"Divinum Verum descendens e caelo vertitur in falsa infernalia apud malos, ex qua conversione existunt plures apparentiae; sicut quod defluat grando et ignis, cum tamen haec non e caelo a Domino, sed ab illis qui in falsis mali sunt, qui convertunt influxum Divini Veri et Boni in falsum mali. Datum etiam est mihi conversiones illas appercipere; quando Divinum Verum e caelo in aliquod infernum defluxit, vertebatur in via successive in falsum mali, quale fuit apud illos" (*de quibus plura*, n. 503[*b*]; *conf.* n. 518[*a*], 1147).

Quod maligni amores societatum infernalium cum effluviis cadaverosis, stercoreis et urinosis communicent (*ab experientia*, n. 1201).

"In desertis et in infernis vidi plures ex nobili prosapia, qui in mundo se dederunt otio, et ambiverunt officia, et quoque functi sunt illis, non propter usus, sed propter honores aut lucra, quae solum illis usus fuerunt" (n. 1226).

"Inferna quae in falsis sunt ex malis illorum amorum [sui et mundi], apparent in igne sicut fornacis magnae, e qua densus fumus commixtus igni ascendit; visa etiam mihi sunt, et patuit quod amores illi apud illos sistant apparentiam talis ignis, et quod falsa inde effluentia apparentiam fumi igniti" (n. 539[*a*]).

"Quod doctrina fidei separatae destruat ecclesiam quoad omnia bona et vera ejus, . . . ex talibus post mortem, cum quibus locutus sum, abunde mihi patuit: sectatores et defensores fidei separatae, qui modo externum poculi et patinae purgarunt et non internum, post exactum tempus, omnia quae in mundo dixerunt et crediderunt suae fidei esse rejecerunt, et vel se, vel alios qui potentia ex artibus in inferno notis praestant, pro diis agnoscunt; immo, ad vera Verbi, quae sancta dixerunt in mundo, rident" (n. 796).

"Omnes illi qui in fide separata a charitate tam doctrina quam vita sunt, mere naturales sunt: quod illi per 'hircos' in Verbo intelligantur, mihi ad vivum in mundo spirituali ostensum est" (n. 817[*e*]).

"Quod ad fidem separatam a charitate attinet, illa in mundo spirituali percipitur sicut adulterium filii cum matre, et quoque cum noverca. . . . . Quod tale adulterium ex fide separata a charitate in mundo spirituali appercipiatur, patuit mihi a correspondentiis in mundo spirituali" (n. 817[*c*]).

"Quod illi [qui sunt mere naturales et sensuales, et tamen in scientia rerum in se spiritualium] constituant 'draconem,' et quod adulteratio et destructio veritatum Verbi intelligatur per 'caudam' ejus, bis et ter datum est mihi videre in mundo spirituali" (n. 714[*b*]).

"Quod illi qui per 'draconem' et per 'angelos ejus' intelliguntur, separati fuerint e caelo ac damnati inferno dum ultimum judicium peragebatur, et quoque postea, mihi datum est oculo teste videre" (n. 742; *conf.* n. 419[*f*]).

Quod spiritibus infernalibus prorsus nulla potentia sit contra vera, et tam nulla ut sit nihil, ab experientia ostensum (n. 783).

Experientia ex aliquibus diabolis qui ex inferno in quo Nephilim, quibus permissum influere (n. 544).

"Quod tales sint mali contra illos quos Dominus tutatur, ex pluri experientia scire datum est; continuo enim ac omni modo et nisu allaborarunt me deprivare veris et bonis, sed incassum" (n. 556[*b*]).

"Quod dracones tunc circumstiterint, ac vehementer et obnixe obstiterint, et hoc usque ad clamorem et cruciatum illorum qui pro illa doctrina erant, testari possum" (n. 711).

"Dominus potest unicuique homini, qui sanae rationis est, dare affectionem veri et inde fidem, et affectionem boni et inde amorem, id per detentionem ab amoribus malis, qui sunt proprii ejus; quantum enim homo ab illis detinetur, tantum est in intellectu veri et in voluntate boni. Vidi ipsos diabolos redactos in talem statum; in quo cum fuerunt, locuti sunt vera ex intellectu et fide, et fecerunt bona ex voluntate et amore; in quem statum redacti sunt, quia negaverunt quod non potuerint intelligere vera et facere bona: ast ut primum detentio ab amoribus propriis illorum relaxta est, et redierunt in cupiditates amorum suorum, pro fide veri erat illis fides falsi, et pro amore boni erat illis amor mali: hoc testatum est saepius, et coram pluribus" (n. 1158; *conf.* n. 1170).

"Experientia haec est:—Quando non reformatus seu malus subit poenas,

quod fit in inferno, tenetur in illis usque dum percipitur quod ex se nolit illa; non prius liberatur: ita cogitur ille ex se removere mala; si non usque ad illam intentionem et voluntatem punitur, manet in suo malo. Sed tamen non usque exstirpatur malum, quia non coegerat se ipsum; manet intus, et recurrit quando cessat timor" (n. 1164).

Sycomorus.—Per "sycomorum" (*Ps.* lxxviii. 47) significatur verum naturale ecclesiae (n. 503[*a*]).

"Ficus" aut "sycomorus" significat naturalem hominem quoad bona et vera ibi (n. 815[*b*]).

Per "sycomorum" (*Luc.* xvii. 6) in opposito sensu significatur fides amoris mali (n. 815[*b*]).

Symbolum Athanasii. } —(*De hoc Symbolo seu Fide, videantur articuli*, n. 10,
Fides Athanasiana. } 26, 114, 183[*c*], 250[*c*], 297, 309, 315[*b*], 343, 349[*b*], 735, 749, 852[*b*], 885, 1091–1094, 1096–1100, 1102–1104, 1106–1109, 1111, 1112, 1114–1116, 1118–1122, 1124–1127, 1129–1131, 1133–1136, 1138, 1139, 1141–1148, 1150–1156, 1158–1160, 1162–1168, 1170.)

Synedrium.—Tres gradus punitionis significantur per "judicium," "synedrium," et "gehennam ignis" (*Matth.* v. 22); punitiones pro malis levioribus significantur per "judicium," punitiones pro malis gravioribus per "synedrium," et punitiones pro malis gravissimis per "gehennam ignis" (n. 746[*f*]).

Syria. }
Syriaca. } —"Syria" significat ecclesiam quoad cognitiones veri et boni (n. 195[*b*]).
Aram. } Rex Syriae (*Esai.* vii. 1) repraesentavit externum seu naturale ecclesiae (n. 706[*c*]).

Kephah significat petram in lingua Syriaca (n. 411[*d*]).

Per "Rezinum" et "Syriam" (*Esai.* vii. 4) significatur rationale perversum (n. 559).

(*Videantur articuli*, n. 195[*b*], 391[*h*], 411[*d*], 422[*d*], 475[*b*], 559, 706[*c*], 717[*c*], 827[*a*], 840.)

Tabernaculum.—(*Vide* ***Tentorium, Habitaculum.***)

Quod "tabernaculum" significet ecclesiam quoad doctrinam et cultum, est quia illi qui ab ecclesia antiquissimis temporibus erant habitabant in tabernaculis et tentoriis, cum quibus etiam peregrinati sunt; erant enim plerique tunc pastores ovium; et paterfamilias docuit illos qui e domo illius prognati erant, praecepta charitatis et inde vitam amoris, in tabernaculis sicut postea in templis: inde "tabernaculum" significabat simile quod "domus Dei," nempe cultum Dei secundum doctrinam; proinde etiam ecclesiam, quoniam ecclesia est ecclesia ex vita secundum doctrinam, et vita secundum doctrinam est cultus. Ecclesia illorum fuit ecclesia caelestis, quae distinguitur ab ecclesia spirituali in eo, quod ecclesia caelestis in amore in Dominum et in cultu ex illo amore sit, et quod ecclesia spiritualis in amore erga proximum et in cultu ex illo amore sit (n. 799[*a*]; *conf.* n. 1145).

Nonnullis in locis in Verbo dicuntur tum "tabernacula," tum "tentoria" (*vide Num.* xxiv. 5); et per "tabernaculum" significatur ecclesia ab illis qui in bono amoris in Dominum sunt, et per "tentorium" significatur ecclesia ex illis qui in veris ex illo bono sunt: et quia doctrina et inde cultus faciunt ecclesiam, ideo per "tabernaculum" significatur doctrina boni amoris, et per "tentorium" doctrina veri ex illo bono; inde etiam per "tabernacula" in plurali significantur bona ecclesiae et doctrinae,

et per "tentoria" vera ecclesiae et doctrinae (n. 799[*b*]; *conf.* n. 431[*c*], *ubi legitur* "tabernacula et habitacula").

Quia caelestis fuit ecclesia apud antiquissimos, et doctrina amoris in Dominum docebatur in tabernaculis, et inde tabernacula prae templis a Domino amabantur, ideo ex mandato Domini super Monte Sinai aedificatum est tabernaculum, in quo gens Israelitica sanctum cultum haberet; et postea in memoriam sanctissimi cultus in tabernaculis institutum est Festum Tabernaculorum (n. 799[*a*]): per "Festum Tabernaculorum" significabatur implantatio caelestis boni seu amoris (n. 109).

Tabernaculum aeque ac Templum in supremo sensu significavit Dominum, in sensu respectivo caelum et ecclesiam, et inde sanctum cultus (n. 700[*a*]).

Tentorium seu Tabernaculum repraesentavit formam caeli; una cum atrio repraesentavit tres caelos; sanctum sanctorum, quod erat intimum, ubi arca in qua tabulae Legis, repraesentavit tertium seu intimum caelum: inde erat quod tabernaculum illud vocaretur "habitaculum Jehovae Dei," sicut vocatur ipsum caelum (*de quibus plura*, n. 700[*a*]).

Per "tabernaculum" in quo abscondit (*Ps.* xxxi. 21 [*B.A.* 20]) significatur Divinum Verum (n. 455[*b*]).

Cum dicitur, "Templum tabernaculi testimonii" (*Apoc.* xv. 5), significatur Divinum Verum interius (n. 948); tum Verbum in quo est Divinum Verum et naturale et spirituale (n. 959).

(*Videantur articuli*, n. 62, 109, 365[*f*], 431[*c*(i.)], 455[*b*], 504[*b*], 586, 700[*a*], 724[*c*], 799[*a–c*], 820[*a*], 948, 959, 1145.)

Tabula.—Quoniam per Legem quae a Domino promulgata est e Monte Sinai in lato sensu significatur Verbum, ideo etiam tabulae quibus Lex illa inscripta fuit vocantur "Tabulae foederis." Per tabulas illas, hoc est, per Legem illis inscriptam, intelligitur Divinum Verum, per quod conjunctio cum Domino; ex qua conjunctione vocantur "Tabulae foederis:" et quia omnis conjunctio, sicut foedus, fit a parte unius et a parte alterius, ita vicissim utrinque, ideo tabulae illae binae fuerunt, et ex lapide; quod ex lapide, erat quia per "lapidem" etiam significatur Divinum Verum in ultimis (n. 701[*c*]; *conf.* n. 222[*b*], 392[*d*]).

Super una tabula scripta fuerunt praecepta amoris in Dominum, et super altera tabula scripta fuerunt praecepta amoris erga proximum. Tria praecepta prima sunt amoris in Dominum, et sex praecepta ultima sunt amoris erga proximum; et quartum praeceptum, quod est, "Honora Patrem tuum et Matrem tuam," est praeceptum medians; nam per "Patrem" ibi intelligitur Pater in caelis, et per "Matrem" ibi intelligitur ecclesia, quae est proximus (n. 1026).

Dum homo se conjungit Domino per sex ultima praecepta sicut a se, tunc Dominus conjungit Se homini per tria prima praecepta, quae sunt quod homo agnoscat Deum, credat in Dominum, et sanctum habeat nomen Ipsius: horum fides non apud hominem est, utcunque credat quod sit, nisi abstineat a malis ut peccatis, quae in altera tabula, hoc est, in sex ultimis praeceptis, praescripta sunt (n. 1027).

"Tabulae," "remi," "malus" (*Ezech.* xxvii. 5, 6), significant varia ex quibus doctrina (n. 514[*a*]).

Malum irradicatum intelligitur (*Jerem.* xvii 1) per "sculptum super tabula cordis, et in cornibus altarium" (n. 391[*g*]).

Tacere.—(*Vide* **Conticescere, Mutus.**)

(*Vide Esai.* lxii. 1, n. 148, 272; *Thren.* ii. 10, n. 577[*b*].)

Tactus.—(*Vide* **Sensoria, Sensus, Tangere.**)

Omnes sensus hominis, nempe visus, auditus, olfactus, gustus et tactus, non sunt in homine, sed excitantur et producuntur ex influxu: in homine

sunt modo formae organicae quae sunt recipientes; hae nullius sensus sunt priusquam adaequatum ab extra influit (n. 349[*a*]).
"Tactus" significat communicationem et translationem in alterum et receptionem ab altero (n. 79).

Taeda.—(*Vide* ***Abies.***)
Illa ecclesiae quae sunt in spirituali seu interno homine, significantur (*Esai.* xli. 19) per "cedrum schittae," "myrtum" et "arborem olei;" et illa ecclesiae quae sunt in naturali seu externo homine, per "abietem," "taedam" et "buxum" (n. 375[*e*(viii.)]; *conf.* n. 109): "abies" est verum naturale superius, "taeda" est verum naturale inferius, et "buxus" est intellectus boni et veri ibi (n. 750[*c*]).

Talaris.—Per "vestes" significantur vera, quae investiunt bona. "Talaris" (*Apoc.* i. 13), qui est indumentum commune, quia de Domino, significat in genere omne Divinum Verum (n. 64).

Talentum.—"Talenta," "minae," et "pecuniae," significant cognitiones veri et boni ex Verbo: quod auferrentur hae cognitiones illis qui non spiritualem vitam sibi compararunt, etiam intelligitur in parabolis Domini de talentis et minis datis servis ut negotiarentur et lucrarentur, et de servo qui non negotiatus est et nihil lucratus (n. 193[*b*]).
Comparatur quale falsorum cum "talento" (*Apoc.* xvi. 21), quia talentum in computatione nummorum et in ponderatione argenti erat maxima summa, ac per "argentum" significatur verum, et in opposito sensu falsum (n. 1026).

Talio.—Ex ordine est ut opera sua unumquemvis sequantur et unumquemvis judicent; inde fit cuivis sicut fecerat (n. 977).
Lex caelestis, et inde lex Christiana, est quam Dominus docuit apud *Evangelistas*, "Omnia quaecunque volueritis ut faciant vobis homines, sic et vos facite illis; haec est Lex et Prophetae" (*Matth.* vii. 12; *Luc.* vi. 31). Quia haec lex in caelo est, et ex caelo in ecclesia, inde etiam omne malum secum poenam correspondentem habet, quae poena mali vocatur, et inest sicut conjuncta malo: ex hoc fluit poena talionis, quae dictata fuit filiis Israelis quia externi homines et non interni erant (*de quo plura*, n. 556[*b*]).

Talpae.—Mala et falsa doctrinae ex quibus cultus, significatur per "talpas et vespertilionibus" (*Esai.* ii. 20), quia visus earum est in tenebris et fugiunt lucem (n. 410[*b*]).

Talus.—Per "aquas ad talos" (*Ezech.* xlvii. 3) significatur intelligentia qualis est sensuali et naturali homini, nam "tali" significant sensuale et naturale (n. 629[*b*]).

Tangere.—(*Vide* ***Tactus.***)
Per "tangere" significatur communicare, transferre, et recipere (n. 78).
Potentia spiritualis est velle alterius bonum, et quantum potest, velle transferre in alterum quod apud se est; haec potentia est quae per "manum" in sensu spirituali significatur, et ejus communicatio et translatio per "tangere manu" (n. 79).
(*Videantur articuli*, n. 78, 79, 239[*b*], 391[*c*], 405[*h*], 659[*a*].)

Tanquam.—(*Vide* ***Sicut, Comparatio.***)
Dicitur quod "caput et capilli candidi essent tanquam lana candida, tanquam nix," et quod "pedes essent similis chalcolibano, tanquam in camino igniti" (*Apoc.* i. 14, 15); sed sciendum est quod omnes comparationes in Verbo significent, quia similiter ac ipsae res sunt ex correspondentiis (n. 69).

Taxus.—Per "vestire acupicto et calceare taxo" (*Ezech.* xvi. 10), significatur instruere cognitionibus veri et boni ex Verbi sensu litterae seu ultimo (n. 375[*e*(viii.)]).

Tectum.—"Domus" significat hominem quoad omnia interiora, quae mentis ejus sunt; et inde "tectum domus" (*Marc.* xiii. 15) significat intelligentiam quae ex genuinis veris, ita quoque genuina vera per quae intelligentia (n. 405[*f*]).

Tegere.—(*Vide* ***Tegumentum.***).

"Tegere" praedicatur de veris, quia "vestes" significant vera induentia bonum; "tegere se antiquo" (*Esai.* xxiii. 18) significat cognitiones genuini veri imbuere (n. 617[*b*]).

"Tegere veste," et "induere," significat instruere in veris (n. 240[*c*]).

Tegillum. }
Tugurium. } —(*Vide Esai.* xxiv. 20, n. 304[*b*], 400[*b*].)

Tegumentum. }
Obtegumentum. } —Ubi dicitur, "Omnis lapis pretiosus tegumentum tuum" (*Ezech.* xxviii. 13), "omnis lapis pretiosus" significat cognitiones veri et boni, et "tegumentum" significat externum Verbi quod tegit internum ejus; externum Verbi est sensus litterae ejus, contegens internum, quod est sensus spiritualis ejus (n. 717[*c*]): cognitiones veri et boni dicuntur tegumentum quia in naturali homine sunt, ac naturalis homo tegit spiritualem (n. 294[*b*]; *conf.* n. 110).

Vera intromittentia, quae destructa, vocantur "tegumenta Jehudae" (*Esai.* xxii. 8), quia per "Jehudam" significatur amor caelestis, ac vera illa tegunt et protegunt illum (n. 208[*b*]).

Quia omne spirituale bonum et verum, ne laedatur, conservatur per naturale bonum et verum, ideo dicitur (*Esai.* iv. 5) quod "Super omni gloria tegumentum" (n. 594[*d*]).

Tela.—Dolosa falsa significantur (*Esai.* lix. 5) per "telas araneae" quas texunt (n. 581[*a*]).

Tellus.—Praesentia Domini, et inde angelorum caeli, apud homines hujus telluris, est per Verbum; hoc enim conscriptum est per meras correspondentias. Lux caeli, seu lux in qua sunt angeli caeli qui ab hac tellure, est a Domino per Verbum; inde propagatur lux ut e medio in peripherias undiquaque (n. 351).

Homines post mortem vix sciunt aliter quam quod adhuc super terra vivant; et cum datur illis copia inspicere in nostram tellurem, non vident aliquid dissimile (n. 304[*a*]).

Telum.—(*Vide* ***Arma, Jaculum, Sagitta.***)

"Sagittae," "jacula" et "tela" significant vera doctrinae quae pugnant (n 357[*a*]).

In opposito sensu, "telum" est falsum destruens verum (n. 357[*c*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae, plurima in parte explicata, videantur*, n. 257, 273, 355[*f*], 357[*a–d*], 401[*d*], 594[*c*], 684[*b*], 724[*c*].)

Temere.—(*Vide Matth.* v. 22, n. 693.)

Tempestas.—Multis in locis in Verbo per "procellam" et "tempestātem" significatur dispersio falsorum et malorum, ex causa quia illi qui in falsis mali sunt dejiciuntur in infernum per ventum procellosum (n. 419[*f*]).

Divinum Verum in ultimis, quia parum intelligitur nisi e caelo illustratur, et ideo disceptatur et controvertitur de eo, intelligitur per "procellam et tempestatem" in qua Jehovae est via (*Nahum* i. 3); procella et tempestas spiritualis est disceptatio de genuino sensu, quem tamen Dominus illustrat per influxum apud illos qui verum desiderant (n. 594[*b*]).

Templum.—(*Vide* ***Tabernaculum.***)

"Templum" significat in supremo sensu Divinum Humanum Domini, et in respectivo caelum; et quia caelum, etiam significat ecclesiam, nam ecclesia est caelum Domini in terris: et quia "templum" significat caelum et ecclesiam, etiam significat Divinum Verum procedens a Domino; causa

est quia hoc facit caelum et ecclesiam (n. 220[a]; *conf.* n. 219, 242[d], 630[b]).

Tres divisiones templi, nempe "atria," "ipsum templum," et "adytum," significant tres caelos secundum gradus eorum (n. 630[c]): templum a Salomone aedificatum, cum atriis suis, repraesentabat tres caelos; quare nihil fuit in templo, nec extra templum ubi atria, nisi quod aliquid caeli repraesentavit (n. 700[g]; *conf.* n. 277[b]).

Arca ex testimonio in illa erat sanctum sanctorum, tam in tentorio quam in templo, et inde tentorium erat sanctum et quoque templum (n. 392[d]).

Per "templum" in Verbo significatur ecclesia quoad verum, ac per "domum Dei" ecclesia quoad bonum; nam templum erat ex lapidibus, domus Dei autem antiquis temporibus fuerat ex lignis, ac "lapides" significant vera, et "ligna" bona (n. 629[a]; *conf.* n. 1145). (*Vide* ***Tabernaculum, Tentorium.***)

Per "templum" significatur ecclesia quae in veris ex bono est, quae vocatur ecclesia spiritualis (n. 313[a]).

Per "templum" significatur cultus qui procedit ex veris a bono amoris (n. 391[c]).

Per "novum templum" significatur nova ecclesia quae instauranda a Domino (n. 400[c]).

Quod antiqui sua templa aedificaverint ut anteriora, ubi adytum, spectarent orientem, causa; quod etiam hodie fit ex usu vetusto (n. 422[d]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 68, 219, 220[a,b], 242[d,e], 253[a], 277[b], 313[b], 329[g], 388[c], 391[c,e], 392[d], 400[c], 403[d], 422[d], 458[a], 478, 587[b,d], 600[c], 608[b], 629[a], 630[a–c], 699, 700[g], 909, 914, 915, 933, 948, 949, 959, 1013.)

Tempus.—(*Vide* ***Spatium.***)

Quoniam similia in caelo sunt quae in nostro mundo, ideo etiam in caelis sunt spatia et tempora; sed spatia ibi, sicut ipsae terrae et quae super illis, sunt apparentiae, apparent enim secundum status angelorum. Simile est cum temporibus sicut cum spatiis, progressiones enim per spatia sunt etiam progressiones per tempora: quod haec quoque sint apparentiae statuum, est quia Sol caeli, qui est Dominus, non ibi per circumlationes et per progressiones facit dies et annos, sicut apparet sol mundi facere; quare in caelis est perpetua lux, et perpetuum ver; inde tempora ibi non sunt fixa, stata et mensurabilia: nunc quia illa quoque variantur secundum status affectionum et inde cogitationum, sunt enim brevia et contracta in affectionum jucundis, ac longa et producta in affectionum injucundis, ideo angeli nec habere possunt ideam temporis ex apparentia, sed ideam statuum ex origine ejus. Ex his patet quod nulla idea spatii et temporis sit angelis in caelo; sed de illis idea spiritualis, quae est idea status. Sed idea status, et inde idea apparentiae spatii et temporis, non datur nisi quam in ultimis creationis ibi, et ex illis: ultima creationis ibi sunt terrae, super quibus habitant angeli; ibi apparent spatia et tempora, et non in ipsis spiritualibus a quibus creata sunt ultima; immo nec in ipsis affectionibus angelorum, nisi cogitatio ex illis pervadat ad ultima. Aliter vero in naturali mundo, ubi spatia et tempora sunt fixa, stata, et mensurabilia, et ideo intrant in cogitationes hominum, ac finiunt illas, et distinguunt a spiritualibus angelorum (n. 1219).

Omnipotentia, omnipraesentia et omniscientia non possunt comprehendi intellectu, nisi ex ideis cogitationis removentur spatia et tempora, haec enim singulis ideis cogitationis aliquo modo insunt (n. 1220).

Tempora in mundo spirituali, quae usque succedunt sicut tempora in mundo naturali, distinguuntur per status vitae. Sunt mutationes status quoad amorem et fidem, ex quibus non aliqua notio intervallorum in quae distincta sunt nostra tempora dari potest, tametsi tempora progrediuntur ibi sicut in mundo naturali (n. 571; *conf.* n. 610).

"Tempus" significat statum existentem, cum dicitur de hominibus; at perpetuum existens, cum de Jehovah (n. 295[c]).

Omnia "tempora" in Verbo non significant tempora, sed status vitae; ideo illa, cum agitur de Domino, significant statum infinitum; et status infinitus quoad tempus est aeternum (n. 23).

Per quod "exiguum tempus habeat" (*Apoc.* xii. 12), significatur quod prior status mutatus sit (n. 755).

Quod dicatur "tempus, tempora, et temporis dimidium" (*Apoc.* xii. 14), est quia "tempus" in singulari significat statum boni, "tempora" in plurali significant statum veri, utrumque quoad implantationem eorum, et "dimidium temporis" significat sanctum ecclesiae (*de quibus plura*, n. 761; *conf.* n. 610).

"Tempus amorum" (*Ezech.* xvi. 8) significat statum quando reformari potuit (n. 283[b]).

"Tempus finis" (*Dan.* xi. 40) significat tempus ultimum ecclesiae, quando non verum quia non bonum (n. 514[c]).

"Quod tempus non erit amplius" (*Apoc.* x. 6), significat quod non ulterius intellectus Divini Veri, et inde aliquis status ecclesiae (n. 610).

(*Videantur articuli*, n. 16, 23, 283[b], 295[c], 355[b], 386[d], 405[d], 413[b], 514[c], 532, 548, 571, 610, 664, 673, 694, 755, 761, 870, 875, 889, 1219, 1220.)

Tendere.—Per quod "arcum tendat et dirigat eum" (*Ps.* vii. 13 [*B.A.* 12]) significatur quod ex falsis faciat sibi doctrinam contra vera (n. 357[d]; *conf.* n. 238, 357[c]).

Tenebrae.—(*Vide* ***Caligo.***)

"Nigrum" et "atrum" in Verbo significat non verum; similiter ac "tenebrae," "nubes," "obscuritas," et plura ex quibus nigredo (n. 372[b]).

"Tenebrae" significant lumen naturale; hoc enim, respective ad lucem spiritualem, est sicut tenebrae (n. 526[b]).

"Tenebrae" in Verbo significant falsa varii generis (n. 526[a]).

Quod "tenebrae significent falsum, est quia "lux" significat verum, et falsum est oppositum vero sicut tenebrae sunt luci (n. 526[a]).

"Tenebrae" significant meram ignorantiam ex deprivatione veri (*Ps.* xviii. 29 [*B.A.* 28]); per "tenebras" etiam significantur falsa mali (*Esai.* xlviii. 5); per "tenebras" quas homines dilexerunt magis qnam lucem (*Joh.* iii. 19) significatur falsum infernale, quod est falsum mali (n. 526[b]); "tenebrae extimae" (*Matth.* xxii. 13) sunt falsa ex malo (n. 195[b]).

"Tenebrae" (*Esai.* lviii. 10), significant ignorantiam mentis spiritualis, et "caligo" ignorantiam mentis naturalis (n. 386[d]); "tenebrae" et "caligo" sunt ignorantia veri et boni (n. 750[e]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 72, 151, 167, 195[b], 239[b], 274, 279[a], 294[d], 304[e], 357[c], 372[a,b], 386[d], 401[c,d,f], 405[h], 481, 526[a,b], 601[b], 618, 624[c], 750[e], 864.)

Tenebricosus. } —De quibusdam spiritibus qui avertunt faciem a Domino, et ver-
Tenebrosus. } tunt illam ad quoddam caliginosum et tenebricosum ibi, quae loco solis et lunae mundi sunt, ex opposito ad Solem et Lunam caeli angelici (n. 401[g]).

Cavernae et antra in quibus sunt qui in infernis, apparent illis qui in caelis sunt sicut specus tenebricosae (n. 526[b]).

Per "corpus," quod vel "lucidum" vel "tenebricosum" (*Luc.* xi. 34), intelligitur totus homo (n. 526[b]).

"Et factum est regnum ejus tenebrosum" (*Apoc.* xvi. 10) significat ecclesiam in meris et densis falsis (n. 989).

Tenere.—Per "tenentes remum" (*Ezech.* xxvii. 29) significantur intelligentes (n. 514[a]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 96, 135, 410[b], 514[a], 654[i].)

Tentari.—Per "tentari" (*Apoc.* ii. 10) significatur infestari a falsis (n. 123).

Tentatio.—Dominus, per quod in deserto fuerit quadraginta diebus, repraesentabat durationem omnium tentationum quas Ipse prae omnibus in universo terrarum orbe immanissimas subiit et sustinuit; ita non quod tunc solum tentatus fuerit, sed quod a pueritia usque ad ultimum vitae suae in mundo; ultima tentatio fuit Ipsi in Gethsemane: per tentationes enim subjugavit omnia inferna, et quoque glorificavit Humanum suum. Et quia tentationes existunt per malos spiritus et genios qui ab inferno sunt, ita per inferna, unde mala et falsa et eorum cupiditates et concupiscentiae assurgunt, ideo per "bestias," cum quibus fuit, non intelliguntur bestiae, sed inferna et inde exsurgentia mala; et per "angelos," qui ministrabant Ipsi, non intelliguntur angeli, sed Divina vera, per quae ex propria potentia vicit et subjugavit inferna (n. 650[*g*]); per "jejunationem" ibi significatur afflictio qualis est in tentationum pugnis (n. 730[*d*]; *conf.* n. 740[*d*]).

Tres tentationes descriptae apud *Evangelistas* (*Matth.* iv. 8; *Luc.* iv. 8) significant et involvunt omnes tentationes quas Dominus sustinuit cum in mundo fuit; Dominus enim per tentationes ab infernis in Se admissas et per victorias tunc redegit omnia in infernis in ordinem, et quoque Humanum suum glorificavit, hoc est, Divinum fecit. Quod omnes tentationes Domini tam paucis descriptae fuerint, est quia non aliter revelavit illas; sed usque in interno sensu Verbi describuntur ample (n. 405[*i*]; *conf.* n. 448[*d*], 538[*b*]).

Tentationes Domini fuerunt gravissimae, et contra omnia inferna, nam Dominus omnia inferna per tentationes in Se admissas subjugavit; at tentationes hominum sunt contra mala et falsa quae ab infernis apud illos sunt, in quibus Dominus pugnat, et non homo nisi contra aliquot dolores (n. 893).

Tentationes Domini describuntur quales fuerunt (*Ps.* lxxxviii. 5–7, 12 [*B.A.* 4–6, 11]), quod nempe visus Sibi sicut in inferno inter damnatos; nam tentationes quas Dominus sustinuit fuerunt ita atroces et enormes (n. 659[*b*]).

Tentatio Domini ultima fuit in Gethsemane et super cruce, et tunc quoque plenaria victoria, per quam subjugavit inferna, et simul glorificavit Humanum suum (n. 900).

Quod tentationes attinet, in illas venit homo quando immittitur in suum proprium, tunc enim se adjungunt ei spiritus ab inferno qui in falsis principii ejus sunt et in malis amoris ejus, et tenent ejus cogitationes in illis, at Dominus tenet ejus cogitationes in veris quae fidei et in bonis quae charitatis; et quia tunc jugiter de salute et de caelo cogitat, inde ejus anxietas mentis interior, et inde pugna, quae vocatur tentatio. At vero illi qui non in veris et bonis sunt, ita non in aliqua fide ex charitate, non immitti possunt in tentationes, nihil enim apud illos est quod pugnat cum falsis et malis; inde est quod hodie pauci sint qui tentantur, et inde quod parum sciatur quid tentatio spiritualis (n. 246; *conf.* n. 247).

Quod oremus ne Deus inducat nos in tentationes, hoc ita dicitur quia apparet sicut Deus inducat, cum tamen neminem in tentationes inducit (n. 631).

Dominus per Divinum suum Verum ducit homines ac tutatur illos contra falsa et mala quae ab inferno, imprimis in tentationibus, quae in specie significantur per profectiones filiorum Israelis in deserto quadraginta annis (n. 700[*b*]).

In tentationibus apparet Dominus sicut absens (n. 700[*b*]).

In omni tentatione est liberum, sed id liberum est interius apud hominem a Domino; et ideo pugnat et vult vincere, et non vinci, quod absque libero non faceret (n. 900).

Homo quando in tentationem spiritualem venit tunc est inter illos spiritus qui in falsis sunt; hi cogitationes ejus ligant, et tenent illas sicut vinctas

in carcere, et continue infundunt scandala contra vera fidei, et evocant mala vitae ejus; sed Dominus continue tutatur hominem influendo ab interiori, et sic tenet hominem in constantia resistendi: tales sunt tentationes spirituales (n. 138).

Per tentationes amores proprii infringuntur; ita corpus conteritur ac infirmatur (n. 600).

Principia falsi de sola fide et de justificatione per illam non possunt aboleri nisi per tentationes (n. 246).

De consolationibus post tentationes, nunc aliquid dicetur. Omnes qui a Domino regenerantur tentationes subeunt, et post tentationes gaudia habent; sed unde tentationes sunt, et post illas gaudia, quae hic intelliguntur per consolationes, in orbe adhuc nescitur, ex causa quia pauci sunt quibus sunt tentationes spirituales, quia pauci sunt in cognitionibus boni et veri, et adhuc pauciores qui in conjugio boni et veri, hoc est, in veris quoad doctrinam et simul in bonis quoad vitam; et non alii in tentationes spirituales emmittuntur quam illi, quia si alii, illi in tentationibus succumberent; et si succumberent, foret status eorum posterior pejor statu eorum priori. Quod non alii in tentationes spirituales possint immitti quam qui in conjugio boni et veri sunt, est genuina causa, quia mens spiritualis, quae proprie est internus homo, non apud alios aperiri potest, nam cum illa mens aperitur tunc tentationes existunt: causa est quod caelum, hoc est, Dominus per caelum, per mentem spiritualem hominis influat in mentem naturalem ejus; non alia est via caeli, hoc est, Domini per caelum in hominem; et cum caelum influit, tunc removet obstantia, quae sunt mala et inde falsa, quae in naturali mente seu in naturali homine resident; et illa non removeri possunt quam per vivam agnitionem illorum ab homine, et dolorem animae propter illa; inde est quod in tentationibus sint homini angores ex malis et falsis in cogitationem exsurgentibus; et quantum tunc homo agnoscit sua peccata, se reum facit, et supplicat de liberatione, tantum tentationes ei conducunt: ex his patet quod homini tentatio spiritualis sit dum internum ejus, quod vocatur mens spiritualis, aperitur; ita dum homo regeneratur. Quando itaque mala et falsa hominis remota sunt, tunc tentationes peractae sunt; et illis peractis influit gaudium per caelum a Domino, et illius mentem naturalem implet; hoc gaudium est quod intelligitur hic per consolationes. Has consolationes accipiunt omnes qui tentationes spirituales subeunt; ab experientia loquor. Quod homo post tentationes gaudia accipiat, est quia homo post illas admissus est in caelum; nam homo per tentationes conjungitur caelo et immittitur in illud; inde ei gaudium simile quod est angelis ibi (n. 897).

Nemo potest imbui cognitionibus veri et boni quoad vitam, ac persistere in affectione veri spirituali, nisi subeat tentationes (n. 130[*a*]).

Tentationes incrementum desiderii, et inde veri, efficiunt (n. 123).

Illi quibus implantata sunt vera a Domino per tentationes, jugiter tenentur in illis per influxum Divini Boni in illa (n. 479).

Per tentationes in quibus homo vincit, fit illustratio et perceptio veri et boni: vera post tentationes in immensum crescunt (n. 123).

Illi intra ecclesiam qui in tentationibus sunt, significantur in *Apocalypsi* (ii. 12) per "ecclesiam in Pergamo" (n. 130[*a*]).

Hic aliquid dicetur de tentationibus quas in mundo spirituali subeunt illi qui in falsis ex ignorantia sunt. Tentationes subeunt ibi illi solum qui in mundo bene vixerunt secundum religionem suam, in qua fuerunt falsa doctrinae quae crediderunt; per tentationes enim discutiuntur falsa et implantantur vera, et sic praeparantur ad caelum: omnes enim qui in caelum venturi sunt, in veris erunt; quare falsa prius removenda sunt, et non removeri possunt quam per tentationes (*de quibus plura*, n. 474).

Quod in tentationes mittantur in mundo spirituali post vitam in corpore, est quia tentari non potuerunt in mundo propter falsa religionis, in qua fue-

runt, regnantia ubivis. Sciendum est quod omnes illi salventur qui in tentationes mittuntur; mali autem, qui in falsis ex malo sunt, non tentantur (n. 474).

Tentorium.—(*Vide* ***Tabernaculum, Habitaculum.***)

Per "tentorium" (*Jerem.* x. 20) significatur ecclesia quoad bonum amoris et ex eo cultum; omnis enim cultus antiquitus peractus est in tentoriis, et postea in Tentorio conventus, in quorum memoriam institutum est Festum Tentoriorum seu Tabernaculorum (n. 724[*c*]).

"Tabernaculum" significabat caelum et ecclesiam quoad doctrinam boni amoris, et "tentorium" illam quoad doctrinam veri ex illo bono, et hoc ex sancto cultu Domini ab antiquissimis (n. 799[*c*]).

Quod Tentorium seu Tabernaculum repraesentaverit formam caeli, ut quod una cum atrio repraesentaverit tres caelos, et quod sanctum sanctorum, quod erat intimum, repraesentaverit tertium seu intimum caelum, et quod Lex seu Testimonium Ipsum Dominum (n. 700[*a*]; *conf.* n. 392[*d*], 1042): arca etiam ex Testimonio in illa erat sanctum sanctorum tam in Tentorio quam in Templo, et inde Tentorium erat sanctum et quoque Templum (n. 392[*d*]).

Per "tabernacula" in plurali significantur bona ecclesiae et doctrinae, et per "tentoria" vera ecclesiae et doctrinae (n. 799[*b*]).

Per "tentorium Jehovae" (*Ps.* xxvii. 5) significatur Divinum Verum, et per "tabernaculum" Divinum Bonum (n. 799[*b*]).

Per "tentoria Jehudae" (*Sach.* xii. 7) intelligitur regnum caeleste (n. 205).

(*Videantur articuli*, n. 205, 223[*c*], 242[*e*], 277[*b*], 324[*b*], 365[*g*], 375[*e*(iii.)], 392[*d*], 412[*b*], 447, 504[*b*], 684[*c*], 700[*a,g*], 724[*c*], 790[*b,c*], 811[*a*], 1042.)

Tepidus.—Vita moralis, quae est externa vita hominis, vel erit ex origine spirituali, vel ex origine non spirituali; non licet ut sit ex utraque, hoc est, aliquid ejus ex una origine et aliquid ex altera, seu aliquid ex caelo et aliquid ex inferno, quia hoc foret servire duobus dominis, Deo et mammone; et tunc homo est tepidus, non frigidus nec calidus (n. 189).

"Tepidi" (*Apoc.* iii. 16) sunt qui per cogitationem spectant ad caelum, sed per vitam conjungunt se inferno; quapropter inter utrumque sunt (n. 233).

"Tepidi" sunt qui dicunt corde, "Quid refert si bonum cogitem, velim et faciam, quia per id nulla salus? Satis est quod habeam fidem." Et quoque, "Quid refert si malum cogitem et velim, quia per id nulla damnatio?" relaxantes sic omnia frena suis cogitationibus et intentionibus, ita suo spiritui, nam spiritus est qui cogitat et intendit, et fit prorsus secundum id. At sciendum est quod perpauci sint qui ex doctrina ita vivunt, tametsi a praedicatoribus creditur quod omnes qui praedicationes eorum audiunt; ex Divina enim Domini providentia est quod perpauci sint, ex causa quia sors tepidorum non absimilis est sorti profanatorum (*de qua plura*, n. 233; *conf.* n. 235).

Tergum.—Fides, nisi in hominis amore sit, non est intus apud illum, sed post, seu "a tergo" (*Apoc.* v. 1,) (*de quo plura*, n. 299; *conf.* n. 327).

Terminari.—Vita cujusvis hominis ex operibus ejus est, quia affectio quae voluntatis et cogitatio quae intellectus in illis terminantur et sic existunt, quae, nisi terminatae sunt, pereunt; voluntas enim non existit nisi activa fiat; et si non voluntas est, perit intellectus, et remanet solum facultas intelligendi (n. 831).

Naturalis homo est fundamentum; quia in illis quae ibi, terminantur bona et vera spiritualis hominis (n. 401[*e*]).

Terminus.—(*Vide* ***Finis.***)

Per "terminum" (*Ps.* cv. 33) significatur ultimum, in quod interiora desinunt, et in quo ea simul sunt (n. 403[*e*]; *conf.* n. 365[*g*]).

"Terminus" (*Ps.* cxlvii. 14) significat omnia caeli et ecclesiae, quoniam in

termino seu in ultimo sunt omnia in complexu (n. 365[*f*]; *conf.* n. 374[*c*]).

In mundo spirituali sunt maria termini (*de quibus plura*, n. 406[*d*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 331[*a*], 365[*f*,*g*], 374[*c*], 391[*d*], 403[*e*], 448[*d*], 654[*b*], 695[*c*], 724[*d*].)

Terra.—(*Vide* ***Tellus, Ager.***)

Per "terram" significatur regnum Domini et ecclesia; ex causa imprimis quia per "terram" intelligitur Terra Canaan, et ibi fuerat ecclesia ab antiquissimis temporibus; et quia in spirituali sensu per "terram" intelligitur gens quae ibi et ejus cultus (n. 29).

"Humus" etiam significat ecclesiam, sed "humus" ex receptione seminum, quae sunt vera, "terra" autem ex gente et ejus cultu (n. 29).

Per "terram" significatur ecclesia ex gente et populo ibi, et per "agrum" ecclesia ex semente et ex receptione seminum (n. 388[*f*]).

Per "caelum" significatur ecclesia interna et quoque ecclesia apud angelos, et per "terram" ecclesia externa et quoque ecclesia apud homines (n. 304[*b*]).

Per "fundationem mundi" in sensu litterae seu naturali intelligitur creatio mundi; sed in sensu interno spirituali intelligitur instauratio ecclesiae: quod instauratio ecclesiae per "fundationem mundi" intelligatur, constat ex locis in Verbo ubi dicitur "fundare terram," "fundatio terrae" et "fundamentum terrae," per quae non fundatio aut creatio terrae, sed instauratio seu creatio ecclesiae super terra intelligitur (n. 1057).

Vera ecclesiae vocantur "columnae terrae," etiam "bases terrae," tum quoque "fundamenta terrae" (n. 304[*c*]).

Per "quatuor angelos terrae," et per "quatuor ventos terrae" (*Apoc.* vii. 2, 3) significantur omnia vera et bona ecclesiae in complexu (n. 304[*g*]).

"Omnes tribus terrae" (*Matth.* xxiv. 30) significant omnia vera et bona ecclesiae (n. 304[*f*]).

Per "terram rectitudinis" (*Ps.* cxliii. 10) intelligitur ecclesia in qua rectum et verum (n. 304[*e*]).

Quia "terra" significat ecclesiam, et ubi ecclesia ibi caelum, ideo hoc dicitur "terra viventium" et "terra vitae" (n. 304[*e*]).

"Extremitas terrae" significat illos qui in ultimis ecclesiae, et in sensu abstracto ultima ejus (n. 406[*b*]).

Per "terram" (*Ps.* xcvii. 1) significatur ecclesia ubi Verbum, et per "insulas" ubi non Verbum (n. 406[*d*]).

Per "terram" quae mulierem adjuvit (*Apoc.* xii. 16), intelligitur ecclesia quae non in veris; nam per "terram" hic intelligitur terra "deserti," in quam mulier fugit, et ubi habuit locum praeparatum a Deo (n. 764).

Per "terram" (*Apoc.* xvii. 8) significatur religiosum, quia non ibi ecclesia (n. 1056).

Quoniam homines non sciverunt quod similes facies telluris dentur in utroque mundo, naturali et spirituali, ideo non perceperunt aliter, cum legerunt Verbum, quam quod per "caelum et terram" ibi intelligatur caelum coram oculis nostris aspectabile, et terra ab hominibus habitabilis. Inde orta est opinio de interitu caeli et terrae, et de creatione novi caeli et novae terrae, die ultimi judicii; cum tamen per "caelum" et per "terram" ibi intelligitur caelum et terra ubi spiritus et angeli, ac in sensu spirituali ecclesia apud angelos et apud homines (n. 304[*b*]).

Ecclesia successive labitur, et tandem desolatur, non autem caelum aspectabile et terra habitabilis (n. 304[*g*]).

In mundo spirituali ubi spiritus et angeli, prorsus sicut in mundo naturali ubi homines, sunt terrae, colles et montes; angeli qui in ultimo caelo sunt vocant "caelum" ubi angeli tertii caeli habitant, quia alte supra illos; at ubi ipsi habitant vocant "terram" (n. 304[*a*]).

Terrae in mundo spirituali sunt aspectu pulchrae prorsus secundum statum

ecclesiae apud illos qui super iis habitant, et quoque mutantur secundum mutationes ecclesiae apud illos; verbo, est plena correspondentia terrarum ibi cum receptione boni amoris et veri fidei apud habitatores (n. 697).

Quoniam pleraque in Verbo etiam sensum oppositum habent, ita quoque "terra," quae in eo sensu significat ecclesiam vastatam, quae est quando non amplius bonum amoris et verum fidei, sed loco illorum malum et falsum; haec quia damnant hominem, per "terram" in eo sensu etiam significatur damnatio (n. 304[*g*]): et quoque in infernis sunt terrae, sed terrae damnatae (*de quibus plura*, n. 742).

(*Dicta Scripturae Sacrae, plurima in parte explicata, videantur*, n. 28, 29, 39, 72, 175[*b*], 193[*b*], 219, 222[*b*], 223[*b,c*], 240[*b*], 242[*d*], 275[*a,b*], 280[*b*], 281[*a,b*], 294[*b,c*], 298[*b*], 304[*a–g*], 313[*b*], 314[*b*], 315[*b,d*], 316[*c*], 318, 326[*b*], 329[*d,g*], 331[*a*], 333, 340[*c,d*], 342[*a–c*], 355[*d,f*], 357[*c*], 359, 365[*c,e,g*], 372[*b*], 374[*b,c*], 375[*e*(viii.)], 376[*d*], 384, 386[*b*], 388[*a,c–f*], 394, 400[*b–d*], 401[*c,d*], 403[*b–e*], 405[*b–g*], 406[*b,d*], 408, 413[*b*], 417[*a*], 418[*a,b*], 420, 448[*d*], 497, 505, 518[*d,e*], 535, 537[*b*], 543[*a*], 601[*b*], 606, 608[*b*], 609, 615, 617[*b*], 639, 644[*b,c*], 646, 650[*e*], 652[*c,d*], 659[*e*], 662, 687[*b*], 693, 695[*c*], 697, 721[*b*], 724[*e*], 730[*b*], 741[*c,d*], 742, 752, 757, 764, 768[*b*], 780[*b*], 787, 815[*a,c*], 821[*a*], 860, 871, 876, 912, 919, 960[*a*], 961, 962, 1003, 1016, 1029[*c,d*], 1047, 1056, 1057, 1094, 1100[*b,c*], 1104, 1129, 1133, 1194.)

Terrae motus.—Per "terram" significatur ecclesia, per "motum" mutatio status; ita "terrae motus" in Verbo significat mutationem status ecclesiae (n. 674): quod "terrae motus" id significat, est ex apparentiis in mundo spirituali; in eo mundo aeque sunt terrae, valles, colles, montes, ut in mundo naturali, et super illis habitant spirituum et angelorum societates. Illa loca, antequam super illis formatum est novum caelum, visa sunt insignes mutationes subire; quaedam apparuerunt subsidere, quaedam concuti et commoveri, et quaedam convolvi sicut solet volumen libri convolvi, et auferri; et quaedam quassari et tremere sicut a terrae motu magno: haec saepe visa sunt antequam novum caelum formatum est, et semper indicia fuerunt quod status ecclesiae ibi immutatus sit; quando quassata fuerunt et tremuerunt sicut a terrae motu, indicium fuit quod ibi status ecclesiae mutatus sit, et in quantum mutatus constabat a terrae motus quanto et quali. Ex his nunc etiam patet quod per "terrae motum" significatur mutatio status ecclesiae, nempe a bono in malum et a vero in falsum (n. 400[*a*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 175[*b*], 329[*f*], 400[*a–d*], 499, 650[*e*], 674, 676, 687[*a*], 703, 734[*e*], 1015, 1017.)

Terra inferior.—(*Vide* ***Inferior terra.***)

Terrefacere.—In Verbo pluries dicitur quod "terrefacti sint," quod "consternati," et similia, ac ita de bonis et de malis; et per "terrorem" et "consternationem" significatur status animi commoti et mutati ex imminente aut viso periculo vitae; sed aliter apud bonos et aliter apud malos (*de quo plura*, n. 677).

Terrens. } —(*Vide* ***Timere.***)
Terreri. } Sunt variae commotiones animi quae in specie significantur per "trepidationem cordis," per "terrores mortis," "timorem," et "horrorem" (*de quibus plura*, n. 677).

Quod per vera et bona, in quibus sunt, tuti erunt a malis et falsis, significatur (*Mich.* iv. 4) per quod "Sedebunt sub vite sua et sub ficu sua, non terrens" (n. 403[*d*]).

Terribilis.—(*Vide Dan.* vii. 7, n. 556[*a*], 650[*g*].)

Territare.—Per "non territans" et "terrefaciens" (*Jerem.* xxx. 10; *Zeph.* iii. 13), significatur quod nihil mali et falsi ab inferno infestaturum sit (n. 677).

Terror.—(*Vide* ***Timor.***)

Sunt variae commotiones animi quae in specie significantur per "trepidationem cordis," per "terrores mortis," "timorem," "tremorem," et "horrorem:" per "terrorem" et "pavorem" in Verbo intelligitur commotio animi varia ex influxu taliúm quae stuporem excitant, etiam conjuncta cum gaudio (n. 677).

Per "terrorem" in spirituali sensu significatur terror pro malis et falsis quae ab inferno; haec enim spiritualem hominem terrificant, quoniam opposita sunt bonis et veris, quae spiritualis homo amat, et quorum jacturam timet (n. 677).

Tremor sanctus, qui occupat, vibrat et pervellit interiora capitis quando Divinum influit ac implet, etiam dicitur "timor," "terror," "formido" (n. 677).

"Terror" (*Esai.* xvii. 14) significat exitium (n. 911[*b*]).

"Terror" (*Jerem.* vi. 25) est mors spiritualis (n. 721[*c*]).

(*Videantur articuli*, n. 279[*a*], 395[*d*], 453[*b*], 677, 696[*c*], 721[*c*], 911[*b*].)

Tertius.—(*Vide* ***Tres, Numerus.***)

Quod "tertia pars" significet omne, est quia "tria" significant plenum, totum, et omne, et dicuntur de veris; inde "tertia pars" similiter, nam "tertium" significat id (n. 506).

"Et tertia die resurget" (*Matth.* xx. 19), significat glorificationem Humani Domini plenarium (n. 655[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 72, 506, 512, 513[*a*], 514[*a*], 516, 518[*a*], 520, 525, 527, 532, 579, 655[*b*], 718.)

Testa.—"Utres testae opus manuum figuli" (*Thren.* iv. 2) significant mala vitae ex falsis doctrinae quae ex propria intelligentia (n. 242[*d*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 177, 242[*d*], 585[*b*], 960[*a*].)

Testamentum.—Illud Verbum quod fuit ante adventum Domini dicitur Vetus Foedus, et quod post adventum Ipsius Novum Foedus; dicitur etiam Testamentum Vetus et Novum, sed dicendum est Testimonium (n. 392[*d*]).

Sicut omnia in Veteri Testamento sensum spiritualem in se continent, ita quoque omnia in Novo Testamento quae apud *Evangelistas* et in *Apocalypsi* (n. 514[*c*]).

Quia per "sanguinem Domini" significatur Divinum Verum procedens ab Ipso, et similiter per "vinum," consequenter per "poculum," ideo dicitur (*Matth.* xxvi. 28), "Hoc est sanguis meus;" et quia per Divinum Verum est conjunctio Domini cum ecclesia, ideo dicitur, "ille Novi Testamenti," seu "Novi Foederis" (n. 960[*b*]).

Testari.—Testari de talibus quae in mundo existunt est testari ex scientia, seu ex memoria et cogitatione, quia ita vidit aut audivit; verum in spiritualibus aliter, nam haec implent totam vitam et faciunt illam. Spiritus hominis in quo vita hominis primario residet, non aliud est quam sua voluntas aut suus amor, ac inde suus intellectus et sua fides, et "cor" in Verbo significat voluntatem et amorem, et inde intellectum et fidem: inde patet unde est quod per "testari" in sensu spirituali intelligatur agnoscere corde (n. 10).

"Testari de Luce" (*Joh.* i. 7) significat agnitionem Divini Humani Domini, ex quo Divinum Verum procedit (n. 27).

"Testari" est agnoscere et confiteri Dominum (n. 635).

Quoniam omnis agnitio et confessio Domini, ac principaliter agnitio et confessio Divini in Humano Ipsius, est ab Ipso Domino, et quia "testari"

significat agnoscere et confiteri illud, ideo "testari" pro agnoscere et confiteri dicitur ab Ipso Domino de Se (n. 635; *conf.* n. 228, 1050).

Testimonium.—(*Vide* ***Testamentum, Testari.***)

Quod "Testimonium" significet Dominum, et apud hominem confessionem Domini ex corde, et in specie agnitionem Divini Domini in Humano Ipsius, constare potest ex eo,—quod Lex quae lata fuit in Monte Sinai, et inscripta duabus tabulis, et dein posita in arca, dicatur "Testimonium;" unde etiam arca vocabatur "arca Testimonii," et quoque tabulae vocabantur "tabulae Testimonii:" et quia hoc sanctissimum erat, ideo propitiatorium datum fuit super arcam, et super propitiatorio sculpti erant duo cherubi, inter quos Jehovah, hoc est, Dominus, locutus est cum Mose et cum Aharone; inde patet quod "Testimonium" significet Ipsum Dominum; alioqui propitiatorium non positum fuisset super arcam, nec locutus fuisset Dominus cum Mose et Aharone inter cherubos qui super propitiatorio. Quod "Testimonium" significet Dominum, etiam constat ex eo, quod id quod super arca erat, vocatum fuerit propitiatorium, et Dominus est Propitiator (n. 392[*d*]).

Quod "testimonium Jesu sit spiritus prophetiae" (*Apoc.* xix. 10), significat quod confessio Domini et agnitio Divini Ipsius in Humano Ipsius sit vita omnis veri tam in Verbo quam in doctrina ex Verbo (n. 392[*e*]).

Dicitur etiam "Testamentum Vetus" et "Novum;" sed dicendum est Testimonium (n. 392[*e*]).

Pluribus in locis dicuntur "testimonia," et simul "lex," "praecepta," "mandata," "statuta," et "judicia;" ac ibi per "testimonia" et "mandata" significantur quae docent vitam, per "legem" et "praecepta" quae docent doctrinam, per "statuta" et "judicia" quae docent ritus (n. 392[*e*]).

(*Videantur articuli*, n. 10, 27, 52, 277[*b*], 283[*d*], 329[*f*], 392[*a–e*], 400[*d*], 448[*c*], 624[*c*], 635, 649, 700[*a,b*], 749, 770, 948, 959, 1050.)

Testis.—Dominus quoad Divinum Humanum dicitur "Testis fidelis" (*Apoc.* i. 5), quia Divinum Verum procedens ex Ipso in caelo testatur de Ipso; hoc testimonium inest universaliter Divino Vero ibi (n. 27).

Per "testem in nubibus fidelem" (*Ps.* lxxxix. 38 [*B.A.* 37]) significatur Verbum in sensu litterae, quod "testis" vocatur quia id testatur; "nubes" est sensus litterae Verbi (n. 401[*b*]).

"Testes" sunt qui corde et fide agnoscunt et confitentur Dominum, Divinum Ipsius in Humano Ipsius, et Divinum procedens (n. 635).

Quod "duo testes" (*Apoc.* xi. 3, 4) significent bonum amoris et charitatis, ac verum doctrinae et fidei, est quia sequitur quod "duo testes sint duae olivae et duo candelabra," ac per "duas olivas" significatur bonum amoris in Deum et bonum charitatis erga proximum, et per "duo candelabra" significatur verum doctrinae et verum fidei. Quod illa bona et illa vera intelligantur per "testes," est quia illa, hoc est, omnes qui in illis sunt, agnoscunt et confitentur Dominum (n. 635): "duo testes," qui vocantur "duo prophetae" (*Apoc.* xi. 10), sunt bona et vera doctrinae (n. 662).

(*Videantur articuli*, n. 27, 205, 228, 401[*b*], 434[*c*], 635, 647, 651, 652[*a*], 662, 675[*a*], 684[*c*], 1050.)

Texere.—(*Videi Esai.* lix. 5, n. 581[*a*].)

Thabor.—Per "Thaborem et Chermonem" (*Ps.* lxxxix. 13 [*B.A.* 12]) significantur qui in Divino Bono ac in Divino Vero sunt (n. 298[*b*]).

Thamar.—(*Vide 2 Sam.* xiii. 19, n. 577[*b*].)

Thartan.—Per "regem Assyriae" (2 *Reg.* xix. 1, 2; *Esai.* xxxvii. 1, 2) significatur rationale perversum, seu rationale quod pervertit vera et bona ecclesiae ac destruit illa per falsa; omnia verba Thartanis, praefecti regis Assyriae, involvunt talia (n. 637[*a*]).

Tharschisch.—"Tharschisch" significat naturalem hominem quoad cognitiones, quoniam in Tharschisch erat aurum, et argentum, et naves inde portabant illa (n. 406[*c*]).

"Tharschisch" (*Esai.* xxiii. 6) significat bona et vera interiora in naturali (n. 406[*c*]).

Per "reges Tharschisch" (*Ps.* lxxii. 10) intelliguntur vera interiora naturalis hominis (n. 406[*c*]).

Per "naves Tharschisch" (*Esai.* xxiii. 1) significantur cognitiones boni e Verbo (n. 406[*c*]).

"Argentum extensum ex Tharschischo" (*Jerem.* x. 9) significat vera Verbi in sensu litterae Verbi (n. 585[*b*]; *conf.* n. 587[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 242[*d*], 304[*d*], 406[*c,d*], 410[*b*], 514[*b*], 576, 585[*b*], 587[*b*].)

Thekel.—(*Vide Dan.* v. 25, 27, n. 373.)

Theman.—Per "Edomum et habitatores Themanis" (*Jerem.* xlix. 21) significantur mala et falsa opposita bonis et veris regni caelestis (n. 400[*c*]).

Theologia. } —Datur cogitatio lucis de Deo et de Divinis,—quae in caelo vocan-
Theologica. } tur caelestia et spiritualia, in mundo ecclesiastica et theologica,—et datur cogitatio non lucis de illis (*de quo plura*, n. 1100[*d*]).

Ubi sunt vera quae fidei erunt, et ubi sunt bona quae vitae, quae facient genuinam doctrinam ex Verbo, et quae inde theologiam in Christiano orbe? Quia haec in fide separata non dantur, sequitur quod non solum sit fides inanis et vacua, sed etiam fides non veri. Mirantur multi in mundo spirituali, et omnes in caelo, quod theologia Christiani orbis redacta sit in talem inanitatem et vacuitatem ut tandem omnem illam concluserint in enuntiativum cogitationis dabile etiam malis ex timore inferni in hora mortis (n. 805[*b*(vii.)]).

Quod arca cum donis deposita sit super lapide magno, juxta quam vaccae substiterunt (1 *Sam.* vi. 14), erat quia "lapis" significat Divinum Verum in ultimo ordinis. Quod sacerdotes et divinatores Philisthaeorum suaserint ut ita fieret, erat quia scientia correspondentiarum et repraesentationum fuit scientia communis eo tempore, erat enim theologia eorum, nota sacerdotibus et divinatoribus qui erant eorum sapientes (n. 700[*e*]).

Thesauri.—Per "thesauros" (*Jerem.* li. 13) significantur Divina vera (n. 1033).

"Thesauri" sunt cognitiones (n. 131[*a*]).

"Thesauri" (*Matth.* vi. 19, 20) sunt cognitiones veri et boni; "reponere illos in caelo" est in spirituali homine (n. 193[*a*]).

"Opes" et "thesauri" (*Esai.* xxx. 7) in opposito sensu sunt scientifica falsa, quia ex propria intelligentia (n. 654[*g*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 131[*a*], 193[*a*], 236[*b*], 275[*b*], 355[*d*], 419[*d*], 622[*a*], 654[*g*], 840, 863[*a*], 1033.)

Thopeth.—(*Vide* ***Topheth.***)

Thorax.—"Thoraces" seu "loricae" sunt tutationes contra mala et falsa (n. 557).

"Thoraces sicut thoraces ferrei" (*Apoc.* ix. 9) sunt persuasiones contra quas vera non valent (n. 557).

Per "thoraces igneos, hyacinthinos et sulphureos" significantur ratiocinationes pugnantes ex cupiditatibus amoris sui et amoris mundi, et ex falsitatibus inde (n. 576).

Threni.—In *Threnis* agitur de vastatione omnis boni et omnis veri apud gentem Judaicam, propter applicationem sensus litterae Verbi ad favorem suorum amorum (n. 357[*d*]).

Thronus.—Per "thronum," ubi de Domino, intelligitur universum caelum, et quoque omnis potentia in caelis et in terris (n. 1207).

Per "thronum," cum de Domino, significatur in genere caelum, in specie

caelum spirituale, et abstracte Divinum Verum procedens a Domino, quia hoc facit caelum; inde etiam "thronus" dicitur de judicio, quoniam omne judicium fit ex veris (n. 253[a]).

Multis in locis in Verbo memorantur "throni;" et per illos in sensu spirituali significatur judicium ex Divinis veris, et in supremo sensu regnum spirituale Domini, ubi Divinum Verum plus quam Divinum Bonum Domini recipitur (n. 134).

Passim in Verbo etiam dicitur quod non solus Dominus sessurus sit super throno, sed etiam alii super thronis; verum usque per horum "thronos" non intelliguntur throni, sed Divina vera (n. 253[b]).

"Circum thronum throni viginti et quatuor, et super thronis viginti et quatuor seniores sedentes" (*Apoc.* iv. 4), significat omnia vera ex bono in caelis superioribus a Domino ordinata ante judicium: per "duodecim apostolos," de quibus dicitur quod "sessuri sint super thronis, judicantes duodecim tribus Israelis" (*Matth.* xix. 28), similiter significantur omnia vera in complexu (n. 270).

"Sedens super throno" (*Apoc.* v. 1), est Dominus quoad Divinum Bonum in caelo (n. 297).

"In medio throni" (*Apoc.* vii. 17) significat in universo caelo (n. 482).

"Circum thronum" (*Apoc.* iv. 6) significat caelos interiores seu superiores, illi enim sunt circum Dominum proxime (n. 277[a]).

"Stare circum thronum" (*Apoc.* vii. 11) significat conjunctionem cum Domino (n. 462).

"Esse coram throno" (*Apoc.* viii. 3) significat conjunctionem cum caelo (n. 493).

Per "thronum" significatur ecclesia quoad verum quod ibi regnat (n. 988).

Antiquissima Ecclesia, et caelum ex illis qui inde fuerunt, intelligitur (*Dan.* vii. 10) per "thronum, qui sicut flamma ignis" (n. 504[a]).

Regnum Domini spirituale significatur (*Esai.* ix. 6 [*B.A.* 7]) per "thronum Davidis" (n. 946).

Per "thronum Salomonis" (1 *Reg.* x. 18) significabatur judicium, quod ex veris quae ex bono, ac repraesentabatur Divinum Verum ex Divino Bono (n. 430[b]).

Quoniam "thronus," ubi de Domino, significat caelum quoad omne Divinum Verum, ita in opposito sensu "thronus" significat infernum quoad omne falsum (n. 253[b]).

Per "thronos" multis in locis in Verbo significantur doctrinalia falsa (n. 988).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 25, 205, 208[b], 253[a,b], 254, 258, 267, 270, 275[a], 277[a], 278[c], 285, 289, 292, 297, 313[a], 319, 335, 336[b], 343, 376[f], 392[e], 395[d], 401[b], 405[e], 412[a], 430[b], 456, 460, 462, 463, 477, 479, 482, 493, 504[a], 594[b], 608[b], 630[c], 684[b], 687[a,b], 710[b], 741[c], 768[d], 783, 858, 867, 946, 988, 1013, 1207, 1209.)

Thubal.—Per nomina "Javan," "Thubal," et "Meschech" (*Ezech.* xxvii. 13) significantur talia quae boni et veri sunt, de quibus cognitiones (n. 70): "Javan, Thubal et Meschech" significant qui in cultu externo, et "ii ex Bethogarma" qui in cultu interno (n. 355[c]): per "Javanem et Thubalem" significatur cultus externus repraesentativus (n. 750[e]).

Thummim.—(*Vide* ***Urim.***)

Thuribulum.—(*Vide* ***Thus, Suffitus.***)

"Thus" in Verbo significat bonum spirituale; similiter "thuribulum" quod erat continens; ubi continens sumitur pro contento (n. 491).

Thuribula quae in usu erant apud gentem Judaicam et Israeliticam fuerunt ex aere, et per suffitiones ex illis thuribulis repraesentabatur cultus ex bono spirituali, et simul conjunctio cum bono naturali, nam "aes" significat bonum naturale (n. 491).

Per "thuribulum aureum" (*Apoc.* viii. 3) significatur bonum spirituale ex bono caelesti, nam "aurum" significat bonum caeleste (n. 491).

(*Videantur etiam articuli*, n. 324[*b*], 489½, 490, 496.)

Thus.—(*Vide* ***Suffimentum, Suffitus, Thuribulum.***)

"Thus" simile significat cum suffimento in composito, nempe, bonum spirituale (n. 324[*f*]): "thus" significat verum boni spiritualis (n. 1151): per "thus" (*Jerem.* xvii. 26) significatur verum boni in naturali homine (n. 449[*b*]).

Quod "suffitus" significent vera, est quia per suffitiones repraesentabatur cultus ex bono spirituali, et per "thus" significabatur id bonum; inde per suffitus ex thure repraesentabantur quae inde procedunt; et quae procedunt ex illo bono sunt vera, nam id bonum cogitat illa et loquitur illa, hoc est, homo ex illo bono: est etiam bonum spirituale formatum apud hominem per vera; nam verum apud illum fit bonum spirituale quando is vivit secundum illud: sic bonum spirituale est in sua essentia verum (n. 492).

(*Videantur articuli*, n. 324[*c*,*d*,*f*], 340[*d*], 449[*b*], 491, 492, 494, 1151.)

Thyatirae.—In scriptis ad angelum ecclesiae in Thyatiris describuntur illi qui in interno sunt et inde in externo, ita apud quos internum conjunctum est externo (n. 169; *conf.* n. 149, 150, 256).

Thyinum.—"Lignum thyinum" significat bonum conjunctum vero in naturali homine (n. 1145).

Tiara.—(*Vide* ***Cidaris.***)

Tibia. } ***Tibicen.*** } —Instrumenta chordacea significant spiritualia, ac inflatoria caelestia, et correspondent affectionibus. Quid autem "vox citharae," "vox tibiae" et "vox buccinae" (*Apoc.* xviii. 22) in specie significant, non aliunde constare potest quam ex affectiouibus; quae duplicis generis sunt, spirituales et caelestes, spirituales ex veris et caelestes ex bonis: at sunt triplicis gradus, intimae, mediae, et extremae,—intimae quales sunt in intimo caelo, mediae quales sunt in medio caelo, et extremae quales sunt in ultimo caelo (n. 1185).

Tignum. } ***Contignare.*** } —(*Vide* ***Trabs.***)
"Contignare" (*Ps.* civ. 3) significat formare (n. 594[*b*]).

Timere.—(*Vide* ***Timor.***)

"Timere Dominum" (*Apoc.* xv. 4) significat colere Ipsum (n. 942).

Per "timentes Jehovam" (*Ps.* xxxiii. 18) intelliguntur qui amant facere praecepta Ipsius (n. 386[*d*]).

Multis in locis in Verbo dicitur timere Jehovam Deum, et per id intelligitur colere; quare paucis dicetur quodnam cultus in specie intelligitur per "timere" Deum:—Omnis cultus Jehovae Dei erit ex bono amoris per vera; cultus qui ex solo bono amoris est, non est cultus; nec est cultus qui est ex solis veris absque bono amoris; utrumque erit; nam essentiale cultus est bonum amoris, sed bonum existit et formatur per vera; inde omnis cultus erit per vera ex bono. Quia ita est, ideo in plerisque locis in Verbo, ubi dicitur "timere Jehovam Deum," etiam dicitur "custodire ac facere verba et praecepta Ipsius;" quare ibi per "timere" significatur cultus per vera, ac per "custodire et facere" cultus ex bono amoris; nam facere est voluntatis, ita amoris et boni, ac timere est intellectus, ita fidei et veri. Inde videri potest quod "timor Jehovae Dei" dicatur de cultu per vera doctrinae, quae etiam vera fidei vocantur. Quod id cultus intelligatur per "timorem Jehovae Dei," est quia Divinum Verum facit timorem, nam damnat malos ad infernum, non autem Divinum Bonum; hoc aufert damnationem, quantum id per vera ab homine ac angelo recipitur: inde constare potest quod tantum sit timor pro Deo quantum homo in bono amoris est; et quod tantum pavor et terror evan-

escant, et fiant timor sanctus cum reverentia, quantum homo in bono amoris est, et inde in veris, hoc est, quantum boni est in veris ejus. Inde sequitur quod timor in cultu varius sit apud unumquemvis, secundum statum vitae ejus; et quoque quod sanctitas cum reverentia, quae timori inest apud illos qui in bono sunt, etiam varia sit secundum receptionem boni voluntate, ac secundum receptionem veri intellectu (n. 696[*b*]).

Omnes qui subito veniunt a vita propria in quandam spiritualem, primum timent, sed recreantur a Domino. Recreatio illis fit per id, quod Divina praesentia, et per illa timor, accommodetur ad receptionem. Si praesentia excedit, fit angustia et tremor, sed recreatio per accommodationem ad receptionem. Haec recreatio est quae multis in locis in Verbo significatur per "Ne time" (n. 80; *conf.* n. 121).

(*Dicta Scripturae Sacrae, videantur*, n. 77, 80, 121, 340[*c*], 386[*d*], 388[*d*], 403[*b*], 696[*a–c*], 706[*d*], 874, 942.)

Timor.—(*Vide* ***Timere, Terror.***)

Per "timorem" in Verbo significantur variae mutationes status interiorum hominis (n. 667).

Tremor sanctus qui occupat, vibrat et pervellit interiora capitis quando Divinum influit ac implet, etiam dicitur "timor," "terror," "formido" (n. 677).

Sunt timores qui cogunt interna seu spiritum hominis, sed non alii quam timores e mundo spirituali influentes, qui sunt ab una parte pro poenis inferni, et altera pro non gratia apud Deum; sed timor pro poenis inferni est externus cogitationis et voluntatis, timor autem pro non gratia apud Deum est internus illorum, et est timor sanctus qui se addit et conjungit amori, cum quo tandem unam essentiam facit; fit sicut qui amat aliquem, quem ex amore timet laedere (n. 1150).

"Honor" (*Esai.* xxv. 3) praedicatur de bono amoris, et cultus ex veris significatur per "timere Dominum" (n. 696[*c*]).

(*Videantur articuli*, n. 282, 411[*c*], 667, 677, 696[*a–c*], 701[*c*], 1133, 1150.)

Tingere.—(*Vide Apoc.* xix. 13, n. 195[*c*].)

Tintinnabula.—Per "tintinnabula equorum" (*Sach.* xiv. 20) significantur scientifica et cognitiones ac inde praedicationes, quae sunt ex intellectu veri; et quia omnis intellectus veri est ex Domino, et inde ipsae cognitiones et praedicationes, ideo dicitur quod "Super tintinnabulis equorum erit, Sanctitas Jehovae." Quia "tintinnabula" significabant talia, ideo etiam tintinnabula auri (*Exod.* xxviii. 34, 35) erant super fimbriis pallii Aharonis circumcirca (n. 355[*a*]; *conf.* n. 204[*b*]).

Titio.—Per "titionem ereptum ex igne" (*Sach.* iii. 2) significatur quod parum veri residuum sit (n. 740[*c*]).

"Titio fumans" (*Esai.* vii. 4) significat concupiscentiam falsi, et inde excandescentiam contra vera et bona ecclesiae (n. 559).

Titubare.—"Titubare judicio" (*Esai.* xxviii. 7) significat insanitionem (n. 235; *conf.* n. 260, 304[*b*], 376[*f*]).

Toga.—"Stola," "toga" et "pallium" significant Divinum Verum in communi (n. 395[*b,c*]; *conf.* n. 863[*b*]).

Tolerantia. } ***Tolerare.*** } —In *Apocalypsi* aliquoties dicitur "tolerantia," et cum dicitur significat id quod applicatur vitae (n. 214).

Per "opera" (*Apoc.* ii. 2) in spirituali sensu intelligatur omne id quod homo vult et amat, et per "laborem" omne id quod homo cogitat aut credit, et per "tolerantiam" omne id quod homo inde facit. Quod per "tolerantiam" significentur omnia quae homo facit, est quia "tolerare" hic est assiduus esse, ac removere obstantia quae in naturali homine, quae continue assurgunt et remorantur (n. 98).

Per "tolerantiam" seu "patientiam" habere (*Apoc.* ii. 3), significatur assiduitas instruendi (n. 101).

Cum de illis qui in interno et externo ecclesiae sunt, per "tolerantiam" (*Apoc.* ii. 19) significatur conjunctio interni cum externo, et pugna tunc; quod hoc per "tolerantiam" significetur, est quia conjunctio interni cum externo, seu spiritualis hominis cum naturali, fit per tentationes; aliter non conjunguntur: ideo pugna per quam illa conjunctio fit, quia homo tunc patitur et sustinet, significatur per "tolerantiam" (n. 156).

Tollere.—Per "tollere facies et dare pacem" (*Num.* vi. 26) significatur implere Divino Bono et donare amore (n. 412[*a*]).

Per "tollere manum ad caelum" (*Apoc.* x. 5) significatur contestatio coram angelis (n. 607).

(*Dicta Scripturae Sacrae, videantur explicata*, n. 365[*a*], 386[*c*], 403[*c*], 405[*b,i*], 412[*a*], 504[*e*], 607, 617[*c*], 629[*a*], 654[*l*], 706[*c*], 741[*b*].)

Tonare.—(*Vide* ***Tonitru.***)

(*Vide* 2 *Sam.* xxii. 14, *Ps.* xviii. 14, n. 273.)

Tondere.—(*Vide* ***Radere, Calvus.***)

Per "tondere caput," "abradere barbam," et "inducere calvitium," significatur deprivare omni vero et bono, quoniam qui deprivatur ultimis etiam deprivatur prioribus (n. 66).

(*Videantur etiam*, n. 555[*c*], 724[*c*].)

Tonitru. }
Tonitrus. } —Voces e regno caelesti demissae audiuntur sicut tonitrua (n. 855; *conf.* n. 353, 821[*b*]).
Tonitruum. } "Tonitru" (*Apoc.* xiv. 2) significat glorificationem Domini e regno caelesti Ipsius (n. 855).

"Tonitrua" (*Apoc.* xix. 6) sunt bona amoris sonantia (n. 1216; *conf.* n. 821[*b*], 855).

Fulgura et tonitrua sunt correspondentiae; et quia correspondentiae sunt, ideo significant similia quibus correspondent: in genere significant Divinum verum ab angelis superioribus receptum et enuntiatum, quod cum descendit ad angelos inferiores quandoque apparet sicut fulgur et auditur sicut tonitru cum vocibus; inde est quod "fulgur" significet Divinum Verum quoad illustrationem, "tonitru" Divinum Verum quoad intellectum, et "voces" Divinum Verum quoad perceptionem (n. 273).

Per "filios tonitrui" (*Marc.* iii. 17) significantur vera ex bono caelesti (*de quo plura*, n. 821[*b*]).

Per "voces, fulgura et tonitrua" (*Apoc.* xvi. 18) significantur ratiocinationes, caligationes intellectus, et conclusiones falsorum ex malis; quod talia significentur est ex apparentia in mundo spirituali apud illos qui non in bono amoris qui in veris fidei sunt, ac inter se loquuntur de illis (*de quo plura*, n. 1014): in sensu stricto, per "fulgura" (*Apoc.* xi. 19) significantur caligationes intellectus, per "voces" ratiocinationes, et per "tonitrua" conclusa falsi ex malo (n. 702).

(*Videantur articuli*, n. 220[*b*], 273, 353, 405[*d*], 498, 602, 603, 604, 687[*a*], 702, 704, 821[*b*], 855, 1014, 1216.)

Topazius.—Pectorale judicii ex lapidibus pretiosis confectum fuit, ut per id responsa e caelo ferrent, quae sistebantur in pectorali et ex illo per variegationes colorum ex lapidibus illis effulgentium; secundum repraesentationes Divinorum verorum in caelis, ubi Divina vera, quae a Domino per caelos versus inferiora defluunt, sistuntur per colorum variegationes: ex quibus constare potest quod per "lapides" illos pretiosos etiam significata sint Divina vera in ultimis (n. 717[*b*]; *conf.* *Ezech.* xxviii. 12, n. 717[*c*]).

Tòpheth. } —Per "Topheth" (*Esai.* xxx. 33) significatur infernum ubi dirus et
Thopheth. } saevus amor destruendi omnia vera et bona ecclesiae regnat, imprimis ubi saeva cupiditas perdendi bona innocentiae (n. 578).

"Topheth" et "vallis Hinnomi" (*Jerem.* vii. 31, 32) significabant inferna, "Topheth" infernum a tergo, quod vocatur Diabolus, et "vallis Hinnomi" infernum a facie, quod vocatur Satanas (n. 659[*f*]).

Simile quod per "comburi igne" (*Apoc.* xvii. 16) significatur per "Topheth in valle Hinnomi," ubi comburebant filios et filias, per quae in sensu spirituali etiam significatur profanatio verorum et bonorum ecclesiae, per "filios" vera ejus, et per "filias" bona ejus (n. 1083; *conf.* n. 177).

Torcular.—Per "proventum torcularis" significabatur omne verum boni ecclesiae, simile quod per "vinum" (n. 799[*c*]).

Per "torcular" significatur productio veri ex bono, nam per "botros" et "uvas," quae mittebantur in torcular, significatur bonum spirituale, ac per "vinum," quod producebatur, significatur verum ex bono illo (n. 920).

"Torcular" (*Hos.* ix. 2) est Verbum quoad bona amoris; per "torcular" intelligitur hic oleum, pro quo et quoque pro vino erant torcularia (n. 695[*d*]).

Quod Dominus solus pugnaverit, significatur (*Esai.* lxiii. 3) per "Torcular calcavi solus, et de populis non vir Mecum;" "torcular" significat pugnam ex Divinis veris contra falsa, quia in torcularibus exprimebatur vinum ex uvis, et per "vinum" significatur Divinum Verum; inde "calcare id solus, et de populis non vir Mecum," significat quod solus absque ullo alicujus auxilio (n. 359).

Per "torcular" in opposito sensu productio falsi ex malo significatur. Quod per "torcular" (*Apoc.* xiv. 19) significetur falsificatio Verbi quoad omne verum spirituale, est quia vocatur "torcular irae Dei magnum," ac per "iram Dei" significatur contemptus et rejectio veri ac boni ab homine, et summa rejectio ab illo est falsificatio sensus litterae Verbi usque ad destructionem veri spiritualis, seu Divini Veri quod est in caelo (n. 920).

(*Videantur etiam articuli*, n. 376[*c*,*d*], 911[*b*], 922[*a*–*c*], 923.)

Tormina.—Cruciatus malorum ex influxu Divini Boni et Divini Veri, significantur (*Esai.* xiii. 8) per "Tormina et dolores apprehendunt, sicut pariens parturiunt" (n. 412[*f*]; *conf.* n. 721[*c*]).

Torques.—(*Vide* ***Monile.***)

"Torques super guttur" (*Ezech.* xvi. 11) significat conjunctionem verorum et bonorum interiorum cum exterioribus, seu spiritualium cum naturalibus (n. 242[*d*]; *conf.* n. 195[*b*]).

Torrens.—Per "flumina torrentium mellis et butyri" (*Hiob.* xx. 17), significantur illa quae affectionis et amoris sunt, quae sunt ipsa jucunda vitae caelestis (n. 619[*a*]).

Tortuosus.—Per "ire vias tortuosas" (*Judic.* v. 6) significatur aberratio a veris (n. 652[*b*]).

Per "leviathanem serpentem oblongum" (*Esai.* xxvii. 1) significantur illi qui rejiciunt omnia quae non oculis vident, ita mere sensuales, qui absque fide sunt quia non comprehendunt; per "leviathanem serpentem tortuosum" significantur qui ideo non credunt, et usque dicunt se credere (n. 275[*a*]): astutiae significantur per "leviathanem serpentem tortuosum" (n. 581[*b*]).

Trabs.—Per "lignum" significatur bonum, ac inde per "trabem" verum boni (n. 746[*f*]).

Per "festucam" (*Matth.* viii. 3–5) significatur exile falsum mali, ac per "trabem" magnum falsum mali (n. 746[*f*]).

Tradere.—Quod tentationes subituri sint, intelligitur (*Luc.* xxi. 16, 17, 19) per "morti tradi" et "odio haberi" (n. 813).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 405[*h*], 573[*b*], 655[*b*], 659[*e*], 813.)

Traditiones.—Quod Judaei perverterint omnia quae de Domino scripta sunt in Verbo, et quoque omnia essentialia ecclesiae, et quod illa falsificaverint per traditiones (n. 569[*c*]; *conf.* n. 120, 433[*e*]).

De quibusdam a daemonibus obsessis (*Matth.* viii. 28, seq.), qui in falsis ex malo fuerunt, seu in cognitionibus ex Verbo quas fecerunt mortuas per id quod illas applicuerunt confirmandis malis, tum etiam destruendis genuinis veris ecclesiae, imprimis veris de Domino, de Verbo, deque vita post mortem; quae cognitiones mortuae in Verbo vocantur "traditiones" (n. 659[*b*]).

Traducere.—Per "traducere novaculam super caput" (*Ezech.* v. 1) significatur deprivare omni intelligentia veri (n. 577[*a*]).

(*Vide Ezech.* xx. 31, n. 504[*e*].)

Trahere. } —"Cauda trahere" (*Apoc.* xii. 4), cum de "dracone," significat
Detrahere. } falsificationem et adulterationem (n. 718).

Tranquillitas. } —"Quietes tranquillae" (*Esai.* xxxii. 18) sunt jucunda boni et
Tranquillus. } amoena veri (n. 365[*g*]).

Per "tranquillitatem quietis" (*Ezech.* xvi. 49), in opposito sensu, significatur securitas et non anxietas propter aliquod malum (n. 653[*a*]).

Transferri.—Per "diffluere" et "transferri e loco" (*Hiob.* xiv. 18) significatur perire (n. 411[*f*]).

Transfigere.—Qui prorsus negant Dominum, illi apud se occidunt Illum et transfigunt (*Apoc.* i. 7): sunt etiam qui intelliguntur (*Joh.* xix. 35–37) per militem qui transfixit latus Ipsius (n. 38).

Transire.—"Transire secure" (*Mich.* ii. 8) est bene vivere (n. 395[*d*]).

"Transiens mare" (*Esai.* xxiii. 2) significat quae in naturali homine (n. 406[*c*]).

Per "aquas quae non transiri possent" (*Ezech.* xlvii. 5) significatur intelligentia caelestis, quae vocatur sapientia, qualis est caelesti homini, seu angelo tertii caeli: quae quia est inaffabilis, dicitur quod esset "fluvius qui transiri nequiret" (n. 629[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 240[*b*], 279[*a*], 280[*b*], 304[*g*], 395[*d*], 405[*d,g,h*], 406[*c*], 411[*e*], 453[*b*], 483[*b*], 504[*e*], 518[*e*], 540[*b*], 555[*b*], 629[*b*], 650[*f*], 730[*d*].)

Transitus.—"Transitus" (*Esai.* xxx. 31) significat patefactionem et liberam receptionem (n. 727[*b*]).

Per "reges insulae quae in transitu maris" (*Jerem.* xxv. 17) significantur cognitiones veri in ultimo naturalis hominis, quod vocatur naturale sensuale, quia per hoc est transitus in interiora naturalis hominis (n. 406[*d*]).

(*Videantur articuli*, n. 405[*c*], 406[*d*], 411[*e*], 569[*c*], 727[*b*].)

Transpirare.—Inferna, ne nimium feriant nares, ac noceant interioribus aliorum spirituum, obtecta sunt terris atris, et ubi persuasiones falsi regnant, petris, et in genere glarea ac terra sterili, et sic clausa; sed usque continue transpirant falsa ex malis (n. 889).

Transportari.—(*Vide Jerem.* xx. 4, n. 811[*b*].)

Tremefacere.—Labefactatio ecclesiae, et inde perversio veri ac irruptio falsi, significatur (*Ps.* lx. 3, 4 [*B.A.* 1, 2]) per "Tremefecisti terram, diffregisti," et per quod "terra commota sit" (n. 400[*c*]; *conf.* n. 304[*c*]).

Tremiscere. } —Quod omnes cognitiones quas homo hausit ex Verbo ab in-
Contremiscere. } fantia, et omnia vera scientifica per quae confirmavit illas,

perturbentur, emoveantur loco, et recedant, significatur (*Ezech.* xxvi. 15, 16, 18) per quod "Contremiscent insulae, et descendent desuper thronis suis omnes principes maris;" tum per "Tremiscent insulae die casus tui, et perturbabuntur insulae quae in mari" (n. 406[*b*]).

Tremor.—(*Vide* ***Timor, Terror.***)

Tremor sanctus qui occupat, vibrat et pervellit interiora capitis quando Divinum influit ac implet, dicitur "timor," "terror," "formido" (n. 677).

Ubi de tentatione agitur, et de angustia tunc (*Ps.* lv. 6 [*B.A.* 5]), "timor" et "tremor" significant illam angustiam (n. 282).

Trepidare. } ***Trepidatio.*** } —Boni terrificantur et tremunt ex periculis animae suae imminentibus, ita ab irruptione malorum in cogitationes et intentiones voluntatis; sunt itaque variae commotiones animi, quae in specie significantur per "trepidationem cordis," per terrores mortis," "timorem," "tremorem," et "horrorem" (n. 677).

Terra "commota esse" et "contremuisse" dicitur (*Ps.* xviii. 7, 8 [*B.A.* 6, 7]), quando ecclesia pervertitur, per quod falsificentur vera; et tunc "fundamenta montium" dicuntur trepidare et commovere se, nam bona amoris, quae fundantur super veris fidei, evanescunt (n. 304[*c*]).

Illi qui in falsis sunt, significantur (*Joel* ii. 6) per "populos qui trepidant" (n. 412[*f*]).

Tres.—(*Vide* ***Tertius, Numerus.***)

"Tria" significant plenum, totum, et omne, et dicuntur de veris (n. 506).

Per "tria," cum de veris, significatur plenum, ita quoque genuinum (n. 374[*a*]).

"Tria" in Verbo significant plenum et completum, et inde integram periodum, majorem aut minorem, a principio ad finem (n. 532; *conf.* n. 658).

Per "tria" significatur prorsus et mere (n. 1000).

"Tria" significant plenum, totum et prorsus, ac "sex" et "novem" significant omnia in complexu (n. 401[*d*]; *conf.* n. 194).

Ex illo numero simplici trahunt plures numeri compositi suas significationes (n. 532; *conf.* n. 430[*a*]).

"Duae tres" (*Esai.* xvii. 6) significant paucos qui in bono et inde veris sunt,—"duo" bonum, et "tres" vera (n. 532).

Numerus "tria," in opposito sensu, praedicatur de falsis (n. 847).

(*Videantur articuli*, n. 20, 194, 315[*d*], 316[*c*], 374[*a*], 401[*d*], 403[*e*], 411[*d*], 430[*a*], 435[*a*], 506, 532, 556[*a*], 627[*a*], 658, 706[*b*], 725[*b*], 847, 924, 1000, 1019.)

Tria et dimidium.—Per "tres dies et dimidium" (*Apoc.* xi. 3) significatur finis veteris ecclesiae, quando prorsus non recepturi aliquod bonum amoris et verum doctrinae, et quoque principium novae ecclesiae, quando recepturi (n. 636).

Quod "tria et dimidium" sint plenarium, est quia "tria" significant integram periodum seu durationem a principio ad finem; proinde ubi de ecclesia agitur, "tria et dimidium" significant usque ad finem, et simul ad novum principium ejus; quare dicitur (*Apoc.* xi. 11) quod "post tres dies et dimidium spiritus vitae a Deo intraverit in illos," et quod "steterint super pedibus suis;" per quae significatur principium novae ecclesiae post finem veteris (n. 658; *conf.* n. 664).

Quod dicatur, "tempus, tempora et dimidium" (*Apoc.* xii. 14), est quia "tempus" in singulari significat statum boni, "tempora" in plurali significant statum veri, utrumque quoad inplantationem eorum, et "dimidium" significat sanctum ecclesiae. Quod "dimidium" involvit sanctum, est

quia "tria" significant plenum, similiter "tria et dimidium" ac "septem;" at "septem" significant plenum dum agitur de sanctis, ac dimidium illud post tria implet et facit numerum septem, nam tria et dimidium duplicata sunt septem, ac numerus duplicatus et multiplicatus simile significat cum numero qui duplicatur aut multiplicatur, ut hic "septem" simile cum "tribus et dimidio" (n. 761).

Tribula.—Comparatio "tribulae recenti praeditae aculeis" (*Esai.* xli. 15), est quia tribula excutit triticum, hordeum, et reliqua messis, ex spicis (n. 405[*h*]).

Tribulatio.—Per "tribulationes" et "afflictiones," cum illae dicuntur de bonis, in spirituali sensu intelligantur tentationes (n. 474; *conf.* n. 452).

Tribulus.—Per quod "tribulus et spina ascendet super altaria eorum" (*Hos.* x. 8), significatur quod verum falsificatum et malum inde in omni cultu eorum (n. 391[*g*]).

Tribus.—Quoniam apud filios Jacobi instituenda erat ecclesia repraesentativa, ideo provisum est a Domino ut filii ejus numero duodecim essent, ac illis darentur nomina significativa, ex quibus duodecim tribus similibus nominibus insignitae significarent omnia ecclesiae quam repraesentarent, ac unaquaevis tribus aliquod universale ejus (n. 430[*b*]).

Per binas illas voces ex quibus *tribus* in lingua Hebraea nominantur, significatur *sceptrum* et *baculus;* et per "sceptrum" significatur Divinum Verum quoad regimen, et per "baculum" Divinum Verum quoad potentiam (n. 431[*a*]).

Singulae tribus in sensu intimo significant Dominum quoad aliquod Ipsius attributum et opus in sensu intimo (n. 435[*b*]).

Quia omnia ecclesiae se referunt ad vera ex bono, ideo etiam per "duodecim tribus" significantur vera ex bono in omni complexu (n. 431[*a*]).

Duodecim tribus Israelis repraesentaverunt omnia vera et bona in complexu (n. 330): nomina duodecim filiorum Jacobi, aut duodecim tribuum, significant omnia vera et bona ecclesiae in complexu (n. 9; *conf.* n. 39, 431[*a*]): unaquaevis tribus repraesentavit et inde in Verbo significat aliquod universale essentiale ecclesiae (n. 434[*a*]).

Per nomina filiorum Israelis non illi intelliguntur, sed qui in veris ex bono, ita qui ab ecclesia sunt; per duodecim tribus omnes, ac per unamquamvis aliquod speciale verum ac bonum quod est illis qui ab ecclesia (n. 39).

Quod tribus dictae fuerunt "exercitus," est quia duodecim tribus simul sumptae repraesentaverunt omnia vera et bona ecclesiae, ac unaquaevis tribus aliquod universale essentiale ejus (n. 573[*a*]).

Quod ordinationes earum repraesentaverint ordinationes societatum angelicarum in caelis; unde est quod repraesentaverint omnia ecclesiae, nam ecclesia et caelum unum agunt: tum quod repraesentatio caeli et ecclésiae cadat secundum ordinem in quo nominantur, et quod primum nomen seu prima tribus sit index ex quo determinantur illa quae sequuntur, proinde res caeli et ecclesiae cum varietate (n. 431[*c*]).

Quid significant in serie in qua nominantur in *Apocalypsi*, cap. vii. (n. 432–450). Agitur hic de omnibus qui in caelo sunt et in caelum veniunt: et quia caeli tres sunt, tertium seu intimum, secundum seu medium, ac primum seu ultimum, ideo agitur distincte de illis qui in tertio, qui in secundo, et qui in primo sunt. Illi qui in tertio seu intimo caelo sunt, et in id veniunt, significantur per "Jehudam, Reubenem et Gadem," qui ideo primam classem signatorum constituunt; illi qui in secundo seu medio caelo sunt, et in id veniunt, significantur per "Ascherem, Naphthalin, et Menassen," qui ideo secundam classem signatorum constituunt; illi autem qui in primo seu ultimo caelo sunt, et in id veniunt, significantur per "Simeonem, Levin et Isascharem," qui ideo nunc tertiam

classem signatorum constituunt (n. 443[b]): per tres tribus ultimo memoratas, significatur conjunctio cum Domino; per "tribum Sebulonis" conjunctio illorum qui in tertio caelo cum Domino, per "tribum Josephi" conjunctio illorum qui in secundo caelo cum Domino, et per "tribum Benjaminis" conjunctio illorum qui in ultimo caelo cum Domino (n. 447).

"Omnes tribus terrae" (*Matth.* xxiv. 30) significant omnia vera et bona ecclesiae, quae "plangere" dicuntur quando non amplius sunt (n. 304[f]; *conf.* n. 431[b]).

Per "tribus" in opposito sensu significantur omnia falsa et mala in complexu (n. 39; *conf.* n. 657).

(*Videantur etiam articuli*, n. 39, 253[b], 270, 304[f], 330, 430[a], 431[a–c], 435[b], 438, 454, 657, 803[a], 872.)

Tributum. } —Per "tributarium" (*Matth.* xvii. 24–27) significatur naturalis
Tributarius. } homo (n. 820[a]): per "dare tributum et censum" significabatur subjectus esse et servire (n. 513[d]).

Triclinia.—"Contignat aquis triclinia" (*Ps.* civ. 3) significat quod Dominus formet caelos et ecclesiam ex Divinis veris; "aquae" significant Divina vera, "triclinia Jehovae" caelos et ecclesiam, et "contignare" significat formare (n. 594[b]): "contignare aquis triclinia sua" significat implere cognitionibus veri et boni illos qui in ultimo caelo et qui in ecclesia (n. 283[b]).

Trientał.—Per mensuras (*Esai.* xl. 12) describitur justa ordinatio et aestimatio omnium in caelo et in ecclesia secundum quale boni et veri; mensurae hic sunt "pugillus," "spithama," "triental," "libra" et "lances" (n. 373): per "complecti trientali pulverem terrae," significatur ordinare inferiora; per "pugillum," "spithamam" et "triental" significatur simile quod per "mensuras," tum quod per "manum," nempe, quale rei, et propria potentia (n. 629[b]).

Triginta.—Ex ternario numero simplici trahunt plures numeri compositi suas significationes, qui ex eo significant omnia vera et bona in complexu (n. 532).

Trinum.—Quod trinum in Domino sit, nempe, ipsum Divinum, Divinum Humanum et Divinum procedens, est arcanum e caelo, et pro illis qui in Sancta Hierosolyma erunt (n. 224).

Quoniam trinum est in singulis Verbi, unum intra alterum, et hoc trinum est sicut sunt effectus, causa et finis, sequitur quod tres sensus in Verbo sint, unus intra alterum; nempe, naturalis, spiritualis et caelestis (n. 1083).

Hoc trinum,—nempe finis, causa et effectus,—in unoquovis caelo ex creatione datur; finis est bonum amoris, causa est verum ex illo bono, et effectus est usus (n. 1082).

Triplicatum.—Per "triplicatum" significatur prorsus ac plenum a principio ad finem (n. 847).

Tristis.—"Tristes esse" et "languescere" (*Esai.* xix. 8) significat allaborare (n. 654[h]).

Triticum.—(*Vide* ***Simila.***)

"Triticum" significat omnia quae ex bono amoris sunt, in specie vera caeli, et inde sapientiam (n. 365[f]): "Adipe triticorum satiat te" (*Ps.* cxlvii. 14) significat omni bono amoris et sapientia; "adeps" enim significat bonum amoris, et "triticum" omnia quae ex illo, quae quia ex bono sunt etiam bona sunt (n. 374[c]).

"Tritica" (*Jerem.* xii. 13) sunt vera boni (n. 304[b]), tum bona veri (n. 374[b]).

Per "triticum" (*Apoc.* xviii. 13) significatur bonum spirituale (n. 1153);

"triticum" (*Jerem.* xxxi. 12) significat bonum naturalis hominis (n. 374[*b*]).

"Triticum et hordeum" significant bonum et verum ecclesiae; "triticum" bonum ejus, et "hordeum" verum ejus (n. 374[*b*]): "triticum et hordeum" (*Deutr.* viii. 8) significant bonum et verum ex caelesti origine, "vitis et ficus" bonum et verum ex spirituali origine (n. 374[*c*]); per "tritica et hordea" (*Jerem.* xli. 8) significantur bona et vera externi hominis (n. 374[*b*]).

(*Videantur articuli*, n. 304[*b*], 314[*b*], 365[*f*], 374[*a–d*], 375[*a,b,e*(viii.)], 376[*c*], 397, 426, 433[*c*], 624[*a*], 740[*b*], 911[*a*], 1153, 1182.)

Tritica minnith et pannag.—Per "tritica minnith et pannag" (*Ezech.* xxvii. 17) significantur bona et vera in genere (n. 375[*e*(viii.)]; *conf.* n. 433[*c*]).

Triturare.—"Triturare" (*Mich.* iv. 13) est dissipare (n. 316[*b*]; *conf. Esai.* xli. 15, n. 405[*h*]).

Trutina. } ***Trutinationes.*** } —Mensurae in ecclesia repraesentativa erant plures, et praeterea erant staterae, lances seu librae per quas fiebant trutinationes et ponderationes, et per has in specie significantur aestimationes rei quoad verum. Per "Appensus in trutina" (*Dan.* v. 27), significatur aestimatio secundum quale boni et veri, ac judicium (n. 373).

Tuba.—(*Vide Buccina, Clangere.*)

Quod "tuba" seu "buccina" significet Divinum Verum e caelo revelandum, est quia ita aliquoties auditur Divinum Verum cum defluit a Domino per caelos apud hominem; augetur enim in descensu, et sic influit: sed ita auditur solum in initio apud illos per quos revelandum est Divinum Verum in ultimo sensu, qui est repraesentativus interiorum; sed postea auditur sicut vox humana. Quia "tuba" significavit Divinum Verum, ideo cum Divinum Verum primo revelandum erat coram populo Israelitico, voces tubae e Monte Sinai auditae sunt (*Exod.* xix. 16). Et ideo clangere tuba apud illos repraesentativum factum est, cum convocarentur, cumque proficiscerentur, et quoque in solennitatibus, in principiis mensium, ad holocausta et sacrificia eucharistica (*Num.* x. 1–10): et quoque tubis clanxerunt cum proelium gesserunt contra Midianitas (*Num.* xxxi. 6), et cum ceperunt urbem Jericho (*Jos.* vi. 4–20); "bella" enim et "proelia" significabant pugnas spirituales, quae sunt veri contra falsum, et falsi contra verum (n. 55).

(*Videantur etiam articuli*, n. 130[*b*], 262, 323[*b*], 502[*b*], 568.)

Tugurium. } ***Tegillum.*** } —(*Vide Esai.* xxiv. 20, n. 304[*b*], 400[*b*].)

Tumores.—Inter apparentias in lepra (n. 962).

Tumultuari.—Per "mutari," "commoveri," "tumultuari," "turbari" et "contremiscere" (*Ps.* xlvi. 3, 4 [*B.A.* 2, 3]), significantur statūs ecclesiae quando quoad bona vastatur et quoad vera desolatur (n. 518[*d*]; *conf.* n. 304[*c*], 405[*h*], 538[*b*]).

Tumultus.—Per "tumultum marium" et "tumultum fluctuum" (*Ps.* lxv. 8 [*B.A.* 7]) intelliguntur disceptationes et ratiocinationes illorum qui infra caelos sunt, ac naturales et sensuales (n. 706[*d*]).

"Tumultus usque ad finem terrae, quia lis Jehovae contra gentes" (*Jerem.* xxv. 32), significat consternationem omnium qui ab ecclesia, dum visitantur et deteguntur mala illorum (n. 659[*e*]).

"Vox tumultus" (*Esai.* xiii. 4) significat dissensum (n. 573[*b*]); per "tumultus" significantur minae et cupiditates pugnandi contra vera (n. 453[*b*]; *conf.* n. 220[*b*]).

"Tumultus alienorum" (*Esai.* xxv. 5) significat irruptionem falsorum ex malo (n. 481).

(*Vide Esai.* xiv. 11, n. 1029[*d*].)

Tunica.—Pallium aeque ac toga erat vestis communis, circumcinxit enim tunicam seu vestem interiorem (n. 395[*c*]).

Per "vestes Domini" significatur Verbum; per "vestes quae divisae" Verbum in littera, per "tunicam" Verbum in sensu interno (n. 375[*c*]; *conf.* n. 64, 195[*c*], 627[*c*]).

"Tunica" (*Matth.* v. 40) significat verum interius, et "pallium" verum exterius (n. 556[*b*]).

"Tunicam extrahere" (*Mich.* ii. 8) significat deprivare veris (n. 555[*b*]).

Turba.—"Turbae" significant illos qui in veris aut in falsis sunt. Turbae sunt populi ex sorte inferiore (n. 1077).

Per "turbam multam" Johanni visam (*Apoc.* vii. 9) significantur omnes illi qui in bono vitae secundum religionem suam, in qua non genuina vera (n. 452).

Per "turbam multam" (*Apoc.* xix. 6) significantur omnes qui in caelis sunt, qui vocantur "turba" a sono omnium simul; loquela simultanea a multis auditur sicut vox turbae multae (n. 1214).

Per "populos, turbas, gentes et linguas" (*Apoc.* xvii. 15), intelliguntur illi qui in veris falsificatis sunt, quae in se sunt falsa, et inde in malis vitae (n. 455[*b*]).

Turbari.—"Obstupescere," "cohorrere," et "turbari" (*Ezech.* xxvii. 35) significant prorsus mutari quoad statum (n. 406[*b*]).

Per "aquas" (*Ps.* xlvi. 4 [*B.A.* 3]) significantur vera ecclesiae, quae "turbari" dicuntur cum falsificantur (n. 304[*c*]; *conf.* n. 518[*d*]).

Turbo.—"Turbo venti magnus, ut fluctus irruerent in navim" (*Marc.* iv. 37–39), significat tentationes spirituales (n. 419[*f*]).

Cum Divinum fortiter emittitur a Domino ut Sole, ac in densas et opacas nubes quae circum malos influit, oritur procella quam spiritus ibi percipiunt similiter ac homines procellas in tellure: inde constare potest quid "procellae," "tempestates" ac "venti impetuosi" in Verbo significant (*vide Jerem.* xxiii. 19, n. 419[*f*]).

Turma.—*Gad* in lingua Hebraea significat *turmam*, ac per "turmam" in sensu spirituali significantur opera (n. 435[*b*]).

Per "turmam" significatur bonum ejiciens malum, et in opposito sensu malum ejiciens bonum (*vide Hos.* vii. 1, n. 193[*b*]).

Per "turmam camelorum et dromades Midianis et Ephae" (*Esai.* lx. 6) significantur cognitiones veri et boni in copia (n. 324[*c*]; *conf.* n. 242[*d*]).

(*Vide Ezech.* xii. 14, n. 419[*e*].)

Turmatim.—(*Vide Jerem.* v. 7, n. 780[*b*]).

Turris.—"Numerare" (*Ps.* xlviii. 13 [*B.A.* 12]) est videre et expendere quale, et "turres" sunt vera superiora seu interiora (n. 453[*b*]).

Per "turres" in opposito sensu (*Esai.* xxx. 25) significantur doctrinae falsi (n. 315[*c*]): per "turres quae cadent," intelliguntur qui in malis sunt et inde falsis; in specie, qui in amore dominandi per sancta ecclesiae (n. 401[*c*]): "turres quae cadent" sunt falsa doctrinae quae ex amore sui et mundi; quod illa per "turres" significentur, est ex apparentiis in mundo spirituali; qui enim per talia quae ecclesiae sunt dominatum quaerunt, in altis aedificant sibi turres (n. 405[*b*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 410[*b*], 654[*g*], 922[*c*].)

Turtur.—Per "pullos columbarum" et per "turtures" simile significatur quod per "agnos," nempe innocentia (n. 314[*c*]).

Per "turturem" (*Ps.* lxxiv. 19) significatur bonum spirituale, ita quoque illi qui in eo bono sunt (n. 388[*c*]).

Sacrificia ex variis animalium generibus permissa sunt, inter quae erant turtures (n. 650[*d*]).

Tutela.—Per "cherubos" in Verbo intelliguntur custodia et tutela, ne sancta caeli violentur, et ne Dominus adeatur nisi quam per amorem: inde per illos significatur sensus litterae Verbi, nam ille custodit et tutatur (n. 1088, 717[*c*], 739[*b*]). (*Vide* ***Cherubus.***)

Tympanum. } —Per "tympanum" (*Esai.* xxiv. 8) significatur gaudium boni
Tympanizantes. } spiritualis (n. 323[*b*]).

"Tympana et citharae" (*Esai.* xxx. 32) significant affectionis veri jucunda (n. 727[*b*]).

Per "virgines cantantes" (*Ps.* lxviii. 26 [*B.A.* 25]) intelliguntur qui e spirituali regno Domini sunt, per "pulsantes" et "tympanizantes" qui e regno caelesti Ipsius (n. 863[*b*]; *conf.* n. 340[*a*]).

"Cithara," "nablium," "tympanum," "fistula," et quoque "vinum," in opposito sensu significant exultationes et gloriationes ex falsis mali (n. 323[*b*]).

(*Vide Ps.* lxxxi. 3 [*B.A.* 2], n. 448[*c*].)

Tyrus.—(*Vide* ***Sidon.***)

Omnes de quibus et per quos Verbum conscriberetur perducti sunt ad loca quae significabant, ob causam ut omnia significativa essent verum spiritualium; immo, Ipse Dominus ad similia ob eandem causam ivit (*de quo plura*, n. 50). (*Vide* ***Sidon.***)

Antiqua Ecclesia per multum orbis Asiatici fuit extensa (*de quo plura*, n. 391[*h*], 422[*d*]). (*Vide* ***Sidon.***)

Ultima caeli sunt maria et sunt fluvii; haec repraesentata sunt per bina maria et per binos fluvios qui erant termini Terrae Canaanis: bina maria erant mare Aegypti et mare Philistheorum, ubi Tyrus et Sidon (n. 518[*c*]): per "mare Philisthaeorum," ubi erant Tyrus et Sidon, significantur cognitiones veri et boni ex sensu litterae Verbi (n. 518[*b*]).

Per "Zidonem et Tyrum" (*Esai.* xxiii. 4) significantur cognitiones boni et veri ex Verbo (n. 721[*a*]; *conf.* n. 275[*a*], 406[*c*,*d*]): tum intelligitur ecclesia quoad cognitiones boni et veri (n. 863[*a*]): "Sidon" (*Gen.* xlix. 13) significat cognitiones boni (n. 514[*c*]).

"Tyrus" significat cognitiones veri; per "principem Tyri" intelliguntur illi qui in cognitionibus veri sunt (n. 236[*b*]); per "principem Tyri etiam significatur intelligentia quae ex cognitionibus veri (n. 315[*c*]).

"Tyrus" significat cognitiones veri et boni; per "regem Tyri" significantur cognitiones veri ecclesiae ex Verbo, et quidem ex sensu litterali ejus (n. 717[*c*]).

Per "mercaturas" et "negotiationes" Tyri (*Ezech.* xxvii.), describitur comparatio intelligentiae per cognitiones veri (n. 576).

Per "Tyrum" in opposito sensu significatur ecclesia ubi cognitiones veri et boni deperditae sunt (n. 395[*d*]; *conf.* n. 242[*d*], 433[*c*], 556[*c*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae, plurima in parte explicata, videantur*, n. 110, 131[*b*], 141[*b*], 195[*b*], 208[*b*], 236[*b*], 242[*d*], 275[*a*], 277[*b*], 294[*b*], 304[*d*], 314[*b*], 315[*c*], 323[*b*,*c*], 355[*c*,*d*], 375[*e*(viii.)], 376[*d*], 391[*h*], 395[*d*], 406[*b*–*d*], 412[*f*], 422[*d*], 433[*c*], 504[*e*], 514[*a*], 518[*c*], 537[*b*], 538[*b*], 556[*c*], 576, 617[*b*], 619[*b*], 637[*b*], 687[*b*], 717[*b*], 721[*a*], 750[*e*], 840, 863[*a*], 1042.)

Tziim. } —(*Vide* ***Ijim, Ochim, Satyri.***)
Ziim. } Concupiscentiae corporeae et mere naturales significantur (*Esai.* xiii. 21) per "Tziim" et "Ijim" (n. 586; *conf.* n. 1029[*e*]).

"Tziim et Ijim" (*Jerem.* l. 39) significant falsa et mala infernalia (n. 587[*c*]).

Uber.—(*Vide* ***Mamma.***)

"Uber" (*Esai.* lxvi. 11) significat amorem spiritualem (n. 365[*g*]; *conf.* n. 721[*a*]).

"Lac" (*Esai.* lx. 16) est jucundum boni amoris; similiter "ubera," quia ex illis lac (n. 175[*a*]).

Per "benedictiones uberum et uteri" (*Gen.* xlix. 25) significantur bona spiritualia et caelestia (n. 340[*c*]).

"Vulva abortiens" (*Hos.* ix. 14) significat falsa ex malo, loco veri ex bono, similiter "ubera arentia;" sed "vulva" significat vera ex bono amoris, et "ubera" vera ex bono charitatis; hic falsa ex malo illis contraria (n. 710[*a*]).

Ulcisci.—(*Vide* ***Ultio, Ultor.***)

(*Vide Jerem.* li. 36, n. 275[*b*].)

Ulcus.—Per "ulcera" significantur mala opera quae ex proprio hominis, et inde falsificationes veri et boni (n. 992).

Ulcera et vulnera ex laesione carnis et sanguinis existunt, ac mala et falsa ex laesione Divini Boni ac Divini Boni, et "caro" correspondet bono et inde in Verbo significat illud, et "sanguis" vero et inde significat illud (n. 962).

"Ulcera tumorum" inter apparentias in lepra memorantur (n. 962).

Ex statuto aeterno seu ex Divino ordine est, quod ubi non bona opera sunt ibi mala opera sint; haec itaque sunt quae significantur (*Apoc.* xvi. 2) per "ulcus magnum et noxium" in terra, seu in ecclesia, apud illos qui in sola fide sunt et doctrina et vita (n. 963).

Ulnae.—(*Vide* ***Mensura.***)

(*Vide Ezech.* xl. 5, n. 627[*a*].)

Ultimus. } —(*Vide* ***Primus.***)
Ultima. } Prima sunt quae in Domino, et quae proxime procedunt ab Ipso (n. 726(iii.)).

Ultima sunt quae remotissima ab Ipso, quae in Natura sunt, et ultima ibi (n. 726(iii.)); sunt talia quae in mundo coram oculis apparent (n. 475[*b*]).

Haec ultima dicuntur quia spiritualia, quae sunt priora, in illa desinunt, et super illis, ut super basibus suis, subsistunt et requiescunt, quare sunt immota; haec inde vocantur ultima ordinis Divini (n. 726(iii.)).

Nexus est omnium, ab Ipso Domino, per illa quae caeli sunt et quae mundi, usque ad illa ultima; et quia in ultimis priora, quae successive procedunt, simul sunt, sequitur quod in ultimis a primis sit ipsa potentia; sed potentia Divina est potentia per Divinum procedens, quod vocatur Divinum Verum (n. 726(iii.); *conf.* n. 157).

Ex eo est quod humanum genus sit quasi basis columnae, aut quasi fundamentum est palatio, pro caelis; consequenter quod caeli ordine subsistant super illis quae ecclesiae sunt apud homines in mundo, ita super Divinis veris in ultimis, quae sunt Divina vera qualia sunt Verbi in sensu ejus litterae (n. 726(iii.)) : quia omnia superiora se reponunt in infimis in ordine simultaneo, sequitur quod in ultimis Verbi, quae sunt sensus litterae ejus, sint omnia Divini Veri ac Divini Boni usque a primis eorum; et quia omnia Divini Veri et Divini Boni in ultimo eorum, quod est sensus litterae Verbi, simul sunt, patet quod ibi sit Divini Veri potentia, immo omnipotentia Domini in salvando hominem. Potentia Verbi in sensu litterae est potentia aperiendi caelum, ex quo fit communicatio et conjunctio; estque potentia pugnandi contra falsa et mala, ita contra inferna (n. 1086).

Dominus cum operatur, non operatur a primis per media in ultima, sed a

primis per ultima, et sic in media (n. 1086; *conf.* n. 475[*b*]): quia Divinum Verum suo in ultimo est in suo pleno et quoque in sua potentia, (nam dum in illo est, simul in omnibus est,) ideo Dominus nusquam operatur nisi ex primis per ultima, consequenter in pleno (*de quo perplura*, n. 1087): in illa ultima apud hominem influit Dominus a Se, ita a primis, ac regit, et in ordine inque nexu continet omnia quae in spirituali mundo sunt (n. 726(iii.); *conf.* n. 41, 66).

Quia nunc ipsa Divina potentia in ultimis illis residet, ideo Ipse Dominus in mundum venit, et Homo factus est, ut in ultimis simul esset ut est in primis; ob finem ut per ultima ex primis omnia in ordinem, quae inordinata facta sunt, redigere potuisset, nempe omnia in infernis et quoque in caelis. Haec causa adventus Domini fuit; nam proxime ante adventum Domini, non fuit aliquod Divinum Verum in ultimis apud homines in mundo, et prorsus non in ecclesia, quae tunc fuit apud gentem Judaicam, nisi falsificatum et perversum, ac inde nec fuit aliqua basis caelis: quare nisi Dominus in mundum venisset, et sic Ipse ultimum assumpsisset, translati fuissent caeli qui ex incolis hujus telluris fuerunt, aliorsum, et omne genus humanum in hac tellure periisset morte aeterna (n. 726(iii.)); *conf.* n. 41). Quoniam Dominus omnia operatur ex primis per ultima, ac in ultimus est in sua potentia et in suo pleno, ideo placuit Domino suscipere Humanum, ac fieri Divinum Verum, hoc est, Verbum, et sic ex Se in ordinem redigere omnia caeli et omnia inferni, hoc est, ultimum judicium facere. Hoc potuit Dominus ex Divino in Ipso, quod erat in primis, per Humanum suum, quod erat in ultimis, perficere; et non ex praesentia aut mansione Ipsius in hominibus ecclesiae, ut olim; hi enim a veris et bonis Verbi, in quibus fuerat habitaculum Domini prius apud homines, prorsus defecerant. Haec fuit primaria causa adventus Domini in mundum, et quoque ut Humanum suum Divinum suum faceret; per id enim in potentiam Se immisit, ut omnia caeli et omnia inferni in aeternum posset tenere in ordine (n. 1087; *conf.* n. 741[*c*]).

Dominus in mundum venit ut indueret Humanum, et hoc glorificaret, hoc est, Divinum faceret, usque ad ultimum, hoc est, usque ad carnem et ossa, ut omnia ita regeret (n. 41): nunc est Dominus in suo pleno, et sic in sua omnipotentia in terris sicut est in caelis, quia est in ultimis et in primis (n. 726(iii.)); per Divinum Humanum, Dominus est in primis et ultimis (n. 41).

"Ego sum Primus et Ultimus" (*Apoc.* i. 17) significat qui omnia regit ex primis per ultima (n. 81; *conf.* n. 113).

De septem plagis ultimis (*Apoc.* xv. 1, 6) *videantur articuli*, n. 928, 951.

Ultimum Judicium.—(*Vide* ***Judicium.***)

Unusquisque tam malus quam bonus judicatur statim post mortem cum intrat mundum spiritualem, ubi futurus est vitam in aeternum; nam tunc statim designatur homo vel ad caelum vel ad infernum. Qui ad caelum, is alligatur societati cuidam caelesti, in quam postea venturus est; et qui ad infernum, is alligatur societati infernali, in quam postea venturus est: at usque intercedit tempus antequam illuc veniunt, ex causa praecipue ut praeparentur; boni ut eis abstergantur mala quae eis adhaerent ex corpore et mundo, et mali ut adimantur eis bona quae extrinsecus adhaerent illis ex magistris et religione, secundum Domini verba apud *Matthaeum*, "Quicunque habet, dabitur ei ut abundantius habeat; quicunque non habet, etiam quod habet auferetur ab eo" (cap. xiii. 12; cap. xxv. 29). At usque multi ex illis, tam mali quam boni, reservati sunt ad ultimum judicium; sed solum illi mali qui moralem vitam in externis ex habitu in mundo agere potuerunt, et illi boni qui falsis ex ignorantia et ex religione imbuti sunt; reliqui autem post exactum tempus ab illis separati sunt; boni in caelum elevati, ac mali in infernum conjecti, et hoc ante ultimum judicium (n. 413[*a*]).

Humanum genus est quasi basis columnae, aut quasi fundamentum est palatio, pro caelis; caeli ordine subsistunt super illis quae ecclesiae sunt apud homines in mundo, ita super Divinis veris in ultimis (n. 726(iii.)). Per "consummationem" significatur status ultimus ecclesiae, qui est quando non verum amplius quia non bonum, seu quando non fides amplius quia non charitas; et cum ille status ecclesiae est, tunc venit ultimum judicium. Quod tunc ultimum judicium veniat, est quoque quia humanum genus est basis seu fundamentum caeli angelici; nam conjunctio caeli angelici cum humano genere est perpetua, ac unum subsistit per alterum; quare cum basis non correspondet, caelum angelicum vacillat: ideo tunc judicium super illos qui in mundo spirituali sunt, ut omnia tam in caelis quam in infernis in ordinem redigantur (n. 397).

In mundo spirituali, per quem intelliguntur et caeli et inferna, talis est ordinatio quod caeli sint sicut expansa unum supra alterum, et quod sub caelis sit mundus spirituum, et quod sub hoc sint inferna, unum infra alterum. Secundum successivam hanc ordinationem fit influxus a Domino; ita per caelum intimum in medium, et per hoc in ultimum, et ex illis in suo ordine in inferna quae subjacent. Mundus spirituum est medius, et recipit influxum tam e caelis quam ex infernis, quisque ibi secundum statum suae vitae. Sed illa ordinatio caelorum et infernorum mutationes subiit ab uno judicio ad alterum, per id, quod homines qui e terris alluerunt, ex quibus caeli et inferna, diversis affectionibus fuerint, quidam spirituales seu interni minus et magis, quidam naturales seu externi minus et magis; et quia Dominus nemini malum facit, sed omnibus bonum, ideo permisit ut illi qui moralem et quasi spiritualem vitam in externis ex more et assuetudine in mundo egerunt, utcunque interius fuerunt conjuncti cum inferno, sibi in mundo spirituum formarent instar caeli variis in locis; et tunc ordinationes caelorum supra illos, et infernorum infra illos, dispositae sunt ut interiora illorum, per quae conjuncti fuerunt inferno, quantum possibile fuit, clausa tenerentur; et exteriora, per quae conjuncti fuerunt ultimo caelo, aperta: et tunc provisum fuit ne superiores caeli immediate influerent, nam per influxum immediatum aperirentur interiora illorum quae infernalia, et clauderentur exteriora quae sicut spiritualia apparuerunt; influxus enim caelorum superiorum est in interiora, quae propria spirituum sunt, et non in exteriora, quae non propria illorum sunt (n. 702).

Hoc instar caeli fuit quod intelligitur (*Apoc.* xxi. 1) per "prius caelum" quod transivit. Illi qui hoc caelum ante ultimum judicium constituerunt, visi sunt supra terram, etiam super montibus, collibus et petris in mundo spirituali, et inde crediderunt se esse in caelo (n. 391[*a*]).

Quando autem tales quasi caeli in tantum multiplicati sunt, et inde influxus ex infernis praevalere caepit super influxum e caelis, et per id caelum ultimum, quod cum illis conjunctum fuit, incepit labefactari, tunc imminuit ultimum judicium; et per vices facta est separatio malorum a bonis in illis quasi caelis, et hoc per influxum immediatum e caelis superioribus; et per illum influxum aperta sunt illorum interiora, quae fuerunt infernalia, et clausa exteriora, quae fuerunt sicut spiritualia, ut dictum est (n. 702).

Visitatio praecedit ultimum judicium. Qualis est visitatio seu exploratio illa, constare potest ex visitatione in Sodoma (n. 627[*a*]; *conf.* n. 215, 401[*d*]): multis in locis dicitur "visitatio," et per illam significatur exploratio qualis est status ecclesiae ante judicium; non quod talis visitatio actualiter existat; modo praecedit quod angeli caeli incipiant lamentari propter crescentem potentiam malorum ab inferno, et supplicare Dominum de ope; Dominus enim novit omnia, quia omniscius est; sed usque describitur visitatio per missionem angelorum, et per annuntiationem illorum (n. 910[*a*]).

Judicium est separatio bonorum a malis, ita viventium secundum Divina

vera Domini a non viventibus secundum illa; hi enim sunt mali, illi autem boni (n. 875).

Judicium fit per Divinum Verum (n. 850[*d*]).

Dominus est Sol caeli angelici. Ex Ipso ut Sole procedit omnis lux et omnis calor ibi. Lux quae procedit est in sua essentia Divinum Verum, quia est lux spiritualis; ac calor qui procedit est in sua essentia Divinum Bonum, quia est calor spiritualis: haec effluunt a Domino ut Sole in omnes caelos accommodate ad receptionem ab angelis ibi, quare nunc remissius nunc intensius: quando remissius, tunc separantur boni a malis; quando autem intensius, tunc rejiciuntur mali; quapropter cum ultimum judicium instat, tunc Dominus primum remisse influit, ob causam ut separentur boni a malis (n. 418[*a*]).

Quod sit separatio viventium secundum Divina vera a non viventibus secundum illa, constare potest a locis in Verbo ubi de ultimo judicio agitur (*de quo plura*, n. 875).

Dictum est quod "prius caelum" constiterit ex talibus qui moralem vitam in externis egerunt, et tamen in internis fuerunt mali, et quod hi habitaverint in altis locis in mundo spirituali, et inde putaverint quod essent in caelo. Hi quia interius mali fuerunt, non apud se toleraverunt illos qui interius boni fuerunt, et hoc propter discrepantiam affectionum et cogitationum; ideo ejecerunt illos a se, et illos, ubicunque viderunt, malis et probris affecerunt; quapropter a Domino ab illorum violentia exempti sunt, et reconditi sub caelo, ac conservati: et hoc factum est a tempore quum Dominus fuit in mundo ad hoc usque tempus quando judicium actum est, et tunc illi qui super altis erant dejecti sunt, et illi qui sub caelo elevati (n. 397). (*Vide* ***Variationes.***)

Separationes bonorum a malis et rejectiones malorum in spirituali mundo fiunt per varios gradus remissionis et intensionis Divini procedentis a Domino ut Sole; quando hoc remisse influit, tunc, ut dictum est, separantur boni a malis; et cum intense, tunc rejiciuntur mali. Causae nunc sequuntur. Cum Divinum a Domino remisse influit, tunc est tranquillum et serenum ubivis, in quo apparent omnes quales sunt quoad statum sui boni; tunc enim in luce sistuntur omnes: quare tunc qui in bono sunt ex origine spirituali separantur ab illis qui in bono sunt solum ex origine naturali, inspicit enim Dominus illos qui in spirituali bono sunt, et eos adducit, et sic separat. Qui in bono sunt ex origine spirituali, sunt illi de quibus dicitur quod "signati super frontibus;" sunt enim spirituales et angeli caeli: at qui solum in bono sunt ex origine naturali, illi non boni sunt, quia non spirituales; bonum enim apparens apud illos est malum, quia spectat se et mundum pro fine; nam bonum in externa forma agunt propter sui gloriam, honorem et lucrum, et non propter bonum proximi; proinde bonum faciunt modo ut spectentur ab hominibus: hi, qui mere naturales, sunt qui "non signati," et qui postea rejiciuntur. Cum autem Divinum a Domino intense influit, tunc bona quae apud malos dissipantur, quoniam in se non bona sunt sed mala, et mala non sustinent influxum Divini; inde fit quod externa apud illos claudantur; quibus clausis interiora aperiuntur, in quibus non nisi quam mala et inde falsa sunt; unde illis dolores, angores et cruciatus, propter quos se dejiciunt in inferna, ubi similia mala et falsa sunt (n. 419[*a*]; *conf.* n. 412[*f*]).

Nisi boni prius separentur a malis, antequam mali dejiciuntur in infernum, boni simul cum malis perituri sunt: boni enim qui adhuc in caelum non elevati sunt, sed elevandi postquam ejecti sunt mali, illi communicationem admodum propinquam habuerunt cum malis per cultum horum externum; nam mali qui usque ad ultimum judicium tolerati sunt, in cultu externo fuerunt, non tamen in aliquo interno, nam ore et gestibus praetulerunt et dissimularunt sancta ecclesiae at non anima et corde, quare per externum cultum communicabant cum illis qui interius etiam

boni fuerunt: propter illam communicationem non prius dejici potuerunt mali antequam ab illis separati fuerint boni; nam si simul, tunc boni, cum quibus mali per externum cultum conjuncti fuerunt, damno afficerentur, hoc est, perirent; illos enim mali secum auferrent (n. 426).

Quomodo ipsa separatio fit, etiam paucis dicetur. Quando boni separantur a malis, quod fit a Domino per influxum Divini Ipsius remissum ac per inspectionem in illa quae sunt affectionis spiritualis apud angelos et spiritus, tunc facit Dominus ut illi qui interius et inde quoque exterius boni sunt vertant se ad Ipsum, et sic avertant se a malis; et cum se avertunt fiunt inconspicui malis; hoc enim commune est in mundo spirituali, quod cum aliquis avertit se ab alio fiat inconspicuus; quo facto, mali separati sunt, ac simul etiam a sancto quod in externis mentiti sunt, et sic spectant ad infernum, quo etiam mox conjiciuntur (n. 426).

Influxus e caelis, hoc est, per caelos a Domino, non est nisi amoris boni et affectionis veri, sed vertitur ille apud malos in talia quae correspondent illorum malis et inde falsis, ita quae correspondent illorum amori mali et affectioni falsi. Quod conflictus et turbae cogitationum et ratiocinationes ex malis et falsis de bonis et veris ecclesiae existant apud illos qui interius mali sunt et exterius apparent boni, postquam aperta sunt illorum interiora et clausa exteriora, est ex conflictu interiorum illorum cum exterioribus in primo statu separationis; sed ut primum exteriora prorsus clausa sunt, ac illi relicti sunt suis interioribus, tunc cessat conflictus, sunt enim tunc plane in amore sui mali et in affectione sui falsi, et inde in sûae vitae jucundo; quare tunc se dejiciunt in infernum ad sui similes (n. 702; *conf.* n. 412[*f*]).

Dum ultimum judicium super illos qui ab Ecclesia Christiana fuerunt factum est, tunc omnes illi qui in fide separata a charitate tam doctrina quam vita fuerunt, conjecti sunt in infernum; et conservati omnes qui in fide ex charitate fuerunt: hi intelliguntur (*Matth.* cap. xxv. 31 ad fin.) per "oves," illi per "hircos" (n. 817[*e*]).

Quod mali tam diu tolerati fuerint super altis, ac boni tam diu detenti sub caelo, fuit causa ut complerentur hi et illi; hoc est, ut boni tali numero essent ut sufficerent ad novum caelum ex illis formandum, et quoque ut mali ex se deciderent ad infernum; Dominus enim neminem in infernum dejicit, sed ipsum malum quod apud malos spiritus dejicit illos; hoc tunc fit quando mala consummata, hoc est completa sunt (n. 397).

Qui vitam charitatis vixerunt antehac, illi reservati sunt a Domino infra caelos, ac tutati ab infestatione ab infernis usque ad ultimum judicium; quo peracto, exsuscitati sunt e locis suis et elevati in caelum; quod non prius, fuit causa, quia ante illud praevaluerunt inferna, et erat superpondium ab illorum parte; at post illud praevaluerunt caeli, et sic erat superpondium ab horum parte; per ultimum enim judicium omnia tam in infernis quam in caelis in ordinem redacta sunt; quare si prius elevati fuissent, non potuissent resistere potentiae in qua inferna fuerunt prae caelis (n. 899[*a*]; *conf.* n. 911[*a*]).

Illi qui "prius caelum" constituerunt, quia solum in externa morali vita fuerunt, et non simul in interna spirituali, dejecti sunt; et cum illi dejecti, tunc elevati sunt et translati in eadem loca, hoc est, super montes, colles et petras, ubi priores fuerunt, omnes illi qui reservati sunt a Domino, et absconditi hic et illic, plerique in inferiore terra; et ex his formatum est novum caelum: hi qui reservati sunt et tunc elevati, fuerunt ex illis in mundo qui vixerunt vitam charitatis, et qui fuerunt in affectione veri spirituali (n. 391[*a*]).

Quando fit separatio malorum a bonis, ac remotio illorum e locis ubi prius fuerunt, tunc apparet illis qui in superioribus caelis sunt novum caelum et nova ecclesia. Haec quamdiu boni conjuncti fuerunt cum malis, non potuerunt apparere, quia interiora eorum occlusa fuerunt ne laederentur a malis cum quibus quoad externa communicatio fuit. At cum separati

et remoti fuerunt, tunc aperta sunt interiora apud bonos, quae in se caelestia fuerunt; quibus apertis patuit caelum et ecclesia (n. 699).

Tempore ultimi judicii perit vetus ecclesia, et incohatur nova (n. 403[c]).

Ante judicium, permissum fuit illis qui civilem et moralem vitam in externis potuerunt agere, tametsi non spirituales essent, sibi tanquam caelos formare, et ibi frui voluptatibus qualibus in mundo; at postquam ultimum judicium peractum est, tunc non amplius id permittitur; nunc enim unusquisque fertur secundum vitam suam, qui mere naturalis est ad infernum, et qui spiritualis ad caelum (n. 754).

Prius judicium a Domino cum fuit in mundo peractum est (n. 899[a]).

Quoniam Dominus operatur ex primis per ultima, ac in ultimis est in sua potentia et in suo pleno, ideo placuit Domino suscipere Humanum, ac fieri Divinum Verum, hoc est, Verbum, et sic ex Se in ordinem redigere omnia caeli et omnia inferni, hoc est, ultimum judicium facere (n. 1087).

"Diluvium" significat finem Antiquissimae Ecclesiae, ac ultimum judicium quod factum quando omne ecclesiae exstinctum fuit (n. 419[c]).

Ultio.—(*Vide Ulcisci.*)

Quando Dominus ex Divino Vero judicium facit, dicitur (*Jerem.* v. 9, 29) quod "ultionem sumet anima Ipsius" (n. 750[f]).

"Fel ultionum" (*Deutr.* xxxii. 42) est malitia et saevitas (n. 811[b]).

(*Vide Jerem.* li. 36, n. 275[b].)

Ultor.—Ubi Deus dicitur "vindex," "ultor," "zelotes," "irascens," "excandescens," talia dicuntur in sensu litterae Verbi secundum apparentias (n. 778[a]).

Ulula.—"Dracones" (*Hiob.* xxx. 29) sunt qui adulteraverunt bona et perverterunt in mala, et "filiae ululae" sunt qui simul vera (n. 714[c]).

Sciendum est quod sint plura genera falsorum, et quod singula illorum per sua genera "avium" significentur, quae enumerántur apud *Mosen* (*Levit.* xi. 13, seq.; et *Deutr.* xiv. 11–20), ac nominantur passim in Verbo; sicut "aquilae," "milvi," "pici," "corvi," "ululae," "plateae," "ardeae," "noctuae," "bubones," "dracones," et aliae (n. 1100[d]).

Ulva.—Quod non amplius erunt vera, ne quidem vera naturalia et sensualia, quae sunt infima, significatur (*Esai.* xix. 6) per quod "calamus et ulva marcescent, papyri juxta flumen" (n. 518[d]): "calamus et ulva" significant verum seu scientificum sensuale (n. 627[b]; *conf.* n. 654[h]).

Umbra. }
Umbrosus. } —"Esse umbra super manu dextrae" (*Ps.* cxxi. 5) significat esse tutela contra malum et falsum; "umbra" ibi pro umbraculo ne laedatur (n. 298[b]; *conf. Thren.* iv. 20, n. 684[d]).

"Aestus" (*Esai.* xxv. 4) est concupiscentia falsi, et "umbra nubis" est tutamen ab illa, nam umbra nubis calorem solis temperat et incalescentiam sedat (n. 481).

"Ambulare in valle umbrosa" (*Ps.* xxiii. 4) in sensu spirituali significat intellectum obscurum cui non apparent vera ex luce (n. 727[a]).

Integrum tempus durationis Ecclesiae Judaicae repraesentatum est per "gradus Achasi" (*Esai.* xxxviii. 7, 8); principium ejus per primum gradum ibi, qui est quando sol est in suo ortu, et finis ejus per ultimum gradum in occasu; inde patet quod per retractionem umbrae ab occasu versus ortum intelligatur prolongatio illius temporis (n. 706[c]).

Per "terram foveae et umbrae densae" (*Jerem.* ii. 6) intelligitur status ignorantiae veri et inde falsitatis (n. 537[b]).

(*Vide Ps.* xliv. 20 [*B.A.* 19], n. 714[c]; *Ezech.* xxxi. 6, n. 388[f].)

Umbratile.—Quod homo post mortem sit quoddam umbratile, spiritale, ex aethere larva ineffigiata, inter paradoxa memoratum (n. 988).

Unctio. } —(*Vide* ***Unctus.***)
Ungere. } Unctiones apud filios Israelis, seu in ecclesia eorum, fiebant per oleum: omnia ecclesiae per illud inaugurabantur, et cum inaugurata fuerunt vocabantur sancta; prout altare et ejus vasa, tentorium conventus et omnia quae inibi, tum illi qui sacerdotio fungerentur ac eorum vestes, et insuper prophetae, et tandem reges. Quisque potest videre quod ipsum oleum non sanctificet, sed quod id quod significatur per "oleum," quod est bonum amoris in Dominum a Domino: hoc significatur per "oleum;" quapropter cum uncta aut uncti fuerunt, ac eo momento repraesentabant, nam oleum inducebat repraesentationem Domini ac boni amoris ab Ipso (n. 375[*d*]).

Quoniam "super fronte et super manu" significat in primis et in ultimis, ac "primum et ultimum" significant omnia, inde patet unde est et quid significat quod reges olim et quoque hodie, cum coronantur, ungerentur oleo super fronte et super manu: reges enim olim repraesentaverunt Dominum quoad Divinum Verum; et quia hoc recipitur in bono amoris quod influit a Domino, ideo unctio fiebat super fronte et super manu (n. 427[*b*]).

Usu receptum fuit ungere semet et alios oleo; non oleo sanctitatis, quo ungebantur sacerdotes, reges, altare et tabernaculum, sed oleo communi, ex causa quia hoc "oleum" significabat laetum et faustum quod est amoris boni; "oleum sanctitatis" autem significabat Divinum Bonum (n. 375[*e*(viii.)]).

(*Videantur articuli*, n. 204[*b*], 324[*f*], 329[*f*], 375[*e*], 638[*c*], 659[*d*], 684[*c*], 811[*c*].)

Unctus.—(*Vide* ***Ungere, Christus, Messias.***)

Solus Dominus quoad Divinum Humanum est Unctus Jehovae; nam in Ipso ex conceptione erat ipsum Divinum Bonum Divini Amoris, et ex illo erat Humanum Ipsius ipsum Divinum Verum cum fuit in mundo, ac dein per unionem cum ipso Divino in Se facit illud quoque Divinum Bonum Divini Amoris: et quia omnia quae ecclesiae erant repraesentabant Divina quae a Domino, ac in supremo sensu ipsum Divinum, (erat enim ecclesia apud filios Israelis instituta ecclesia repraesentativa,) ideo oleum, per quod significabatur Divinum Bonum Divini Amoris, adhibebatur ad inducendum repraesentationes; ac postquam uncta aut uncti fuerunt, considerabantur ut sancta aut sancti; non quod aliqua sanctitas per id illis inesset, sed quod sanctitas in caelo per id repraesentaretur cum in cultu erant (n. 375[*d*]).

Unctio regum terrae fiebat per oleum; unctio autem Domini quoad Divinum Humanum facta est per ipsum Divinum Bonum Divini Amoris, quod "oleum" significabat, et "unctio" repraesentabat (n. 375[*e*(vi.)]).

(*Videantur articuli*, n. 31[*b*], 205, 272, 316[*a*,*b*], 375[*d*,*e*(vi.)], 419[*c*], 684[*a*–*d*].)

Undecimus.—"Undecim" significant statum nondum plenum, sed usque statum receptibilem, qualis est apud pueros probos et infantes (n. 194).

Ungere.—(*Vide* ***Unctio, Unctus.***)

Unguentarius.—(*Vide Exod.* xxx. 35, n. 324[*f*], 1151.)

Unguentum.—Per "unguentum" (*Apoc.* xviii. 13) significatur bonum amoris spiritualis, et per "thus" verum boni spiritualis: quod sit amor spiritualis qui per "unguentum et thus" significatur, est quia suffitus per illa fiebant; et "suffitus," ex fumo fragrante qui ex igne sancto in thuribulis ascendebat, significabant amorem spiritualem (n. 1151).

(*Vide Exod.* xxx. 35, n. 324[*f*], 1151.)

Ungues.—Per "ungues" (*Deutr.* xxi. 12) significantur falsa et mala sensualis hominis (n. 555[*c*]).

Ungula.—"Ungulae" sunt scientifica sensualis hominis, quae sunt vera in ultimo ordinis (n. 176; *conf.* n. 316[*b*]).

"Volae," "plantae," et "ungulae," significant ultima in naturali (n. 279[*a*]).

Omnia quae dicta sunt in *Levitico* (cap. xi.), quoad singulas bestias et aves, et quoad illarum ungulas, pedes, et rumen, per quae distinguuntur munda ab immundis, significativa sunt (n. 617[*e*]).

Per "ungulas equorum," quae sicut rupes reputantur (*Esai.* v. 28), significantur ultima veri qualia sunt quae in sensu litterae Verbi; "ungulae equorum" sunt ultima intellectus, hic intellectus perversi quia separati ab intellectu spiritualis hominis (n. 355[*f*]).

Per "ungulas equorum," per quas conculcabit omnes plateas (*Ezech.* xxvi. 11), significantur extrema naturalis hominis, quae vocantur sensualia, ex quibus omnes falsitates (n. 355[*d*]; *conf.* n. 652[*c*]).

Unigenitus.—(*Vide Joh.* i. 14, n. 852[*b*]; *Joh.* i. 18, n. 114; *Amos* viii. 10, n. 637[*b*].)

Unio.—Quod "velum templi disruptum sit in duas partes a summo ad imum," postquam Dominus passus est (*Matth.* xxvii. 51), significavit unionem Divini Humani Domini cum ipso Divino Ipsius (n. 220[*a*]).

Resurrectio ad vitam homini est unice ex Domino, et quidem ex eo, quod univerit Divinum Humano suo; ex qua unione, quae proprie intelligitur per glorificationem, est homini salvatio (n. 659[*d*]).

Dominus dat illi qui agnoscit quod omnia vitae suae sint ab Ipso, jucundum et beatum amoris ejus, quantum id agnoscit, et quantum praestat usus: ita dum homo per agnitionem et per fidem ex amore sicut a se addicat Domino omnia suae vitae, vicissim Dominus addicat homini suae vitae bonum, quod est cum omni fausto et beato; et quoque dat ut ab interiori et exquisite sentiat et percipiat id in se sicut suum, et eo exquisitius quo homo ex corde vult quod fide agnoscit. Perceptio tunc est reciproca; grata Domino, quod Ipse sit in homine et homo in Ipso; et fausta homini, quod ille sit in Domino et Dominus in illo. Talis est unio Domini cum homine, et hominis cum Domino per amorem (n. 1138).

Unire.—Crux erat ultima tentationum seu pugnarum cum infernis; et Dominus post ultimam illam induit Divinum Bonum Divini Amoris, et sic univit Divinum Humanum ipsi Divino quod in Ipso (n. 272).

Unitio.—(*Vide* ***Unus.***)

"Deus, Deus tuus" (*Ps.* xlv. 8 [*B.A.* 7]), significat unitionem reciprocam Humani cum Divino, ac Divini cum Humano (n. 684[*b*]).

Homo non potest fieri amor, qui est imago aut similitudo Dei, nisi per conjugium veri et boni; verum enim et bonum se intime amant, et flagrant uniri ut sint unum: causa est, quia Divinum Bonum et Divinum Verum unita procedunt a Domino; proinde unita erunt in angelo caeli et in homine ecclesiae. Haec unitio nequaquam dari potest nisi per conjugium duarum mentium in unum (n. 984).

Universus.—Per "universum orbem" (*Apoc.* xii. 9) significantur omnia ecclesiae (n. 741[*a*]).

Omnipotentia Dei elucet ex universo, quod est caelum aspectabile et orbis habitabilis, quae sunt magna opera Creatoris omnipotentis; pariter omnia quae sunt in caelo aspectabili et super orbe habitabili (n. 1133).

Unus.—(*Vide* ***Unitio.***)

Deus est unus, et non tres, ac trinum est in Domino (n. 810).

Deus unus est tam Essentia quam Persona, Est trinitas in Deo, et est quoque unitas (n. 1106).

"Quare non amplius sunt duo, sed una caro" (*Matth.* xix. 6), significat quod intellectus boni et veri ac affectio boni et veri non duo sed unum sint,

similiter ac voluntas et intellectus quidem duo sunt sed usque unum, similiter ac verum et bonum, tum fides et charitas; quae quidem duo sunt sed usque unum, nempe quando verum est boni ac bonum est veri, tum quando fides est charitatis ac charitas est fidei (n. 710[c]).
Duo conjuges qui in amore conjugiali ex Domino sunt, se mutuo et vicissim ex corde, ita ex intimis, amant; et inde quamvis apparenter sunt duo, usque actualiter unum sunt: duo sunt quoad corpora, at unum quoad vitam. Duo conjuges in caelo non dicuntur duo angeli, sed unus (n. 984).
Dantur in caelo conjuges qui in tali amore conjugiali sunt ut ambo possint esse una caro, et quoque sunt dum volunt, et tunc apparent ut unus homo (n. 1004).

Uphasus.—"Aurum ex Uphaso" (*Jerem.* x. 9) significat bonum Verbi in sensu litterae Verbi (n. 585[b]).

Urbs.—Per "civitates" seu "urbes" in Verbo significantur doctrinae (n. 223[b]; *conf.* n. 391[d], 548, 1088); vera doctrinae (n. 280[b]; *conf.* n. 223[b,c], 411[e]); omnia doctrinae (n. 304[d]); doctrinalia veri et boni ex Verbo (n. 376[b]; *conf.* n. 223[c]); illa quae sunt intelligentiae et sapientiae (n. 112).
"Plateae urbis" significant vera doctrinae (n. 376[c]); doctrinalia vera (n. 724[d]); veritates (n. 417[b]).
"Urbs" est doctrina; et per "portam" quae dat introitum ad illam significantur vera naturalia (n. 734[d]).
"Urbs Dei" (*Ps.* xlvi. 5 [*B.A.* 4]) significat ecclesiam quoad doctrinam (n. 518[d]).
"Urbs sanctitatis" (*Dan.* ix. 24) significat Divinum Verum quod est Verbum (n. 684[e]).
Per "Urbem Davidis" seu "Zionem," et per "urbem Hierosolymam," significatur ecclesia quoad Verbum et quoad doctrinam ex Verbo (n. 922[a]).
Quia "Zion" significat ecclesiam caelestem, et "Hierosolyma" ecclesiam quoad doctrinam veri, ideo Zion vocatur "urbs Jehovae," et Hierosolyma "urbs sancta," "urbs Dei," et "urbs magni Regis" (n. 223[c]).
"Urbes Jehudae," et "urbes montis" (*Jerem.* xxxii. 42, 44), sunt vera doctrinae quae illis qui e regno caelesti Domini sunt; "urbes planitiei" et "urbes meridiei" sunt vera doctrinae quae illis qui in regno spirituali Domini sunt (n. 223[c]).
Per "urbem in monte positam" (*Matth.* v. 14) significatur verum doctrinae ex bono amoris (n. 223[c]).
Per "urbes magnas et bonas" (*Deutr.* vi. 10) significantur doctrinalia quae docent bona amoris et charitatis (n. 638[b]).
"Urbs magna" (*Apoc.* xvi. 19) significat omnia doctrinae ex Verbo (n. 1019).

Per "urbes" in opposito sensu significantur doctrinalia ex meris falsis (n. 724[e]; *conf.* n. 324[e], 654[i]).
"Plateae urbis" significant doctrinalia falsa (n. 724[d]).
"Urbes munitae" (*Zeph.* i. 16) significant doctrinalia falsa quae confirmata sunt (n. 417[b]).
"Urbes desolatae" (*Esai.* liv. 3) significant vera doctrinae e Verbo antehac deperdita (n. 768[b]).
"Urbs sanguinum" (*Nahum* iii. 1) significat doctrinam falsi quae violentiam infert bono charitatis (n. 240[b]; *conf.* n. 355[e]).

(*Videantur articuli*, n. 63, 112, 131[b], 133, 148, 175[a,b], 219, 220[b], 223[b,c], 240[b], 280[b], 304[c,d], 324[e], 326[b], 331[a], 342[b], 355[d,e], 357[c], 365[b], 376[b–d], 386[d], 388[c], 391[d], 392[e], 403[e], 405[f], 410[c], 411[e], 417[b], 427[a], 518[e], 532, 538[a], 548, 556[c], 601[b], 612, 617[b], 632, 638[b], 650[f], 652[a–d], 654[i], 655[a,b], 657, 675[a,b], 684[e],

706[*d*], 714[*c*], 724[*c–e*], 730[*b*], 734[*d*], 750[*e*], 768[*b*], 863[*b*], 880, 922[*a*], 1019, 1020, 1088, 1134, 1174, 1176.)

Uredo.—Per "uredinem et rubiginem" (*Amos* iv. 9) significatur malum et falsum in extremis, seu ex sensuali corporeo (n. 638[*c*]).

Urim. } ***Thummim.*** } —Quia gentes, ex quibus ecclesia, in bono naturali fuerunt, ideo dicitur (*Esai.* xxiv. 15), "In urim honorate Jehovam, in insulis maris nomen Dei Israelis;" per quae significatur quod adoraturi Dominum ex bonis et veris quae in naturali homine: *urim* enim in lingua Hebraea significat ignem, et focum, per quos significatur bonum amoris naturalis hominis; "insulae maris" significant cognitiones veri et boni, quae sunt vera naturalis hominis (n. 406[*b*]).

"Pectorale judicii," quod super ephodo, et "urim et thummim" vocabatur, in genere significat verum elucens ex Divino Bono: factum est ex duodecim lapidibus pretiosis, sub quibus nomina tribuum, seu duodecim filiorum Israelis. Responsa dabantur per explendescentiam ex coloribus lapidum qui in urim et thummim, et simul tunc vel per vivam vocem vel per tacitam perceptionem correspondentem exsplendescentiae. *Urim* est ignis lucens; ac *thummim*, exsplendescentia in lingua angelica, at integritas in lingua Hebraea (n. 431[*a*]; *conf.* n. 717[*b*]).

(*Videantur articuli*, n. 268, 406[*b*], 431[*a,c*], 444[*b*], 717[*b*].)

Ursus. } ***Ursa.*** } —"Ursi" significant verum in ultimis (n. 66).

"Ursus" significat potentiam ex naturali sensu Verbi, tam apud probos quam apud malos (n. 781[*c*]).

"Ursi" significant illos qui in potentia ex naturali sensu Verbi, tam probi quam mali (n. 781[*b*]).

In mundo spirituali apparent etiam ursi albi, per quos repraesentatur potentia spiritualis naturalis hominis per Verbum (n. 781[*d*]).

Per "ursas e silva" (2 *Reg.* ii. 24) significabatur potentia ex sensu naturali seu litterae Verbi (n. 781[*c*]): cur pueri maledicti sunt ab Elisaeo, et ideo a binis ursis discerpti, quia vocarunt illum "calvum" (n. 781[*c*]).

"Fremimus sicut ursi, et sicut columbae gemendo gemimus" (*Esai.* lix. 11), significat dolorem naturalis hominis, et dolorem spiritualis hominis (n. 781).

Per "ursum" in opposito sensu significatur potentia falsi contra verum (n. 781[*c*]); "ursus" est potentia et cupido naturalis hominis falsificandi vera sensus litterae Verbi (n. 781[*d*]).

"Pedes ursi" (*Apoc.* xiii. 2) sunt fallaciae ex naturali ultimo, quod est sensuale (n. 781[*a*]).

(*Videantur articuli*, n. 66, 388[*b*], 556[*a*], 781[*a–d*], 783, 1086.)

Urtica.—Devastatio omnis boni significatur (*Zeph.* ii. 9) per "locum urticae," et devastatio omnis veri per "foveam salis" (n. 653[*b*]).

Usa. } ***Uzzah.*** } —Quod Usa, filius Abinadabi, mortuus sit, quia manu comprehendit arcam (2 *Sam.* vi. 6–8), erat quia "tangere manu" significat communicationem, quod fit cum Domino per bonum amoris; et tamen Usa non unctus fuit, sicut erant sacerdotes et Levitae, quibus per unctionem accessit repraesentatio boni amoris: et tamen "cherubi," qui super propitiatorio, quod super arca, significabant custodiam ne Dominus nisi per bonum amoris adiretur (n. 700[*f*]).

Ustiones.—Ustiones inter apparentias in lepra (n. 962).

Usus.—(*Vide* ***Opera, Opus.***)

Nunc aliquid dicetur de usibus, per quos homini et angelo est sapientia. Amare usus non aliud est quam amare proximum; usus in spirituali sensu est proximus. Quod usus sit proximus, est quia omnis homo non ex voluntate et intellectu solis aestimatur et amatur, sed ex usibus quos

ex illis praestat aut praestare potest: inde homo usus est homo secundum usus, et homo non usus est homo non homo; de hoc enim dicitur, "Non est utilis ad quicquam." Is tametsi toleratur in civitate in mundo, dum ex suo vivit, usque post obitum, dum fit spiritus, ejicitur in desertum. Homo itaque est qualis ille est usus. Sed usus sunt multiplices: in genere sunt caelestes et sunt infernales; usus caelestes sunt qui inserviunt ecclesiae, patriae, societati et concivi magis et minus, ac propius et remotius propter illos ut fines; at usus infernales sunt qui solum inserviunt sibi et suis, et dum ecclesiae, patriae, societati et concivi, non est propter illos ut fines, sed propter se ut finem: quisque tamen debet prospicere sibi et suis necessitates et requisita vitae ex amore, sed non ex amore sui. Quando homo primo loco amat usus faciendo illos, et secundo loco amat mundum et semet, tunc illud est spirituale et hoc est naturale ejus, ac spirituale dominatur et naturale servit (*de quibus plura*, n. 1193).

Quoniam homo creatus est ut usus praestet, et id est amare proximum, ideo omnes, quotcunque sunt, qui in caelum veniunt, facient usus; secundum usus et secundum amorem illorum, est illis omne jucundum et beatum; non aliunde est gaudium caeleste; qui credit id dari in otio, multum fallitur (n. 1194).

Nec aliquis otiosus toleratur in inferno: illi qui ibi sunt, in ergastulis sunt, et sub judice, qui captivis imponit operas, quas facturi sunt cottidie; illis qui non faciunt, non datur cibus nec vestis; stant esurientes et nudi; ita ibi adiguntur (n. 1194).

In inferno faciunt usus ex timore, in caelo autem ex amore; et timor non dat gaudium, sed amor (n. 1194).

Usus quos praestant in caelis, ac operae quas faciunt in infernis, sunt quoad partem similes illis qui fiunt in mundo; sed usque plerique usus sunt spirituales qui naturali lingua describi nequeunt, et qui in ideas naturales non cadunt (n. 1226).

Sed usque datur interpolare opera variis in consortio cum aliis, quae sunt recreationes, ita quoque usus (n. 1194).

Unumquodvis in caelo, in mundo, et in corpore humano, tam magnum quam parvum, creatum est ex usu, in usu, et ad usum; pars in qua ultimum, quod est *ad usum*, cessat, separatur ut noxia, ac sicut damnata ejicitur (n. 1194).

In desertis et in infernis visi sunt plures ex nobili prosapia qui in mundo se dederunt otio, et ambiverunt officia, et quoque functi sunt illis, non propter usus, sed propter honores aut lucra, quae solum illis usus fuerunt (n. 1226).

Usus est subjectum omnis affectionis; non enim potest homo affici nisi sit propter aliquid, et hoc aliquid est usus (n. 1214).

Usuum sunt genera et species, et specierum differentiae in infinitum; usuum etiam sunt gradus. Tot sunt affectiones quot sunt usus (n. 1229).

Per usus in caelis et in terris intelliguntur ministeria, functiones, studia vitae, operae, famulitia varia, labores, proinde omnia quae opposita sunt otio et ignaviae. Essentia usuum est bonum publicum: per bonum publicum in communissimo sensu apud angelos intelligitur bonum totius caeli, in minus communi bonum societatis, et in particulari bonum concivis: apud homines autem essentia usuum in communissimo sensu est bonum totius generis humani, tam spirituale quam civile, in minus communi bonum patriae, in particulari bonum societatis, et in singulari bonum concivis; et quia illa bona faciunt essentiam illorum, est amor vita illorum, quoniam omne bonum est amoris, et amori inest vita. Quisque qui usu functionis suae propter usum delectatur, is amat patriam et cives; sed qui non delectatur illis propter usus, sed solum facit illos propter se, solum honorem, et solas opes, ille non corde amat patriam et cives, sed modo se et mundum: causa est, quia nemo a Domino potest teneri in amore proximi,

nisi in aliquo amore erga publicum sit; et nemo in illo est, nisi qui est in amore usus propter usum, seu in amore usus ex usu, ita ex Domino (n. 1226).

Quia omnia et singula in principio in mundo creata sunt ad usum, et quoque omnia in homine formata sunt ad usum, ac Dominus ex creatione spectavit omne genus humanum ut unum Hominem in quo unusquisque similiter sit usui, seu usus, et quia Ipse Dominus est vita istius Hominis, patet quod universum ita creatum sit ut Dominus sit in primis et in ultimis, ac in centro et in peripheriis, hoc est, in medio omnium, et quod usus sint in quibus est (n. 1226).

Omnia membra generationis correspondent amori caelesti et ejus productis, quae sunt usus, qui vocantur vera illius amoris (n. 710[*d*]).

In usu receptum est ex Verbo dicere "pastor" de illis qui docent, et "grex" de illis qui discunt (n. 482).

Antiqui templa aedificarunt ut anteriora, ubi adytum, spectarent orientem; quod etiam hodie fit ex usu vetusto (n. 422[*d*]).

Uterus.—(*Vide* ***Uber, Venter, Vulva.***)

Per "uterum" significatur amor conjugialis intimus, et inde amor caelestis in omni complexu (n. 710[*a*]).

Quod "uterus" significet bonum amoris intimum est quia omnia membra generationi dicata, tam apud mares quam apud feminas, significant amorem conjugialem, ac "uterus" ejus intimum, quia ibi fetus concipitur, et incrementa capit usque dum nascitur: est etiam intimum membrorum genitalium; ex eo etiam derivatur amor maternalis qui vocatur *storge* (n. 710[*a*]).

Omnia membra generationi dicata, in utroque sexu, imprimis uterus, correspondent societatibus tertii seu intimi caeli. Causa est, quia amor vere conjugialis derivatur ex amore Domini erga ecclesiam, et ex amore boni et veri, qui amor est amor angelorum tertii caeli; quare amor conjugialis, qui inde descendit, sicut amor illius caeli, est innocentia, quae est ipsum esse omnis boni in caelis: inde sunt embryones in utero in statu pacis, et postquam nati sunt infantes in statu innocentiae, similiter mater erga illos. Quoniam talis correspondentia est membrorum genitalium utriusque sexus, patet quod a creatione sancta sint, ac ideo unice dicata casto et puro amori conjugiali, et non profananda ab incasto et impuro amore adulterii; per id convertit homo caelum apud se in infernum (n. 985).

"Uterus" significat intimum amoris, ac receptionem veri ex bono (n. 724[*a*]).

"Uterus" dicitur ubi agitur de bono amoris, ac "venter" ubi de veris ex illo bono (n. 710[*a*]).

"Uterus" seu "venter" significat amorem conjugialem spiritualem, et "femur" eundem naturalem (n. 618).

Per "benedictiones uberum et uteri" (*Gen.* xlix. 25) significantur bona spiritualia et caelestia (n. 340[*c*]).

Dominus multis in locis in Verbo vocatur "Creator," "Factor" et "Formator ab utero," et quoque "Redemptor," ex eo quod hominem e novo creet, reformet, regeneret, et redemerit (n. 710[*b*]).

"Ex utero Aurorae Tibi ros juventutis tuae" (*Ps.* cx. 3), dicitur de Domino venturo in mundum: per haec intelligitur conceptio ex ipso Divino, et inde glorificatio Humani Ipsius (n. 179).

Utres.—Dominus comparavit vera ecclesiae utribus vini, quia per "vinum" significatur verum, ac "utres" sunt cognitiones quae continent illas (n. 195[*b*]).

Per "utres veteres" (*Matth.* ix. 17) significantur statuta et judicia Ecclesiae Judaicae, et per "utres novos" praecepta et mandata Domini (n. 376[*e*]).

Quod Judaei ita falsis se immerserint ut nihil veri interesset, describitur (*Esai.* xxx. 14) per "fracturam utris figulorum, ut non inveniretur in

fragmento testa ad accipiendum ignem de foco, aut ad hauriendum aquas e fovea" (n. 177).
Per "vinum" (*Jerem.* xiii. 12) significatur falsum, et per "omnem utrem" mens hominis, quoniam illa est recipiens veri aut falsi, sicut uter vini (n. 376[*f*]).
"Utres testae opus manuum figuli" (*Thren.* iv. 2) significant mala vitae ex falsis doctrinae quae ex propria intelligentia (n. 242[*d*]).

Uvae.—(*Vide* ***Botrus, Vitis, Vinum.***)
Per "vitem" significatur ecclesia quoad verum, proinde etiam verum ecclesiae; et per "uvas" significantur bona inde, quae sunt bona charitatis; et per "botros" bona fidei (n. 618).
"Triticum" (*Deutr.* xxxii. 14) significat omne bonum, et "sanguis uvarum" ac "merum" omne verum inde (n. 374[*c*]).

"Uvae" significant bona ecclesiae, at "uvae fellis" ac "botri amaritudinum" (*Deutr.* xxxii. 32) significant mala ex diris falsis (n. 433[*e*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 314[*b*], 374[*c,d*], 375[*e*(viii.)], 376[*b*], 403[*b,c*], 475[*b*], 618, 918, 922[*c*].)

Uxor.—Cum Dominus dicitur "Sponsus" et "Maritus," tunc caelum et ecclesia per "Sponsam" et "Uxorem" intelliguntur (n. 1120; *conf.* n. 1220).
Per "uxorem juventutis" (*Mal.* ii. 14) significatur Ecclesia Antiqua (n. 701[*e*]).
Nova Ecclesia, quae est "Nova Hierosolyma," vocatur (*Apoc.* xxi. 9) "Sponsa, Agni uxor" (n. 707).
"Uxor Ejus paravit se" (*Apoc.* xix. 7), significat quod ecclesia ornetur veris ex bono ad recipiendum. Dicitur *ornari*, ac intelligitur doceri et discere; sic enim et non aliter ecclesia ornat se, et parat ad nuptias, et ad recipiendum Dominum (n. 1220).
Per "uxores" significantur affectiones veri et boni: per "uxorem et maritum" significatur affectio boni correspondens affectioni veri, quae correspondentia datur in conjugio viri cum una uxore, non autem cum pluribus (n. 654[*h*]).
In caelis aeque ac in terris conjugia sunt, sed in caelis conjugia similia cum similibus fiunt; vir enim natus est ut ex intellectu agat, mulier autem ut ex affectione, ac intellectus apud viros est intellectus veri et boni, et affectio apud mulieres est affectio veri et boni; et quia omnis intellectus vitam trahit ex affectione, ideo copulantur ibi sicut copulatur affectio quae voluntatis cum correspondente cogitatione quae intellectus. Quia nunc binae affectiones variae non correspondere possunt uni intellectui, inde in caelo nusquam datur, nec dari potest, quod plures uxores sint uni viro (n. 710[*c*]).

Per "uxores" significantur affectiones veri et boni, quae affectiones mali et falsi fiunt quando plures uxores uni viro sunt (n. 654[*h*]).

(*Videantur articuli*, n. 102[*a*], 340[*c*], 388]*e*], 595, 624[*c*], 638[*b*], 654[*h*], 701[*e*], 707, 710[*c*], 724[*b*], 734[*c*], 768[*d*], 863[*a*], 983, 1000, 1022, 1120, 1220.)

Uzzah.—(*Vide* ***Usa.***)

Vacca.—"Vacca lactans," super qua nondum fuerat jugum (1 *Sam.* vi. 7), significat bonum naturale nondum a falsis conspurcatum (n. 700[*e*]).
Per "vaccam rufam" (*Num.* xix. 2, 5, 9) significatur bonum naturalis hominis, et per "aquam separationis" ex illa combusta factam significatur verum naturalis hominis (n. 364[*b*]).

Qui abundant cognitionibus quia habent Verbum et prophetas, illi intelliguntur (*Amos* iv. 1) per "vaccas Baschanis in monte Samariae" (n. 513[*c*]).

Vacillare.—Per "Non sinet Jehovah vacillare pedem meum" (*Ps.* cxxi. 3), significatur quod non sinet naturale aberrare a veris (n. 666).

(*Vide Esai.* xxiv. 20, n. 400[*b*].)

Vacue.—Quia omnes qui Hierosolymam ibant ad festa, secum afferre debebant talia quae cultus erant, et omnis cultus est ex interioribus quae sunt cordis et fidei, et haec per "munera" quae offererentur Domino significantur, ideo mandatum ut unusquisque aliquod munus offerret, quod intelligitur (*Exod.* xxiii. 15) per quod "Non videbuntur facies meae vacue" (n. 412[*c*]).

Vacuum. } —Per "vacuum et inane" (*Jerem.* iv. 23) significatur quod in eccle-
Vacuus. } sia non bonum et verum (n. 280[*b*]; *conf.* n. 294[*c*], 304[*b*]).

"Emittere vacuos extra vineam" (*Luc.* xx. 10, 11) significat quod deprivaverint Verbum suis bonis et veris (n. 315[*d*]).

Ecclesia dicitur "vitis vacua" (*Hos.* x. 1) cum non verum amplius (n. 391[*g*]).

Nisi homo ex infantia hauriat vera ex Verbo, vel ex doctrina ecclesiae, vel ex praedicatione, foret vacuus; et in hominem vacuum non cadit operatio et non datur influxus e caelo a Domino (n. 427[*a*]).

Vadere.—Per "sequi Agnum quocunque vadit" (*Apoc.* xiv. 4) significatur agnoscere Divinum Domini et facere praecepta Ipsius (n. 864).

Vae.—Per "vae" significatur lamentatio super calamitate, periculo, aerumna, pernicie (n. 531); lamentatio super aversione a bono et vero et inde damnatione (n. 531); super malis et inde falsis quae devastant ecclesiam (n. 564; *conf.* n. 680, 752); super interitu et devastatione (n. 1134); de damnatione illorum qui se avertunt (n. 654[*f*]).

"Vae, vae," significat lamentationem cum dicitur, "Vae, urbs illa" (*Apoc.* xviii. 16); at significat maledictionem cum dicitur, "Vae urbi illi" (n. 1165, 1176).

Vagari.—Per "vagari" (*Amos* iv. 8) significatur inquirere (n. 532).

"Vagamini inter macerias" (*Jerem.* xlix. 3), significat cogitationem et vitam ex falsis (n. 435[*b*]; *conf.* n. 237[*a*]).

Vagationes.—Reformatio et regeneratio hominis, antequam a naturali fit spiritualis, et sic ecclesia, repraesentabatur per errores et vagationes filiorum Israelis in deserto quadraginta annis (n. 730[*d*]).

Validus.—Per "Saulem" ut regem et per "Jonathanem" ut filium regis (2 *Sam.* i. 23) significatur verum ecclesiae; et quia inde est intelligentia et quoque potentia, dicitur quod "prae aquilis essent veloces, et prae leonibus validi" (n. 281[*b*]).

Falsa potestatem habent in illos qui in falsis ex malo sunt: ex eo est quod illi qui in falsis sunt in Verbo dicantur "potentes," "validi," "robusti," "fortes," "heroes" (n. 783).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 275[*a*], 281[*b*], 304[*b*], 780[*b*], 783.)

Vallis.—"Valles" significant inferiora mentis, quae sunt naturalia et sensualia (n. 376[*f*]): "valles" quae sunt "inter montes" (*Sach.* vi. 1) significant vera inferiora, quae sunt vera naturalis hominis (n. 405[*d*]; *conf.* n. 730[*c*,*d*]).

Per "habitatricem vallis" et "petram planitiei" (*Jerem.* xxi. 13) significantur qui in ultimis Verbi sunt, nec se ab interiori illustrari patiuntur: "vallis" et "planities" sunt ultima Verbi in quibus sunt (n. 411[*f*]).

Per "vallem visionis" (*Esai.* xxii. 1) significatur sensualis homo, qui ex fal-

laciis sensuum corporis omnia videt (n. 734[*d*]); tum falsum doctrinae confirmatum per sensum litterae Verbi (n. 411[*e*]).

"Valles" (*Mich.* i. 4) significant falsa ex malis amorum sui et mundi (n. 405[*h*]).

"Topheth" et "vallis Hinnomi" significabant inferna; "Topheth" infernum a tergo, quod vocatur Diabolus; et "vallis Hinnomi" infernum a facie, quod vocatur Satanas (n. 659[*f*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 304[*e*], 374[*c*], 376[*f*], 405[*d,g,h*], 411[*f*], 483[*a*], 659[*f*], 730[*c,d*], 734[*d*].)

Vallis Hinnomi.—(*Vide* ***Vallis, Topheth.***)

Valvae.—Quod "maledictus esset qui reaedificaret Jerichuntem," et quod "fundaret illam pro suo primogenito, et poneret valvas pro suo minimo" (*Josch.* vi. 26), significabat profanationem Divini Veri a primo ejus ad ultimum, si alibi repraesentaretur instructio in eo quam in Hierosolyma, per quam significabatur ecclesia quoad doctrinam veri et boni et quoad instructionem ex Verbo (n. 700[*d*]).

Vanitas.—"Vanitas" (*Esai.* lxvi. 3) est malum et falsum mali (n. 340[*d*]).

Falsa ex quibus cultus significantur (*Jerem.* xviii. 15) per "Vanitati suffiverunt;" "vanitas" est falsum, et "suffire" est cultus (n. 411[*f*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 237[*a*], 340[*d*], 411[*f*], 587[*c*], 624[*c*].)

Vapores.—(*Vide* ***Nubes.***)

Ultima vera, quae sunt cognitiones ex sensu litterae Verbi, significantur (*Jerem.* x. 13; *Ps.* cxxxv. 7) per "vapores ex fine terrae" (n. 419[*d*]; *conf.* n. 304[*f*], 644[*c*]).

Variationes.—Cum boni ablati sunt, tunc in societatibus in quibus boni et mali simul fuerunt, fit insignis mutatio quoad illa quae ecclesiae sunt. Sed causa illius mutationis ulterius detegetur. In mundo spirituali est communicatio omnium affectionum, et quandoque cogitationum, et intra quamcunque societatem est communicatio communis se extendens e medio ejus quaquaversum usque ad fines, paene sicut lux e medio ad peripherias: variationes et mutationes affectionum oriundarum ex communicatione et ejus extensione existunt ex influxu affectionum ex aliis societatibus, quae vel supra sunt, vel ad latera, tum ex novis advenis qui intrant societatem, et quoque ex eo quod pauci aut multi eximantur e societate. Societates super quas ultimum judicium exstitit, constiterunt tam ex bonis quam ex malis; sed ex talibus malis qui interius contra bona amoris et vera doctrinae fuerunt, non autem exterius; exterius enim potuerunt rectum et justum agere, ac pium et verum loqui, non propter ipsum rectum, justum, pium, et verum, sed ex habitu in mundo, propter famam, gloriam, honorem, lucrum, varia jucunda amorum naturalium, tum propter leges et earum poenas; inde hi, tametsi interius mali, usque potuerunt simul esse cum illis qui non modo exterius sed etiam interius boni fuerunt. Quando itaque boni separarentur ab illis qui in externa forma solum boni apparuerunt, tunc bonum externum evanuit, et malum internum apparuit; nam in externo illo bono tenebantur per communicationem cum illis intra eandem societatem qui non modo exterius sed etiam interius boni erant, ut supra dictum est; quare cum bonum externum malis ablatum est, aperta sunt interiora eorum, quae mere malis et foedis scatuerunt; inde patuit quales in se essent (n. 674).

Variationes faciei quae vocantur vultus correspondent affectionibus animi; quare facies variatur quoad suos vultus, sicut affectiones animi quoad suos status: illae variationes in facie sunt correspondentiae, consequenter etiam ipsa facies; et actio animi in illam, ut correspondentiae sistantur, vocatur influxus (n. 1080).

Variegatus.—"Filiae regis virgines" (2 *Sam.* xiii. 18) significabant affectiones veri,

et inde ecclesiam; repraesentabant vera affectionis illius per vestes, et in communi per togas, quae inde frustis variegatae erant (n. 395[c]; *conf.* n. 863[b]). (*Vide* **Toga.**)

Ecclesia cum perversa describitur per quod "sumpserit de vestibus et fecerit sibi excelsa variegata" (*Ezech.* xvi. 16); per quae significantur vera falsificata (n. 195[b]). (*Vide* **Excelsa, Vestes.**)

Vasa.—"Vasa" in Verbo significant recipientia veri, et inde scientifica et intellectualia (n. 537[b]); quod "vas" sit scientificum, est quia omne verum in naturali homine dicitur scientificum: quod hoc significetur per "vas," est quia scientificum naturalis hominis est continens veritatum rationalium et spiritualium; hae enim cum cogitatae et perceptae sunt, reponuntur in memoria, et vocantur scientifica: inde est quod per "vasa" in Verbo significentur cognitiones; quae quatenus sunt naturalis hominis, repositae in memoria ejus, sunt scientifica (n. 1146).

Per "vasa auri et argenti quae ex templo Hierosolymae" (*Dan.* v. 2) significantur bona et vera ecclesiae (n. 220[b]; *conf.* n. 373, 376[d]).

Per "vasa auri et argenti" et per "vestes" (*Exod.* xii. 35, 36) significantur scientiae et cognitiones veri et boni, quae ereptae Aegypto, quia illas applicuerunt ad confirmanda mala et falsa, et verterunt illas in idololatrica et magica (n. 654[f]; *conf.* n. 193[b]).

Per "vas eburneum" et per "vas ex ligno pretioso" (*Apoc.* xviii. 12) significantur vera et bona rationalia (n. 1146).

"Vasa ornatus" ex auro et ex argento Domini (*Ezech.* xvi. 17) significant cognitiones boni et veri, quae sunt bona et vera sensus litterae Verbi; illa dicuntur "vasa" quia in se continent vera et bona spiritualia, et "vasa ornatus" quia sunt apparentiae et sic formae interiorum (n. 725[b]; *conf.* n. 654[l]).

"Vasa aeris et ferri" (*Josch.* vi. 24) significant cognitiones veri et boni naturalis (n. 700[d]).

"Vasa migrationis" (*Ezech.* xii. 4) significant vera doctrinae (n. 811[a]).

Per quod "reversi sint vasis suis vacuis" (*Jerem.* xiv. 3) significatur quod illis non aliqua scientia nec intellectus veri; "vasa" in Verbo significant recipientia veri, et inde scientifica et intellectualia (n. 537[b]).

Per "vasa fictilia" significantur illa in naturali homine quae ex propria intelligentia de rebus caeli et ecclesiae (n. 177).

Per quod "praeparet vasa mortis, et tela sua ardentia faciat" (*Ps.* vii. 14), significatur quod principia falsi sibi faciat ex amore infernali, per quae destruat bonum et ejus vera (n. 357[d]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 70, 177, 193[b], 220[b], 355[c], 357[d], 373, 375[e(iii.)], 376[d], 537[b], 587[d], 654[f,l], 700[d], 725[b], 811[a], 1146, 1156.)

Vastare. } ***Vastatio.*** }—Qui in caelum venturi sunt, vastantur quoad falsa; et qui in infernum, vastantur quoad vera; hoc est, illis qui in caelum venturi sunt auferuntur falsa, et illis qui in infernum venturi sunt auferuntur vera; nam cum falsis non potest aliquis intrare caelum, nec cum veris infernum, quoniam vera ex bono faciunt caelum, ac falsa ex malo infernum. De tentationibus quas subeunt illi apud quos falsa discutienda sunt, multis in locis in Verbo agitur, et imprimis apud *Davidem*, et vocantur "afflictiones," "tribulationes," et "vastationes" (n. 474).

Cum spiritus mali qui nondum vastati sunt, hoc est, determinati ad suum amorem regnantem, intrant aliquam societatem angelicam, tunc quia Divinum Domini ibi est cruciantur dire (n. 78).

Ultimus status ecclesiae, quando non fides amplius quia non charitas, in Verbo vocatur "vastatio" et "desolatio," et a Domino "consummatio saeculi" (n. 397).

"Desolatio" (*Ezech.* xxxiii. 28) dicitur de vero quod fidei, et "vastatio" de bono quod charitatis (n. 405[g]).
"Mendacium" (*Hosch.* xii. 2 [*B.A.* 1]) significat falsum, ac "vastatio" dissipationem veri (n. 419[e]).
Vastationes ecclesiae in Verbo tribuuntur Deo, tametsi nihil earum fit ex Deo, sed solum ex homine (n. 960[a]).
(*Videantur articuli*, n. 83, 131[b], 175[a], 304[b], 336[b], 365[g], 388[b], 397, 405[g,h], 419[e], 474, 850[d], 960[a].)

Vastatores.—"Vastatores" significant mala et falsa per quae bonum et verum pereunt (n. 374[b]).
"Vastatores in deserto" (*Jerem.* xii. 12) significant mala ex non veris (n. 730[b]).
(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 131[a], 257, 304[b], 374[b], 376[c], 730[b], 922[b].)

Vastitas.—Vastitas spiritualis est sicut in deserto, ubi non est seges nec arbor fructus (n. 1081).
"Vastitates" sunt ubi non vera (n. 659[a]).
"Pernoctare in vastitatibus" (*Esai.* lxv. 4) significat permanere et vivere in falsis (n. 659[a]).
(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 72, 304[b], 355[d], 372[b], 388[c,d], 401[c], 403[b], 405[g], 411[c], 413[b], 433[c], 504[e], 556[a], 654[m], 659[a], 714[c], 730[a,b], 750[f].)

Vectes.—Per "vectes" quibus portabatur arca, significatur Divina potentia (n. 700[g]).
"Dejicere vectes" (*Esai.* xliii. 14) significat dejicere principia falsi (n. 514[c]).

Vegetatio.—Quod omnia Naturae in illam formam [naturalem, in qua sunt vegetabilia,] connitantur, et quod aetheres nisum producendi illam ex spirituali sibi impressum ac sic insitum habeant, patet a multis: ut ex vegetatione universali superficiei totius telluris; tum ex vegetatione mineralium in tales formas in fodinis, ubi dantur aperturae; exque vegetatione cretaceorum in corallia in fundis marium; immo, ex formis partium nivis, vegetabilium aemulis (n. 1208).

Vegetabilia. } —Omnia Naturae, praeter solem, lunam et atmosphaeras, fa-
Vegetativa anima. } ciunt tria regna, animale, vegetabile et minerale. Regnum minerale est modo promptuarium, in quo sunt, et ex quo desumuntur, illa quae formas binorum regnorum, animalis et vegetabilis, componunt. Forma naturalis, in qua sunt omnia vegetabilia, trahit suam originem ex conatu et inde fluxu virium naturalium, quae sunt atmosphaerae, et vocantur aetheres, quibus ille conatus inest ex determinatione virium spiritualium, quae est in formam animalem, et ex continua harum operatione in vires naturales quae sunt aetheres, et per illas in materias telluris ex quibus vegetabilia componuntur. Quod inde sit origo patet ex eo, quod aliquod instar formae animalis in illis appareat (n. 1208).
(*Vide* ***Vegetatio.***)
Per *animam vegetativam* intelligitur conatus et nisus producendi vegetabile a semine progressive usque ad semina, et per id multiplicandi se in infinitum, ac propagandi se in aeternum; est enim sicut idea infiniti ac aeterni in omni vegetabili; nam unum semen per certum annorum numerum multiplicari potest ut impleat universam tellurem, et quoque propagari a semine ad semina absque fine: hoc, una cum mirabili progressione crescendi a radice in germen, dein in caulem, tum in ramos, folia, flores, fructus, usque in nova semina, non est naturale, sed est spirituale: similiter quod vegetabilia in multis referant talia quae animalis regni sunt; sicut quod ex semine existant, quod in illo sicut prolificum sit,

quod producant germen sicut infantem, caulem sicut corpus, ramos sicut brachia, verticem sicut caput, cortices sicut cutes, folia sicut pulmones; quod adolescant in annos, et dein efflorescant sicut nymphae ante nuptias, ac post illas expandant sicut uteros aut ova, ac pariant fructus sicut fetus, quibus insunt nova semina, ex quibus sicut in animali regno prolificationes aut fructificationes ejusdem speciei aut prosapiae, dantur: haec, cum multis aliis quae a peritis in arte botanica, qui parallelismum inter bina illa regna instituerunt, observata sunt, indicant quod conatus et nisus ad talia non sit ex mundo naturali, sed ex spirituali (n. 1203; *de quibus videantur plura*, n. 1204–1208).

Productiones, quae sunt praecipue animalia et vegetabilia, sunt creationis continuationes: non refert quod continuationes fiant per semina, usque est eadem vis creatrix quae producit; quod etiam quaedam semina adhuc producantur, ex quorundam experientia est. Qui credit quod calor et lux solis mundi aliud operentur quam ut aperiant et disponant propria Naturae ad recipiendum influxum ex spirituali mundo, multum fallitur (n. 1209).

Tres vires insunt omni spirituali; vis agendi, vis creandi, et vis formandi (n. 1209): ex spirituali, per illas vires, existunt vegetabilia et quoque animalia, tam quae in caelo apparent quam quae in mundo (*de quo videantur plura*, n. 1210).

Sunt in caelis, sicut in terris, vegetabilia omnis generis et omnis speciei; immo, sunt in caelis vegetabilia quae non in terris, sunt enim composita generum et specierum, etiam cum variatione infinita. Sed genera et species vegetabilium differunt in caelis; secundum gradus lucis et caloris ibi apparent horti paradisiaci, nemora, agri et campi, et in illis arboreta, floreta et vireta. Haec omnia sunt egerminationes ex terris ibi; sunt terrae ibi sicut apud nos; sed nihil enascitur ibi ex semine seminato, sed ex semine creato, et creatio ibi est instantanea, ac duratio quandoque diutina, et quandoque momentanea (*de quibus videantur*, n. 1211).

Eadem origo et inde anima est utriusque, animalibus et vegetabilibus, cum sola differentia formarum in quas fit influxus. Quod origo animalium, quae etiam est anima illorum, sit affectio spiritualis, qualis est homini in naturali ejus, ostensum est (n. 1201): quod etiam eadem sit origo vegetabilium, patet imprimis ex vegetabilibus in caelis, ut quod appareant ibi secundum affectiones angelorum, et quoque quod repraesentent illas, usque adeo ut angeli in illis sicut in suis typis videant et cognoscant suas affectiones, quales sunt; et quoque quod mutentur secundum illas, sed hoc fit extra societates. Sola differentia est quod affectiones appareant formatae in animalia a spirituali in mediis ejus, et quod appareant formatae in vegetabilia in ultimis ejus, quae sunt terrae ibi; nam spirituale, a quo, in mediis est vivum, in ultimis autem est non vivum (n. 1212).

Quod anima vegetativa sit ex eadem origine ex qua anima bestiarum terrae, avium caeli, et piscium maris, in prima intuitione apparet sicut quod non ita sit, ex dissito quod unum vivat et alterum non vivat; sed usque id manifeste patet ex animalibus et simul vegetabilibus visis in caelis, et quoque ex animalibus et simul vegetabilibus visis in infernis. In caelis apparent animalia pulchra, et consimilia vegetabilia; in infernis autem animalia noxia, et consimilia vegetabilia; et cognoscuntur angeli et spiritus ex apparentiis animalium, et consimiliter ex apparentiis vegetabilium; plenaria est concordantia cum affectionibus illorum; immo, talis est concordantia ut animale possit mutari in concordans vegetabile, ac vegetabile in concordans animale (n. 1212).

Differentia vegetabilium in mundo spirituali et in mundo naturali est, quod in mundo spirituali existant momento secundum affectiones angelorum et spirituum ibi, tam semina quam egerminationes; in mundo autem naturali est origo illorum insita seminibus, ex quibus quotannis exsur-

gunt. Praeterea tempus et inde successivum, ac spatium et inde extensivum, non dantur in mundo spirituali ut propria ejus; sunt ibi apparentiae statuum vitae illorum qui ibi: inde quoque est quod ex terris ibi, quae ex spirituali origine sunt, vegetabilia momento enascantur, et quoque momento disparentur; quod tamen fit quando angeli discedunt; sed quando non discedunt, perdurant (n. 1212).

Quia omnis affectio ponit usum, et anima vegetativa, ex ejus spirituali origine, est affectio, ideo etiam est usus. Ex hac causa est quod omni vegetabili insit usus; spiritualis usus in mundo spirituali, ac spiritualis et quoque naturalis in mundo naturali. Usus spiritualis est pro vario statu animi, et naturalis per vario statu corporis (*de quibus usibus videantur perplura*, n. 1214).

Periti artis botanicae, chymicae, medicae, et pharmaticae, in scientiam usuum spiritualium ex vegetabilibus ibi veniunt post mortem, et quoque illam exercent, ac illa quam maxime delectantur (n. 1214).

Vehemens. } —Per "dominum durum" (*Esai.* xix. 4) significatur malum amo-
Vehementia. } ris sui; per "regem vehementem" significatur falsum inde (n. 275[*a*]): "dominus durus" est malum falsi, et "rex vehemens" est falsum mali (n. 654[*h*]).

(*Vide Esai.* xi. 15, n. 569[*c*]; *Apoc.* xix. 6, n. 1216.)

Vehi.—"Vectus super alis venti" (*Ps.* xviii. 11 [*B.A.* 10]) significat omnipraesentiam in naturali mundo (n. 282, 283[*b*]; *conf.* n. 355[*c*], 419[*d*]): per "vehi super alis venti" significatur dare intellectum, ac illustrare caelum ultimum (n. 529; *conf.* n. 594[*b*]).

Velamen.—"Vestimentum" et "velamen" (*Gen.* xlix. 11) significat Humanum Domini (n. 475[*b*]; *conf.* n. 329[*e*]).

Velle.—"Velle" est conari (n. 643; *conf.* n. 641, 647).

Velocitas. } —"Velocitas" in Verbo (*vide* 2 *Sam.* i. 23), cum de intelligentia, signi-
Velox. } ficat affectionem veri (n. 281[*b*]).

"Velox" et "festinum" significat quod fit ex cupiditate seu ex amore (n. 355[*c*]).

Velum.—Quod "velum templi disruptum sit in duas partes a summo ad imum" (*Matth.* xxvii. 51), significabat quod Humanum Domini factum sit Divinum; nam intra velum erat arca in qua Testimonium, et per "Testimonium" significabatur Dominus quoad Divinum suum: "velum" significabat externum ecclesiae quod apud Judaeos et Israelitas, quod obtexit oculos eorum, ut non viderent Dominum, ac Divinum Verum seu Verbum in sua luce. Sunt usque plura quae per illa significantur; nam omnia et singula quae apud *Evangelistas* scripta sunt de passione Domini, involvunt arcana et significant (n. 400[*d*]).

Venari. } —Congregare illos qui in bono spirituali sunt, intelligitur (*Jerem.*
Venatores. } xvi. 16) per "mittere venatores qui venabuntur illos" (n. 405[*c*]).

Per "venari gressus" (*Thren.* iv. 18) significatur seducere per falsa (n. 652[*b*]).

Vendere. } —Quod "emere et vendere" (*Apoc.* xiii. 17) significet cognitiones veri
Vendi. } ac boni ex Verbo sibi comparare et illas communicare, seu, quod idem est, discere et docere, est quia per "opes" et per "divitias" in Verbo significantur cognitiones veri et boni; ac per "argentum et aurum," per quae fiunt emptiones et venditiones, significantur vera et bona caeli et ecclesiae: inde nunc est quod in Verbo passim dicatur "emere," "vendere," tum "mercari" et "negotiari," ac quod per illa significentur emptiones, venditiones, mercaturae et negotiationes spirituales (n. 840).

"Vendere" (*Nahum* iii. 4) est abalienare (n. 355[*e*]).

Quod illi qui ab Ecclesia Judaica erant, prorsus deprivati vero et bono essent, significatur (*Deutr.* xxxii. 30) per "Petra eorum vendidit eos, et Jehovah occlusit eos;" "Petra" dicitur ex vero, et "Jehovah" ex bono; "vendere" et "occludere" est deprivari (n. 411[*c*]).

"Gratis vendi" (*Esai.* lii. 3) significat ex se ipso seu ex proprio abalienare se et abdicare falsis (n. 328[*d*]).

Quod "in servum venditus sit Josephus" (*Ps.* cv. 17) significat quod Dominus tam vilis aestimatus sit (n. 448[*d*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 131[*a*], 328[*d*], 355[*e*], 376[*d*], 411[*c*], 448[*d*], 840, 863[*a*].)

Veneficium.—Per "veneficium" paene simile significatur quod in Verbo per "incantationem;" et "incantatio" significat persuasionem talem ut homo prorsus non percipiat aliter quam quod ita sit (n. 1191). (*Vide* ***Incantatio.***)

Venenum.—"Venenum" in Verbo significat dolum (n. 866).

Per "venenum reptilium terrae" (*Deutr.* xxxii. 24) significantur falsitates ex sensuali, quae per fallacias sensualis hominis astute pervertunt vera (n. 650[*g*]); tum significantur falsa ex malis necantia et prorsus exstinguentia vitam spiritualem (n. 556[*a*]).

"Venenum draconum" et "fel aspidum" (*Deutr.* xxxii. 33) significat enorme falsum quod existit ex falsificatis veris Verbi (n. 433[*e*]; *conf. Ps.* lviii. 5 [*B.A.* 4], etiam *Hiob.* xx. 10, n. 581[*a*]).

Venire.—"Venire" cum de Domino significat Se revelare (n. 36). (*Vide* ***Adventus.***)

"Venire ad Dominum" (*Joh.* vi. 35) est facere praecepta Ipsius (n. 386[*d*]).

"Venire," cum aliquid sistitur videndum, significat attendere; nam per "venire" in spirituali sensu intelligitur appropinquare visu, ita attendere (n. 354).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 23, 36, 42, 102[*a,b*], 173, 193[*a*], 194, 216, 354, 386[*d*], 654[*k,l*], 659[*d*], 870.)

Venter.—(*Vide* ***Uterus.***)

Per "ventrem" significantur interiora cogitationis seu intellectus (n. 622[*b*]).

Quod "venter" significet interiora, est quia venter interius recondit cibum, et per "cibum" significatur omne quod nutrit animam, et quia venter sicut reliqua viscera intus seu in medio corporis est (n. 622[*a*]).

Per "ventrem" significatur fides et intellectus boni (n. 750[*e*]).

"Venter" (*Joh.* vii. 37) significat cogitationem ex memoria, correspondet enim illi (n. 518[*d*]). (*Vide* ***Ventriculus.***)

"Venter" pro utero dicitur, ex apparentia tumescentiae ventris apud gravidas; sed usque "venter" dicitur ubi agitur de veris, ac "uterus" ubi de bono (n. 710[*a*]).

Per "filios" qui hereditas Jehovae, et per "fructum ventris" qui merces (*Ps.* cxxvii. 3), intelliguntur vera et bona ecclesiae; per "filios" vera et per "fructum ventris" bona (n. 724[*c*]).

"Fructus ventris" (*Deutr.* vii. 13), et "desideria ventris" (*Hos.* ix. 16), significant in sensu litterae prolem naturalem, sed in sensu spirituali prolem spiritualem, quae est scientia, intelligentia et sapientia; in has enim renascitur homo quando regeneratur (n. 622[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 176, 340[*c*], 357[*b,c*], 411[*b*], 518[*d*], 580, 618, 622[*a,b*], 695[*c*], 706[*b*], 710[*a–c*], 724[*c*], 750[*e*].)

Ventilabrum.—Per "ventilabrum" (*Matth.* iii. 12) significatur separatio, ac per "aream" ubi separatio fit (n. 374[*d*]).

Ventriculus.—(*Vide* ***Venter.***)

Quaedam animalia in ventriculos ruminatorios primum colligunt escas suas,

et dein per gradus exsumunt illas, ac edunt, et sic nutriunt sanguinem; ita fiunt vitae eorum. Ventriculis illis correspondet memoria apud hominem; in hanc primum colligit cibos spirituales qui sunt cognitiones, et dein exsumit illas quasi ruminando (n. 242[*a*]).

Ventus.—"Ventus" (*Apoc.* vii. 1) est Divinum procedens, quod est Divinum Bonum unitum Divino Vero. Quando influx Divini intenditur, quod fit cum rejiciendi sunt mali, tunc inferius in mundo spirituali existit ventus fortiter flans, sicut tempestas et procella: hic ventus est qui in Verbo vocatur "ventus orientalis;" inde quoque dejectio malorum in Verbo describitur per ventos vehementes et impetuosos, per tempestates, et procellas (n. 419[*a*]).

Per "ventum Jehovae" significatur simile quod per "spiritum Jehovae;" nam intelligitur ventus respirationis, qui etiam vocatur spiritus. Inde est quod in lingua Hebraea, et in multis aliis linguis, spiritus denominatur ex eadem voce ex qua ventus. Ex hac causa est quod maxima pars hominum de spiritu et de spiritibus non aliam ideam ceperint quam sicut de vento, qualis est ventus respirationis (n. 419[*a*]).

Per "ventum" et per "spiritum" Jehovae significatur Divinum Verum, ac per "quatuor ventos" Divinum Verum unitum Divino Bono (n. 419[*b*]).

"Vectus super alis venti" (*Ps.* xviii. 11 [*B.A.* 10]) significat omnipraesentiam in naturali mundo; "alae venti" sunt spiritualia ex quibus naturalia (n. 283[*b*]; *conf.* n. 282): per "vehi super alis venti" etiam significatur dare intellectum, ac illustrare caelum ultimum (n. 529). (*Vide* ***Vehi.***)

Per "ventum" et "spiritum," ubi de homine dicuntur, significatur vita veri, seu vita secundum vera aut praecepta Domini (n. 418[*a*]).

Per "quatuor ventos terrae" (*Apoc.* vii. 2, 3) significantur omnia vera et bona ecclesiae in complexu (n. 304[*g*]).

"Quatuor venti caelorum" (*Dan.* viii. 8) significant omne bonum et verum caeli et ecclesiae ac conjunctionem eorum (n. 418[*b*]).

Venti qui in mundo spirituali existunt ex diversis plagis ibi apparent exsurgere; quidam ex meridie, quidam ex septentrione, et quidam ex oriente. Illi qui ex meridie dispergunt vera apud illos qui in falsis sunt, et qui ex oriente dispergunt bona apud illos qui in malis sunt. Quod venti dispergant illa, est quia existunt ex potenti et forti influxu Divini per caelos in inferiora; ac ubi influit, implet vera et bona, hoc est, illorum mentes et animos qui in veris et bonis sunt, Divino; quare illi apud quos interiora quae mentis et animi sunt, mere falsa et mala sunt, et exterius vera mixta falsis et bona mixta malis, non sustinent influxum talem a Divino; unde recipiunt se in sua falsa et mala quae amant, et rejiciunt vera et bona, quae non amant nisi propter se et propter apparentiam (n. 419[*f*]).

"Ventus" in opposito sensu significat falsum (n. 419[*e*]).

"Quatuor venti caelorum" in opposito sensu significant omne malum et falsum (n. 418[*b*]).

Per "ventum in alis" (*Hos.* iv. 19) significatur ratiocinatio ex fallaciis, unde falsa (n. 419[*e*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur, plurima in parte explicata*, n. 130[*b*], 282, 283[*b,c*], 304[*g*], 316[*c*], 355[*b*], 401[*h*], 403[*a*], 405[*h*], 411[*c*], 418[*a,b*], 419[*a–f*], 514[*b*], 529, 538[*a*], 569[*c*], 578, 594[*b*], 654[*i*], 665, 724[*d*], 727[*a*], 960[*a*].)

Vepres.—(*Vide* ***Sentis, Spina.***)

Per "sentem et veprem" (*Esai.* v. 6) significantur falsa mali (n. 644[*b*]).

Vepretum.—(*Vide* ***Senticetum.***)

"Senticetum" (*Esai.* vii. 24) significat falsum ex malo, et "vepretum" malum ex falsa (n. 357[*c*]).

(*Videantur articuli*, n. 223[*b*], 304[*c*], 357[*c*], 504[*d*].)

Ver.—"Tempora" in Verbo, et quae temporis sunt, significant status vitae (n. 673).

Calor caeli qui est amor, et lux caeli quae est intellectus veri ex illo amore, producunt similia in subjectis vitae quae calor mundi et lux ejus in subjectis non vitae; quod similia producant est ex correspondentia. Sed productio fit utrobivis tempore veris. Tempus veris est homini cum intrat caelum, quod fit cum aperitur externum spirituale ejus; ante illud est ei tempus hiemis (n. 942; *conf.* n. 691, 701[*e*]).

Verbum.—(De Verbo et ejus Sanctitate, *videantur articuli*, n. 1065–1067, 1069–1074, 1076, 1077, 1079–1089.)

Per "Verbum" (*Joh.* i. 1, 4, 14) intelligitur Divinum Verum quod in caelis, à quo omnia ibi sunt. Quod illud sit Dominus quoad Divinum Humanum, patet, quia dicitur, "Et Verbum Caro factum est, et habitavit in nobis" (n. 43; *conf.* n. 51, 82, 122, 151, 196, 224, 294[*d*], 392[*d*], 433[*a*], 700[*d*], 726(ii.), 803[*a*], 1066, 1069, 1071, 1226): Divinum procedens, quod in specie ibi intelligitur per "Verbum," apparet in caelo sicut lux, quae dat angelis non solum videre sed etiam cogitare et intelligere, et secundum receptionem sapere (n. 349[*b*]).

Per "Verbum Jehovae" (*Esai.* i. 10) intelligitur Divinum Bonum, et per "Legem Dei" intelligitur Divinum Verum (n. 653[*b*]).

"Verbum illius" (*Ps.* cv. 19) significat Divinum Verum, et "sermo Jehovae" Divinum Bonum ex quo Divinum Verum (n. 448[*d*]).

Per "Verbum" (*Joh.* xii. 48) intelligitur Divinum Verum, nam hoc in Verbo est, et est Verbum (n. 907).

Per "Verbum" (*Esai.* lv. 11) intelligitur Divinum Verum a Domino procedens, quod apud nos influit per Verbum (n. 644[*c*]).

"Verbum" (*Apoc.* iii. 10) est praeceptum, et "servare id" est vivere (n. 214).

Quod omne bonum vitae et verum doctrinae doceatur in Verbo, intelligitur (*Jerem.* ii. 31) per "Videte Verbum Jehovae" (n. 730[*b*]).

Per "equitare super Verbo veritatis" (*Ps.* xlv. 5 [*B.A.* 4]) significatur pugnare ex Divino Vero, ita ex Divino Bono per Divinum Verum (n. 298[*b*]).

"Non faciet Dominus Jehovih Verbum, nisi revelaverit arcanum suum servis suis prophetis" (*Amos* iii. 7), significat quod Dominus aperiat interiora Verbi et doctrinae illis qui in veris ex bono sunt (n. 601[*a*]).

"Scito ergo et percipito, ab exitu Verbi" (*Dan.* ix. 25), significat a fine Verbi Veteris Testamenti, quia id in Domino implendum est (n. 684[*e*]).

"Verba" (*Apoc.* i. 3) sunt vera (n. 14).

"Verba" quae Dominus loquitur (*Joh.* vi. 63) sunt vera fidei (n. 84).

"Audire verba regni" (*Matth.* xiii. 19) est audire vera ecclesiae (n. 48; *vide Joh.* xv. 7, n. 84).

Per "populos profundi labii et graves lingua, quorum non audiuntur verba" (*Ezech.* iii. 6), significantur illi qui in doctrina non intelligibili, et inde in religione abstrusa cujus dogmata non perceptibilia sunt (n. 455[*b*]).

Per "verbum testimonii" (*Apoc.* xii. 11) significatur confessio Domini et agnitio Divini in Humano Ipsius (n. 749).

Dicere "verbum contra Filium hominis" (*Matth.* xii. 32) significat interpretari sensum naturalem Verbi, qui est sensus litterae ejus, secundum apparentias (n. 778[*c*]).

Quia per Mosen repraesentabatur Dominus quoad Verbum Historicum, et per Eliam Dominus quoad Verbum Propheticum, idcirco cum Dominus transformatus est, visi sunt Moses et Elias cum Ipso colloquentes; nec alii cum Domino, quando Divinum Ipsius in mundo apparuit, colloqui

potuerunt, quam qui significabant Verbum; nam collocutio cum Domino est per Verbum (n. 937).

Dominus vocatur "Verbum," quia "Verbum" significat Divinum Verum procedens ab Ipso (n. 355[c]; *conf.* n. 392[d]).
Verbum est Divinum Verum, et est Dominus (n. 25).
Dominus quoad Humanum suum in mundo fuit Divinum Verum, quod est Verbum; et postea, dum "abivit ad Patrem," id est, cum unum factus est cum Patre, Divinum Verum procedens ab Ipso est Spiritus veritatis qui ex Ipso et simul ex Patre in Ipso exit et procedit (n. 1071).
Quod Verbum sit sanctum Divinum ab intimis ad extrema, non patet homini qui semet ducit, sed homini quem Dominus ducit (n. 1072).
Verbum est Divinum Verum ex quo caelum et ecclesia (n. 630[a]).
Dominus, sicut est Verbum, etiam est Doctrina ecclesiae (n. 19).

Verbum in origine sua est ipsum Divinum procedens a Domino, quod vocatur Divinum Verum: et hoc, dum ad homines in mundo demissum est, ordine caelos, secundum gradus illorum qui tres sunt, transivit, et in unoquovis caelo accommodate ad sapientiam et intelligentiam angelorum ibi scriptum est, et denique ex Domino per caelos ad homines delatum est, et ibi accommodate ad illorum intellectum et captum est scriptum et promulgatum: hoc itaque est sensus litterae ejus, in quo Divinum Verum quale est in tribus caelis ordine jacet distincte repositum. Ex quo patet quod omnis sapientia angelorum, qui in tribus caelis sunt, nostro Verbo a Domino indita sit; et quia Divinum Verum est Dominus in caelis, ideo etiam Ipse Dominus in omnibus et singulis Verbi Ipsius, sicut in suis caelis, praesens est, et dici potest habitans (n. 1073).

Dominus per prophetas locutus est ad populum, et per illos dictavit Verbum (n. 624[d]).
Prophetae viva voce a Domino instruebantur, et somniantes per repraesentativa excitantia ad faciendum; haec influebant in affectionem somniantis et inde in visum cogitationis (n. 700[b]).
Prophetis per quos Verbum conscriptum est omnia visa sunt in ultimis, ob causam ut Verbum in suis ultimis, quae sunt quae continentur in sensu litterae ejus, ex talibus quae sunt in mundo, quae repraesentationes et correspondentiae caelestium et spiritualium essent, consisteret, et sic serviret sensui spirituali pro basi et fundamento (n. 278[a]).
Dominus cum mittit angelos ad homines, ut fecit ad prophetas, implet illos Divino suo, et sic fert illos ad loquendum. Angelus qui missus est non loquitur ex se, sed ex Domino; verum ut primum elocutus est, redit in se, et cognoscit quod solum angelus sit. Ita a Domino mediis angelis conscriptum est Verbum, ac ita Dominus cum antiquis locutus est (n. 1228).
Quicquid angeli locuti sunt ad homines in Verbo, non illi locuti sunt, sed Dominus per illos; quare etiam angeli qui locuti sunt passim ibi vocantur "Jehovah;" et inde est quod Verbum, etiam id angeli locuti sunt, sit Divinum; nullus enim [homo], nec angelus, ex se potest loqui tale Divinum quod in Verbo est, et ne quidem aliquod verum quod in se est Divinum, sed solum Dominus per illos (n. 473).
Omnes de quibus et per quos Verbum conscriberetur, perducti sunt ad loca quae significabant, ob causam ut omnia significativa essent rerum spiritualium; immo Ipse Dominus ad similia ob eandem causam ivit, ut quod in Galilaeam, ad Tyrum et Sidonem, ad Hierosolymam, in Montem Olivarum ibi, et quoque quod cum infans perductus sit in Aegyptum. Simile fuit cum prophetis, et cum pluribus qui in Verbo Historico memorantur (n. 50).

Verbum a Domino per caelos in mundum descendit; quapropter adaequa-

tum est sapientiae angelorum qui in tribus caelis, et quoque adaequatum est hominibus qui in naturali mundo: inde est quod Verbum in omnium sua prima origine sit prorsus Divinum, dein caeleste, tum spirituale, et denique naturale; caeleste pro angelis intimi seu tertii caeli, qui angeli vocantur caelestes, spirituale pro angelis secundi seu medii caeli, qui angeli vocantur spirituales, ac caeleste et spirituale naturale pro angelis ultimi seu primi caeli, qui angeli vocantur caelestes et spirituales naturales, ac naturale pro hominibus in mundo; nam homines quamdiu in corpore materiali vivunt, cogitant et loquuntur naturaliter. Inde nunc est quod Verbum detur apud angelos cujusvis caeli, sed cum differentia secundum gradus sapientiae, intelligentiae et scientiae eorum; et tametsi quoad sensum in singulis caelis differt, usque est idem Verbum; quoniam ipsum Divinum, quod a Domino inest Verbo, cum descendit ad caelum intimum seu tertium fit Divinum caeleste, cum indè descendit ad caelum medium seu secundum fit Divinum spirituale, cumque ab hoc caelo ad ultimum seu primum fit Divinum caeleste aut spirituale naturale, et cum exinde descendit in mundum fit Verbum Divinum naturale, quale est apud nos in littera. Hae successivae derivationes Divini Veri procedentes ab Ipso Domino existunt ex constabilitis ab ipsa creatione correspondentiis inter superiora et inferiora (n. 593).

Omne quod e caelo mittitur est revelatio, revelatur enim id quod ibi est, quod est spirituale concernens ecclesiam et ejus statum; sed hoc apud hominem vertitur in naturale quale est in sensu litterae in Verbo. Quod e caelo venit non aliter sisti potest apud hominem, cadit enim spirituale in suum corespondens naturale dum e spirituali in naturalem: inde est quod Verbum Propheticum tale sit in sensu litterae; et quia tale est, quod in sinu suo sit spirituale, et quod sit Divinum (n. 8).

Pleraque in Verbo ex apparentiis in mundo spirituali desumpta sunt, et inde similia quae ibi significant (n. 594[a]).

Verbum conscriptum est ex talibus quae visa et audita sunt in ultimis caeli, ita ex meris correspondentiis et repraesentativis, in quorum singulis patent innumerabilia et ineffabilia arcana sapientiae Divinae (n. 369).

Verbum ita conscriptum est ut illud sit conjunctio caeli cum homine; et conjunctio est quia unaquaevis vox ibi, et in quibusdam locis unaquaevis littera, sensum spiritualem, in quo sunt angeli, continet; quare cum homo Verbum secundum ejus apparentias veri percipit, angeli, qui circumdant hominem, illud spiritualiter intelligunt; ita conjungitur spirituale caeli cum naturali mundi quoad talia quae ad vitam hominis post mortem conducunt. Si aliter conscriptum fuisset Verbum, non potuisset aliqua conjunctio caeli cum homine dari (n. 816; *conf.* n. 1024).

In Verbo nulla vocula est inanis, quoniam Divinum est in omnibus et singulis ibi (n. 408).

Verbum datum est ut per id sit conjunctio caeli cum ecclesia, seu angelorum caeli cum hominibus ecclesiae (n. 408).

Caelum tunc conjungitur homini quando homo in ultimis est; hoc est, in talibus quae in mundo quoad naturalem suum hominem, ac in talibus quae in caelo sunt quoad spiritualem suum hominem: aliter non dari potest conjunctio. Ob illam causam est quod baptizatio instituta sit, et quoque Sancta Cena; tum quod Verbum conscriptum sit per talia quae in mundo sunt, et quod ei sensus spiritualis insit in quo sunt talia quae in caelo sunt; seu quod sensus litterae Verbi sit naturalis, et in eo sit sensus spiritualis (n. 475[b]).

Verbum in suo sinu est spirituale, tametsi in sensu litterae est naturale (n. 315[a]).

Omnia Verbi sunt significativa spiritualium quae in sensu interno (n. 8).

Quoniam Divinum Verum, dum ex Ipso Domino per tres caelos usque ad homines in mundo transivit, in unoquovis caelo scriptum est et factum

Verbum, ideo Verbum est unio caelorum inter se, et unio caelorum cum ecclesia in mundo; idem enim est Verbum ubivis, sed modo differt perfectione gloriae et sapientiae secundum gradus in quibus sunt caeli (n. 1074).

In omnibus et singulis Verbi est sensus intimus, internus, et externus. In sensu intimo est solus Dominus, agitur enim ibi de Ipso, de glorificatione Humani Ipsius, de ordinatione caelorum, subjugatione infernorum, et de instauratione ecclesiae ab Ipso; in sensu autem interno agitur de caelo et de ecclesia, et traditur doctrina; Verbum vero in sensu externo est quale est in sensu litterae (n. 435[a]).

Sunt tres distincti sensus, sicut sunt tres caeli. Sensus intimus, qui vocatur sensus caelestis, est pro caelo intimo seu tertio; sensus medius, qui vocatur sensus spiritualis, est pro caelo medio seu secundo; et sensus ultimus, qui vocatur sensus caelestis et spiritualis naturalis, est pro caelo ultimo seu primo. Hi tres sensus, praeter naturalem qui pro mundo, sunt in Verbo et in singulis ejus. Tres caeli Verbum habent, et quodlibet caelum in suo sensu Verbi est, et inde est eorum caelum et quoque cultus (n. 630[a]).

Verbum est in unoquovis caelo, et paene apud unumquemvis angelum, in suo sensu, et ab illis legitur cottidie, et quoque ex illo praedicationes fiunt sicut in terris (n. 1024).

In unoquovis caelo est Verbum; et illa Verba ordine insunt nostro Verbo, et sic unum faciunt per influxum et inde correspondentias. Verbum nostrum quoad sensum litterae, qui est naturalis, unum facit cum Verbis in caelis quorum sensus sunt spirituales, per influxum et per correspondentias (n. 1080).

Quoniam trinum est in singulis Verbi, unum intra alterum, et hoc trinum est sicut sunt effectus, causa et finis, sequitur quod tres sensus in Verbo sint, unus intra alterum. Nunc quia unus sensus est intra alterum, sequitur quod homo naturalis hauriat suum sensum, angelus spiritualis suum, et angelus caelestis suum; ita quisque quod suae essentiae et naturae analogon est et convenit: hoc fit dum homo quem Dominus ducit legit Verbum (n. 1083).

Verbum in sensu litterae apparet perquam simplex, sed usque in eo recondita est sapientia trium caelorum; inest enim singulis ibi sensus interior et interior; interior qualis est in primo caelo, adhuc interior qualis est in secundo, ac intimus qualis est in tertio. Hi sensus insunt sensui litterae, unus intra alterum, et evolvitur inde unus post alterum, quisque a suo caelo, dum homo qui ducitur a Domino illud legit. Ex his patet quomodo Verbum inspiratum est a Divino, et quod illud ex tali inspiratione sit scriptum, cui aliud in mundo nullatenus comparari potest (n. 1079; *conf.* n. 1065–1066).

Omnia prophetica, sicut omnia Verbi in genere, scripta sunt per correspondentias, ob causam ut per illa conjunctio sit caeli cum ecclesia; per correspondentias fit conjunctio. Caelum enim, seu angeli ibi intelligunt omnia spiritualiter quae homo naturaliter, et inter naturalia et spiritualia est perpetua correspondentia, et per correspondentias talis conjunctio qualis est animae et corporis. Inde est quod Verbum tali stylo conscriptum sit; alioqui non foret anima inibi, proinde nec caelum; et si non caelum, nec foret Divinum (n. 227).

Historicis Verbi aeque ac propheticis Verbi sensus internus inest (n. 410[c]).

Historica Verbi sensum spiritualem continent; nam omnia et singula quae in Verbo sunt ex spirituali mundo sunt, quia ex Domino; quae dum in mundum naturalem e caelo demissa sunt, induta sunt sensu naturali correspondente, qualis est sensus litterae Verbi (n. 534[a]).

Historica Verbi omnia sunt repraesentativa talium quae ecclesiae sunt; et voces, per quas historica descripta sunt, omnes significativae sunt (n. 811[d]).

Spiritualis sensus qui latet in historicis Verbi aegrius potest videri quam qui latet in propheticis, ex causa quia historica tenent mentem in se fixam, et inde abducunt ad cogitandum aliud quam quod apparet in littera; at usque omnia historica Verbi sunt repraesentativa caelestium, ac verba significativa (n. 734[c]).

Sicut ex creatione est quod finis, causa et effectus simul unum faciant, ita quoque ex creatione est quod caeli cum ecclesia in terris unum faciant; sed per Verbum, dum id ex amore veri et boni ab homine legitur (n. 1084).

Angeli qui in caelo constituunt regnum caeleste Domini, hauriunt sensum internum Verbi ex sola affectione hominis cum legit Verbum, resultante etiam ex sono vocum in lingua originale: angeli autem qui in regno spirituali Domini sunt hauriunt sensum internum ex veris quae continent voces (n. 326[d]).

Verbum in littera est secundum apparentiam, quia secundum captum hominum naturalium. Angeli autem, qui spirituales sunt, ipsa vera Verbi non vident apparenter, secundum hominis captum, sed spiritualiter (n. 405[h]).

Bona et vera externa sunt quae in sensu litterae Verbi sunt, at bona et vera interna sunt quae in sensu interno seu spirituali Verbi sunt; seu bona et vera externa sunt qualia in inferioribus caelis apud angelos ibi, nempe in ultimis caeli, at bona et vera interna sunt qualia in caelis superioribus apud angelos ibi, nempe in tertio et secundo: haec bona et vera sunt ipsa bona et vera genuina, at illa sunt vera et bona quia correspondent, ita correspondentiae: illa communicationem immediatam habent cum angelis caeli, haec autem non immediatam sed mediatam per correspondentias (n. 376[a]).

Divinum Verum apud nos est Verbum; hoc est unicum medium conjunctionis caeli cum ecclesia: quare cum id e corde rejicitur, solvitur illa conjunctio; et tunc homo, quia relinquitur inferno, non amplius agnoscit aliquod verum ecclesiae (n. 960[b]).

Mundus absque ecclesia in qua Verbum est, et in qua Dominus notus, non subsistere potest: absque Verbo enim, et inde cognitione et agnitione Domini, caelum non potest conjungi humano generi, proinde nec Divinum a Domino procedens cum nova vita influere (n. 665).

Creditur quod ecclesia sit ubi Verbum, et ubi Dominus est notus; sed usque ecclesia non est nisi ex illis qui corde agnoscunt Divinum Domini, et qui discunt vera a Domino per Verbum et faciunt illa (n. 388[a]).

Quoniam Verbum datum est hominibus ut per id sit conjunctio Domini cum angelis et cum hominibus, ideo in illo ubivis conjunctum est verum bono, et bonum vero; sunt enim, imprimis in propheticis, binae expressiones, quarum una se refert ad Divinum Verum, et altera ad Divinum Bonum: sed haec conjunctio in Verbo non apparet aliis quam angelis in caelo, ac illis in terra quibus datum est ibi videre sensum spiritualem: sunt enim voces quae dicuntur de vero et quae dicuntur de bono; quapropter ubi binae expressiones paene similis rei sunt, ibi una significat talia quae veri sunt, et altera quae boni. Est unio in Verbo, quia Verbum est Divinum; et a Divino procedit Divinum Verum unitum Divino Bono (n. 466): sed quod tale conjugium sit in singulis Verbi, non videre possunt alii quam qui sciunt sensum internum ejus (n. 238). (*Videantur etiam articuli*, n. 288[b], 310, 323[b], 411[c,e], 484, 491, 660, 706[a], 775, 778[b], 1063, 1077.)

Verbum cuivis apparet secundum ejus quale; ut vita illis qui in bono et vero sunt, at ut mors illis qui in malis et falsis (n. 382).

In Verbo sunt omnia vera caeli et ecclesiae, immo omnia arcana sapientiae quae sunt angelis caeli; sed nemo illa videt nisi qui in bono amoris in

Dominum et in bono amoris erga proximum est: qui non sunt, illi hic et ibi vident vera, sed non intelligunt illa; habent de illis prorsus aliam perceptionem et aliam ideam quam quae est ipsis veris in se; inde, quamvis vera vident aut sciunt, usque vera non sunt vera apud illos, sed falsa (n. 365[a]).

Qui in affectione veri spirituali sunt, illi student Verbo, et nihil plus desiderant quam intelligere illud; et quia innumerabilia inibi sunt quae non intelligunt, quoniam Verbum in sinu suo est spirituale, et hoc includit infinita arcana, ideo homo quamdiu adhuc in mundo vivit, et tunc ex naturali homine videt, parum potest in cognitionibus veri et boni esse, sed solum in communibus, quibus usque implantari possunt innumerabilia quando in mundum spiritualem seu caelum venit (n. 112).

Vera in naturali homine sunt scientifica et cognitiones, ex quibus homo naturaliter cogitare, ratiocinari, et concludere potest de veris et bonis ecclesiae, et de falsis et malis quae illis opposita sunt, et inde in quadam illustratione naturali esse cum legit Verbum. Verbum enim in littera absque illustratione non intelligitur, et illustratio est vel spiritualis vel naturalis. Illustratio spiritualis modo datur apud illos qui spirituales sunt, qui sunt qui in bono amoris et charitatis sunt, et inde in veris; at illustratio solum naturalis apud illos qui naturales sunt (n. 176).

Quando homo a Domino et non a se legit Verbum, tunc in consortio est cum angelis, ac interius in perceptione simili perceptioni spirituali angelorum; et perceptio illa spiritualis quae est homini angelo influit in perceptionem ejus naturalem quae est propria ejus in mundo, et hanc illustrat: inde est homini qui legit Verbum ex affectione veri illustratio per caelum a Domino (n. 1067).

Qui se spectant in singulis dum student Verbo, illi extra Verbum sunt; at qui verum et bonum inde amant, intra Verbum sunt, nam a Domino et non a se illud spectant (n. 411[a]).

Absque cognitionibus ex Verbo, homo non scit viam ad caelum; et absque illis Dominus non potest habitare apud illum (n. 112).

Vera quae ex Verbo apud angelum et apud hominem in eorum memoria sunt. Exinde Dominus evocat illa et conjungit bono quantum angelus aut homo in affectione veri spirituali est, quae ei est quando vivit secundum vera ex Verbo. Conjunctio fit in interiori seu spirituali homine, et inde fit in exteriori seu naturali homine. Conjunctio illa facit ecclesiam apud hominem dum in terris vivit, et postea facit caelum apud illum (n. 292).

Legat homo quovis die Verbum, unum caput aut duo, ac discat a magistro et ex praedicationibus dogmata religionis suae; ac imprimis discat quod Deus unus sit, quod Dominus Deus caeli et terrae sit, quod Verbum sanctum sit, quod caelum et infernum sint, et quod vita post mortem sit (n. 803[a]).

Prima vera sunt quoque ultima, qualia sunt Verbi in sensu litterae; nam per illa fit introitus in ecclesiam, primum enim discuntur, et in illis sunt interiora omnia quae faciunt Verbi sensum internum (n. 395[b]).

Praeterea sciendum est quod vera quae ab homine in ejus infantia et pueritia hauriuntur ex Verbo, doctrina inde et praedicatione, appareant quidem ut vera, sed usque non sunt vera apud illum: haec non prius fiunt vera quam cum recipiuntur voluntate, sic enim primum recipiuntur ab homine et apud illum incipiunt vivere (n. 434[a]).

Nihil facit ad salutem ditare memoriam ex Verbo, et ex doctrinalibus ecclesiae, nisi illa mandentur vitae (n. 617[c]).

Nihil aliud apud hominem facit vitam spiritualem quam cognitiones veri et boni ex Verbo applicatae vitae; et tunc applicantur vitae cum homo illas pro legibus suae vitae habet; sic enim Dominum spectat in singu-

lis; ac Dominus praesens est apud illos, et dat intelligentiam et sapientiam, et earum affectionem et jucundum (n. 196).

Qui amat verum quia est verum, is potest quasi interrogare Dominum in dubiis fidei, et responsa ab Ipso ferre, sed non alibi quam in Verbo, ex causa quia Dominus est Verbum (n. 1089).

Mens spiritualis seu interna aperitur apud illos qui bona et vera Verbi applicant vitae; ac non aperitur apud illos qui non bona et vera Verbi applicant vitae, sed solum mens naturalis seu externa (n. 408).

Est homini tantum potentia a Domino contra mala et falsa, quantum vera ex Verbo facit vitae, et agnoscit Divinum Domini in Humano Ipsius (n. 209).

Constans veritas est quod nemo possit intelligere Verbum absque doctrina (*de quo perplura*, n. 1089; *conf.* n. 536): qui Verbum absque doctrina legunt, in multiplices errores auferuntur (n. 816).

Nemo potest pugnare contra mala et falsa et dissipare illa absque doctrina ex Verbo. Nemo potest absque doctrina ex Verbo, intra ecclesiam ubi Verbum est, fieri spiritualis (*de quibus perplura*, n. 536).

Doctrina non potest aliunde comparari quam ex Verbo, et non ab aliis quam qui in illustratione sunt a Domino (n. 536).

Omnia doctrinae confirmanda sunt per sensum litterae Verbi (*de quo plura*, n. 536; *conf.* n. 1089).

Cum homo Verbum in sensu litterae applicat malis amorum terrestrium, tunc fit illud angelis, qui in sensu Verbi interno seu spirituali sunt, injucundum (n. 618).

Qui joculantur ex Verbo illud non sanctum habent, et qui joculantur de Verbo illud vile habent; cum tamen Verbum est ipsum Divinum Verum Domini apud homines, ac Dominus in Verbo est praesens, et quoque caelum; nam singula Verbi cum caelo communicant, et per caelum cum Domino: quare joculari ex Verbo et de Verbo est sancta caeli pulvere terrestri spargere (n. 1064).

Sciendum est quod intellectus Verbi in ecclesia per gradus pereat, sicut homo ecclesiae ab interno fit externus. In fine ecclesiae vix aliquis intellectus veri est. Vera quidem ex Verbo tunc ore loquuntur, sed usque non aliquam ideam veri habent. Verbum quoad sensum litterae quidem amari potest, sed propterea quia potest trahi ad confirmandum falsa oriunda ex amore sui et mundi (n. 614).

Ante tempus ultimi judicii docendum usque est Verbum, tametsi interius, hoc est, quoad interiora, injucundum est; interiora, quia injucunda sunt, non recipiunt, sed solum talia ex sensu litterae Verbi quae favent amoribus eorum ac principiis inde captis, propter quae illis Verbum quoad sensum litterae est jucundum: per haec itaque separantur probi ab improbis (n. 624[*a*]).

Quod, antequam plene devastata est ecclesia, Verbum interius revelatum sit, hoc est, quoad sensum spiritualem, est quia tunc instaurabitur Nova Ecclesia, in quam invitantur illi qui a priori ecclesia sunt; et pro Nova Ecclesia est Divinum Verum interius revelatum (n. 948).

SENSUS SUPREMUS.
SENSUS INTIMUS.
SENSUS DIVINUS CAELESTIS.
SENSUS CAELESTIS.

Dominus ex Divino Vero ultimo, quod est sensus litterae, intravit in Divinum Verum interius, quod est Verbum in sensu interno, usque ad supremum ibi; nam Dominus, dum in mundo erat, fuit Verbum, quia Divinum Verum, ac illud interius per gradus sicut adolevit, usque ad supremum ejus, quod est pure Divinum, prorsus supra angelorum perceptiones (n. 918).

In supremo sensu Verbi ubivis agitur de Domino, de subjugatione infernorum ab Ipso, et de glorificatione Humani Ipsius (n. 906; *conf.* n. 1012).
In sensu intimo est solus Dominus; agitur enim ibi de Ipso, de glorificatione Ipsius, de ordinatione caelorum, subjugatione infernorum, et de instauratione ecclesiae ab Ipso (n. 435[*a*]; *conf.* n. 392[*b*]).
Sensus intimus, qui vocatur caelestis, est pro caelo intimo seu tertio (n. 630[*b*]).
Tertius sensus est Divinus caelestis, qui est pro tertio seu intimo caelo (n. 1024).
Sensus caelestis Verbi est pro tertio caelo (n. 1066).

SENSUS INTERNUS.

Omnia Verbi involvunt binos sensus internos, praeter supremum qui est tertius; unum, qui est proximus, et vocatur sensus spirituális moralis, alterum qui est remotior et vocatur sensus caelestis spiritualis (n. 1012).
In sensu interno agitur de caelo et de ecclesia, et traditur doctrina (n. 435[*a*]).
Sensus litterae Verbi naturalis est, et sensus internus est spiritualis (n. 468; *conf.* n. 374[*c*]).
Angeli in sensu interno sunt. Non vident sensum litterae, nec sciunt aliquid de illo, sed modo sensum internum; quem quia vident in luce caeli, eum vident in tali serie et in tali nexu, et quoque in tali copia, et inde in tali sapientia, ut non exprimi humanis vocibus et describi possit (n. 17).

SENSUS INTERNUS REMOTIOR.
SENSUS CAELESTIS SPIRITUALIS.
SENSUS SPIRITUALIS.
SENSUS ABSTRACTUS.
(n. 1024).
—Sensus internus remotior vocatur sensus caelestis spiritualis (n. 1012).
Secundus sensus est sensus caelestis spiritualis, qui est pro secundo seu medio caelo

Verbum est Divinum Verum, ac sensus internus seu spiritualis est illud interius (n. 948).
Bona et vera interna sunt quae in sensu interno seu spirituali Verbi sunt (n. 376[*a*]).
Interiora Verbi sunt illa quae sensus ejus internus seu spiritualis continet; haec vera sunt genuina vera. His correspondent vera exteriora Verbi, quae sunt quae in sensu ejus externo seu naturali sunt, qui vocatur sensus litterae et litteralis (n. 618).
Si non spiritualis sensus singulis inesset, foret Verbum mere naturale et non spirituale (n. 617[*b*]).
Sensus medius, qui vocatur spiritualis, est pro caelo medio seu secundo (n. 630[*b*]).
Ut caelum aperiatur, beneplacuit Domino sensum spiritualem Verbi revelare, in quo sensu est Divinum Verum quale est in caelo (n. 950).
Sensus spiritualis est in sensu naturali Verbi, et ille in hoc pellucet coram angelis (n. 931).
Sensus litterae Verbi ex apparentiis consistit; at sensus spiritualis exuit illas apparentias, et sistit interiora absque vestibus nuda (n. 1042; *conf.* n. 778[*c*]).
Bini sensus, nempe naturalis et spiritualis, unum faciunt per correspondentias (n. 734[*c*]).
Divinum Verum quod est Verbum in sensu spirituali facit caelum (n. 960[*b*]).
Divinum Verum in caelis est idem cum vero sensus spiritualis Verbi (n. 916).
Genuina vera, qualia sunt in caelo, sunt quae in sensu spirituali Verbi (n. 950).

Sensus spiritualis percipitur in caelis quando sensus naturalis, qui est sensus litterae, intelligitur ab homine (n. 832).

Sensus spiritualis Verbi est absque idea personae, loci et temporis; aliter sensus ejus naturalis (n. 1049).

Sensus ipse spiritualis est sensus abstractus a personis (n. 122).

In spirituali sensu Verbi non aliquae personae percipiuntur, sed res abstracte a personis, nam spirituale non aliquid commune habet cum personis (n. 270).

Sensus spiritualis Verbi abstractus est a personis et a locis, hoc est, a talibus quae ex materialibus corporis et mundi suum quale trahunt (n. 625; *conf.* n. 1104).

Angeli, quia spirituales, abstracte a personis et locis cogitant et loquuntur, et per id est illis sapientia et intelligentia; idea enim personarum et locorum finit cogitationem, nam determinat illam ad ea, et sic finit (n. 405[*a*]; *conf.* n. 625, 696[*a*], 768[*a*]).

Omnia historica Verbi etiam sensum spiritualem continent: inde magis adhuc historica prophetica, quae sunt quae apparuerunt et quae dicta sunt prophetis cum fuerunt in visione spiritus; nam ea omnia repraesentativa et significativa sunt (n. 471).

Spiritualis sensus qui latet in historicis Verbi aegrius potest videri quam qui latet in propheticis, ex causa quia historica tenent mentem in se fixam, et inde abducunt ad cogitandum aliud quam quod apparet in littera; at usque omnia historica Verbi sunt repraesentativa caelestiun, ac verba significativa (n. 734[*c*]).

Sensus spiritualis in orbe Christiano hactenus ignotus fuit (n. 684[*e*]).

Quod Christianis non detectus fuerit sensus spiritualis Verbi, est causa quia genuina bona et vera, qualia sunt in caelis superioribus, latent in sensu Verbi spirituali; et quamdiu illa bona et vera non percepta et nota fuerunt, nec potuit ille sensus aperiri, non enim videri potuerunt (n. 376[*a*]).

Ecclesia Christiana ignoravit sensum spiritualem Verbi, et cum illo etiam ignoravit genuina bona et vera (n. 376[*a*]).

Babylonici fuerunt sicut furvae nubes inter caelum et terram, per quas Divinum Verum non potuit transmitti, ac illustrare aliquem hominem ecclesiae; sed ut primum illi abacti sunt, et conjecti in infernum, tunc accessit Divino Vero, quod ex Domino ut Sole processit, potentia et lux, usque adeo ut Dominus non modo fortius ducere et clarius illustrare posset spiritus qui sub caelis sunt, sed etiam homines in ecclesia. Haec causa fuit quod sensus Verbi spiritualis non prius revelatus sit, ac status caeli et inferni manifestatus, quam postquam ultimum judicium peractum est; nam si prius, non fuisset Divino Vero potentia et lux (n. 1094).

Post finem Ecclesiae Israeliticae, revelata sunt Divina vera interiora pro Ecclesia Christiana a Domino; et nunc adhuc interiora vera pro ventura ecclesia: interiora illa vera sunt quae in sensu interno seu spirituali Verbi sunt (n. 948).

Quod sensus spiritualis Verbi hodie patefactus sit, et cum illo etiam genuina vera et bona detecta, est causa quia ultimum judicium a Domino peractum est, et sic omnia in caelis et in infernis in ordinem redacta sunt; et per id provideri a Domino potest ne genuinis veris et bonis, quae in sensu spirituali Verbi sunt, aliquid damnum inferatur, quod prius non potuit (n. 376[*a*]).

Notum est quod postquam Verbum datum est, Dominus per id solum Se manifestet; nam Verbum, quod est Divinum Verum, est Ipse Dominus in caelo et ecclesia. Ex hoc constare potest quod manifestatio apud *Evangelistas* et apud *Danielem* praedicta significet manifestationem Ipsius in Verbo; et manifestatio Ipsius in Verbo facta est per quod aperuerit et revelaverit sensum internum seu spiritualem Verbi, in hoc enim sensu est ipsum Divinum Verum quale est in caelo, ac Divinum Verum

in caelo est Ipse Dominus ibi. Inde nunc patet quod per "adventum Domini in nubibus caeli cum gloria" significetur Ipsius revelatio in sensu litterae Verbi ex sensu spirituali ejus (n. 594[*b*]).

SENSUS INTERNUS PROXIMUS.
SENSUS CAELESTIS NATURALIS.
SENSUS SPIRITUALIS NATURALIS.
SENSUS NATURALIS EX SPIRITUALI.
SENSUS SPIRITUALIS MORALIS.
—Sensus internus proximus vocatur sensus spiritualis moralis (n. 1012).
Primus [interior] sensus est sensus spiritualis moralis; hic est pro primo seu ultimo caelo (n. 1024).

Sensus ultimus, qui vocatur sensus caelestis et spiritualis naturalis, est pro caelo ultimo seu primo (n. 630[*b*]; *conf.* n. 435[*a*]).

Explicatio visionis facta ab angelo (*Apoc.* x. 9–11) non est explicatio in sensu naturali ex spirituali, sed est explicatio in sensu mere naturali, in quo sensus spiritualis latet, qui sensus evolvendus est; et evolvitur dum explicatur quid significatur per "septem montes," quid per "septem reges," tum quid per "quinque qui ceciderunt," et quid per "unum qui est," et sic porro. Quod angelus non explicuerit visionem in sensu naturali ex spirituali, est quia explicatio etiam facit Verbum in littera, et Verbum in littera erit naturale, in cujus singulis sensus spiritualis erit reconditus; alioqui Verbum non serviret caelis pro basi, nec ecclesiae pro conjunctione ejus cum caelo. Inde est quod etiam alibi in Verbo, ut apud *Danielem* et reliquos *Prophetas*, ubi angeli explicant visiones, explicent illas in sensu mere naturali, et prorsus non in sensu naturali ex spirituali. Sensus naturalis ex spirituali est hic dum explicatur quid "septem montes," tum quid "septem reges," et quid reliqua significant; nempe, quod "montes" significent bona Verbi, et "montes septem" illa profanata; et quod "reges" significent vera Verbi, et "reges septem" illa profanata: hic est sensus naturalis ex spirituali, qui vocatur sensus internus, tum etiam sensus spiritualis naturalis (n. 1061).

SENSUS EXTERNUS.
SENSUS NATURALIS.

Sensus externus seu naturalis Verbi vocatur sensus litterae et litteralis (n. 618).

Sensus naturalis est pro mundo (n. 630[*b*]).

Sensus litterae est mere naturalis, et inde basis reliquorum trium sensuum (n. 1024; *conf.* n. 600[*a*], 619[*c*], 778[*c*], 832, 916, 960[*a*], 1049).

Sensus naturalis seu litteralis Verbi non modo sustinet sensus interiores, sed etiam continet illos (n. 593).

Bini sensus, nempe naturalis et spiritualis, unum faciunt per correspondentias, quae sunt inter omnia mundi et omnia caeli. Inde est conjunctio caeli cum homine per Verbum (n. 734[*c*]; *conf.* n. 931).

Quod ubi angeli explicant visiones, explicent illas in sensu mere naturali, et prorsus non in sensu naturali ex spirituali, causa (n. 1061).

SENSUS LITTERAE.—Verbum in littera, quod apud nos, est Divinum Verum in ultimis (n. 1070; *conf.* n. 329[*b*]).

Vera sensus naturalis sensum litterae Verbi faciunt (n. 916).

Quod interius colligitur ex sensu litterae Verbi vocatur sensus litteralis ejus (n. 618).

In ultimo sensu Verbi, qui sensus litterae vocatur, sunt omnia interiora, nempe spiritualia et caelestia quae in Verbis trium caelorum sunt, simul; sunt enim illâ quae in Verbo apud angelos tertii caeli in intimis ejus, et sunt illa quae in Verbis angelorum inferiorum caelorum in mediis, et illa circumcincta et inclusa sunt talibus quae in Natura nostri mundi existunt: ex his et ex illis est sensus litterae nostri Verbi (n. 1087).

Non prius est Verbum quam dum in eo ultimo est, ita quam cum in sensu litterae est (n. 1087).

Sensus Verbi ultimus, qui est sensus litterae ejus, et ordine quartus, in se continet tres sensus interiores qui pro tribus caelis. Tres illi sensus evolvuntur, et sistuntur in caelis, dum homo in terris Verbum sancte legit. Inde sensus litterae Verbi est a quo et per quem fit communicatio cum caelis; tum a quo et per quem homini fit conjunctio cum caelis (n. 1066).

Sensus litterae Verbi est ex talibus quae in mundo sunt, sensus autem spiritualis ejus ex talibus quae in caelo sunt; et hoc ob causam ut Divinum desinat in naturalia quae in mundo sunt ut in sua ultima, ac in illis quiescat et super illis subsistat (n. 289; *conf.* n. 960[*a*]).

Quod Verbum ita conscriptum sit, est causa ut illud sit conjunctio caeli cum homine; et conjunctio est quia unaquaevis vox ibi, et in quibusdam locis unaquaevis littera, sensum spiritualem, in quo sunt angeli, continet: quare cum homo Verbum secundum ejus apparentias veri percipit, angeli qui circumdant hominem illud spiritualiter intelligunt. Ita conjungitur spirituale caeli cum naturali mundi quoad talia quae ad vitam hominis post mortem conducunt. Si aliter conscriptum fuisset Verbum, non potuisset aliqua conjunctio caeli cum homine dari (n. 816).

In Verbo in sensu ejus litterae utplurimum dicuntur duo, quorum unum involvit bonum, alterum autem verum; sed duo illa conjunguntur in unum in sensu interno seu spirituali ejus, et hoc ob conjugium boni et veri in singulis Verbi (n. 310; *conf.* n. 238, 288[*b*], 323[*b*], 411[*c*,*e*], 484, 491, 660, 706[*a*], 775, 778[*b*], 1063, 1077).

Omnia sensus litterae Verbi, quae sunt Divina vera pro naturali homine, per sensum spiritualem communicant cum angelis caeli, usque adeo ut homines et angeli caeli per Verbum conjuncti sint (n. 888).

Sensus litterae Verbi est naturalis, et naturale est ultimum ordinis Divini; ideo id sustentat Divinum Verum spirituale et caeleste prorsus sicut columnae domum, et sicut pedes corpus (n. 597; *conf.* n. 600[*a*], 608[*a*], 619[*c*]).

Quia Verbum in littera tale est, ideo est quasi fulcrum pro caelo (n. 816).

Verbum in suis ultimis est naturale, et naturale est basis super qua fundantur spiritualia; quapropter si Verbum in littera etiam esset spirituale, non ei foret basis; ita foret sicut domus absque fundamento (n. 260).

Vera naturalia, quae sunt vera sensus litterae Verbi, non sunt ipsa vera caeli, sed sunt apparentiae illorum; et apparentiae veri circumtegunt, includunt et continent vera caeli, quae sunt vera genuina, et faciunt ut in nexu et in ordine sint et cohaereant (n. 1088).

Externum Verbi est sensus litterae ejus contegens internum quod est sensus spiritualis ejus (n. 717[*c*]): sensus litterae Verbi intelligitur (*Ezech.* xxviii. 13) per "cherubum expansionem contegentis:" nam "cherubi" significant tutelam ne adeatur Dominus nisi quam per bonum amoris; et sensus litterae Verbi, quia contegit interiora ejus, tutatur (n. 717[*c*]).

Omnia spiritualia Verbi in sensu ejus litterae sistuntur per talia quae correspondent, seu quae repraesentant, et inde significant (n. 364[*b*]).

Sunt vera quae solum apparentiae veri sunt, prout sunt illa vera quae in sensu litterae Verbi sunt: illae veri apparentiae etiam a Domino acceptantur sicut genuina vera, quando in illis est bonum amoris in Dominum et bonum charitatis erga proximum; etiam bonum intus latens in altera vita dissipat apparentias et nudat vera spiritualia, quae sunt genuina vera (n. 625).

Pleraque in sensu naturali seu in sensu litterae Verbi sunt bona et vera investita, et modo aliqua nuda, sicut in sensu spirituali ejus; ac bona et vera investita vocantur apparentiae veri. Verbum in ultimis est sicut homo indutus veste, qui tamen quoad faciem et quoad manus nudus est; et

ubi sic Verbum est nudum, ibi apparent bona et vera ejus nuda sicut in caelo, ita qualia in sensu spirituali sunt: quare non deest quin ex sensu litterae Verbi doctrina genuini boni ac genuini veri possit ab illustratis a Domino videri, et a non illustratis confirmari (n. 778[c]; *conf.* n. 816, 1042, 1066).

Verbum in littera consistit ex meris correspondentiis, talibus quae fuerunt in ecclesiis repraesentativis, et quae inde usu recepta sunt in Verbo, in quibus interiora caeli et ecclesiae, quae spiritualia et caelestia sunt, continentur (n. 700[g]).

Sensus litterae Verbi est ex meris correspondentiis, quae in se continent spiritualia, ita ex talibus quae sunt in mundo et ejus natura: inde est quod sensus litterae sit naturalis et non spiritualis, accommodatus tamen captui simplicium (n. 356).

Pleraque in sensu litterae Verbi sunt apparentiae veri; quae nisi simul intellectu spirituali, hoc est, intellectu illustrato, percipiuntur, fiunt falsa (n. 719; *conf.* n. 720, 759, 778[c], 819, 950, 1033, 1042).

Sensus litterae est talis ut tribuatur Jehovae quod est ipsius hominis (n. 315[b]).

Verbum in sensu litterae consistit ex apparentiis veri, et ex correspondentiis; in quibus genuina vera, quae intus latent, non nisi quam ex illustrato videri possunt; a non illustrato autem possunt apparentiae veri trahi ad confirmandum falsa sicut vera: nam apud non illustratum fallaciae regnant, et ex fallaciis sunt ratiocinia; illustratus autem videt ex spirituali et simul ex naturali luce, et naturalis lux apud illum illustratur a spirituali (n. 826).

Verbum quoad sensum externum propter Judaicam gentem immutatum fuit; non tamen quoad sensum internum (n. 433[f]).

Ex Divina providentia Domini factum est quod Verbum quoad sensum litterae a prima ejus revelatione non mutilatum sit, ne quidem ad vocem et litteram in textu originali, nam unaquaevis vox est fulcrum, et aliquantisper etiam littera (n. 1085).

Divinum Verum est quod vocatur sanctum; sed non prius sanctum est quam cum in ultimo suo est; ultimum ejus est Verbum in sensu litterae; quare Divinum Verum ibi est sanctum, et vocari potest sanctuarium (n. 1088).

Sensus litterae Verbi sanctissimus est; immo etiam est prae sensu ejus spirituali potens (n. 816).

Potentia Verbi in sensu litterae est potentia aperiendi caelum, ex quo fit communicatio et conjunctio; estque potentia pugnandi contra falsa et mala, ita contra inferna (n. 1086).

Sensui litterae Verbi, quia is est naturalis, insit potentia Divina (n. 440[b]; *de quo perplura*, n. 593).

Omnis potentia et sanctitas Verbi residet collecta in ejus sensu litterae: si enim hic non foret, nec foret Verbum; nam sine eo, foret Verbum sicut domus absque fundamento, et foret sicut homo absque cute (n. 781[c]).

Divinum Verum in sensu litterae Verbi est in suo pleno, in suo sancto, et in sua potentia (n. 1066; *conf.* n. 1087).

Angeli, qui in sensu Verbi interno sunt, non vident sensum litterae, nec sciunt aliquid de illo, sed modo sensum internum (n. 17): sunt enim spirituales, et inde spiritualiter et non naturaliter cogitant (n. 328[a]).

Angeli spirituales non sciunt aliquid de sensu litterae Verbi, sed de sensu spirituali ejus, in quo sensu illis est Verbum quod ab unoquovis legitur (n. 831).

Angeli non vident sensum litterae, nec sciunt aliquid de illo, sed modo sensum internum; quem quia vident in luce caeli, eum vident in tali serie, et in tali nexu, et quoque in tali copia, et inde in tali sapientia, ut non exprimi humanis vocibus et describi possit (n. 17).

Sciendum est quod Verbum, ut Divinum sit, et simul pro caelo et pro ecclesia, omnino naturale erit in littera; nam nisi naturale esset in littera non

foret conjunctio caeli cum ecclesia. Homo cum cogitat spiritualiter ex naturalibus quae sunt in sensu litterae Verbi, conjungitur caelo, cum quo non alioqui conjungeretur (n. 71).

Quod Verbi sensus litterae communicet cum caelo, est quia omnia et singula ibi sensum spiritualem in se continent, ac sensus spiritualis percipitur in caelis quando sensus naturalis, qui est sensus litterae, intelligitur ab homine; de quo ab Auctore dicitur:—"Quod ita sit, ex multa experientia e mundo spirituali mihi confirmatum est. Audivi quod aliqui recitarent verba ex sensu litterae Verbi, et percepi quod illico communicatio illis facta sit cum aliqua societate caeli, ad illam enim penetravit sensus spiritualis qui inerat verbis e sensu litterae recitatis: mali spiritus quandoque abutuntur hac communicatione ad comparandum sibi patrocinium e caelis" (n. 832).

Dum spiritus aliquem locum secundum sensum litterae proferunt, statim excitant aliquam societatem caelestem ad conjunctionem secum (n. 816).

Interiora caeli et ecclesiae, quae vocantur caelestia et spiritualia, fundantur super cognitionibus veri et boni quae in sensu litterae Verbi, rationaliter intellectis (n. 518[*d*]).

Sensus litterae Verbi est per quem homo a Domino illustratur, et per quem responsa fert dum vult illustrari (n. 1066; *conf.* n. 778[*c*]).

Prima perceptio Verbi est qualis est perceptio sensus litterae ejus (n. 622[*a*]).

Divina vera in ultimo ordinis, quae sunt vera sensus litterae Verbi, translucent; est enim in illis sensus spiritualis, et in hoc sensu est lux caeli, ex qua omnia sensus litterae Verbi pellucent (n. 717[*a*,*b*]).

Omnia quae in sensu litterae Verbi naturalia sunt, et in se continent spiritualia; quapropter ut sensus spiritualis Verbi pateat, explorandum est spirituale quod in naturali, seu a quo naturale procedit (n. 116; *conf.* n. 468).

Omnia doctrinae confirmanda sunt per sensum litterae Verbi, quia Divinum Verum in sensu litterae est in suo pleno; est enim ille sensus ultimus, et in illo est sensus spiritualis. Quando homo aliquid verum cogitat, et id per sensum litterae confirmat, id percipitur in caelo; non autem si non confirmat: est enim sensus litterae basis in quam ideae spirituales, quae sunt angelis, desinunt (n. 356; *de quibus perplura videantur*, n. 1089).

Ultimum doctrinae est sensus litterae Verbi (n. 811[*a*]).

Sensus litterae Verbi est a quo omne doctrinae in terris confirmandum est (n. 1066).

Sensus litterae Verbi est ultimus sensus Divini Veri, ita pro naturali et sensuali homine, ad ejus captum, et saepe in ejus favorem; quare nisi ille legatur et spectetur ex doctrina, ut ex lucerna, fert mentes in tenebras de multis quae caeli et ecclesiae sunt (n. 714[*b*(iv.)]).

Externum Verbi, quod vocatur sensus litterae ejus, est pro infantibus et simplicibus, ac ideo secundum apparentias (n. 632).

Verbum in sensu litterae est secundum captum infantum et simpliciun, quorum plerique sensuales sunt; et hi non recipiunt nisi talia quae apparent coram oculis (n. 734[*a*]).

Nihil nocet ut historica facta secundum litteram ab infantibus et simplicibus credantur; quoniam illa, sicut reliqua Verbi, conjungunt mentes humanas mentibus angelicis; nam angeli in spirituali sensu sunt quando homines in naturali sensu (n. 739[*b*]).

Per sensum litterae Verbi nusquam potest confirmari aliquod falsum, nisi quam per ratiocinia ex naturali homine (n. 819).

Qui negat Verbum esse Divinum in omni sensu litterae, rumpit nexum cum caelo, quoniam per Verbum est conjunctio homini cum caelo (n. 545).

Sensus litterae Verbi, apud hominem qui falsificat illum, duplici modo percipitur in caelo; nempe, ut genuinum verum, et simul ut id destructum:

ut genuinum verum ex sensu litterae secundum correspondentias, ac ut destructum secundum falsificationes. Inde fit quod verum et falsum ut conjuncta simul sistantur; ex quo exacerbantur angeli caeli, et se prorsus avertunt. Sic occluditur caelum, ac perit omnis communicatio caeli cum illo homine; inde conjunctio ei fit cum inferno (n. 888).

Sensus litteralis.—Verum doctrinae, quod interius colligitur ex sensu litterae Verbi, vocatur sensus litteralis ejus (n. 618).
Sensus litteralis Verbi est fundamentum veris sensus spiritualis ejus (n. 727[*d*]).
Sensus litteralis Verbi est tutela contra falsa et mala (n. 727[*a*]).
Omne doctrinae ecclesiae formari et confirmari debet ex sensu litterali Verbi (n. 593).
Sensus externus seu litteralis quoad vera, intelligitur (*Esai.* iv. 5) per "nubem interdiu," et quoad bonum per "splendorem ignis flammae noctu:" hic sensus, quia tegit et recondit spiritualem, vocatur "tegumentum super omni gloria;" "gloria" est sensus spiritualis (n. 294[*b*]).
Cognitiones veri et boni sunt vera in ultimis, qualia sunt vera sensus litterae et litteralis Verbi (n. 717[*c*]).

SENSUS OPPOSITUS.

Omnia in Verbo etiam sensum oppositum habent (n. 419[*e*]).
Unumquodvis in Verbo etiam oppositum sensum habet (n. 715).
Sciendum est quod pleraque in Verbo etiam oppositum sensum habeant, et quod ex illo sensu sciri possit quid significatur in genuino sensu (n. 329[*f*]).

(*Vide* **Sensus oppositus.**)

Verbum antiquum. } —Quod etiam antiquis fuerit Verbum, tam Propheticum quam
Verbum vetustum. } Historicum, hodie deperditum, constat apud *Mosen*, ubi memorantur ejus prophetica quae ibi vocata sunt "Enuntiata," et historica quae vocata "Bella Jehovae" (*Num.* xxi. 14, 27). Historica illa "Bella Jehovae" vocata sunt, quia per illa significantur bella Domini cum infernis, sicut etiam per "bella" in historicis nostri Verbi (n. 734[*c*]).
Religiosum apud Mahumedanos in quibusdam desumptum est ex Verbo utriusque Testamenti; apud alios est religiosum ex Verbo vetusto, quod postea deperditum est; apud quosdam est religiosum ab Ecclesia Antiqua, in qua fuit illud Verbum vetustum (n. 1177). (*Vide* **Jaschar.**)

Veredarii.—Per "veredarios" (*Esai.* lxvi. 20) significatur rationale externum quod naturale (n. 355[*c*]: *conf.* n. 433[*e*]): per "veredarios" significantur rationalia quoad bona (n. 1155).

Veritas.—(*Vide* **Verum.**)
Per "veritatem," quae liberum facit (*Joh.* viii. 32), intelligitur Divinum Verum quod a Domino (n. 409[*d*]).
"Misericordia" (*Ps.* xxxvi. 6 [*B.A.* 5]) significat Divinum Bonum Divini Amoris, et "veritas" Divinum Verum (n. 541).
In Vetere Testamento nullibi dicitur fides, sed loco ejus veritas (n. 813).
Potius omittenda est vox fidei, et loco ejus dicenda veritas (n. 895).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 114, 183[*b*], 196, 205, 298[*b*], 316[*b,c*], 323[*b*], 365[*e*], 409[*d*], 541, 652[*b*], 696[*c*], 701[*b*], 768[*d*], 946.)

Vermis.—Per "vermem," qui percussit kikajonem (*Jon.* iv. 7), significatur destructio mali et inde falsi (n. 401[*h*]).

Verrere.—Per "verrere domum" (*Luc.* xv. 8) significatur percurrere totam mentem, et lustrare ibi singula (n. 675[*b*]).

Versio.—(*Vide* **Vertere.**)

Versura.—Vita quae non propria est homini est in quam perducitur cum regene-

ratur a Domino; in quam cum venit, spectat Deum et caelum primo loco, ac se et mundum secundo. Haec vita influit apud hominem cum Dominus praesens est. Inde patet quod quantum haec influit, tantum fiat versura vitae. Haec versura, cum subito fit, facit ut homo appareat sibi sicut mortuus (n. 78).

Vertere. } —Quod "Sol vertetur in tenebras et luna in sanguinem" (*Joel* iii. 4
Versio. } [*B:A.* ii. 31]), significat quod in fine ecclesiae falsum mali erit loco boni amoris, et malum falsi loco veri fidei (n. 526[*a*]; *conf.* n. 945).

Interiora omnium mentis humanae, et cum illis interiora omnium spiritus ejus, possunt verti deorsum et verti sursum. Vertuntur deorsum quando homo se super omnia amat, et vertuntur sursum quando Dominum super omnia amat. Est actualis versio. Homo ex se vertit illa deorsum, et Dominus ex Se vertit illa sursum. Amor regnans est qui vertit. Cogitationes non vertunt interiora mentis nisi quantum trahunt ex voluntate (n. 1163).

Vertex.—"Vertex lecti fratrum" (*Gen.* xlix. 26) est spirituale quod influit in omnia vera et bona ecclesiae spiritualis (n. 163).

"Vertex Naziraei fratrum ejus" (*Deutr.* xxxiii. 16) significat intelligentiam et scientiam quae externi hominis (n. 295[*c*]; *conf.* n. 448[*b*], 577[*a*]).

"Vertex," in sacrificiis (*Deutr.* xxxiii. 20), significabat vera interna (n. 435[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 163, 240[*b*], 295[*c*], 324[*e*], 435[*b*], 448[*b*], 577[*a*], 601[*b*].)

Verum.—(*Vide* ***Veritas, Verbum, Bonum.***)

Divinum Verum in descensu procedit secundum gradus a supremo seu intimo ad infimum seu ultimum. Divinum Verum in supremo gradu est quale est Divinum quod proxime procedit a Domino, ita quale est Divinum Verum supra caelos; hoc quia infinitum est non ad ullius angeli perceptionem potest venire. Divinum autem Verum primi gradus est quod ad perceptionem angelorum intimi seu tertii caeli pervenit, et vocatur Divinum Verum caeleste; ex hoc est sapientia illorum angelorum. Divinum Verum secundi gradus est quod ad perceptionem angelorum medii seu secundi caeli pervenit, ac illorum sapientiam et intelligentiam facit, et vocatur Divinum Verum spirituale. Divinum Verum tertii gradus est quod ad perceptionem angelorum ultimi seu primi caeli pervenit, et facit illorum intelligentiam et scientiam, ac vocatur Divinum Verum caeleste et spirituale naturale. Divinum autem Verum quarti gradus est quod ad perceptionem hominum ecclesiae viventium in mundo pervenit, ac illorum intelligentiam et scientiam facit; hoc vocatur Divinum Verum naturale; ultimum hujus vocatur Divinum Verum sensuale. Haec Divina Vera secundum suos gradus in ordine sunt in Verbo; et Divinum Verum in ultimo gradu seu in ultimo ordinis, est quale est Divinum Verum in sensu litterae Verbi (n. 627[*a*]).

Per Divinum Verum intelligitur simul Divinum Bonum, quoniam unita procedunt a Domino (n. 130[*a*]).

In Verbo, quod est Divinum Verum, est ubivis conjugium Divini Boni ac Divini Veri; ac Divinum Bonum unitum Divino Vero est Divinum a Domino procedens, quod vocatur Spiritus sanctus (n. 710[*c*]).

A Domino ut Sole exit et calor et lux; sed calor est Divinum Bonum, et lux est Divinum Verum. Lux quae est Divinum Verum influit et intrat apud omnem angelum caeli, et quoque apud omnem hominem mundi, et dat visum internum, qui est intellectus (n. 997).

Vera docent quomodo homo victurus est; et quando afficitur veris propter vera, quod fit quando amat vivere secundum illa, tunc ducitur a Domino, et datur ei conjunctio cum caelo, et fit spiritualis, et post mortem angelus caeli: sed usque sciendum est quod vera non producant illa, sed bonum per vera; ac bonum est a Domino (n. 820[*a*]).

Vera quae ex Verbo apud angelum et apud hominem in eorum memoria sunt; exinde Dominus evocat illa et conjungit bono, quantum angelus aut homo in affectione veri spirituali est, quae ei est quando vivit secundum vera ex Verbo (n. 292).

Omnia vera quae fiunt vitae sunt a Domino, et hoc apud illos qui agnoscunt Divinum in Humano Ipsius. Vera fiunt vitae quando homo amat illa, ita quando vult illa et facit illa; nam qui amat, is vult et facit: verbo, fiunt vitae quando homo ex affectione vivit secundum illa. Quod illa vera a Domino sint, est quia Dominus influit in amorem apud hominem, et per illum in vera, et sic facit haec vitae (n. 209).

Quod Divina potentia sit per verum ex bono in naturali, est quia naturale est ultimum in quod interiora quae sunt spiritualia et caelestia influunt, ac ubi simul sunt et subsistunt; sunt itaque ibi in pleno, in quo et ex quo est omnis operatio Divina (n. 440[*b*]).

Verum quod in se verum est, non datur nisi vita spiritualis ei insit; et tunc vita spiritualis ei inest dum formatur ex bono charitatis (n. 242[*a*]).

Verum est forma boni, et bonum est esse veri, ita quoque est vita ejus (n. 242[*a*]).

Vera quae a bono sunt vera genuina (n. 405[*b*]).

Recipere genuina vera ex affectione non datur ulli homini quam a solo Domino, quoniam ab Ipso sunt (n. 243).

Vera sunt quae aperiunt communicationem cum caelo, et bona veri quae faciunt conjunctionem (n. 536).

Est unicuivis homini facultas intelligendi vera, nam haec facultas est per quam homo distinguitur a bestiis: haec quoque residua est apud omnem hominem, etiam malum, nam illa est spirituale hominis, et ipsissimum medium regenerationis ejus. Compertum est quod infernalis spiritus vera caeli intellexerit cum audivit, tam bene quam spiritus bonus, sed quod usque noluerit intelligere, aversabatur enim illa (n. 970; *conf.* n. 559, 874, 996, 997).

Verum boni est verum quod procedit ex bono, et bonum veri est bonum quod producitur per verum (n. 323[*b*]).

Bonum veri, quando est apud aliquem, est bonum vitae; nam verum fit bonum per vitam secundum illud (n. 458[*a*]): verum apud illum fit bonum spirituale (n. 492).

Ipsa voluntas transformat verum in bonum (n. 458[*a*]).

Verum apparet ex bono, et bonum per vera (n. 365[*a*]).

Bonum spirituale formatur apud hominem per vera; nam verum apud illum fit bonum spirituale quando vivit secundum illud (n. 492).

Intellectus veri est ex luce veri; perceptio autem veri est ex calore seu amore veri (n. 405[*h*]).

Cognitiones veri sunt quae scit naturalis homo ex Verbo, et vera scientifica sunt quae videt naturalis homo ex rationali (n. 406[*a*]).

Vera quae postea fient fidei primum acquiruntur et reponuntur in memoria. Verum non prius fit fidei quam cum homo vult illud et facit illud; et quantum homo id facit, tantum Dominus conjungit illum Sibi et caelo, ac influit ex amore cum bono, ac per bonum in vera quae homo a pueritia acquisivit, ac conjungit illa bono, ac facit ut sint fidei; prius non sunt nisi quam cognitiones et scientiae (n. 427[*a*]).

Qui amat verum quia est verum, is potest quasi interrogare Dominum in dubiis fidei, et responsa ab Ipso ferre; sed non alibi quam in Verbo, ex causa quia Dominus est Verbum (n. 1089).

Homo unice per vera a malis removetur, purificatur, et reformatur (n. 526[*a*]).

Verum in voluntate et inde in actu est quod separat et dissipat falsa (n. 167).

Qui in falsis ex ignorantia sunt, et usque in bono vitae secundum religionem

suam, illi non salvari possunt priusquam falsa apud illos sunt remota et vera loco illorum implantata; et haec implantantur per tentationes. Nisi illi qui in falsis ex ignorantia in mundo fuerunt jugiter tenerentur a Domino in veris, relaberentur in falsa (n. 478).

Qui in veris sunt et non in bono, illi non ab ecclesia sunt, nam omne verum quod in homine et in angelo vitam habet, ex bono est (n. 430[*a*]).

Quando vera se conjungunt cum affectionibus mere naturalibus, tunc non amplius sunt vera, sed sunt falsa; nam affectio mere naturalis falsificat illa (n. 511).

Omnia Verbi sunt vera; sed cum applicantur et deducuntur ad confirmanda mala vitae et principia religionis falsa, tunc commiscentur vera Verbi falsis mali, per quod ipsa vera non amplius fiunt vera, sed vera falsificata, quae in se sunt falsa (*de quo plura*, n. 520).

Illi qui in falsis sunt, semper aggrediuntur; at illi qui in veris sunt, modo defendunt: sed quoad Dominum, Ille ne quidem repugnat, sed modo tutatur vera (n. 734[*a*]).

Per verum adulteratum significatur verum boni applicatum malo et commixtum falso ejus; quod fit quando vera sensus litterae Verbi applicantur spurcis amoribus, et sic commiscentur malis (n. 618).

Divinum Verum revelandum est quando consummatum est saeculum, hoc est, quando finis ecclesiae venturus est (n. 502[*b*]); in fine ecclesiae vix aliquis intellectus veri est. Vera quidem ex Verbo tunc ore loquuntur, sed usque non aliquam ideam veri habent (n. 614).

Verus.—"Sanctus Verus" (*Apoc.* iii. 7), cum de Domino, significat quod sit a quo charitas et fides; "Sanctus" dicitur quia ab Ipso charitas, et "Verus" quia ab Ipso fides (n. 204[*a*]; *conf.* 394).

"Justae et verae viae tuae" (*Apoc.* xv. 3), significat quod omnia vera caeli et ecclesiae sint ab Ipso (n. 940).

Vespera.—"Vespera" significat statum desinentis fidei et charitatis (n. 187[*b*]).

"Vespera" significat ultimum tempus ecclesiae prioris, ac "mane" primum novae, ita Domini adventum (n. 179; *conf.* n. 573[*a*], 677).

(*Videantur etiam articuli*, n. 401[*f*], 405[*d*], 610, 612, 706[*b*].)

Vespertiliones.—Cultus ex talibus quae sunt ex propria intelligentia significatur (*Esai.* ii. 20) per "idola" quae fecerunt sibi ad incurvandum se; mala et falsa doctrinae, ex quibus cultus, significantur per "talpas et vespertiliones," quia visus earum est in tenebris et fugiunt lucem (n. 410[*b*]; *conf.* n. 587[*c*]).

Vestales Virgines.—(*Videatur articulus*, n. 504[*a*].)

Vestes.—(*Vide* ***Indumentum, Pallium, Stola, Talaris, Toga, Tunica, Vestimentum.***)

Per "vestes" significantur vera quae investiunt bona (n. 64).

"Vestes Domini" significaverunt Divinum Verum, ita Verbum; "vestes quas diviserunt" (*Joh.* xix. 23, 24), Verbum in littera; et "tunica" Verbum in sensu interno: "dividere illas" significat dispergere et falsificare (n. 64).

"Vestes" significant vera; vestes quae proximae corpori sunt, et inde interiores, significant interiora vera; vestes autem quae circum sunt et cingunt illas, significant exteriora vera (n. 395[*a*]).

Aharon repraesentabat Dominum quoad sacerdotium, quod est regnum caeleste Ipsius: vestes autem ejus repraesentabant regnum spirituale, hoc enim in caelis investit regnum caeleste (n. 717[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 64, 193[*b*], 195[*b,c*], 240[*c*], 242[*e*], 271, 275[*b*], 283[*b*], 288[*b*], 304[*g*], 359, 375[*c,e*(iv., viii.)], 395[*d,e*], 405[*d,e*], 430[*b*], 475[*a,b*], 555[*b*], 627[*c*], 637[*a*], 654[*f,l*], 684[*b*], 717[*b*], 730[*d*], 768[*b*], 863[*b*], 951.)

Vestibulum.—(*Videantur articuli*, n. 118, 717[*d*], 962.)

Vestigia.—(*Vide Ps.* lxxvii. 20 [*B.A.* 19], n. 275[*b*].)

Vestimenta.—(*Vide* ***Vestes, Indumentum.***)

Per "vestimenta" Domini, quae facta sunt sicut lux (*Matth.* xvii. 2), significatur Divinum Verum, nam "vestimenta" in Verbo significant verum, et hoc ex causa quia omnes angeli vestiuntur a Domino secundum receptionem Divini Veri (n. 412[*b*]; *conf.* n. 401[*b*]).

(*Videantur articuli*, n. 64, 65, 131[*a*], 187[*b*], 195[*a–c*], 198, 238, 239[*b*], 243, 315[*b*], 329[*f*], 386[*d*], 401[*b*], 412[*b*], 475[*b*], 543[*d*], 685, 1007, 1029[*d*].)

Vestire.—(*Vide* ***Vestes, Vestimenta.***)

Quoniam spiritus et angeli vestiuntur secundum intelligentiam, et omnis intelligentia est veri, et angelica intelligentia est Divini Veri, ideo vestiuntur secundum vera (n. 395[*a*]; *conf.* n. 412[*b*]).

Omnes angeli apparent vestiti secundum functiones; nam vestes, quibus induti incedunt, correspondent eorum ministeriis, ac in genere eorum interioribus (n. 951).

(*Videantur articuli*, n. 198, 240[*b*], 375[*e*(viii.)], 395[*c*], 412[*b*], 576, 951.)

Veterascere.—"Caeli" qui evanescent, et "terra" quae sicut vestis veterascet (*Esai.* li. 6), significant ecclesiam; haec successive labitur et tandem desolatur, non autem caelum aspectabile et terra habitabilis (n. 304[*g*]).

Vetus.—Quia "vestimentum" (*Luc.* v. 36) significat Verum, ideo Dominus comparat vera ecclesiae prioris, quae erat ecclesia repraesentativa spiritualium, panniculo vestimenti veteris (n. 195[*b*]).

Per "vetus foedus" intelligitur conjunctio per Divinum Verum quale datum fuit filiis Israelis, quod erat externum, et inde repraesentativum Divini Veri interni (*de quo plura*, n. 701[*c*]).

Vetustum Verbum.—(*Vide* ***Verbum antiquum.***)

Vetustus.—Quod illi qui nati et educati sunt in externa quae erant Ecclesiae Judaicae non statim possint perduci in interna quae sunt Ecclesiae Christianae, significatur (*Matth.* ix. 17; *Luc.* xv. 39) per "Nemo bibens vinum vetustum statim vult novum, dicit enim, Vetustum utilius est" (n. 376[*e*]).

Quoniam Dominus in caelo ubi angeli apparet ut Sol, ac ibi est oriens, ideo antiqui in adorationibus verterunt facies suas ad orientem solis, ac ideo sua templa aedificarunt ut anteriora, ubi adytum, spectarent orientem; quod etiam hodie fit ex usu vetusto (n. 422[*d*]).

Dicta de Michaele (*Epist. Jud.* vers. 9), Judas Apostolus, ex libris vetustis qui per correspondentias conscripti fuerunt, adduxit (n. 735).

Vexillum.—Apud *Esaiam* (xxxi. 7–9) agitur de judicio super illos qui ex propria intelligentia in Divinis credunt se sapere. Dicitur, "Consternabuntur a vexillo principes," quia primaria eorum falsa non per aliquam pugnam cum veris dissipantur, sed solum per signum pugnae, quod est "vexillum." Tales etiam visi sunt dejecti e petris, super quibus erant, per vexillum circumactum (n. 411[*e*]).

Via.—(*Vide* ***Semita.***)

"Viae" significant vera ducentia; et ubi de Domino, Divina vera (n. 706[*c*]): "viae" sunt vera; ubi de Domino sunt omnia vera caeli et ecclesiae (n. 940); "viae" sunt vera, et "semitae" (*Esai.* ii. 3) sunt praecepta vitae (n. 734[*b*]).

Quod "viae" significent vera, est quia vera sicut viae ducunt hominem; quare per "vias" significantur vera ducentia. Quod "viae" illa vera significent, est ex mundo spirituali; ibi omnes ambulant vias secundum vera sua. Viae in illo mundo non sunt sicut viae in nostro mundo, quod sint explanatae et determinatae e loco in locum, sed aperiuntur unicui-

vis secundum vera ejus; quae viae sunt tales ut nemo qui in aliis viis est illas videat, sed ille solus. Ducunt illos viae ad loca quo vadent, ut ad societates cum quibus conjungendi sunt, seu a quibus separandi, et demum ad societatem ubi permansuri sunt (n. 940).

In mundo spirituali quisque intrat et ambulat vias quae ducunt ad illos qui in simili regnante amore sunt, et cuique liberum est ire viam quam vult, et in quam et per quam ejus amor ducit eum (n. 600[c]).

Quando homo post mortem in eo statu est ut possit intromitti in caelum, tunc patet illi via quae ducit ad societatem caelestem in qua erit; priusquam in eo statu est, non patet ei via illuc: haec via aperitur ei a solo Domino; talis est cuivis introductio et intromissio in caelum. Similiter fit cum homine malo post mortem; is quando in eo statu est ut in infernum iturus sit, patet ei via quae ducit ad infernalem societatem in qua erit; priusquam in eo statu est, non patet ei via illuc. Causa est, quia viae in spirituali mundo apparent cuivis secundum intentionem cogitationis ejus, ita secundum affectionem quae amoris ejus; quapropter cum spiritus redactus est ad amorem suum regnantem, quisque enim redigitur ad illum, tunc patent viae ad societatem ubi ejus amor regnat; inde constat quod ipse amor aperiat. Et quia omnis amor boni et veri est a Domino, sequitur quod solus Dominus aperiat vias illis qui intromittuntur in caelum; vicissim autem, quia omnis amor mali et falsi est a solo homine seu spiritu, sequitur quod ipse spiritus aperiat sibi viam ad infernum (n. 206).

Viae per quas Dominus ducit hominem comparari possunt cum vasis per quae sanguis apud hominem vadit et circulat; tum etiam cum fibris et earum plexibus intra et extra viscera corporis, imprimis in cerebro, per quas fluit spiritus animalis, et animat. Viae autem per quas Dominus ducit hominem sunt multo plus implexae et inextricabiles, tam illae per quas Dominus ducit hominem per societates inferni et ab illis, quam illae per quas ducit hominem per societates caeli et in illas interius (n. 1153).

In mundo spirituali sunt viae quae ducunt a spiritualibus ad naturalia, et inde ad sensualia; et quoque in viis sunt custodes ne contrario modo vadant, quoniam inde lapsus in haereses et errores. Custodes illi ponuntur a Domino in principio dum ecclesia instauratur, et quoque conservantur, ne homo ecclesiae ex sua ratione aut ex suo intellectu inferat se in Divina quae sunt Verbi et inde ecclesiae. At in fine, quando homines ecclesiae non amplius spirituales sunt, sed naturales, et multi mere sensuales, et sic cum apud hominem ecclesiae non datur via ex spirituali homine in naturalem, tunc removentur illi custodes, et aperiuntur viae; quibus apertis contrario ordine vadunt (n. 569[a]).

(*Videantur articuli*, n. 97, 114, 140, 167, 206, 208[a], 220[b], 223[c], 239[b], 275[b], 340[c], 355[b], 565[b,d], 374[c], 388[b], 405[b,g], 412[f], 481, 518[a], 569[a], 600[c], 617[b], 652[b], 687[b], 696[c], 701[b], 706[c], 721[c], 727[b], 730[b,d], 734[b], 940, 1153.)

Vicarius.—Cuivis insitum est e caelo, quod insitum est ex continuo influxu inde, Divinum suum velle videre, et quidem sub Humana forma. Quod hoc insitum exstirpatum sit e Christiano orbe, trahit primam originem ex Babylonica gente, quae separavit Humanum Domini a Divino, ut summus eorum pro vicario Humani Domini agnosceretur, et sic Divinam Ipsius potestatem in se transferret (n. 52; *conf.* n. 1029[a], 1062, 1070, 1091, 1158).

Babylonia adorationem Domini quidem retinuit, sed externam, quae est formalis; at internam, quae est essentialis, transtulerunt in Papam ut vicarium, et inde in coetum ministrantium ut vicarios sub illo (n. 1054; *conf.* n. 1047).

Sunt qui potestatem salvandi homines addicunt Domino, ac Divinam sanctitatem et inspirationem tribuunt soli Verbo, et in his duobus a vicariatu Papae recedunt (n. 1074).

Vices.—"Septem vices" (*2 Reg.* v. 10, 14) significant plenarium, et praedicantur de sanctis qualia sunt vera Divina (n. 475[*b*]).

Vici.—Per "vicos" (*Jerem.* v. 1) significantur vera doctrinae secundum status affectionis et perceptionis illorum qui ab ecclesia. Per "vicos" in specie intelliguntur anguli urbis, ita plagae ubi habitant; et quia quisque habitat in urbibus in mundo spirituali secundum affectionem boni et perceptionem veri claram et obscuram, ideo per "vicos" significantur vera et bona secundum cujusvis affectionem et perceptionem (n. 652[*b*]).

(*Videantur articuli*, n. 141[*b*], 208[*b*], 223[*c*], 652[*b–d*].)

Vicinus.—(*Videantur articuli*, n. 141[*b*], 654[*d*].)

Victoria.—"Victoria eorum super vestes meas" (*Esai.* lxiii. 3, 6) significat sinistram interpretationem et applicationem Verbi ab iis qui trahunt sensum litterae ad favendum suis amoribus ac principiis inde captis, ut factum est a Judaeis, et quoque hodie fit a pluribus (n. 359; *conf.* n. 195[*c*]).

"Victoriam habere de bestia" (*Apoc.* xv. 2) significat quod non falsificaverint Verbum (n. 932).

Videns. } —"Audiens esto" est obediens; at "Videns esto" est intelligens (n.
Videntes. } 249).

Per "videntes" (*Joh.* ix. 39–41) intelliguntur illi qui intra ecclesiam sunt et habent Verbum, ita Judaei; per "non videntes" intelligunter illi qui extra ecclesiam sunt et non sciunt vera quia non habent Verbum, ita gentes (n. 239[*b*]).

Homo, cum in corpore est, non videt talia quae in caelo sunt, nisi aperiatur visus ejus spiritus; et cum hic aperitur tunc videt. Ita vidit Johannes quae in *Apocalypsi* descripta sunt, et quoque similiter viderunt prophetae; qui ideo vocati sunt "videntes," et "aperti oculis:" etiam ita visi sunt angeli antiquis temporibus; et quoque ita visus est Dominus discipulis post resurrectionem. Hic visus est visus spiritualis hominis (n. 53).

(*Videantur articuli*, n. 53, 152, 235, 239[*b*], 260, 376[*f*], 667.)

Videre.—(*Vide* ***Videntes, Visio, Visus.***)

Per "videre" significatur scire, percipere et intelligere (n. 656); intelligere ex illustratione (n. 11, 13); intelligere, percipere et agnoscere (n. 37).

"Videre Dominum" est credere in Ipsum (n. 84).

"Videre facies Jehovae" (*Exod.* xxxiii. 20) significat videre Ipsum in interioribus Verbi, ecclesiae et cultus (n. 412[*d*]).

(*Videantur articuli*, n. 11, 13, 37, 41, 53, 61, 76, 84, 87, 88, 91, 108, 114, 152, 239[*a,b*], 240[*b*], 245, 260, 294[*b*], 313[*a*], 351, 391[*a*], 405[*c*], 412[*d*], 416, 422[*a*], 445, 452, 529, 535, 575, 587[*b*], 593, 594[*b*], 624[*c,e*], 657, 671, 706[*b*], 713, 757, 768[*b*], 849, 904, 931, 998, 1009.)

Vidua.—Per "viduas" multis in locis in Verbo significantur tam feminae quam mares qui in bono sunt et non in vero, et usque desiderant verum; ita qui absque tutela sunt contra falsum et malum, quos tamen Dominus tutatur (n. 1121; *conf.* n. 257).

Per "viduam" significatur bonum absque vero, quia a vero, quod est "vir," relictum (n. 768[*d*]).

Per "viduas" in opposito sensu significantur qui in malo sunt et volunt falsa (n. 257).

Vigil. } —(*Vide Dan.* iv. 10 [*B.A.* 13], n. 650[*d*].)
Vigilare. } Quod "vigil" et "vigilare" spiritualem vitam significet, est quia vita
Vigilia. } spiritualis ad vitam moralem absque illa est sicut vigilia ad somnum (n. 187[*a*]; *conf.* n. 1006).

Per "vigilantes" (*Luc.* xii. 37) intelliguntur qui spiritualiter vigiles sunt, qui sunt qui spiritualem vitam a Domino recipiunt; nam hi in lucem intelligentiae et sapientiae de Divinis veris veniunt, at qui non recipi-

unt manent in umbra et caligine de illis; quare hi sunt in somno, illi autem in vigilia (n. 187[*b*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur explicata*, n. 187[*a*,*b*], 192, 325[*b*], 355[*c*], 1006.)

Viginti.—"Viginti" praedicantur de bono et omni ejus, ac "decem" de vero ac de omni ejus (n. 675[*b*]).

Viginti et quatuor.—Quod "viginti quatuor" significent omnia, est quia ille numerus simile significat cum numero "duodecim," et "duodecim" significant omnia, et praedicantur de veris. Quod numerus "viginti quatuor" simile significet cum numero "duodecim," est quia ille est duplus ejus, et duplum significat simile cum illo a quo per multiplicationem exsurgit (n. 270).

(*Videantur articuli*, n. 253[*b*], 270, 290, 322, 335, 349[*a*], 687[*a*].)

Vilipendere.—(*Vide Thren.* i. 8, n. 240[*b*].)

Villae.—Per "villas" (*Esai.* xlii. 11) significantur cognitiones et scientifica naturalia (n. 405[*b*]; *conf.* n. 730[*c*]).

Vincere.—Quod "vincere" sit corde recipere, est quia omnis qui recepturus est vitam spiritualem pugnabit mala et falsa quae sunt vitae ejus naturalis; et quando illa vincit, tunc bona et vera quae sunt vitae spiritualis recipit corde; recipere corde est voluntate et amore (n. 109).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 109, 128, 146, 174, 197, 219, 253[*a*], 254, 309, 359, 651, 748.)

Vincire. } ***Vincti.*** } —Quod Dominus ex Divino suo detineat caelos a falsis et teneat in veris, et sic det illis intelligentiam et sapientiam, describitur (*Ps.* cv. 22) per quod "vinciret principes ad arbitrium, et seniores illius erudiret" (n. 448[*d*]).

Per "vinciri catenis" (*Nahum* iii. 10) significatur ligari a falsis, ut vera non prodire possint (n. 652[*d*]).

Postquam Dominus absolvit totum opus redemptionis, liberavit illos qui in Verbo dicuntur "vincti in fovea;" nam multi fideles non salvari potuerunt antequam Dominus in mundum venerat, ac inferna subjugaverat: interea illi in locis quae vocantur foveae, usque ad adventum Domini detenti fuerunt, ac a Domino liberati statim post adventum Ipsius (n. 659[*d*]).

(*Videantur articuli*, n. 239[*b*], 329[*e*], 386[*d*], 448[*d*], 481, 537[*b*], 569[*a*], 652[*d*], 659[*d*], 811[*d*].)

Vincula.—(*Vide* **Catena.**)

"Vinculum foederis" (*Ezech.* xx. 37) est conjunctio cum Domino (n. 730[*d*]).

"In vinculis" ire dicuntur (*Esai.* xlv. 14), apud quos coercentur cupiditates quae sunt naturalis hominis (n. 654[*e*]).

"Vincula colli" (*Esai.* lii. 2) significant falsa inhibentia ne vera intrent (n. 687[*b*]).

Vindemia. } ***Vindemiare.*** } ***Vindemiatio.*** } ***Vindemiatores.*** } —(*Vide* **Vinea, Vitis, Vinitor.**)

"Vindemia" significat verum ecclesiae (n. 313[*b*]; *conf.* n. 376[*c*], 555[*d*]).

Bonum spirituale quod est verum ex bono caelesti significatur per "vindemiam" (n. 638[*c*]; *conf.* n. 918, 919, 922[*b*,*c*]).

Ex significatione "vineae" constare potest quod per "vindemiare" significetur colligere ad usus illa quae inservitura sunt intellectui, et datura intelligentiam et sapientiam; ac in opposito sensu, devastare ecclesiam quoad bonum spirituale, et sic quoad affectionem ac intellectum veri (n. 919; *conf.* n. 734[*c*]).

Per "vindemiationem" significatur devastatio (n. 919).
Per "vindemiatores" (*Jer.* xlix. 9; *Obad.* vers. 5) significantur falsa (n. 919).

Vindex.—Blasphematur Divinum per falsificationem Verbi cum cogitatur quod Deus aliquo respectu sit vindex, ultor, quod irascatur, conjiciat in infernum, puniat (n. 778[*a*]).

Vindicare.—Per "judicare et vindicare sanguinem nostrum" (*Apoc.* vi. 10) significatur judicare et removere illos qui persequuntur et infestant illos qui profitentur Dominum et in vita charitatis sunt (n. 394).

Vindicta.—"Dies vindictae Jehovae et annus retributionem pro lite Zionis" (*Esai.* xxxiv. 8), significat adventum Domini, ac ultimum judicium tunc ab Ipso factum (n. 578; *conf.* n. 850[*d*]).

Cum Dominus in mundo fuit redegit omnia in infernis et in caelis in ordinem, et hoc per Divinum Verum ex Divino Amore: "vestes vindictae" (*Esai.* lix. 17) significant vera per quae; "zelus sicut pallium" significat Divinum Amorem ex quo (n. 395[*e*]).

Vinea.—(*Vide* ***Vinum, Vitis.***)

"Vinea" significat ecclesiam spiritualem, seu ecclesiam quae in veris ex bono est (n. 375[*e*(viii.)]); et apud hominem vitam spiritualem (n. 194).

"Laborare in vinea" est spiritualem vitam sibi comparare per applicatas cognitiones veri et boni ex Verbo ad usus vitae (n. 194).

"Vineae" sunt vera spiritualia; inde "plantare vineas" est spiritualiter illa recipere, hoc est, intelligere (n. 386[*d*]).

Per "vineam" (*Luc.* xiii. 6) significatur ecclesiae internum, et per "ficum" externum ejus (n. 403[*e*]).

(*Videantur articuli*, n. 194, 315[*d*], 375[*e*(viii.)], 376[*b–d*], 386[*d*], 388[*b*], 403[*b,e*], 433[*e*], 449[*b*], 481, 617[*b*], 632, 638[*a*], 650[*f*], 706[*c*], 734[*c*], 918, 919, 922[*c*].)

Vinitor.—Per "vinitores" significantur illi qui in veris sunt et docent illa (n. 376[*d*]; *conf.* n. 374[*b*], 911[*b*]).

Vinum.—(*Vide* ***Mustum, Merum, Sicera.***)

Per "vinum" (*yayin*) ac per "sanguinem uvarum" (*Gen.* xlix. 11, 12) intelligitur Divinum Verum (n. 376[*c*]).

Quoniam "panis" significat bonum amoris, ac "vinum" bonum fidei quod in sua essentia est verum ex illo bono, ac in supremo sensu "panis" Dominum quoad Divinum Bonum, ac "vinum" Dominum quoad Divinum Verum, et quoniam correspondentia est inter spiritualia et naturalia, ac talis correspondentia ut cum in cogitatione hominis est panis et vinum, in cogitatione angelorum sit bonum amoris et bonum fidei, et quoniam omnia caeli et ecclesiae se referunt ad bonum amoris et ad bonum fidei, ideo a Domino instituta est Sancta Cena, ut per illam sit conjunctio angelorum caeli cum hominibus ecclesiae (n. 376[*e*]).

Quod "vinum" significet verum ecclesiae constare potest pluribus ex locis in Verbo: ut *Esai.* i. 22 (*sobhe'*); cap. xxxvi. 17 (*tirosh*); *Hos.* xiv. 7 [*B.A.* 8] (*yayin*) (n. 376[*e*]).

Quia "vinum" significabat verum ecclesiae quod ex bono, ideo mandatum est ut super altari cum sacrificiis etiam offerrent mincham et libamen, et mincha erat panis et libamen vinum, per quae significabatur cultus Domini ex bono amoris et ex veris inde, nam omnis cultus est ex illis. De libaminibus, quantum vini in illis ad varia sacrificia, videatur *Exod.* xxix. 40, 41 (*yayin*); *Num.* xxviii. 7 (*shekhar*); et alibi (n. 376[*e*]).

Per "convivium faecum" (*sh^{e}marim*), seu vini optimi (*Esai.* xxv. 6), significatur appropriatio verorum (n. 252[*a*]).

Per "bibere vinum (*ch^{a}mar*) ex vasis templi Hierosolymitani" (*Dan.* v. 4), significatur haurire vera ecclesiae ex Verbo (n. 376[*d*]; *conf.* n. 220[*b*]).

Quod Dominus "aquam fecerit vinum" (*oinos*) (*Joh.* ii. 3, 9, 10), significat

quod vera ecclesiae externae fecerit vera ecclesiae internae, aperiendo interna, quae in illis latuerunt (n. 376[e]).

Per "genimen vitis" seu vinum (*gennema tes ampelou*) (*Matth.* xxvi. 29, *Luc.* xxii. 18), quod Dominus cum discipulis bibiturus "novum in regno Patris sui," seu "quando regnum Dei venturum est," intelligitur quod a Divino Humano Ipsius tunc omne Divinum Verum in caelo et in ecclesia (n. 376[e]).

Quod Dominus benedixerit vino (*poterion*) quae dedit discipulis (*Matth.* xxvi. 27, *Marc.* xiv. 23, *Luc.* xxii. 20), significabat communicationem Divini sui, et sic conjunctionem cum illis (n. 340[d]; *conf.* n. 701[c]).

Quod sancta Verbi, ecclesiae et cultus apud Babylonicos ita mutata sint est ex Divina Providentia Domini ut falsum loco veri et malum loco boni adoptarent; aliter sancta conspurcavissent: pro exemplo, sicut factum est cum Sancta Cena a Domino instituta, quod separaverint panem et vinum, et panem dent populo, et ipsi vinum bibant; "panis" enim significat bonum amoris in Dominum, ac "vinum" verum fidei in Ipsum; et bonum separatum a vero non est bonum, nec verum separatum a bono est verum (n. 1054).

Quicquid apparet in caelo apparet prorsus sicut tale quod in mundo nostro materiali ex triplici ejus regno existit. Apparent olea, vina, sicerae, et reliqua quae sunt regni vegetabilis (n. 926).

Per "potare vinum" (*yayin*) in sensu opposito (*Esai.* v. 11, 22) significatur haurire falsa (n. 376[g]).

Per "vinum scortationis" (*oinos*) significatur (*Apoc.* xviii. 3) falsificatum verum (n. 376[g]).

Quod dederint Domino acetum felle mixtum, quod etiam vocatur "myrrhatum vinum" (*Marc.* xv. 23), significabat quale Divini Veri ex Verbo erat apud gentem Judaicam, nempe mixtum falso mali, et sic prorsus falsificatum et adulteratum; quare id non voluit bibere (n. 519[a]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 141[b], 195[b,c], 220[b], 223[b], 235, 252[a], 283[e], 323[b,c], 329[a,b,e], 340[d], 359, 374[d], 375[e(viii.)], 376[a–g], 433[e], 444[c], 448[c], 475[a,b], 519[a], 543[c], 555[d], 601[b], 617[b,c], 638[a], 652[b], 675[b], 701[c], 750[e], 794, 863[a], 881, 887, 918, 919, 920, 922[c], 960[a,b], 1035, 1045, 1054, 1102, 1152.)

Violenti.—"Violenti" dicuntur (*Esai.* xxv. 5) qui conantur destruere bona et vera, ac "spiritus" eorum significat cupiditatem destruendi (n. 481).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 328[d], 388[c], 481, 537[b].)

Violentia.—Per "violentiam" (*Esai.* lx. 18) significatur discidium (n. 365[g]).

"Plena violentia" (*Ezech.* vii. 23) est quod vim inferat bono charitatis (n. 175[b]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 175[b], 304[c,e], 329[e], 365[g], 433[c], 650[g], 654[m], 734[d], 750[f].)

Vipera.—(*Vide* **Serpens.**)

Per "viperam et presterem volantem" (*Esai.* xxx. 6) significatur sensuale astute et callide ratiocinans (n. 654[g]; *conf. Esai.* lix. 5, n. 581[a]).

Illi qui in infernis sunt ubi tales qui contra innocentiam dolose agunt, apparent sicut viperae, et illi qui contra bonum amoris sicut basilisci (n. 410[c]; *conf.* n. 314[b]).

Vir.—(*Vide* **Homo.**)

Vir natus est ut ex intellectu agat, mulier autem ut ex affectione; intellectus apud viros est intellectus veri et boni, et affectio apud mulieres est affectio veri et boni; copulantur in caelo ita ut correspondens affectio quae est mulieris conjungatur cum correspondente intellectu qui est viri (n. 710[c]; *conf.* n. 1120, 1121).

Vir natus est ut sit intellectus veri, inde hic praedominatur apud illum; et femina nata est ut sit affectio boni, inde haec praedominatur apud illam; et sicut bonum et verum se mutuo amant et volunt conjungi, ita intellectus veri et affectio seu voluntas boni (n. 1122).
Per "virum et uxorem" intelligitur in spirituali sensu conjunctio veri et boni, quae conjugium caeleste vocatur (n. 555[c]).
Per "virum" in Verbo significatur intellectus veri, et per "hominem" perceptio boni (n. 537).
"Vir et frater" significat verum et bonum (n. 386[b]; *conf.* n. 734[d], 746[c(ii).]).
Per "virum Jehovae" in Verbo significatur verum caeli et ecclesiae (n. 817[b]).
"Vir dextrae" (*Ps.* lxxx. 18 [*B.A.* 17]) significat sapientem, et "filius hominis" intelligentem, utrumque per Divinum Verum (n. 298[b]).
Per "virum belli" (*Ezech.* xxxix. 20) significatur verum pugnans contra falsum et destruens illud (n. 329[d]).

In opposito sensu, "vir" est falsum; "voluntas viri" (*Joh.* i. 13) est proprium intellectuale (n. 151).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 63, 151, 270, 280[b], 295[d], 298[b], 313[b], 315[b], 329[d,g], 355[a], 381, 386[b], 405[h], 412[b], 430[c], 443[b], 537[b], 555[a,b], 617[e], 652[b,d], 655[a], 675[b], 710[c], 714[c], 721[c], 724[d], 734[d], 745, 746[c(ii.)], 768[d], 817[b].)

Vir homo.—Per "virum hominem" (*Esai.* xiii. 12) significatur intelligentia, et per "hominem" sapientia (n. 280[b]; *conf.* n. 400[b]).

Virga.—(*Vide* ***Baculus.***)

Per "virgam" significatur potentia qua castigatur (n. 176; *conf.* n. 177, 726, 727[a]).
"Virga oris Jehovae," quae percutiet terram (*Esai.* xi. 4), significat verum in ultimis, quod est verum sensus litterae Verbi (n. 304[d]).
"Transire facere sub virga" (*Ezech.* xx. 37) est dura pati (n. 730[d]).

"Virga" et "baculus" in opposito sensu etiam significant potentiam falsi infernalis, et inde falsum infernale quoad potentiam (n. 727[b]).
"Virga ramorum" (*Ezech.* xix. 14) est falsum doctrinae in quo malum (n. 504[e]).

Virginitas.—(*Vide* ***Virgo.***)

Per "virginitatem" significatur affectio veri illibata (n. 863[b]).

Virgo.—Per "virgines" in Verbo significantur illi qui ab ecclesia (n. 212); seu illi qui sunt in affectione veri et boni spiritualis, quae facit ecclesiam (n. 252[b]).
"Decem virgines" (*Matth.* xxv. 1–12) significant omnes qui ab ecclesia; per "quinque virgines prudentes," illi ab ecclesia qui in fide sunt ex amore; et per "quinque fatuas," illi qui in fide sunt absque amore (n. 252[b]; *conf.* n. 548, 665[a], 840).
"Virgines" (*Apoc.* xiv. 4) sunt affectiones veri, quae affectiones veri spirituales vocantur (n. 863[a]).
Per "virginem Israelis" intelligitur ecclesia spiritualis (n. 411[f]); seu ecclesia ex affectione veri (n. 863[a]).
"Virgines Hierosolymae" significant illos in ecclesia qui in affectione veri sunt (n. 637[b]); tum illi qui ex affectione veri docuerunt vera (n. 863[a]).
Per "virgines cantantes" (*Ps.* lxviii. 26 [*B.A.* 25]) significantur qui e spirituali regno Domini sunt; per "pulsantes" et "tympanizantes," qui e regno caelesti Ipsius; qui "virgines" dicuntur ex affectione veri et boni, ac "cantare," "pulsare" et "tympanizare" dicuntur ex laetitia et gaudio cordis illorum (n. 863[b]).

"Virgines post illam, amicae ejus" (*Ps.* xlv. 15 [*B.A.* 14]), significat affectiones veri spirituales naturales, inservientes (n. 863[*b*]).

Datum est in mundo spirituali videre virgines quae scortationes reputaverunt nefandas, quia contra legem Divinam; et quoque virgines quae illas non reputaverunt nefandas, sed usque ab illis abstinuerunt propter diffamiam, quae averteret procos: hae virgines visae sunt cinctae fusca nube in descensu ad inferos, illae autem cinctae candida luce in ascensu ad superos (n. 1009).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 187[*b*], 208[*b*], 212, 250[*c*], 252[*b*], 270, 275[*a*], 315[*b*], 340[*a*], 375[*e*(viii.)], 386[*c*], 395[*c*], 406[*c*], 411[*f*], 548, 555[*a*], 617[*b*], 637[*b*], 675[*a*], 706[*c*], 768[*d*], 811[*a*], 840, 863[*a,b*], 1175, 1189.)

Virgines Vestales.—(*Videatur articulus*, n. 504[*a*].)

Virgulta.—"Virgulta" (*Esai.* vii. 19) sunt cognitiones viri, et "ductus" sunt perceptiones, quae falsificantur (n. 410[*c*]).

Viridis.—"Viride" (*Apoc.* viii. 7) significat verum, et ex vero vivens (n. 507); significat scientificum vivum (n. 545).

Color "viridis" significat verum obscuratum (n. 269).

(*Videantur etiam articuli*, n. 411[*f*], 504[*e*].)

Virtus.—Per "virtutem Dei" in Verbo significatur Divinum Verum (n. 405[*b*]).

"Virtus" (*Jerem.* x, 12) significat potentiam Divini Veri (n. 644[*c*]).

(*Videantur etiam articuli*, n. 298[*b*], 741[*c,d*], 955, 1096.)

Vis.—"Quoniam arbor facit fructum suum, ficus atque vitis dabunt vim suam" (*Joel* ii. 22), significat quod illis bonum naturale et bonum spirituale, nam "vis" ibi est productio fructus (n. 403[*b*]).

"Ex omnibus viribus et tota mente" (*Deutr.* vi. 5) significat super omnia (n. 750[*e*]).

(*Vide Hiob.* xxxi. 39, 374[*c*].)

Ubivis in mundo spirituali est aequilibrium inter caelum et inter infernum, et ubi aequilibrium ibi continue agunt binae vires contra se; una agit et altera reagit, ac continua actio et reactio est continua pugna, sed a Domino providetur aequilibrium (n. 573[*b*]).

Inest omni spirituali vis plastica, ubi exhalationes homogeneae in Natura adsunt; et quoque inest omni spirituali vis propagatrix, format enim non modo organa sensuum et motuum, sed etiam organa prolificationis per uteros vel per ova (n. 1201).

Universalis lex, cuique vivo et non vivo ex creatione induta et sic insita, est, ut omne in quo est vis producere velit sui instar ac multiplicare suam speciem in infinitum et in aeternum (n. 1004).

Vis viva ut causa principalis est spirituale, ac vis mortua ut causa instrumentalis est naturale (n. 1203).

Quod tres vires insint omni spirituali, nempe vis agendi, vis creandi, et vis formandi (*de quibus plura*, n. 1209, 1210).

Quod ex spirituali per illas vires existant vegetabilia, et quoque animalia, tam quae in caelo apparent quam quae in mundo (n. 1210).

Vires quae insunt Naturae ex ejus origine, quae est sol mundi, non sunt vires vivae, sed vires mortuae (n. 1209).

Viscera.—Quoniam per "viscera" significantur interiora cogitationis, et haec sunt quae dolore afficiuntur, ideo dolor ille exprimitur in Verbo per commoveri visceribus (n. 622[*b*]; *conf.* n. 444[*c*]).

(*Dicta Scripturae Sacrae videantur*, n. 444[*c*], 622[*b*], 710[*b*], 750[*e*].)

Omnia et singula hominis, tam quae mentis ejus sunt quam quae corporis, sunt formae amoris in mirabili serie; et organa cerebri et faciei, tum

membra et viscera corporis, sunt perpetuae contexturae correspondentes affectionibus caeli in quibus sunt societates ejus (n. 837).

Visio.—In visione videre est videre talia quae in caelo apud angelos existunt, quae sunt repraesentativa et inde significativa rerum spiritualium. Haec dum apparent homini non apparent coram visu corporis ejus, sed coram visu spiritus ejus (n. 1037).

Visiones, quas et ex quibus homo aut spiritus hominis videt, sunt duplicis generis; sunt visiones reales, et sunt visiones non reales. Visiones reales sunt talium quae realiter apparent in mundo spirituali, prorsus correspondentes cogitationibus et affectionibus angelorum; proinde sunt reales correspondentiae: tales visiones fuerunt prophetis qui vera prophetarunt, et quoque tales visiones quae Johanni apparuerunt, quae ubivis in *Apocalypsi* describuntur. At visiones non reales sunt quae in externa forma apparent similes realibus, sed non in interna; producuntur a spiritibus per phantasias: tales visiones fuerunt prophetis qui vana seu mendácia prophetarunt; omnes hae visiones, quia non reales, sunt fallaciae, quare etiam significant fallacias (*de quibus plura*, n. 575).

"Obsignare visionem et prophetam" (*Dan.* ix. 24) est concludere illa quae in Verbo de Domino dicta sunt, et complere illa (n. 375[*e*(vi.)]).

Notum est quod nemo possit cogi ad amandum et ad credendum, sed quod amor et fides radicanda sint intus in homine; consequenter nemo potest adduci ad amandum Deum et ad credendum in Ipsum per miracula et visiones, quia cogunt (n. 1156).

Omnes illi qui miracula et visiones volunt, sunt similes filiis Israelis, qui postquam tot prodigia in Aegypto, ad Mare Suph, et super Monte Sinai viderunt, usque post mensem dierum recesserunt a cultu Jehovae, et coluerunt vitulum aureum (*de quo plura*, n. 1156).

